



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



**VLRICHI HVTTENI**  
**EQVITIS**  
**OPERVM SVPPLEMENTVM.**

**EPISTOLÆ**  
**OBSCVRORVM VIRORVM**

**CVM**  
**INLVSTRANTIBVS ADVERSARIISQVE SCRIPTIS.**

**COLLEGIT RECENSUIT ADNOTAVIT**

**EDVARDVS BÖCKING**

**IVR. VTRIVSQ. ET PHILOS. D. AA. LL. M. IN VNIV. LITT. BONN. IVR. PROF. PVBL. ORD.**  
**BORVSS. REGI AB INTIMIS DE IVRE CONSILIIS.**



**TOMI POSTERIORIS PARS ALTERA.**

**LIPSIAE**  
**IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.**  
**A. CIOIOCCCLXX.**

LIPSIE TYPEIS D. G. TEVENERI.



Hac posteriore parte continentur

## INDEX BIOGRAPHICVS ET ONOMASTICVS

PAGG. 289...514.

## COMMENTARIVS

SIVE

AD EPISTOLARVM OBSCVRORVM VIRORVM VARIAS PARTES  
ADCVRATIVS EXPLICANDAS ADNOTATIO

PAGG. 515...784.

## ADDENDA ET EMENDANDA AD HVTTENI

OPP. VOLL. I...VII

PAGG. 785...823.

---



**INDEX**  
**BIOGRAPHICVS ET ONOMASTICVS.**



## PRÆNOMINA EORVM QVI IN HOC INDICE DESCRIBVNTVR.

---

**ADVLARIVS** : Schwan.  
**ÆLIVS** : Donatus.  
**ALBERTVS** : (Magnus.)  
**ALEXANDER** : de Hales. Gallus s. de Villa dei. Osthenius.  
**ALPHONSVS** de Spina, *vid.* Fortalitium.  
**ANDREAS** : Delitzsch.  
**ANGELVS** de Besutio.  
**ANGELINVS** (Wimpinus.)  
**ARNOLDVS** : de Tungris (*vid.* Luydius). Wüstenfelt.  
**AVERLIVS** : Questenberg.  
**BALTHASAR** : Facha (Fabricius.)  
**BAPTISTA** Mantuanus.  
**BARTHOLOMÆVS** : Zehender.  
**BEATVS** : Rhenanus (Bild.)  
**BERNARDINVS** : Caravajal.  
**BERNHARDVS** : Gelff.  
**BILIBALDVS** : Pirkheimer.  
**BONIFACIUS** : Amorbach.  
**BRIXIVS** : Kachelofen.  
**CAROLVS** Manneken.  
**CASPAR** (Campodunensis.) : Ursinus s. Velius.  
**CASSIVS** : Iuvenius.  
**CHRYSOGONVS** *vid.* Hadrianus.  
**CONRADVS** : Celtis. Kachelofen. Mutianus. Peutinger. Weydmann.  
**DITHERVS** de Bern.  
**DOMINICVS**, Sanctus. : Grimanus.  
**EBERHARDVS** (Bethuniensis.) : de Campis.  
**ECBERTVS** de Harlem.  
**EOBANVS** : Hessus.  
**ERASMVS** Roterodamus.  
**EVCHARIUS** : Gallinarius.

**EYRICIUS** : Cordus.  
**EYSEBIUS** *vid.* Accoltis.  
**FELIX** : Malleolus.  
**FRANCISCVS**, Sanctus. : Stadianus.  
**GEORGIVS** : Bruxellensis. Oster Frickenhusensis (*vid.* Clipeus Thomistarum). Sibutus. Spalatinus. Tannstetter (Colimitius).  
**GERARDVS** : Sotphi (i. e. Zutphaniensis).  
**GILBERTVS** : Porretonius.  
**GREGORIUS** : Reisch. Spiculi.  
**GVILELMVS** *vid.* Wilhelmus.  
**HADRIANVS**, cardinalis S. Chrysogoni.  
**HELIUS** Eobanus : Hessus.  
**HERMANNVS** : Buschius. Neuenar. Torrentinus. Trebellius.  
**HENRICVS** : Bebel. Brumann. Cordus. Glareanus. Han. Pauper. de Hassia (Langenstein). Quentel. Urbanus.  
**HIERONYMVS** : Baldung. Dungersheim (de Ochsenfurt.)  
**HVGO**, Argentoratensis, de Prato florido, Sletstadiensis.  
**IACOBVS** : Faber Stapulensis. Ganda sive Gauda. Hochstrat. de Nurnberga. Philomusus sive Locher. Questenberg. Siberti. Spiegel. Starm. Sturnus sive Staar. Wimpfeling.  
**IESVS**, Doctor.  
**IOACHIMVS** : Vadianus.  
**IODOCVS** : Wynßheim.  
**IOHANNES** : Aesticampianus. Amphoraticus. Arnoldi. Baptista Mantuanus. Bonaventura (Fidanza). Brassicanus. Buridanus. Cæsarius. Crotus Rubia-

- nus. Cuspinianus (Spießhammer). Gal-  
linarius sive Haner sive Henner (*vid.*  
Eucharis). Frobenius. de Garlandia.  
Greyferius. (non Grocinus.). Guida.  
Heckmann. Herolt. Hungen. Hut-  
tichius. Iæger (*vid.* Crotus). de Ia-  
nua. Kirchberg. Kirher sive Kierher.  
Königsteyn. Lichtenberger. Osthe-  
nius. Pfefferkorn. Piemont sive Butz-  
bach. Reuchlin sive Capnion. Reyß.  
Rotburgensis sive Tyberinus. Ruse-  
rus. Sapidus sive Witz. Scotus, Duns.  
Setzer. Sinthen. Storck. Sulpitius  
Verulanus. Textoris. Trithemius. Ver-  
sor. de Vratislavia. de Werdea. We-  
salia. de Wick.
- LAVRENTIVS : Corvinus. Pfefferkorn iun.  
LVCAS : Batodius.  
LYDOVICVS : Mistotheus (i. e. Lutherus?)  
MAGNVS : Albertus. Canis sive Hundt.  
MARCVS *vid.* Grimanus.  
MARTINVS : Groning.  
MATTHÆVS : Finck.  
MATTHIAS : Falckenberg. Schurerius. Ty-  
berinus i. e. Rothburgensis.  
NICOLAYS : Carbach. Gerbel.  
ORTVINVS : Gratius sive de Graes.  
OTHO s. OTTO : Bock.  
OTTOMARVS : Lusciniûs sive Nachtigall.  
PAVLVS : Lang. Niavis sive Schneevogel.
- Phrygio sive Seidensticker. Ricius.  
Vereander. Volzius.
- PETRVS : de Accoltis. Aperbachius sive  
Eberbach. Bertram. Hispanus. Meyer.  
Mosellanus sive Schade. Negelin. Ra-  
vennas. de Riga. Suls. Tartaretus.
- PHILIPPVS : Bock. Engentinus sive En-  
gelbrecht. Keilbach. Melanchthon.
- PIVS HIERONYMVS : Baldung.
- RAPHAEL : Riarius.
- RICHARDVS : Crocus. de Mediavilla.
- SAMVEL de Monte rutilo.
- SEBASTIANVS : Brant.
- SILVESTER Prierias.
- SIMON : Lazius.
- STEPHANVS : Brulifer. Fliscus.
- THEOBALDVS : Fettich.
- THEODERICVS (cf. Ditherus.) : de Ganda s.  
Gauda (Gouda).
- THOMAS Aquinas. : Langschneider. Lina-  
cer. Murner. Resch. de Walleis. (cf.  
etiam Cantipratanus sub v. Boethius.)
- ULRICVS : Huttenus. Zasius.
- VALENTINVS : de Geltersheim.
- WIGANDVS : de Solms. Wirt.
- WILHELMVS : Accursius. Brito. Copus.  
Durandus sive Durandis. Grocinus.  
Occam. Parvi sive Parvus (Petit).
- WILIBALDVS *vide* Bilibaldus.
- WOLFGANG : Angst.

Classicorum qui vocantur auctorum nomina ubi in epistolis O. V. memo-  
rentur quære in Indice verborum.

Præter articulos biographicos hic Index non nullos etiam de quibusdam rebus  
excursus continet, ut BACCALAVREVS. BEANVS. BERNENSE SCELVS. BYRSÆ S. COL-  
LEGIA. CAMPOFLOR. CEREVISIA. PRANDIVM ARISTOTELIS, plures autem de libris, ut  
BREVILOQVVS. CASVS LONGI. CATHOLICON (IO. DE IANVA). CLIPEVS THOMISTARVM.  
COMBIBILATOR. DISCIPVLVS. ELEGANTIARVM PRÆCEPTA. EPISTOLARE. EXERCITIVM  
PVERORVM. FACETVS. FLORES LEGVM. FLORETVS. FLORISTA. FORTALICIVM FIDRI.  
GEMMA GEMMARVM. HERBARIVS. MAMMOTRECTVS. MODVS EPISTOLANDI. MODVS SIGNI-  
FICANDI. PARATVS. PARVVLVS PHILOSOPHIÆ. RATIONALE DIVINORVM. REMIGIVS.  
RILLA. VADEMECVM. VOCABVLARIVS EX QVO. VOCABVLARIVS IVRIS.

## INDEX BIOGRAPHICVS ET ONOMASTICVS.

ACCOLTIS, Petrus de, Cardinalis sancti Eusebii (p. 51<sup>35</sup>), Aretinus, natus Florentiæ anno 1455., a. 1511. a Iulio II. pontifice maximo presbyter cardinalis sancti Eusebii renuntiatus, vulgo Cardinalis Anconitanus appellatus est, quem episcopatum usque ad a. 1514. gessit. Quamvis Hochstratus virum subornare conatus esset<sup>1</sup>, tamen Anconitanus cum Achille de Grassis aliisque cardinalibus inter Romanos iudices pro Reuchlino sententiam dixit<sup>2</sup>. Ad eum a Reuchlino d. 10. Febr. a. 1515. et d. 13. Nov. a. 1518. scriptas epistulas edidit Friedländer<sup>3</sup>. Mortuus est Petrus de Accoltis a. 1532. ætatis anno 78.<sup>4</sup>

1) Cf. Hochstrat. *ovant.* §§ 27. 29. 34. (in Hutt. Opp. VI. p. 471. sq. 474.) et Epp. O. V. p. 220<sup>13</sup>. 2) Cf. *supra* Consp. chronol. p. 139. ad d. 2. Iul. a. 1516. 3) *Beiträge zur Reformationsgesch. Berl.* 1837. 8°. p. 49. sqq. 81. sq. 4) Cf. Ciaconii Vitæ pontificum. Rom. III. p. 295. sq. et Friedländer l. c. p. 36. sq.

ACCVRSIVS (p. 275<sup>4</sup>) senior, qui anno 1220. glossam ordinariam corporis iuris civilis compilare cœpit<sup>1</sup>, 'cuius tenebricoso ingenio hic offusus est iuri civili fumus', ut Huttenus<sup>2</sup> non male iudicavit, quamquam nec Zasius mendacium dicit, ubi Accursianas glossas acerbiusculas vocat, sed quarum potus, si modo assueveris, stomacho conferat<sup>3</sup>. Sane eæ ex glossis Accursianis sumptæ explicationes, quas magister Porretonius<sup>4</sup>, cuius epistolam facili coniectura ab ipso Hutteno compositam esse agnoscas, satis accurate protulit, quod de singulis commentarius noster exponet, eius quidem absynthii sunt, quod Bononiæ se potare ad Gerbellium questus est Huttenus<sup>5</sup>. De Accursio post Maurum Sartium<sup>6</sup> Saviniumque<sup>7</sup> accuratius disputare vel si me posse putarem, tamen huius certe loci non foret.

1) Cf. Hutt. Opp. I. p. 177. ad v. 6. adnott. 2) Cf. *ibid.* p. 180. 3) Hutt. Opp. I. p. 175<sup>16</sup>. sq. 4) Epp. O. V. II. 56. 5) Hutt. Opp. I. p. 105. § 1. 6) De claris archigymnasii Bononiensis professoribus. Bonon. 1769. fol. num. XLIV. p. 136 ... 147. 7) v. Savigny Gesch. des R. R. i. M. A. tom. V. cap. XLII.

ACCVRSIVS, Wilhelmus. *vid. infra* Casus longi.

ADRIANVS *vid.* Hadrianus.

AESTICAMPIANVS, Ioannes RHAGIVS, patrio nomine *Rack*, quod Sorbice est 'Cancer' (ut patrium nomen Nicolai de Cusa, quattuor fere annos post Rhagium nati, item *Krebs* fuit, Krebsiorumque familiæ etiam nunc multæ sunt), in Lusato vico *Sommerfeld* natus est, unde primum a nobis positum cognomen accepit, quod nescientes Gesnerus ac Simlerus et longe post hos etiam Panzerus ex uno duos fecerunt, Iohannem

Rhagium Aesticampianum et Iohannem Sommerfeld. Vitam viri, quem primarium Hutteni præceptorem in huius operibus<sup>1</sup> sæpius legimus, præ aliis eius ætatis multis memorabilem, ac Buschianæ nec non in multis Huttenianæ similem, plenius rectiusque quam a Iöcher<sup>2</sup>, Mohnike<sup>3</sup>, Erhardo<sup>4</sup>, Carolo Hagen<sup>5</sup>, Straußio<sup>6</sup> factum est, breviter descripsit Io. Alb. Fabricius<sup>7</sup>, quem illi præter Iöcherum omnes non consuluerunt, nos autem paucis nostris additamentis auctum dabimus. „Natus est Rhagius anno 1460., quia in eius epitaphio legitur a. 1520. ætatis anno sexagesimo decessisse. De iuventute eius parum constat, nisi quod Philippum Beroaldum in Italia docentem diu satis audivit<sup>8</sup>. Docuit bonas litteras per annos xxiii, quod testantur verba epitaphii illius, quod extat apud Mencium Suevum et Sennertum in Acad. Witteb.

Rhetoricen, Sophiam, vatum monumenta professus

Annis viginti plusve minusve tribus.

Danubius, Rhenus testatur, et Odera, et Albis,

Spiraque, cum docta Sequana Gallus aqua.

quo ordine vero in singulis regionibus versatus fuerit ignoratur. hoc certum est ipsum in Italia et Romæ præcipue fuisse, ubi Iacobo Questenbergio<sup>9</sup> familiariter usus et forte ipsius auspiciis lauream poeticam a pontifice nactus est. Ex Italia profectus est in Galliam<sup>10</sup>, ubi Lutetiæ aliquamdiu hæsit. Inde auguror (Fabricius pergit) Friburgum in Brisgoviam devenisse, ubi teste Urbano Regio aulam Cæsaris secutus est et proculdubio ab hoc etiam lauream poeticam impetravit<sup>11</sup>: nam duplici laurea ornatum fuisse testatur epitaphium. Coloniam ipsum bonas litteras docuisse tradit Henr. Corn. Agrippa<sup>12</sup>. De Spira præter epitaphium nihil novimus. Sequuntur loca, in quibus versatus est Rhagius, addito anno. A. 1501. Basileæ Cebetis tabulam prælegit et exposuit<sup>13</sup>. [A. 1502. Heidelbergæ

1) e. gr. I. p. 8. 43. III. p. 68. 562. sqq. 2) *Gelehrten-Lexic.* voc. Rhagius. 3) *Hutten's Klagen* p. 446 ... 452. 4) *Gesch. des Wiederaufbl. der Wiss.* III. p. 287 ... 297. 5) *Deutshl. literar. u. religiös. Verhältn.* I. p. 242 ... 244. 6) *Ulr. v. Hutten* I. p. 29. sq. 7) *Biblioth. Lat. med. et inf. ævi.* Hamburg. 1734. ... 46. 8<sup>o</sup>. VI. p. 198. ... 202. 8) Hieron. Weller in 'Libello' a Mich. Hempelo Lips. 1580. 8<sup>o</sup>. edito. p. 71. 9) Cf. infra hunc art. 10) Cf. epist. Urbani Regii ad Rhagium, quam in arcanis biblioth. Annæbergensis edid. rev. Wilischius p. 110. 11) ut postea ipse Urbanus Regius. Cf. Hutt. Opp. I. p. 145<sup>16</sup>. 12) Is in epistola ad Coloniam senatores consulesque Bonnæ d. 11. Ian. a. 1533. scripta (Epp. VII. 26. Opp. ed. Bering II. p. 1036) postquam Dominicanorum Pepericornistarum contra Capnionem, Erasmus, Hermannum Nuenarium et Petrum Ravennatem ab ipsis e Colonia [a. 1508.] expulsum nequitas eis opprobavit, ita pergit „quin etiam diu antea quendam Ioannem Aesticampianum, virum doctrina et moribus insignem, qui in vestra civitate Plinium, cum utilissimam, tum necessariam lectionem profitebatur, non solum scholis publicis secluserunt, sed et tanta invidentiæ rabie persecuti sunt, donec civitatem ipsam relinquere adegerint, adeo semper optimis litteris infensi, et doctissimos quosque viros perosi.“ Cf. aliam Agrippæ epistolam, quam ad art. 'Cæsarius' repeti iussimus. 13) quam postea edidit. cf. Hutt. Opp. III. p. 542. Celtis Cracoviam a. 1498. „ad Ioannem Aesticampianum quam dedit epistolam condivit iocosis salibus. Petiit librum Ruthenicum.



Ioanni Dalburgio innotuit<sup>13\*</sup>]. Ab illo tempore in Academia Cracoviensi et maioris Collegii Collegiatus fuit, quemadmodum præterea artium liberalium Magistri et sacrarum litterarum Baccalaurei titulo usus est, quia ibidem Epistolæ Libanii ab ipso emendatæ et editæ sunt. A. 1506. et postea Francofurti ad Viadrum in Academia nova docuit, et Huttenum discipulum habuit<sup>14</sup>. Ab a. 1508. [immo 1507.<sup>15</sup>] per triennium Lipsiæ docuit bonas litteras, et auctores optimos iuventuti prælegit, Plinium, Plautum et alios. [Lipsiæ etiam a. 1507. prodierunt Epigrammata (in Hutt. Opp. III. p. 542. indicata) in quorum epistola dedicatoria ad Iac. de Libensteyn archiep. Moguntinum sine loci et diei adnotatione scripta gratias dicit pro 'liberalissimo stipendio', quo auctorem foveret. Et Lipsiæ morantem Rhagium celebrat Huttenus Querelar. II. 10. vv. 67. sq.] Quia vero barbara ibidem ingenia litteras humaniores conquire non poterant, apud Ducem Georgium id egerunt, ut dimitteretur<sup>16</sup>, et quum in oratione ultima<sup>17</sup> paullo liberius verba fecisset, relegatus est<sup>18</sup>. [Expulsionis Lipsiensis (quam Mohnikius a Coloniensi, anno ut videtur 1506. adscribenda, perperam non distinxit, eius quam magister Hipp<sup>16</sup>) tam vivide descripsit, ut Burckhardus (de L. L. fat. II. p. 443) ipsum Aesticampianum unum ex illis fuisse suspicaretur, qui Crotum atque Huttenum in conficiendis Epistolis O. V. adiuvassent) adhuc inter documenta universitatis Lipsiensis inedita servantur Borneriani indices<sup>19</sup>, ubi inter alia leguntur hæc: „Aesticampiano dicenda dies, A-us monendus ad professionem libelli sui, A-us relegandus ad x annos, A-i causa remota ex commissione apostolica, A-us reconciliari non potuit. A-i causa porro. A-i causa: Acta iacent in archivo“.] A. 1515. Fribergam venit, suasu potissimum Nicolai Hausmanni et duorum Consulium. Scholam Latinam et Christianam ibi aperuit, et iuventutem in declamationibus Italico more exercuit. [in quo munere a Petro Mosellano per breve tempus adiutum esse in huius vita diximus; et Fribergæ Aesticampianus 'misit suos discipulos, qui traxerunt me cum crinibus', ut Schlaurauffus queritur p. 200. v. 74.] Post triennium a Frederico, Saxonum Electore, satis liberali stipendio Wittebergam vocatus

Significavit, uxorum se fore poetam“. Tum „A. 1499. Ioanni Aesticampiano Cracoviæ nuntiat, commodiore iam se uti valetudine. Mittit carmina. Promittit meliora, pridem cusa et tersim lævigata. Querit quid sit de supellectile libraria, quam post obitum reliquit CaHimachus.“ De vita Celtis. Frib. 1827. 4<sup>o</sup>. p. 153. sqq. 13\*) „A. 1502. Ioanni Aesticampiano Oppenheimii proposuit Ioannes Dalburgius conditiones, quas Celtis ad episcopum perscripserat, ut persuaderi Aesticampianus posset et adduci ad munus professorium Heidelbergæ obeundum“. De vita Celtis. Frib. 1827. 4<sup>o</sup>. p. 156. 14) Vide P. Vigilantii Axxngiæ descriptionem urbis et Academiæ Francophordiensis [ex ed. Becmanni] p. 1. 4. 10. [Ind. bibliogr. Hutt. n<sup>o</sup>. II.] 15) Cf. Hutt. Opp. I. p. 8. n<sup>o</sup>. III. 16) Cf. Hipp. Epp. O. V. I. 17. 17) post Dan. Fidleri de Rhagio Lips. a. 1703. publicatam disputationem repetita. cf. Burckhard De L. L. fat. I. p. 281. sqq. 18) Epp. O. V. Electus autem simul cum Hermanno Buschio, urgente præcipue negotium Hieron. Emsero, ut docet Herm. Hamelmannus in Vita Buschii Opp. p. 295. qui vero nostrum vocat Longicampianum. FABRIC. cf. infra art. Busch. 19) de quibus vid. Zarncke in Abh. der hist. phil. Cl. der sächs. Ges. d. Wiss. Lips. 1857. II. p. 690. sqq.

est <sup>20</sup> [ibique d. 20. Oct. a. 1517. albo inscriptus est, ut in art. 'Facha' rettulimus. Lutherus d. 11. Nov. a. 1517. scribit<sup>21</sup> „Aesticampianus apud nos proficitur literas humanitatis publico et ducali salario“, et d. 24. Mai. a. 1519. <sup>22</sup> „Miror quod D. Aesticampianus Iovinianum Hieronymi prae Plinio malit profiteri.“] ibique docendo strenue perrexit usque ad a. 1520. quo fatis concessit prid. Kal. Iun. <sup>23</sup> Aiunt quoque ipsum Doctoris Theologiae dignitate fulsisse, et in ea non leviter fuisse versatum. Cf. Dan. Fidleri diss. singularem de Io. Rhagio Aesticampiano Lips. 1730. et Manlii Lusatiam VII. 1. Tum post novem Aesticampianorum librorum enumerationem Fabricius addit: „Fuit autem, teste Wellero, vir pius, sobrius, castus et facundus. Valde praeterea laudavit ingenia inventutis Freibergae“. Lutherus etiam l. c. ad eum scripsit 'virorum eruditissime et integerrime'. — Scriptorum Aesticampianorum brevis notitia quae sequitur, maxime ex Fabricio (F.), Mohnike (M.), Erhardoque (E.), qui uterque sua fere ex Panzeri annalibus collegerunt, confecta est:

- 1) Modus epistolandi . . Cracov. s. a. 4<sup>o</sup>. — Viennae 1515. 4<sup>o</sup>. M. E.
- 2) Petri Heliae grammatica c. comment. Ioh. Sommerfelt. Argent. 1499. 4<sup>o</sup>. F. Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 8422.
- 3) Carmina (post 'Versiculi Theod. Gresmunti &c.') s. l. et a. [Argent. 1502.] 4<sup>o</sup>. M. E.
- 4) Tabula Cebetis. (M. E.) Vide Ind. bibliogr. Huttenian. n. III. p. 2\*. sq.
- 5) Praefatio in Epistolas Libanii a Francisco Zambicario Latine conversas. Cracov. 1504. 4<sup>o</sup>. et post Wolfii Libanium Amst. 1738. F.
- 6) Libanii . . epistolae c. Iohannis Summerfelt argumentis &c. s. l. et a. 4<sup>o</sup>. E.
- 7) Epigrammata. F. M. E. cf. Hutt. Opp. III. p. 542 et 8.
- 8) 'Carmen de Lusatia, quod Melanchthon Basileam, ut excuderetur, miserat, nescio quo fato periit, et nondum repertum est.' F.
- 9) C. Plinii Secundi Veron. ad Tit. Vespasianum in libros N. H. Epistola c. praef. Ioh. Aesticampiani. Lips. 1508. fol. E.
- 10) Commentarius in Grammaticam Martiani Capellae et Donati figuras. s. l. et a. 4<sup>o</sup>. F. E.
- 11) Martiani Capellae Rhetorica c. Ioh. Rhagii verbosa praef. Lips. 1509. „fol. ap. Martinum Herbipolensem“ F. „in 8<sup>o</sup>.“ sec. M. E.
- 12) Oratio in studio Lipsiensi [a. 1511.] recitata. Post Fidleri supra cit. diss. Lips. F. cf. Burekhard. supra cit. not. II.
- 13) 'In quasdam Plauti Comoedias et libros Oratorios Ciceronis commentatus esse dicitur Gesnero, quae a me visa non sunt'. F.
- 14) M. Tullii Ciceronis de oratore libb. III. &c. praef. e. Ioh. Rhagius Aesticampianus. Lips. 1515. fol. ap. Melchior. Lotther. F. E.
- 15) Aur. Augustini libellus de vita Christiana. Lips. 1518. 4<sup>o</sup>. M. E.
- 16) Hymnus in laudem divae Barbarae s. l. et a. 4<sup>o</sup>. M. E. Extat etiam in Epigrammatis a. 1507. publicatis, incipit 'Virgo de claro generosa patre Nata. .'

20) Hier. Wellerus in Libello p. 71. Adde Andr. Molleri Theatrum Friburgense I. p. 285. 21) *de Wette Luthers Briefe* I. p. 73. i. f. 22) Ibid. p. 279. 23) Lutherus epist. tom. I. p. 42. 252. [Huc, ap. *de Wette* I. p. 429., Io. Langio scriptae d. 22. (non 21.) Mart. a. 1520. postscriptum est „Aesticampianus quoque asmaticus se iungi curavit, et ad exitum parari: quanquam adhuc deambulat in cubiculo suo, bono et animato corde, mortem nihil prorsus metuens“. post quam epistulam eam a de Wettio conlocatam esse mireris, quam 'D. Doctori Aesticampio' scripserat Lutherus, ut eum cum amico quodam ad prandium invitaret reverenter.]

ALBERTVS MAGNVS, Gallice *Maubert*, *Aubert le grand*, 'unice magnus', Lauingæ ex clarissima Bolstatiensium comitum prosapia natus (anno 1193. aut 1205.?), postquam adulescens Patavi studiosus Philosophi nomen sibi meruerat, anno 1223. prædicatorum ordinem s. Dominici ingressus est. Coloniam primum a. 1228. venit ibique usque ad a. 1233. Sententiarum libros legit, iterumque (post varias similes stationes, Hildesiensem, Friburgensem, Argentoratensem, Ratisponensem) ab a. 1240., ubi Thomam Aquinatem discipulum habuit a. 1244., quocum anno post Parisios migravit, in qua urbe, ut fabulantur, propter nimiam auditorum frequentiam lectiones in publico loco, inde 'platea (Magistri s. Magni) Alberti, la place *Maubert*' dicto, habere coactus fuit. tertium Coloniam a. 1248. reversus, theologiæ doctor factus, conventui ordinis sui præfuit usque ad a. 1254., quo anno Provincialis Dominicanorum Germanicorum electus est. sed paucos annos a Colonia auit, neque cum a. 1260. episcopus Ratisponensis factus esset, ultra triennium, post quod ibi docere muneribusque ecclesiasticis, quæ tamen non nulla etiam longiorum itinerum faciendorum necessitatem ei imposuerunt, omnibus viribus fungi perrexit, usque dum moreretur d. 15. Nov. a. 1280. De ingenio meritisque viri, supra naturam insignis ac mirifici, si crederemus commentis Dominicanorum, verius quam blandius nuper competens iudex pronuntiavit<sup>1</sup>. De vita Alberti scripserunt multi<sup>2</sup>. ex scriptis, quæ non omnia Petrus Jammy ord. prædicator. Lugduni a. 1651. tomis XXI. folº. edidit<sup>3</sup>, hic memoranda videntur diversi in Aristotelem commentarii, De Prædicabilibus, De x prædicamentis, De sex principiis Gilberti Porretonii, Sermones de tempore, Commentarii in libros Sententiarum, Summa catholicæ fidei contra gentiles. vide plura apud bibliographos<sup>4</sup>. de iis quæ ad logicam pertinent, doctissime tractat Prantl<sup>5</sup>.

- 1) Hutt. Opp. I. p. 178.
- 2) Prantl *Gesch. d. Logik* III. p. 89. sqq. „Auch Albertus Magnus (geb. 1193, gest. 1280) war ein unklarer Kopf und nicht befähigt, irgend eine grundsätzliche Auffassung hinauszudenken, soweit dieselbe reicht. Sein grosses Verdienst, welches verneinen zu wollen thöricht wäre, liegt in seiner unermesslichen Belesenheit, durch welche er für seine Mitwelt und nächste Nachwelt der bedeutendste Stoff-Lieferant wurde; aber Verstand oder etwa gar philosophische Begabung besass er wohl nicht in höherem Grade, als die ganze grosse Masse aller Mittelmässigen, ja ... sogar in geringerem Grade. Er ist nur Compiler, und Alles, durchwoeg Alles, was er schreibt, ist fremdes Gut; ja auch seine bisweilen ins Endlose gehenden Distinctionen, welche man gerne an ihm rühmt, sind nicht sein Erzeugniss; die Auswahl, welche er zwischen verschiedenen Ansichten trifft, beruht nicht auf einheilig festgehaltenen Grundsätzen, sondern auf dem momentanen Drucke, welchen Auctoritäten auf ihn ausübten, daher man sich auch nicht wundern darf, wenn man ihn häufig auf Widersprüchen ertappt.“
- 3) cf. Vitam ed. Lugd. tom. 1. præmissam. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 113. sqq. *Buhle Gesch. d. Philos.* V. p. 289. sqq. et quos nominat *Gieseler Kirchengesch.* II. 2. (ed. 1832. 8º.) p. 414. sq. not. r. *Bianco Gesch. d. alt. Univ. Köln.* I. p. 16. sqq.
- 4) Fabricius l. c. p. 114...120.
- 5) Hain Repertor. nº. 427...572. 11915. et Panzer Ann. typ. V. p. 15...18. X. p. 76...78.
- 6) Prantl l. c. III. p. 89...107.

ALES vid. Hales.

ALEXANDER DE VILLA DEI (s. Villadeus) s. GALLVS, ex oppido Neustriæ

hodie *Villedieu-les-Poêles* (*dépt de la Manche*) adpellato oriundus, clericus, secundum Trithemium Minorita, quem a. 1274. Henricus Gandavensis (de scriptorib. ecclesiast. c. 59.) postque hunc fere omnes Dolensem nominant, Lampus (p. 244<sup>12</sup>) autem 'asinum Parrhisiensem', in Normannia docuit et præter alios libros anno 1199. aut 1209.<sup>1</sup> hexametricis s. Leoninis versibus compilavit Grammaticæ Latinæ quattuor partes, Doctrinale, nam incipit

Scribere clericulis paro doctrinale novellis  
Pluraque doctorum sociabo scripta meorum.  
Iamque legent pueri pro nugis Maximiani<sup>2</sup>  
Quæ veteres sociis nolebant pandere charis.

In secundo libro determinat de syntaxi, in sequentibus duobus de prosodia et metrica. Quanti usque ad sæculum xvi. hæc Alexandri, 'Regis Barbarorum'<sup>3</sup>, grammatica, quam nec Bebelius cum ceteris grammatistis eidem infimo ordini adscripsit, in scholis Italicis et Germanicis Gallicisque habita sit, tum super eam scriptæ glossæ commentariaque, maximam partem multo horridius quam ipsum Doctrinale compositæ (inter quas a Iohanne Sinthen<sup>4</sup> factas Colonienses plurimum tractabant), tum innumeræ sive totius operis sive partium in diversarum discipulorum classium usum destinatarum edita exempla demonstrant, quorum Hainius<sup>5</sup> (numm. 662 ... 767.) supra centum ante annum 1500. publicata recenset, inter quæ non numerata sunt '*Opus minus primæ et secundæ partis Alexandri grammatici*' (p. 258<sup>10</sup> 31<sup>15</sup>), de quo Hain. n°. 768. sq., *Tractatus de accentibus* ap. Hain. n°. 770., *Oratio congrua secundum mentem Alexandri* ap. Hain. n°. 771...

- 1) „Anno milleno duceno minus uno“ sed in cod. Helmstad. versus sic mutatus est: „Anno milleno ducentoquo noveno“. 2) Hunc Maximianum ex 'Laborinto' colligo non differre a Maximiano poeta exeuntis sæculi quinti (?), cuius obscænæ elegiæ ad nos pervenerunt (cf. Wernsdorffii Poett. minorr. præf. in Maximianum), et Thurotus quoque infra laudatus „Alexander“ inquit „igitur, acerrimus antiquorum et paganorum scriptorum contemptor, Maximiani et cæterorum paganorum scriptorum opera novis carminibus eiicere voluit quæ de disciplinis ecclesiasticis scripta essent. ideo Doctrinale et Ecclesiæ conscripsit, et in Doctrinali præcipue reposuit ea 'quæ sociis veteres nolebant pandere caris', scilicet subtiliores grammaticæ regulas, quas, cum a Donato abessent, forsân Alexander putabat a veteribus grammaticis per invidiam, tanquam arcana quædam, esse profano vulgo negatas“. Eundem Maximianum in Germanicum *Schmoßmann* (*Schmoltz* - a. *Schmutzmann*) obscænæ loquentem transformatum esse opinor. Grammaticum Maximianum, de quo ap. Ducang. præf. § LI., versificatorem fuisse Fabricius (Bibl. Lat. med. æv. h. v.) vixisseque ante a. 1200. dicit; eius „versus in Virgilium et in Ciceronem leguntur inter xii poetarum scholasticorum carmina in antiquis poematibus Petri Pithoei: et cuius 'Elegiæ sex de incommodis senectutis' toties sunt editæ sub falso Cornelii Galli, Angustei ævi poetæ nomine ... Eiusdem 'Regulam metricam, carmen de virtute et invidia, de ira, patientia atque avaritia' memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 63.“ 3) ut adpellatur in Quodlibeto de generib. ebriosor. ap. Zarneke (*die deutsch. Universitäten im M.A.*) p. 143. 4) Cf. infra hunc art. et Hain n°. 14759 ... 14765. 5) Quocum cf. Panzeri Ann. typ. V. p. 21. sq. X. p. 63.

774., *Sermo Alexandri de v. d.* ap. Hain. n°. 775., *Vocabularius* ap. Hain. n°. 776. De *Summa s. Argumentis capitum omnium biblicorum utriusque testamenti* videatur Fabricius in *Bibl. Lat. med.* Hamburgi 1734. 8°. I. p. 197. Diligenter de Alexandri scriptis nuper disputavit Car. Thurot *De Alexandri de Villa dei Doctrinali &c.* Paris. 1850. 8°, ex quo libello iam supra non nullos recentiorum litteratorum errores correximus. *Primum Opus s. Alphabetum maius*, Iohannis Ianuensis Catholico simillimum, pro saice secundum ordinem alphabeticum ad artes liberales sacrorumque librorum interpretationem pertinentia continet. „Ab illo Alphabeto maiori Alexander *extraxerat* tria opera versibus scripta, ad institutionem usumque clericorum accommodata, et quibus clericalem christianamque quamdam *ἐγκυκλιοναυδελαν* complecti sibi videbatur, *Doctrinale* scilicet, *Ecclesiale*, *Glossarium* denique“ incipiens ‘Vocum pro posse paro significata docere’. „In *Doctrinali* leóninis versibus descripserat quæ de grammatica sibi videbantur magis apta. In *Ecclesiali* reposuerat calendarium vel quidquid pertinebat ad compotum [i. e. computum s. chronologiam], ius et officium ecclesiæ. *Glossarium* omissis iis quæ iam in *Doctrinali* et *Ecclesiali* exscripserat, non alia continebat quam Alphabetum maius, scilicet vocum significationes et grammaticalia accidentia, synonyma, Hebræorum nominum expositiones, quædam ad logicam pertinentia. Ordinem partim alphabeticum, partim grammaticalem sequebatur, dum primitivis derivata, simplicibus composita subiungit. Quod in Alphabeto maiori pedestri sermone scriptum fuerat, versibus plerumque reddebat Alexander; iocosas denique digressiones addiderat. His scriptis addendum esse videtur ex prologo *Doctrinalis Alphabetum minus*, de quo nihil mihi constat. . . . *Alphabetum maius* hodie deperditum esse censeo . . . *Doctrinale* totum habemus. *Ecclesiale* etiam nunc extat . . . Metricum autem illud *glossarium* ex Alphabeto maiori decerptum hodie in cod. 7682. non certe totum habemus . . . *Alphabetum minus* deperditum esse censeo . . .“ Hæc Thurotus, ad quem Zarnckius, ubi de doctrinali Alexandri egit<sup>6</sup>, non respexisse videtur. Hermannus Buschius, quem acrem Alexandri hostem fuisse constat, etiam post editas Epp. O. V. in Vallo humanitatis<sup>7</sup> iterum iterumque contra eum declamat, e. gr. his verbis: „At nunc pro pudor optimæ indolis pueri et ecclesiasticis quandoque officiis præficiendi grammaticos et rhetores audire quotidianis prope conviciis prohibentur, præter unum Alexandrum Gallum, cum glossa notabili, Colonisæ nata<sup>8</sup>, quem si consultum profectui eorum vellent (qui se solos recte nunc consulere illis putant) prohibendi erant vel procul aspicere. An incorruptum latinæ linguæ sermonem puero dabit Alexandri textus informis? pumex aridus citius certe aquam postulanti dederit. Ex illa inopi et ieiuina (ne dicam barbara) institutione qui tu speres tantam eruditionis suppellectilem, ut aliquid, si opus sit, vel e Græco vel Hebræo apte possis latino sermone convertere? e. q. s.“ Wimphelingus contra, ne Alexandrum contemnerent, hortatus erat. Neque equidem Friderici Haasii, nuper his quoque studiis funesta morte erepti, laudationem<sup>9</sup>

6) *Brants Narrenschiff.* Leipz. 1854. p. 346. sqq. 7) Colonisæ 1518. 4°. pagg. D 4<sup>b</sup>, E<sup>a</sup>, F<sup>b</sup>, sive edit. Burckhard. p. 57. sq. 78. 8) Cf. infra art. Sotphi. 9) in fine disputationis de medii ævi studiis philologicis Vratisl. a. 1856. 4°. editæ.

Alexandro detraham: „Qui deinde centum pæne annis post (Ebrardum Bethuniensem) secutus est Alexander de Villa dei tam apte et perspicue totam partem syntacticam ordinavit, ut si Valla, Perottus, Lancilot, Tardivus, Linacer, Henrichmannus et quicumque alii grammatici barbariem mediæ ævi insectati sunt, illius exemplum sequi voluissent, multo meliores et perfectiores libros edituri fuerint quam nunc fecerunt“.

ALPHONSVS A SPINA *vid.* Fortalicium fidei.

AMORBACH (s. *Ammerbach*, Bonifacius,) Ioannis filius Basili pater minor natu, Basiliensis, natus a. 1495., a. 1513. philosophiæ doctor factus, Friburgi Zasii discipulus familiarisque<sup>1</sup> iuris studio incubuit, quod in Italia etiam Galliaque ita prosecutus est, ut Avenione summos in utroque iure honores nancisceretur et inde ab anno 1525. iuris professor in patria urbe factus 'iuris prudentiæ oraculum' diceretur. A morum sanctitate, ingenii excellentia, erga amicos (inter quos præcipue Zasium et Erasmus habebat) constantia, in pauperes libertate et in omnes comitate summopere laudatur. formosæ quoque gravitatis faciei fuisse virum testatur Iohannis Holbenii autumnus a. 1519. picta effigies, adhuc Basileæ servata<sup>2</sup>. Obortis hic de fide christiana dissidiis cum Bonifacius reformatorum partibus palam sese addixisset, anno 1551. publicam professionem deposuit, obiitque d. 24. Apr. a. 1562<sup>3</sup>.

- 1) cf. *Stintzing Utr. Zasius Bas.* 1857. 8º. p. 164. sqq. 2) æri incisa est etiam in Clerici editione *Epistolar. Erasmi Lugd. Bat.* 1706. fol. 3) *Vid.* Pantaleon Prosopogr. Bas. 1565. fol. III. p. 264. sq. Adami vitæ Germanor. Ictor. Haidelb. 1620. 8º. p. 152. sqq. (Herzogii) Athen. Rauric. p. 111. sqq. *Fechter Bonif. Ammerbach*, in *Beiträgen z. vaterl. Gesch. Basel* 1843. II. p. 167. sqq. *Vischer Gesch. d. Univ. Basel.* 1860. 8º. p. 246. sq.

AMPHORATICIVS, Ioannes, „magister noster, evasit in solennem virum: est enim prædicator noster: omnis homo eum laudat. anno domini 1416. [*lego* 1516.] prædicavit passionem . . .“ Romæ (p. 296<sup>1</sup>). Et hæc quidem omnia sunt quæ de hoc mimo Franciscano me legere memini. Nomen viro fortasse fuit *Krüger*, sive malis *Eimerich*, Eymericus. sed quominus de Heimerico de Campis, celebri inter Colonienses doctores scriptoresque viro, Lovanii anno 1460. defuncto, cogitem, præter anni 1416. incertitudinem, alia quoque dubia prohibent<sup>1</sup>.

- 1) De Heimerico Campensi conferri possunt Trithem. catal. ill. virr. p. 155. Fabricii Bibl. Lat. med. et inf. æv. III. p. 612. Foppens Bibl. Belg. p. 433. Hartzheim Bibl. Colon. p. 110. *Bianco Gesch. d. a. Univ. Köln.* I. p. 823. ad a. 1432.

ANGELINVS. „Wimpinus qui vocatur Angelinus“ (p. 289<sup>16</sup>), unus ex prætensis iuvenibus antitheologis, quibuscum dominus Volwinus de Monteflascon Spiræ in convivio disputavit. Wimpinus est ex oppido *Wimpfen* ad Nicrum sito oriundus<sup>1</sup>, ut in albo Viteb. a. 1507. inscriptus est „Aristoteles Zcerhaff de wympina franco herbipol. dioc.“<sup>2</sup>. Ceterum de illo Wimpino nihil exploravi. Wimpinenses memorantur etiam p. 293. a magistro Abraam Isaac, et de capitulo 'Wimpinensi a. 1506. habito, ubi

1) Cf. infra art. Hungen. 2) Förstemann Alb. Viteb. p. 23.

Bernensis sceleris committendi consilium prædicatores ceperunt, alibi<sup>3</sup> dictum est.

3) cf. art. Bernense scelus, et Wirt.

ANGELVS DE BESVTIO inter tresviros p. 218<sup>23</sup> indicatos medius est p. 107<sup>18</sup>. sq. De eo ex Schreiberi libro<sup>1</sup> hæc enotamus: In matricul. univ. Friburg. in eunte mense Dec. anni 1495. inscripti sunt „Dominus Ioh. Angelus de Bisutio decretorum Doctor, Paulus Cittadinus in utroque Iure Doctor, Mediolanenses“, et sec. protoc. fac. Iurid. „... quarta die m. Dec. [a. 1495.] recepti fuerunt ad facultatem Iuridicam egregii viri et domini D. Angelus de By-sutio diœc. Mediolanensis et D. Paulus Cittadinis de Mediolano U. I. Doctores ac cives Mediolanenses, præstitis antea per eos solitis iuramentis. .“ Tum d. 15. Iun. a. 1497. senatus decrevit ut ‘debeant adhuc per anni spatium legere et regere, quilibet eorum pro 120 florenis rhenensibus, et ipsis dari in posterum ut antea in expensis Universitatis, vel cuilibet eorum porrigi 8 aureos rhen. pro conducenda propria domo ad libitum suum. Item tempore pestis tenentur sequi Universitatem quocunque se vertat, alias carebunt stipendio suo’<sup>2</sup>. Cittadini lectura a. 1506. in Zasium transiit, Angelus autem, Zasio teste „vir et nobilitate et doctrinæ excellentia omnibus calculis celebrabilis“, rectoratu annis 1503. 1505. 1508. 1513. 1516. functus<sup>2</sup> inque regimen Ensishaimense vocatus lecturam iuris canonici retinuit etiam postquam a. 1516. assessor iudicii cameralis Spirensis nominatus fuit. d. 15. Aug. a. 1520. inter eum et universitatem convenit, ut illam lecturam in proximum annum retineret, postea vero dum viveret annuo salario xx florenorum frueretur.

1) *Schreiber Gesch. d. Univ. Freiburg.* p. 182... 185. 2) (Rieggeri) *Amœnitt. Friburg.* p. 67.

ANGLICVS, Thomas. *vid.* Walleis. Ricardus Anglicus *vid.* Mediavilla.

ANGST (Anxt, Latine Angustus), Wolfgangus, Cæsarimontanus (*Kaisersberger*) Alsatus, Hutteno fere æqualis eidemque quondam familiaris, de quo satis supra<sup>1</sup> diximus. Hagenoæ, procul dubio in Thomæ Anshelmi typographica officina correctoris editorisve veterum scriptorum munereungebatur, cum Huttenus Schlauraffianum carmen scriberet. p. 202. v. 125. — Mohnikii somnium, in quo hic Angstus illi auctor alterius epistolarum O. V. voluminis visus est<sup>2</sup>, operæ pretium non est repetere.

1) Hutt. Opp. III. p. 78. ad v. 217. cf. etiam I. numm. xxx. et lxxxvi. 2) Scilicet Angsti verba „Obscuri viri . . . apud me in sterili arena orti &c. (Hutt. Opp. I. p. 126. vv. 26. sq.) ille interpretatus est ac si se auctorem esse illarum epistolarum profiteretur scriptor.

APERBACHIVS (p. 200. v. 60.) Petrus s. Petreius Eberbach, Aprobacchus, Rotenburgi ad Tuberam natus patre Georgio, celebri medico ac professore Erfurtensi, sub cuius rectoratu a. 1497. Petrus cum Henrico fratre in album academicum inscripti sunt. Petrus post peracta Erfurti studia adeptosque in iure gradus academicos Vindobonæ<sup>1</sup> cum Vadiano aliquamdiu vixit. Erfurto iter Italicum suscepit<sup>2</sup>; Romæ Aprobacchum fuisse fraudesque ibi

1) cf. Hutt. Opp. I. p. 21. sq. 2) cf. epp. Aprobacchi ad Reuchlinum (a. 1514. ?) ‘Herphorthiæ’ et ‘d. 25. Aug. 1515. ex Urbe’ scriptas epp. (supra Ind. scrr. p. 134. 138.)

impostorum didicisse, et natura esse ad irridendum et facete obiurgandum valde accommodatum, ad ipsum Huttenus d. 3. Aug. a. 1519. scripsit<sup>3</sup>, et inter Coryciana nonnulla Petreii carmina extare supra<sup>4</sup> vidimus. Erfurtum reversus cum Mutiano, Croto, Eobano Hesso aliisque Erfurtensis consortii litterarii sociis Reuchlinistisque<sup>5</sup> humanioribus litteris excolendis incubuit. vita functus est exeunte a. 1531. sive ineunte a. 1532. Nonnullarum epistolarum O. V. Petreium auctorem fuisse complures recentioribus scriptoribus in mentem venit, neque ego negaverim eum in excogitando elaborandove libello aliquam partem habuisse eiusque ingenio non nullos sales fragrantiores deberi; sed quominus inter ipsos vel unius illarum epistolarum auctores locum Eberbacho equidem denegem, nec Mutiani Rufi ad Petreium epistula<sup>6</sup> prohibet hæc: „Qui urbanitatem non intelligit, hebetis est et obtusi cordis. Tu, homo sagacis et perspicacis ingenii, et Crotus vir omnium horarum et valde lepidus, auditis [?audetis] et scribitis urbanissime, festivissime, facetissime, et vestris cavillis me iam senescentem excitatis et restituitis mihi iuvenilem dicacitatem et lætum atque serenum ingenium. Dii bene vertant. Salva res. Saltat senex. Si XLII. annus senem facit. Rufi cito canescunt, et quiescentes corpore, animo peregrinantes celerius fiunt maturi. Vale“.

- 3) Hutt. Opp. I. p. 302. § 8.      4) Hutt. Opp. III. p. 276<sup>31</sup>.      5) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>32</sup>.      6) Tentzel Suppl. hist. Goth. Ien. 1701. 4<sup>o</sup>. I. p. 153. num. cccxiii. (s. a. sed exeunte a. 1513. s. ineunte a. 1514. epistolam scriptam docent verba ‘si XLII. annus senem facit: Mutianus a. 1472. d. 15. Oct. natus erat.)

AQVINAS *vid.* Thomas.

ARGENTORATENSIS *vid.* Hugo.

ARNOLDI, Ioannes, Ortviini Gratii discipulus (p. 15<sup>36</sup>), homo puto quamvis non omnino fictus, tamen totus obscurus: nam veri valde dissimile videtur, ad eum Ioannem Arnoldum Bergellanum (de cuius tamen vita itidem nihil compertum habemus), cuius de chalcographiæ inventionem poema encomiasticum superest<sup>1</sup>, ea referenda esse quæ in Epp. O. V. I. 10. et II. 36. scripsisse Ioannes fingitur. Ceterum et Croto et Huttenorismum movisse eum clericulum, cui Ioannis Arnoldi personam induerunt, sponte adparet.

- 1) repetitum ap. Ioannis Serr. hist. Mogunt. III. p. 431. sqq.

ARNOLDVS de Tungris. *vid.* Tungris.

BACCALAVREVS formatus (p. 3<sup>3</sup>), „qui“ omnes Actus Scholasticos confecit ad licentiam obtinendam . . . Itaque videntur ita distinguendi: Baccalaureus simplex, B. Currens [s. Cursor], et B. formatus: quod B. simplex ille diceretur qui Gradum ipsum obtinuerat tantummodo; Currens, qui in cursu erat ad Licentiam, seu qui Actus inceperat conficere ad Licentiæ consecutionem; Formatus denique qui Actus omnes Scholasticos, Collationes, Disputationes aliaque eiusmodi plane et omnino conferat, ita ut nihil ipsi deesset ultra nisi Gradus Licentiæ susceptio. atque idcirco Baccalaureus formatus et Licentiatus unica Gradus susceptione

- 1) Bulæi hist. univ. Paris. V. p. 377.



differunt, contra quam aliqui existimant“. Cf. etiam Ducangium<sup>2</sup>. Secundum statuta Erfurtensia<sup>3</sup> hi quattuor promotionis gradus fuerunt: 1) Baccalaureatus biblicus, quem qui adsecutus fuerat, sacræ scripturæ libros discentibus interpretandi ius habebat; 2) Baccalaureatus formatus, qui de quibuslibet theologicis disciplinis prælegendi ius tribuebat; 3) Licentiatūra, quam non nanciscebatur nisi qui sine præside de thesibus ‘ex omnibus theologiæ partibus ac tractatibus’ desumptis publice disputaverat; 4) Doctoratus sive Magisterium, qui summus honor non nisi multis sollempnitatibus et sacramentis, prandiis et impendiis factis acquirebatur. — De formis variis baccalaureus, bacalarius, bacularius, bacalarius, baclarius, similibusque, quæ omnes in usu fuerunt, non est quod h. l. disputemus, neque meum est de etymo vocabuli, de quo inter ipsos competentes iudices adhuc lis est, ferre sententiam: provoco ad Diezium<sup>4</sup>.

2) Ducange (ed. Adelung) v. Baccalarius: „3) Baccalarii, seu Baccalaurei in Academiis, apud Nicol. de Clemengis . . , qui Bachellarii Nic. Triueto in Chr. a. 1282., Bachalarii Walsinghamo p. 51. et Bacularii p. 309. qui in eo gradu sunt, ut ad Doctoratum aspirare possint, quemadmodum Baccalarii militares adolescentes [cf. ibid. § 2. „qui n'avoient pas encore levé Bannière, Bachellers“], qui ad Baneretorum gradum perinde aspirant. Nam inde Baccalaureos Academicos dictos fere constat [et Diezius quoque confirmat, qui cum Ducangio principalem baccalarii significationem, sæc. ix., baccalariæ, i. e. mansi rustici, possessorem fuisse docet]. Sacra autem Theologiæ Parisiensis facultas, ut observat . . Filesacus, in quatuor velut ordines distributa est, Magistrorum, Licentiatorum, Baccaliorum Formatorum, et Baccaliorum Cursorum. Magistri iidem sunt, qui Doctoris lauream consecuti sunt: de Licentiatistis dicitur suo loco [sunt quibus publice in academia profitendi licentia data est, licentiatistis ad magisterium]. Baccalaurei Formati dicuntur illi, qui expleto Theologiæ cursu possunt ad superiores gradus provehi, atque inde alio nomine vocantur Dispositi. Baccalaurei denique Cursores sunt Theologiæ Candidati primi generis, qui ad Cursum Theologicum explicandum admittuntur, Bibliorum nempe, postea libri Sententiarum Petri Lombardi: unde nata illa distinctio apud maiores Baccaliorum, ut alii Biblici, alii Sententiarum nuncupentur. Vetus Statutum Academiæ Parisiensis: Quilibet Cursor (Baccalarius) in Theologia inter primum Cursum ad Sententias tenebitur respondere in Theologia ad minus semel de disputatione Tentativa sub Magistro. Alio loco: Nisi talis volens admitti tempus suum probaverit per Bibliorum &c. Vide Hist. Academiæ Paris. tom. IV. p. 391. et Lambecium lib. 2. Comm. Bibl. Cæs. p. 128. sqq. Baccalariatus vero vel Doctoratus in Academiis Anglicis gradus non obtinent . . . Baccellarius, ead. notione. Vita S. Thomæ Aquin. . . . 4. In ecclesiis iunior canonicus professus, nondum presbyterio donatus. . . . Baquelarius, ead. notione. . . . 5. Eadem ratione adolescentes non coniugati, et iuenculæ nondum nuptæ, Baccalarii et Baccalariæ vocabantur. . . .“ 3) Cf. Mutschmann Erford. literat. continuat. I. p. 10. sq. 4) F. Diez Etym. Wörterb. der roman. Sprachen. ed. II. 1861. 8º. p. 41. sq. v. Baccalare.

BALBUS, Ioannes. vid. Ianua, Ioa de.

BALDVNG, Pius Hieronymus, de Gamundia, inter tres viros, quorum nomina non repetit p. 218<sup>23</sup>, primus est, eiusque plena subscriptio legitur in Pepericorni defensione ed. n. p. 107<sup>8</sup>...". In matriculam universitatis

Friburgensis die 5. Febr. 1506. inscriptus est. Postquam Zasius poeticam lectionem, ne Philomusi ad Ingolstadienses abitione vacaret<sup>1</sup>, per quatuor fere menses habuerat, ea Baldungo die 16. Iun. a. 1506. demandata est; statim iuris utriusque doctor factus iam hiberno semestri a. 1507. decanus ordinis Ictorum fuit. eidem d. 16. Iul. eiusdem anni „assignati ab Universitate xl floreni rhenenses pro lectione poetica . . item eidem pro disputaione circulari in iure singulis mensibus celebranda et quod legat pro aliis Doctoribus Iuris, quotiens iusserit Universitas, assignavit alios xx aureos, sicque annis singulis lx florenos erit recepturus“. Lecturam Institutionum d. 27. Febr. a. 1510. sibi commissam abdicavit d. 23. Iul. eiusd. anni, in regimen imperiale Ensishemense transiens, vir (Zasio iudice) et iuris peritissimus et insuper omnibus humanitatis studiis ex pari doctus. Hæc fere sumpsit ex Schreibero<sup>2</sup>.

- 1) cf. infra art. Philomusus. 2) *Gesch. d. Univ. Freib.* 1857. 8°. I. p. 82...84.

BAPTISTA MANTVANVS s. Ioannes Baptista Hispaniolus (Spagnoli), natus Mantuæ d. 12. (sec. all. 17.) Apr. a. 1488., Carmelitarum ordini sese devovit, cuius vicarius generalis sexiens electus totius ordinis generalis factus est Romæ a. 1513., qua dignitate, cum ordinis reformandi frustraneum periculum fecisset, anno 1515. deposita in patrio oppido vitam expiravit mense Martio anni 1516.: falli eos qui a. 1518. mortuum esse scripserunt, Lampus (p. 209<sup>10</sup>) evincit, cui cum vere anni 1516. Carmelitarum claustrum visitaret, 'dicebatur, quod Baptista Mantuanus est mortuus'. Quod alterius Vergilii famam adsecutus est, ita ut iuxta huius sepulcrum Fridericus Mantuanus dux marmoream columnam ei poneret, magis eum natali solo versuumque multitudini, quorum plus quam lv milia reliquisse fertur, quam carminum bonitati debere putaverim. certe nimix sunt Trithemii<sup>1</sup> laudes: „vir in divinis scripturis eruditissimus et in secularium literarum scientia nulli secundus, sacræ theologiæ doctor, philosophus insignis, poeta et orator celeberrimus, ingenio excellens, sermone disertus, vita et conversatione præclarus, Latinæ linguæ decus et Græcæ clarus interpret, metro excellens et prosa. Scripsit utroque stylo multa egregia volumina“, quæ prodierunt Paris. 1513. fol. Ff. ad M. 1573. 8°. IV voll. Antv. 1576.; de singulis scriptis videsis Whartonum<sup>2</sup>. De neotericis, cavillis et captionibus instructissimis, Mutianus ad Urbanum<sup>3</sup>: „...Baptista Mantuanus est summus poetarum: ergo hic idem est Homerus“.

- 1) Scrr. eccl. p. 387. 2) in Append. ad Cave ed. Basil. 1745. fol. II. p. 239.  
3) Tentzel hist. Goth. suppl. I<sup>a</sup>. p. 59.

BATODIVS, Lucas, Germanice *Lux Hackfurt*, unde rectius Batodius quam Bathodius scribitur. De eo Erasmus ad Gerbellium<sup>1</sup> in eadem, d. 20. Oct. a. 1518. scripta epistola, qua Eobanum Hessum Erasmi visendi causa Lovanium venisse gloriatur, 'saluta' scribit 'diligenter novum amicum Bathodium', iterumque in epistola gloriosa ad Laurinum d. 1. Febr. 1523. scripta<sup>2</sup> Lucæ, qui 'nuper sodalitis [Argentoratensi] accesserat', in Erasmus vehementiorem amorem prædicat. Batodii ad Erasmus epistulam d. 1. Oct. a. 1525., ut is scholasticos libellos reformandos et classicos q. v. libros ab obscænis moribusque iuvenum noxiis locis repurgandos curaret,

- 1) Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. n°. cccxli. col. 354. 2) Hutt. Opp. II. p. 162. § 19.

scriptam Argentorati ineditam servari ex Röhrichio<sup>3</sup> didici. Sletstadiensis scholæ discipulum fuisse Batodium, ut hic quoque inter Wimphelingianos recensetur<sup>4</sup>, relatum quidem me legere non memini, puto tamen. Vicarius in cathedrali ecclesia, deinde capellanus hospitii Oberehnheimensis factus, a. 1522. partes reformationum professus muliereque ducta a munere amotus est, quare cum aliis Appellationi sacerdotum maritorum Argentoratensium subscripsit<sup>5</sup>. tum autem a. 1524., cum Argentoratenses scholis constituendis novam diligentiam impenderent, inter eos fuit qui magistratus auctoritate pueros erudiendos in habitationes suas reciperent, idem Röhrichius<sup>3</sup> refert, apud quem Schwebelii quoque de ipso hæc verba repetita sunt: „*der du nit allein für ein bewerten lerer gehalten wirst, sondern auch mit gemachten büchern hast du angehebt der iugend nützlich zu sein*“, quos libellos ut scholarum triviis destinatos nunc in oblivionem abisse non mirum est. Postea Röhrichius<sup>6</sup> Lucam Hackfurtum a. 1529. primo publicæ eleemosynæ ratiocinatore sive diaconum factum esse narravit. De morte nihil mihi constat.

3) *Gesch. d. Reform. i. Elsass*. Strassb. 1830. 8°. I. p. 255. 4) cf. infra art. Kirherus. 5) *Röhrich Mittheill.* I. p. 159. not. 1. 6) not. 3. cit. p. 266.

BEANVS (cf. Ind. verbor. h. voc.) est, ut Ducange<sup>1</sup> scripsit, novellus studiosus qui ad academiam nuper accessit. Statuta academiæ Viennensis in Austria [et iisdem fere verbis Coloniensia<sup>2</sup> præcipiunt] ‘Item quod nullus præsumat novos, quos beanos vocant, indebitis quibuscunque exactionibus gravare aut aliis iniuriis aut contumeliis molestare’. Ubi Lambecius: „Beani definitio latitat in ipsa nominis sui acrostichide:

*Beanus Est Animal Nesciens Vitam Studiosorum*

Vox Gallica *bejaune*, quasi *bec-jaune*<sup>3</sup>, ut aviculæ quæ nondum e nido evolarunt . . . Qua ratione vero scholastici de novo venientes recipiebant, pluribus docent Statuta collegii s. Bernardi Paris. a. 1493. ex quibus etiam discere est, inter scholasticos unum eligi solitum quem Abbatem Beianorum vocabant.“ Depositionem sive beaniam appellabant absolutionem a beanio, i. e. beani statu sive condicione, eas vexationes exactionesque, quibus perpessis beanus in studiosorum consortium recipiebatur, in album studentium inscribatur, suppositus sive ‘unum suppositum’ fiebat<sup>4</sup>. Imprimis ad hos pravorum mores academicos cognoscendos ‘Manuale scholarium Lipsiense’ exeunte sæc. xv. publicatum<sup>5</sup>, utile est. In Dornavii Amphitheatro<sup>6</sup>

1) Du Cange ed. Adelung. v. Beanus. n°. 1. cf. ibi vv. Bejanus, Bejania; Bejaunium, Bejaunum. 2) Statuta antiqua de a. 1392. repetita ap. *Bianco Gesch. d. a. Univ. Köln*. p. 10. Appendicis. § 12. 3) cf. Pseudoep. O. V. p. 521<sup>16</sup>. Hutt. Opp. VI. inscript. ‘Citirino Schnabelio’. 4) cf. Ind. verbor. h. v. 5) repetiit F. Zarneke *Die deutschen Univ. i. M.A. Leipz.* 1857. 8°. p. 1...48. Huc pertinet præcipue cap. 2. (ap. Z. p. 4... 10.) 6) Hanov. 1619. fol. p. 815... 820. Pagg. 815. sqq.: De origine, causis, typo et ceremoniis illius ritus qui vulgo in Scholis Depositio appellatur, Oratio M. Iohannis Dinckelii. Pagg. 818. sq.: Iudicium . . . D. Martini Lutheri de Depositione in academiis usitata. Pagg. 820. sqq.: Friderici Widebrami Depositio scholastica, et Iambici in ritum depositionis. Videsis etiam nuper editum parvi ponderis ac momenti librum O. Dolch *Gesch. d. Deutschen Studententhums. Lpz.* 1858. 8°. I. p. 156... 166.

complura de depositione scripta collecta sunt, unde hos Widebrami versiculos interpunctione q. v. emendata repetimus:

Hic armis opus est, variis opus instrumentis,  
Huc directa mihi tota est, quam tracto, supellex,  
Horrida, materiæ similis cui forma paratur:  
Serra dolabra, bidens, dens, clava, novacula, pecten,  
Cum terebra tornus, cum lima malleus, incus,  
Rastraque cum rostris, cum furca et forcipe forpex:  
His ego [*depositor*] distortum nodoso robore truncum  
Tondeo, tundo, seco, rado, lavo, levigo, limo,  
Scalpo, sculpo, scabo, fodio, tero, torno, terebro,  
Divido, compono, frico, dedolo, cudo, recudo,  
Si qua dante deo tam crasso e stipite possim  
Fingere Mercurium et quod curvum est ponere rectum.

Quod attinet ad vocabuli etymon parum recte v. cl. Kosegarten<sup>7)</sup> *beanus* a Gallico *beer*, i. e. *den Mund aufsperrn*, *gaffen* deducit; quem errorem esse is qui in his rebus etymologicis sine provocatione fere iudex est, Friedericus Diezius, non solum tacite iudicavit<sup>8)</sup>, sed et præsens mihi dicit, nihil inter se commune habere vocabula *beer* et *beanus* sive *beianus*. Diefenbach<sup>9)</sup> ex vocabulariis barbaris sic: „*Beanus*, *bijanus*, i. lecor; gall. i. scholasticus trivialis, ethrusc. i. barbarus, barbarusculus, banausus, bacehuns. ain *bean*, *bacchant*, *schelm*, *grobianus*, *grober esel*: *ochs*, *puffel*, *tulpei*“.

7) in *Gesch. d. Univ. Greifsw.* 1857. 4<sup>o</sup>. I. p. 84. 8) in *Roman. Wörterb.* voc. *badare* (unde illud *beer*) de beano nihil. 9) *Glossar. v. Beanus*.

BEBELIVS, Henricus, Iustingensis Suevus, natus a. 1472. decessit a. 1516., sed de utroque anno non certo constat, quamvis multi<sup>1)</sup> vitam viri descriperint. Postquam in patria, Cracoviæ, Basileæ litteras didicerat docueratque, anno 1497. Tubingæ professor linguæ Latinæ poeticesque factus reformandis huius linguæ studiis diligentissimam docendo scribendoque operam dedit, ibique usque ad vitæ exitum ‘non sine victuro nomine castra locat’<sup>2)</sup>. Anno 1501. lauream ei imposuisse Maximilianum Cæsarem supra<sup>1)</sup> quoque adnotavimus. Mortis neque genus neque tempus scimus. Scripta viri multa sunt et varia, magnaue et epistolarum et poematum pars aliorum libris addita legitur. eius commentaria epistolarum conficiendarum, ad quæ rettulerim p. 19<sup>6)</sup>, ab a. 1503. usque ad a. 1513. noviens publicata esse Panzerus<sup>3)</sup> rettulit. Quæ p. 206<sup>1)</sup> Iodoci Sartoris studiis inservit ‘*Ars metrificandi*’ sive ‘*Ars versificandi et carminum condendorum*’ Henrici Bebelii Iustingensis poetæ laureati. Quantitates syllabarum eiusdem. Racemationes et exquisitiones observationes eiusdem’.

1) Non nullos Hutt. Opp. III. p. 79. ad v. 229. sq. nominavi, quibuscum cf. præter Pantaleonem, Adamum, Freherum Iöcherum etiam Burckhardum de L. Lat. in G. fat. II. p. 317. sqq. 2) Verba sunt Hutteni, l. c. v. 230. 3) Ann. typ. X. p. 143. Cf. infra art. Pontius.

item sæpe prodiit<sup>4</sup>. In Reuchlinistarum numerum Bebelium relatum quidem non legimus, sed inter Antischlauraffianos nomen eius est, p. 201. v. 94., itemque inter Antilangianos, qui a parte Wimphelingi stant, p. 288. v. 10. — Ioannes Piemontanus in MS. Auctario [Trithemiani libri] de scriptorib. eccless. fol. 57. de Bebelio hæc:

Henricus bebellius de iustingen nacione teutonicus patria sueuus vir in secularibus litteris eruditissimus et diuinarum scripturarum non ignarus greco et latino peritus eloquio grammaticus celebris philosophus orator insignis et poeta laureatus ingenio excellens acer et vehemens apud ducem wirttembergensem magno in precio habitus qui sua erudicione totam grammaticam ad puritatem latine lingue excitare conatur latine namque eloquencie censor mordacissimus dira et exacta sua reprehensione multorum nostre etatis grammaticarum ipse facile princeps se iudicio et examine aufit exponere Scripsit et edidit de hoc plura erudite lectionis opuscula quibus se et presentibus notificauit et posteris memorabilem fecit e quibus ista chalcographice iamdudum mandata circumferuntur scilicet

Modus epistolandi	li 1	Cum homo ad hominis utilitatem
Contra modos epistolandi pontij et aliorum cō	li 1	Superbus commentariolus princeps
Contra epistolas caroli commen.	li 1	Scripturo mihi contra ineptias
De abusione latine lingue apud gē	li 1	Querenti mihi atque sepius cogitanti
Vocabularius externarum dictionum	li 1	

E(t) multa alia que nondum ad meam peruenierunt noticiam vivit adhuc in studio tibingenfi oratoriam et poeticam publice profitens. (Ad marg. recentior manus adscripsit: faceciarum li 1. De condendis versi(b)us li j De quantitate sillabarum li j Recemationes li j)

4) Panzer X. p. 143. decem exempla ab a. 1506. usque ad a. 1520. edita enumerat. recentiora exempla a Iacobo Henrichmanno Sindelfingensi emendata auctaque sunt.

BELLVNENSIS *vid.* Urbanus.

BERNA *vid.* Bernense scelus. Ditherus de Bern.

BERNARDINVS s. Bernardus Caravajal, episcopus Ostiensis, cardinalis sanctæ Crucis (p. 220<sup>3</sup>), natione Hispanus, patria Placentinus, Sixto PP. IIII. a cubiculo, ab Innocentio PP. VIII. episcopus Carthaginiensis factus, ab Alexandro PP. VI. anno 1493. purpuram accepit. post quod decus acceptum "apostolicæ sedis legatus Maximiliano regi Romanorum occurrit. legatus etiam ad Ferdinandum regem Neapolis venientem ad Urbem; Germaniæ et Campaniæ quoque legatione functus est. Iulio II. vivente, a quo stulte deficiens cum cardinalibus Federico Sanseverinate, Francisco Borgia, Guilelmo Brissoneta et Renato de Bria Pisis conciliabulum contra Iulium indixit. quare cardinalitia dignitate cum sociis a Iulio privatus, a Leone X. restitutus est. obiit d. 16. Dec. a. 1522."<sup>1</sup> Hochstrato favisse Bernardinum adnotavimus ad Hochstrat. ovant. § 30.<sup>2</sup>, et testatur etiam ep. O. V. II. 20., ex qua dicimus eum etiam in causa contra Petrum Ravennatem pro Hochstrato egisse<sup>3</sup>. Maius<sup>4</sup>: „sumum stu-

1) cf. Ciaconii Vitæ pontiff. III. p. 170. sqq. et C. Burmanni Hadrianus VI. Trai. ad Rh. 1727. 4<sup>o</sup>. p. 23. sqq. 107. 2) Hutt. Opp. VI. p. 472. 3) cf. etiam Epp. O. V. II. 49. 4) vit. Reuchlin. p. 48. sq.

dium adhibuit Hochstratus, ut Grimano<sup>5</sup> adiungeretur Bernardinus cardinalis s. Crucis, quippe quem sciebat sibi pariter et suis collegis, a quibus cum in Germania aliquando esset, benigne liberaliterque hospicio excipiebatur, esse faventissimum, et se iam ante eius opera a proscriptionis pœna liberatum<sup>6</sup>. At vero qui a partibus Capnionis erant, multas satis graves ac iustas causas adducunt, cur eum recusarent: quas paulo accuratius apud se perpendens Leo Petrum de Accolitis Anconitanum D. Eusebii cardinalem<sup>7</sup> pro illo substituit. Hi quanquam nihil quod sui officii esset, intermisere, Hochstratus tamen moras identidem nequit, atque malis suis artibus obtinuit, ut nonnullis quoque ex suo ordine causæ cognitio una demandaretur, in quibus præcipue fuerunt Thomas [de Vio] Caietanus purpuratus et Sylvester Prierias, palatii quod vocant sacri Magister<sup>8</sup>. De hoc cardinale sic Ioa. Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 143<sup>b</sup>:

Bernhardus episcopus et sacrosancte ecclesie rhomane tituli sancte Crucis presbyter cardinalis vir in diuinis scripturis eruditus atque in seculari litteratura egregie doctus et iuris pontificii non ignarus ingenio clarus et eloquio disertus vita et conuersatione integer et maxime religiosorum fautor pacisque non minimus amator sincerus qui iam dudum legatus in galliam germaniamque missus inferiorem multa pro reformatione pacis sedandisque discidiis præsertim inter brabantinos et alios habitis laborauit et fecit Scripsit quedam preclara opera E quibus vnum extat quod mihi dudum innotuit Contra laurentium Vallam et alios qui vesana sua loquacitate audent latrare in summum christi vicarium et sanctam rhomanorum ecclesiam quasi non vera sed falsa sit donatio constantini imperatoris in quo quidem pergrande volumen omnem istorum assertionem ita subueruauit vt non tantum veram sed quod magis est legitimam et debitam restitutionem potius quam donationem fuisse probet Quorum itaque bestialem laurentij inuentionem elidens scripsit grandem

De restitutione constantini li j

Et alia quedam Viuit usque hodie feruens fidei zelator sub julio 2<sup>o</sup> et maximiliano imperatore anno dñi quo hec scripsimus mxcj.

- 5) cf. infra hunc art. 6) cf. Conciliabulum theologistar. in Hntt. Opp. IV. p. 575. sqq. 7) cf. supra art. Accoltis. 8) cf. supra Conspectus chronol. præcipue ad annos 1515. et 1518.

**BERNENSE SCELVS** tam in Epp. Obscuror. Viror. quam in Hutteni huiusque æqualium scriptis sæpissime memoratum in his libellis æqualibus relatum est:

1) De quattuor heresiarchis | ordinis Prædicatorum de Obferuantia nuncupatorum apud | Suitenses in ciuitate Ber|nenfi cõbustis. Anno Christi | m. d. ix. | (Pict. xyl. Combustio 4 prædicator.) | Ad Ioannē Scotū doc. subtilē. | Concepta est virgo primi sine labe parentis | Hic tulit/ hic heresi prælia dira dedit. | Inde genus meriti tantū sibi papa refundens | Doctor subtilis dicitur vtque dedit. (28 foll. 4<sup>o</sup>. s. l. signata A8 B4 C8 D8 foll.) Pag. Aij: ¶ Magnificis nobilibusq; senatoribus & patricijs [sic] magistratuiq; inclytę ciuitatis Ber|nenē SALVS. | ¶ Si Christo Iesu ... Pag. A6<sup>a</sup> post 2 versus: „¶ Infoelix quattuor hereticorū ordinis Predicatorū historia & inaudita narratio. | ¶ Anno ab incarnatione domini nostri ...“ Pag. D7<sup>b</sup> distichon: „Dignare me laudare ... | ... hostes tuos.“ Pag. pænult.: „Ad Lectorem. ¶ Pfendopatrum ...“ Pag. ult. vacat a scriptura. Singulæ plenæ pagg. 33

versus habent. Typi q. v. Latini. Est inter libros meos. Excerpta ex hoc libello infra dedimus\*.

\* ) Foliis 7. et sqq. libelli de quattuor hæresiarchis hæc leguntur:

¶ Infelix quattuor hereticorum ordinis Prædicatorum historia  
et inaudita narratio.

¶ Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septimo in civitate Bernensi Lausanensis diocesis pullulavit et exorta est heresis omnium plane nequissima, qua nulla maior audiri potuit, sed neque cogitari. Cuius quidem perversitatis et audacię auctores fuere quidam fratres ordinis Prædicatorum de observantia nuncupatorum . . . .

¶ Wigandus Wirt tam miserę messis sementarium et occasio.

¶ Ne autem vana spe lectorem demoremur, infelicitatis eorum historiam dicam. Wigandus quidam cui cognomento Wirt nomen erat, sacrarum litterarum professor, et magister ordinis Prædicatorum de observantia, vir vafer et audax, cui cum in Francpfordia officium esset prædicationis commissum, nescio quid titillationis vel suscitabuli cum eiusdem civitatis plebano incenderit, et in contumeliarum focum inflammavit, publicis quoque prædicationibus suis multiplicatore contemptu ac procacius quam religiosum et divini verbi seminatorem deceat impulsarit, viroque ita bilem movit et choleram auxit, ut et ipse palam in concionibus suis ad plebeculam suę curę subditam reclamaret et verbum verbo rependeret, similesque vices, si non maiores, refunderet. . . . quis . . . non vehementer doleat, quando ab his per quos erudiendus est Christi populus, tam impudenter cernit scandalisari potius quam erudiri, meretriciterque mutuis contumeliis sic publice convitiari ac insultare, id quoque copiosius perpetrare quod in subditis acrius arguunt? Wigandus autem ille noster cum ex quibusdam accepisset se quoque lacesciri, reclamareque plebanum eius conciones, in propria persona statuit eundem visitare, utque videri posset ab eo, in faciem eius astabat quam præsentissime, paratus audire siquam iniuriam ei foret irrogaturus. Qui præsentiam tam temerariam ferre non valens hoc se irritari prospiciens bilem movit, excusseque sunt in cerebrum flammæ furoris, et duo convitia in præsentem Wigandum palam effudit, quod scilicet ex numero se non esse gauderet qui Henricum imperatorem toxico aut venenato sacramento occidissent. Taxabat secundo eos et momordit, qui nulla satis festiva commendatione sertulum rosarum Marię virginis extollere possunt, ausint tamen conceptus eius originali macula defœdare, sicque idipsum Marię sertulum et crinale canino hoc flosculo originalis delicti deturpare, fœdamque rosam hanc in tantę virginis coronam implicare. Quibus a Vigando auditis in totius populi contuitu plenissimo boatu reclamavit dicens, 'mentiris, et ut hereticus hæc ficta expuisti'. Hausit plebs cetera displicentiam, et quam graviter scandalisata est. Fuere ex amicis plebani, tum etiam ex his qui suo Pastori et rectori astandum putabant, ferebantque sinistre, ut verbis eorum utamur, cucullatum monachum in tam inclytę civitatis insigni et capitali parochia tanta temeravisse, ac in eorum contemptum reclamasse, mortemque ei minati sunt quocumque divertisset. Quo audito vitam fuga salvavit. At mansit alta mente repostum iudicium et censura pulpitaria plebani francpfordiani, tamque insigniter se læsos romanę sedi, sed intelligentius et verius, romanę sedis conservatori conquesti sunt, querelis haud minimis contra plebanum impositis, quomodo nedum in personas, sed totius ordinis integritatem

2) *Historia mirabilis* | quattuor heresiarcharum ordinis *Predicator* de *Observantia* apud *Bern.* | *combustorum*. | Anno. *M. D. ix.* | Cum [16] figuris. | (Pict. xyl. ut 1.) 18 foll. in

invenisset, nunquam cogitata crimina obliendo. Sicque in id generis multa prorumpentes, sedem apostolicam seu ordinis sui conservatorem clamorosis vocibus pro vindicta seu administratione iusticiæ impetebant, Obtentoque commissario doctore Thoma Wolf viro in hisce rebus consummatissimo, plebanum citarunt. Qui comparens celeberrimi doctoris Sebastiani Brant advocacy patrocínio functus est, Perpensaque diligenter eiusce negotii occasione, principio, medio, fine, excessus quoque enormitate in Vigando, qua etiam muti silentium provocare potuisset in vocem, in causa sic est iudicatum, quod ipse Vigandus stomacho et indignatione repletus abscessit, eo quod pro voluntate sua non fuisset plebanus vivus excoriatus, quod tamen iudicio et intento suo certius sperabat.

¶ Wigandi vindicta in Commissarium, advocatum, et plerosque alios.

¶ At Wigandus ille noster apostolico commissario has vices impendere studuit. Libellum enim multis contumeliis plenissimum conflavit potius quam ediderit, in quo tam prodige livorem effudit, ut nullius honori aut dignitati parceret, sed nec in simili vesania cuique secundas vices concederet. Iudici inquam quod pecunia corruptus fuerit obiecit, eo quod plebanum francfordensem nulla revocatione obtenta absolvisset, Bernardinum de Busti leguleum consummatissimum, quod mundę virginis conceptioni faverit, causidicum mendacissimum et turpissimum descripsit, generali vicario ordinis fratrum minorum de observantia una cum suis fratribus Heidelbergę pro virginis immaculata conceptione disputantibus et concludentibus sic illusit, quod non ob id sanctiores censi debeant, quia grossis sint funibus cincti, mordari cappa et calopediis in truncum formatis vestiti, quodque doctrina eorum sit maledictis blasphemiiis, mendaciis, figmentis, vita vero hypocrisi et simulata sanctitate cum invidia immortalis plenissima. Sebastianum item Brant celebratę doctrinę et nunquam intermorituro nomine virum cognitissimum ita suis contumeliis, iniuriis, convitiis discerpserit hominem vivum, qualiter non solent etiam ferę bestię discerpere cadaver eiectionem et emortuum. Post quem Iohanni Spengler fratri ordinis minorum de observantia sic maledixit, ut illius famam et vitam non parum denigraret ac obumbraret. Sed nec illi satis fuerat lacessere vivos, quin etiam egerrime ferret sanctis Doctoribus et viris et emeritis pro eorum in rem pub. christianam diligentia epitheta dici honoris, Divum videlicet Bonaventuram seraphicum, Alexandrum irrefragibilem, Scotum subtilem, nescio quam de quodam casco fabellam inducens, turpiter erravisse contendit, qui hisce doctoribus hunc honorem decore nuncupationis impenderunt. Cuius quidem libelli temeritatem et a vero deviam superbiam reprimere curavit archipresul moguntinus, qui præceptione provida viri tam procacis dedignatus est importunitatem, mandavitque sub anathematis vinculo huiusce libellos incendi, deleri ac penitus incinerari, Cavit quoque, ne quis illos vendere præsumat, compareret precio, aut quovis titulo vel colore acquirat. Quo remedio viris inculpatis præter fas et iusticiam subventum est, et ipsorum dignitati suffragatum, Wigandique improba, malivola et contumeliosa verborum proluvia, superbaque arrogantia repressa est et cohibita. Ioannes vero Spengler qui se ceteris plus læsum non dubitavit, Romam profectus est, de Wigandi iniuriis conquesturus. Citatur ob id Romam Wigandus ipse, de enormitate et excessu tam



4<sup>o</sup>. sign. a...c. Pag. 2. incipit (ut p. A 6<sup>a</sup> edit. 1.): ¶ Inſelig quattuor &c. pag. c5<sup>b</sup> habet dist. *Signare me . . . . tuos.* | Pag. antep.: ¶ Venit p̄dic post feſtū &c. cum duob.

frivolo reſponſurus. De cuius citationis executioniſque proceſſu longum eſſet et ſuperfluum hoc loco recitare. Formidantes autem patres ſui præter optatum illi quiddam in romana curia evenire, miraculis falſis, apparitionibus fictis, truſſis perversis ei ſubveniendum in Capitulo wimpinensi decreverunt, non omnes tamen, ut vere creditur, ſed quos tanti criminis non puduit eſſe ſocios et auctores. de quo maledictam hſtoriam auditurus crucis te ſignaculo firma, ne te divina clementia in eum ſinat cecitatem pervenire, ut pro terreno et perverſo mendaciorum ſubſidio tuam pauperculam animulam ſic dæmoni impigneris, ut pleno dominatus imperio illi tribuas poſſidendam.

¶ Conſultunt de loci diſpoſitione, eligiturque Berna tam nefarię excogitationi apta.

¶ Quod ubi patres tam nefarii ſcleris conſcii in Capitulo eorum in oppido Wimpen celebrato decreviſſent excogitato fictoque patrocinio Wigando ſubveniendum, delendamque immaculatę conceptionis opinionem ac multorum ora in eos delatantium ocludenda, animo eorum firmiter inſediſſet, quoniam id locorum potius practicandum eſſet, mentem deflexerunt. Fuere ex illis qui Francpfordiam delegerant, utpote civitatem ad quam ex omni Germania Galliaque confluerent mercatores, qui hoc ipſorum negotium ad omnes mundi partes deferrent, brevique tempore denunciarent. Namque conſultum videbatur eis, ſi abſque eorum diligentia revelaretur, et convaſceſceret negocii et opinionis ſuę teſtimonium. Reliquis tamen renitentibus, ob archipręſulis moguntini vicinitatem, qui rem tantę novitatis non ſineret inexaminatam, relicta eſt Francpfordia ad negocii executionem inepta et indispoſita, Electaque eſt Nurenberga ex ſimili ratione diſpoſita, quod ex diverſis mundi partibus illic convenitur, quo præſumeretur rem hanc quam citiſſime a mercatoribus publicari. Sed et ipſa Nurenberga dimiſſa eſt, præveniri timentes negotium providentia et excitatiſſimis ingeniis incolarum, doctorum inquam virorum illic eſt ingens copia et innumerabilis multitudo, qui ſine diligenti perquiſitione rem hanc ſcleratam non ſic paſſi fuiſſent adoleſcere, creſcereque in tantam meſſem hoc venenatum ſementarium. Ideoque Bernam tandem elegerunt, utpote civitatem ſimplicem, rſticam et indoctam, ſed pugnacem, bellicoſam et potentem. Simplicem ob id elegerunt, ne fraus et deceptio providentia docta proderetur, Potentem tamen, ut ſi perſuaſi fuiſſent negotio credentes, ſua potentia eſſent opinionis teſtimonium deſenſuri. Bernenſes potentes eſſe non ambigimus, eſſe tamen et credere ſimplices, ſine cachynno nequaquam recitamus. quare longe aliter de ipſis ſentiendum erat.

¶ Dæmoni ut auxilio eis ſit et conſilio, animas proprii ſanguinis chirographo firmarunt.

¶ Non te prætereat lector amice ſtudioſam hanc excogitationem tam pertinaciter tentatam, aliam ob cauſam fuiſſe inceptam, quam in exitum et deſetionem immaculatę conceptionis ſemper virginis Marię. quam cum fratres minores uſque ad mortem hactenus tutati fuerint ac defenderint, neceſſarium ex conſequenti fuit, etiam in eorum perſonas, ordinem et doctores moliri inſidias, et crimen incidere læſę fraternitatis. Neque id ſcientia vel doctrina tentandum putabant, ex quo minorum ordo eandem immaculatę conceptionis opinionem inſigni triumpho tutarit, ideo aliud vincendi medium perquirentes miraculis

carminibus Philomusi, claud. „Hoc scelus horrendum non placuisse deo. Pag. ult. vacat a scr. Singulæ pagg. plenæ habent 40 versus, typ. q. v. Gotth. (Est in Bibl. Ienensi.) Repetiit (non exacte) libellum de quattuor heresiarchis &c. sine figuris Io. Henr. Hottinger Histor. ecclesiast. N. T. tom. V. sæc. xvi. Tiguri 1655. 8º. p. 334 ... 413. i. f. „Brevis *ἐπίκρισις*. Tragicum hoc profecto fuit scelus, quod Bernæ 130 foliis Latine conscriptum in archivis asservatur, Stettlero teste lib. 8. Hist. Nuit. [1. Suit.] ubi haud admodum prolixè pertexit Historiam, addita appendice de repetita rei gestæ confessione, a Ietzero, cum Badæ captus, per Præfectum Helvetiorum examinaretur, edita. Malui tamen hoc loco verbis uti eorum, quorum fidei apud adversarios Reformata religio non obstat: quanquam plura longe ab ipso expectare potuissemus Stettlero, cui præter acta publica, ad manus, dubio procul, fuerunt scripta Doctoris Thuringi Frick, qui Interpres Ietzeri, adeoque *αὐτόπτης καὶ αὐτήκοος*, omnia diligenter notavit: Stettl. an. Chr. 1507. p. 413. et Valerii Anshelmi, Rotvilensis, Doctoris Medicinæ, testis in cognoscenda hac ipsa causa asciti. Id. an. Chr. 1509. p. 436.“

3) ¶ Defensorium impiæ falsitatis, a quibusdam pseudo|patribus ordinis prædicatorū excogitatum / princi|paliter contra mundissimā superbenedictæ virginis | Mariæ conceptionē: Cum infertione actorū in Ber|na sub annis christi millesimo quingentesimo septi|mo / octavo & nono vsq; ad ultimam Maij: qua die | quattuor eiusdē falsitatis architecti igne deleti sunt. | (Pict. xyl.: Ietzer 4 prædicatores supplex ut in ordinem recipiatur orat.) 30 foll. in 4º. sign. A...E. Ultimum fol. a scr. vacat. In fine fol. 29ª legitur: ¶ Finis Defensorij impię falsitatis quorundā pseudopatru ordinis Prædicatorū: vna cū Confessatis eorundem | Impressa sub Dio: Anno Christi: M.DIX. Fol. 29ª: Ad Lectorem conclusio. | ¶ Hęc dulcissime Lector ...“. (In Bibl. Ienens.)

id fictis et falsis facere aggressi sunt. Cuius temeritatis quattuor heresiarchę nequissimi fuere operadores: primus conventus Bernensis Prior, Ioannes dictus Vetter, secundus Stephanus Bolshorst sacræ theologiæ doctor, eiusdem conventus prædicans, tertius Franciscus Ulschi Supprior, et quartus Henricus Steinecer procurator conventus. Hi ergo quattuor patres assumptum onus negotiumque prætersum pergrave sentientes, et de suis viribus diffidentes, dæmonis implorarunt auxilium: . . . . [*Reliquæ narrationis inscriptiones tantum capitulum adicimus has:*] Frater ad ordinem suscipitur [laicus quidam artificio sartor, cui nomen Ioannes Ietzer ex oppido Zurzach Constantiensis diocesis]. Simplicitas fratris negotio miraculorum præstitit occasionem. Spiritus fictus fratri revelat quo liberari possit [a vexationibus spiritus, i. e. Francisci Ulschi]. Ficti spiritus apparitio secunda, cum eorum excogitatis falsitatibus. Exploratur spiritus si bonus sit necne. Quæstiones nequiter spiritui in epistola doctoris Stephani factæ. Apparitio larvæ Barbaræ fratri facta. Mentiti sexum in persona virginis Mariæ apparent. Alia apparitio virginis Marię, in qua frater vulneratur. Fratri converso residua quattuor vulnera faciunt. Tentatur frater ultroneis Mariæ apparitionibus: fitque tandem impatiens fraude quattuor patrum notata. Frater ordinem exire tentat, sed persuasus in fraudem consentit. Imaginem virginis Marię furnisio aliisque coloribus plorantem finxerunt. Vitam tam arctam et anxiam frater ultro tolerare noluit. Capiuntur quattuor pseudopatres, et per chordas torquentur. Confessata Fratris. Legatio a romano pontifice mittitur, examinantur, degradantur, comburuntur.

4) History von den vier heiligen Prediger| ordens der obseruantz zu Bern im Schwytzer land | verbrant/ in dē jar noch Christi geburt. *M.C.C.Cig.* [sic] vff dē nechste donderstag noch pfingstē. | (*Pict. xyl. in cuius medio supra: 1521. tum Reuch|lin. | Hut|tenus. | Luther<sup>o</sup> | sub quor. pedib.: PATRON. | LIBERTATIS. | In med. pict.: Hochstrat'. | Doct. Iesus | et ceter. | quinque prædicatores collog. c. Murnar. qui caput felis caudamque draconicam habet; ad dextram intuentis sub scuto Bernensi sunt Die Maculisten | von Bern. ante quos Hans Jäger. Ad pedes utriusque monachorum turmæ: Conciliabulū malignantium.*) Ein kurzer begriff vnbillicher freuel|handlung Hochstrats/ Murnars/ Doctor Ihesus/ | vñ ihrer anhenger/ wider den Christlichen | Doctor Martin Luther/ von alle | Liebhaber Euangelisther [sic] lere. | 88 foll. 4<sup>o</sup>. s. l. et a. cum 8 pict. xylogrr. quarum maior pars sæpius repetita est, ut in 20 pagg. extent. (Bibl. reg. Berol.) Novissimæ huius libelli paginæ infra\*\* repetitæ sunt.

\*\* History Von den vier heiligen Prediger|ordens etc. 1521. 4<sup>o</sup>. p. P 2<sup>b</sup> sqq.

- „Vnbillicher handel der münch | Hochstrats/ doctor ihesus Murnars | Vnd  
Kündtlich ist nun vor kurzer frist | Was münch gebrucht hond argē list  
Was vffsags/ gelsfuch/ büberey | Die ich nit mag erzelen hie.  
Ja kundtlich siend sye aller welt/ | Der gemeyn nachteylung zū gestellt  
Allein zū bettlen hinderfich | Vnwillich arm/ on tugent rich
- (10) Der sacht kein end noch boden hat | Im ergeyt nye erfunden satt  
Bermischen sich in alle spil/ | Vnd treffen allzeit recht das zill  
Verblendē Keysser fürsten groß | Ir schmeichlerey tribents on maß  
Dardurch sye schaffen iren will | Erstlichen was sye wend in still  
Des schalcheit weyßt Bern sonderlich | Hatt die veruast auch hinderfich
- (20) Wer nit güt/ das die yederman | So eygentlich solt verstou.  
Straff hand empfangen doch auch die | Solt sein der andren warnung ye  
So seindt ir nach kumen also frech | Von bösser art/ zū vngerecht  
Zū vnfrid vil zū schanden gericht | Bö hachstratt wer ein bsund' gedicht ||  
Zū machen/ vnd ein ganz legend/ | Noch hat die sacht nit ort noch end
- (30) So er vnbillich vnd on not | Nun lange jar getriben hat  
Den frommen Reüchlin hin vnd hār | Verlogen durch sein falsch mār  
On grund/ on recht im zū geseht/ | Vff in mit im auch vil verheßt  
Das ist der geistlich neyd vnd groß | Des alle kuttē stecken voll  
On Luther der hoch theür gots man | Bey vnsser zeit von yederman
- (40) Befan(t)/ gerecht/ der in ewigkeit | Ein einzig stück der christenheit  
Den hat er auch darzū durchächet | Mit seinē apostühler knecht gebrächet  
Vast hochgelert in gle(i)ßnerey | In falschen lere sophistrey.  
Vnd im zū stimpt loblicher that | Der Luther auch verbiennet hat  
Zū worms/ mit freyden vñ frolock | Wer wirbig selbs verbiirt im stock
- (50) Dan das er an eim strang erhing | Der kornkast schafft im boß gebing  
Münch sych dich selbs an oder wicht | Vnd sprich dir selbs voryn gericht  
Ge dan du früm/ leüt leßt ir eer | Ich wolt dir noch wol sagen meer  
Du werst dann als gar nit bekant | Vnd felschlich doctor iesus genant ||  
Sein gefell murnar hat klein gewin | Ist kumen gar bey nach von sin
- (60) Als er wolt straffen Luthers schrift | Ward er zur faken vnd speiwet giffst  
Gleich wie der drach Leuiathan | Sein beschiffne bruch tregt er auch an  
Vnd ist verirrte sein sin vnd müß | Von gängen mer kein predig thüt  
Lafft Luther rügen, blibt doheim | Dann in gesagt ist nit im geheim  
Er sey der sacht zū kindisch noch | Wirowol er fuert ein hohen boch
- (70) Wolt schreiben vil doran nit ist | Entdeckt siend aller büben list

5) Valerius Anshelm's | genannt Rüb, | Berner-Chronik, | Herausgegeben | von E. Stierlin ... und J. R. Wyß, ||| Dritter Band, ... bis | gegen das Ende des Zeherischen Handels, 1508. | Bern, | bey L. A. Haller ... 1827. | 8°. Pagg. 369...484. „Von der großen That und Straf des ungehörten, grüßelichen Mißhandels, so zu diser Zyt hir zu Bern im Prediger-Kloster ist ergangen und zuvor von Urhah, Anlaß und Ursach desselben.“

Ex recentioribus scriptoribus nomino *Abr. Ruchat Hist. de la réform. de la Suisse. Genev. 1728. 8°. tom. VI. p. 569...630.*

- Dye Hütten [hat] beschrieben wol | Ich hoff die zeit auch kumen sol  
Gott werd sein straff auch sende bald | Dann sein wort leydet nyt gewalt  
Der bapst solt sein ein rüffend stim | So ist er ein troß Leo grim/  
Vergeßst das chrißten blüt on recht | Das nit zü gehört eim gottes knecht  
(80) O bapst wo kumyt dir hâr der gwalt | Das du ergrimst so manig falt  
Bewegst das erdtich sonder nott | Im schin des friðes/ wider gott  
Das schwert dir ist beuolhen nit/ | Frid soll verschaffen dein fürbitt.  
Die Guangelichs leer syh recht bap an | So bistus Keyßers lehen man. ||  
Der kirchen seelsorg vnd pasto: | Mit deinen schafflin gand fürs tho:  
(90) Weiß sye den weg der seligkeit | Mit simonch/ vnd ippigkeit  
So on zal Rom besitz on end | Ach frummer Hutt die sach abwêd  
Mit stand ab bring fur manlich frey | Dein schwert erschwing/ dir wonet bei  
Gott/ vnd was warheit halt in eer | Doch darff ich dir nit geben leer  
Ich hoff es werd sich schiden sunst | Das nider werd gelegt der brunst  
(100) Der angenümen geistlichkeit | Der Curtisanen betruglichkeit  
Der münch dazü zauberey | Der appotülzler hüberey  
Vnd werd in gott all sach gericht | Ja zü dem ich setz mein züversicht. 2c

WEN

¶ Der dißes büchlein hat truden Ion | Der hatt's Marie zu eeren gethon/ | Er hofft von ir den ewigen Ion 2c.

BERTRAM, Petrus, plebanus Moguntinensis (p. 240<sup>30</sup>), qui ad marginem Triumphi Reuchlini v. 756.<sup>1</sup> per errorem sive auctoris sive operarum 'Ioannes Bertram de Naumburg plebanus Moguntinus appellatur: nam 'Ioannes Bertram Nuenburgensis, qui claret in gymnasio Moguntino theologiam ordinarie docens ac varia componens'. a. 1494., ut Trithemius<sup>2</sup> habet, procul dubio ab hoc clamatore diversus est. Præter ea quæ Huttenus de crasso rudique sacerdote, quem cum Decimatore Meyeroque coniungere solitus est, nobis rettulit, nihil quidem constat, sed illa sufficere putem.

1) Hutt. Opp. III. p. 438.

2) de scriptorib. eccl. p. 387.

BESVTIO *vid.* Angelus.

BETHVNIENSIS *vid.* Eberhardus.

BEVTINGER *vid.* Peutinger.

BILD *vid.* Rhenanus.

BOCK, duo fratres nobilitares Otho et Philippus de, (p. 273<sup>3</sup>) Moguntiae, curiae episcopalis puto officiales. utrum hi fratres ex familia Bock de Kessel fuerint, an (quod veri similis videtur) Pack pro Bock scribendum sit, nescio. Philippi Packii studiorum socium aliquamdiu Mo-

guntiae hæsisse Ioannem Huttichium<sup>1</sup> apud Ioannis<sup>2</sup> legitur; sed Otto de Pack, Misnicus nobilis, ex disputatione Lipsiensi ac proditione sua supplicioque famosus, num illius Philippi frater fuerit, valde dubito. Argentoratensem Bockiorum familiam huc pertinere negaverim, neque huc pertinere videntur „Philippus et Iohannes Bock de delitz filii doctoris Iohannis Bock consiliarii ducis georgii dioc. Magdeburgen.“, qui anno 1507. in album Academiae Vitebergensis inscripti sunt<sup>3</sup>.

1) cf. infra art. Huttichius. 2) Ioannis Serr. hist. Mogunt. III. p. 322. 3) Förstemann Alb. acad. Viteb. p. 22.

BOETHIVS, Anicius Manlius Severinus, natus octavo sæculi quinti decennio, Theoderico rege iubente cum Symmacho occisus est a. 524. De viri vita et scriptis historiae litterariae scriptores adeundi sunt, et nuper disputavit Theod. Obbarius<sup>1</sup>. Boethii libri per medium ævum inter philosophicos præstantissimi habebantur præcipueque in honore erat Ticini in carcere compositus liber de consolatione philosophiæ, de quo Evarardus Bethuniensis

‘Eximia ratione beat Boethius, ut det  
Solamen misero philosophia viro.’

‘Severini Boetii de consolatione nec non de scoliarium disciplina melliflua opera cum sancti Thomæ [de Aquino, ord. prædicator.] super utroque commentariis sæpissime, etiam Coloniae sæpius prodierunt, tum Latine tum in linguas recentiores plerasque fere omnes translata<sup>2</sup>. Contra libellum qui „Disciplina scholarium Boetii“ intitulatur<sup>3</sup> Bebelius<sup>4</sup> sic disputat: „Circumfertur quidam parvus libellus qui inscribitur Boetius de disciplina scholarium, non parvi precii apud indoctos, quamvis titulus sit barbarissimus. At ita habeas lector Boetium in omni literatura virum præstantissimum, nunquam edidisse hoc opusculum, quod ab omni veteris eloquentiæ umbra est alienissimum, et adeo barbarum, ut nephas sit Boetio hoc vile mancipium adscribere, quod ne ad imperium quidem dignum fuit . . .“ et de eodem libello, in codice quoque MS. Gothano extante H. Habich<sup>5</sup>: „Constat hunc librum describentem mores depravatos iuvenum, qui scholam Parisiensem medio sæculo XIII. frequentabant, a Thoma Brabantino sive Cantipratano [nato a. 1201. † a. 1263. aut postea] conscriptum esse“<sup>6</sup>. In Epp. O. V. p. 37<sup>25</sup> memoratur Boecius ‘in omnibus suis operibus et precipue de disciplina scholarium et de conso-

1) in Boethii de consol. philos. libris V. a se editis Ienæ a. 1843. 8°. 2) cf. Hain. n°. 3361 ... 3425. 3) cf. Hain. n°. 3411 ... 3425., inter quæ sæc. xv. publicata exempla, ut inter XVIII a Panzero V. 101. enumerata quattuor exemplaria Quentelliana sunt, et unum inter IV sæculo XVI. publicata, quæ Panzer X. 181. enumerat. 4) Commentar. epp. conficiendar. pag. xxxiii<sup>a</sup> edit. a. 1510. 5) Programm. Goth. a. 1860. 4°. p. 3., in quo Reineri Alemannici Phagifacetum emendatus edidit. 6) Refert Habichius ad Thomasii progr. Lips. 1662. Fabric. bibl. lat. med. et inf. I. p. 650. (ed. Mansi) et III. p. 217., Freytag. Appar. lit. I. p. 253. Savigny *Gesch. d. R. R. i. M.A.* III. p. 315. Grässe *Lehrb. d. Literärg.* II. 3. p. 927.“ De Cantipratano vid. etiam Foppens Bibl. Belg. p. 1131. sq., ubi tamen, ut nec ap. Fabric. bibl. med. æt. edit. Hamburg. 1746. 8°. VI. p. 694. sqq., de libello de disciplina scholarium nihil relatum est.

latione philosophica cum commento doctoris sancti', et p. 206<sup>12</sup> commendatur genuinum Boethii carmen 'Carmina qui quondam etc.

BONAVENTURA (p. 47<sup>11</sup> 48<sup>6</sup>), doctor Seraphicus (p. 18<sup>23</sup>), de quo etiam supra<sup>1</sup> dictum est, i. e. Ioannes Fidanza, Balneoregiensis Etruscus a. 1221. natus, ordinis Minorum sancti Francisci conditor ac generalis, episcopus Albanensis et per breve tempus presbyter cardinalis, cum concilii Lugdunensis primæ sessioni interfuisset, obiit a. 1274., ætatis 53., sanctis adscriptus est a. 1482., doctoribus ecclesiæ a. 1587. 'Elatum funere, quale a memoria hominum gloriosius non legitur: adfuere Gregorius X. P. M., Imperator Græcorum per Græcos proceres, Latinus Orientis imperator, Balduinus II., Iacobus rex Arragoniæ, patriarchæ CP. et Antiochenus, cardinales universi, archiepiscopi et episcopi D, abbates LX, sacerdotes supra M, regum ac principum complurium oratores, Tartarorum et aliorum populorum legati, sacri ac politici ordines homines innumerabiles'. Plenius hæc Fabricius<sup>2</sup> et quos laudat. „Wenn<sup>3</sup> . . . Bonaventura . . . gewissermassen ein Gegenstück oder wenigstens ein Correlatum zu Albert und Thomas bildet, und an seinen Schriften die nachmalige Fehde zwischen Dominikanern und Franziskanern sich nährte, so kann die Geschichte der Logik es mit Vergnügen den Mystikern oder andererseits den gelehrten Theologen anheimgeben, über die Verdienste desjenigen Autors, welcher ein Itinerarium mentis ad deum schrieb, zu entscheiden . . .". Operum Bonaventuræ<sup>4</sup> nunc maxime in usu est editio Rom. a. 1588. sqq. VIII voll. fol°. — Quod p. 18<sup>27-29</sup> dicitur, 'sine Bonaventura nullum fieri bonum phisicum', rettulerim ad libellos<sup>5</sup> Summam grammaticæ speculativæ, Tractatum logicæ de signis universalibus, variasque apud Fabricium enumeratas Quæstiones; quæ p. 47. 48. memorantur, puto esse aut Commentarios in IIII libros Sententiarum, Sermones de tempore et sanctis, quod utrumque opus et seorsum sæpe et in operum collectionibus prodiit.

- 1) Hutt. Opp. I. p. 177<sup>7</sup>. 2) Bibl. Lat. m. et i. æt. I. p. 690. sqq. 3) verba sunt *Prantl Gesch. d. Logik* III. p. 119. 4) cf. Hain Repert. n°. 3462...3575. et Panzer Ann. typ. V. p. 103...106. X. p. 183. 5) a Fabricio l. c. p. 697. ex Waddingo, sed apud Panzer. et Hain. nominatim non memoratos.

BORSCVS *vid.* Vratislavia, Ioa. de.

BRANT s. Brand s. Brandt, Latine 'Titio', Argentoratensis, natus a. 1458., mortuus d. 21. Mai. a. 1521., I. V. D. Basileæ Argentoratique publice docuit, auctor celeberrimus Navis stultiferæ s. Narragoniæ, quæ primum a. 1494. deducta nuper diligenter reparata varioque instrumento exornata est<sup>1</sup>. De viri vita eiusque ad iuris scientiam evulgandam editis libris novissime disputavit Rodericus Stintzing<sup>2</sup>, ex quo hæc repetenda videntur:

- 1) *Seb. Brants Narrenschiff herausg. v. Fr. Zarneke. Lpz. 1854. 8°.* (c. effigie Branti ad Iobini exemplum repet.) Ad Zarneckii de pervariis Navis stult. editionibus comment. cf. etiam Hain. n°. 3736. sqq. qui alia eiusdem Branti scripta sæc. xv. publicata indicat n°. 3724...3735. 2) *Gesch. der populär. Literatur des röm. kanon. R. in Deutschl. Lpz. 1867. 8°.* p. 451. sqq. De vita et litterariis meritis Branti Stintzingius refert ad Strobelsii Zarneckiique ed. Navis st., Gervini *Gesch. d. deutschen Dichtung* vol. II., Louis Spach *Biographies Alsaciennes*, tom. II. ser. 2. p. 100...128. *Vischer Gesch. der Universität Basel*,

„Zu seinem Lebensberuf wählte er die Jurisprudenz, und ward 1475. in Basel immatriculirt, wohin er als Diener des zugleich mit ihm immatriculirten M. Jacobus Hugonis aus Mauersmünster gekommen zu sein scheint. Hier blieb er 25 Jahre; er ward 1477. zum Baccalaureus, 1483. zum Licentiaten und 1489. zum Doctor beider Rechte promovirt. Seit 1480. wirkte er als akademischer Lehrer und vertrat sowol humanistische wie juristische Fächer. [1485. verheiratete er sich mit Elisabeth Burgin, mit der er 7 Kinder zeugte<sup>3</sup>.] Als i. J. 1500. zu Strassburg die Stelle eines gelehrten Rechtsconsulten vakant geworden war, empfahl Geiler von Kaiserberg seinen berühmten Landsmann dem Rathe seiner Vaterstadt; und Brant selbst bewarb sich um die Anstellung, denn der Aufenthalt in Basel war ihm verleidet, seitdem sich die Stadt vom Reiche getrennt hatte. Am 13. Jan. 1501. ward er in sein neues Amt installirt; 2 Jahre später ward er Stadtschreiber [oder, wie Brant sich lieber nannte, Erzkanzler<sup>3</sup>]..“ Brantus cum Wimpelingo, Sturmio, Schurerio aliisque doctis Alsaticis viris Argentinensis sodalitatis socius fuit<sup>4</sup>. Placidus gravis viri mores etiam Schlauffus, ipse in navem stultiferam ab illo abductus, testatur p. 201. vv. 104...106.

3) Hæc ex Zarnckio p. xviii. inserta sunt. 4) Wimpelingi ad Erasmus Rot. „ex Argentoraco, prima Septembris. m.d.xiii.“ scriptam epistolam, cum ad alias quoque in hoc indice describendas vitas pertineat, ex Rieggeri Amœniti. Friburg. 1779. 8<sup>o</sup>. p. 368. sq. repetisse iuvabit: „Des. Erasmo Roterodamo Iac. Wimpeling. Seletstat. nomine sodalitatis literariæ Argentinensis S. Iumento nonnunquam ineptiori manticæ et sarcinæ imponuntur, sic et mihi veterano minusque idoneo sodalitas literaria apud Argentoracum id oneris imposuit, ut te omnium nomine salvum iubeam, tibi bene esse exoptem, tuas literas, quæ status tui certiores nos efficiant, ad nos propediem mittendas expostulem. Credimus te quoque a Basiliensi gymnasio humaniter exceptum, atque perbenigne foveri inter doctos doctissimum. Præcipue vero in convictu philosophico nihil tibi, quod iucunditatem præstare possit, Beatum Rhenanum, qui te alioquin colit, amat, observat, speramus negaturum. Commendat sese tibi universa nostra sodalitas literaria, Sebast. Brantus, Iacobus Sturmus, Thomas Rappius, Thomas Aucuparius, Matthias Schurerius, Ioannes Rudalffingius, Stephanus Tielerus, Ioannes Guida, Petrus Heldungus, Hieronymus Gebvilerus, Ioannes Ruserus, Ottomarus [Luscinius], et cæteri, quorum nomina me fugiunt, et ego inprimis. Vale.“ Longam responsoriam Basileæ xi. Cal. Oct. m.d.xiv. rescripsit Erasmus (quam in iisd. Amœn. Frib. p. 369...378. repetiit Rieggerus), in qua post aliorum laudationem de Branto hæc: „Nam Sebastianum Brant (ut eximium) extra omnem et ordinem et aleam pono. Quem ego virum, mi Wimpelinge, tanti facio, sic suspicio, sic amo, sic veneror, ut magna quædam felicitatis pars accessisse mihi videatur, quod illum coram intueri, coram alloqui, et amplecti contigerit.“

BRASSICANVS (Germanice *Kohlburger*, non *Kohl* nec *Kohlmann*), Iohannes, Canstadiensis<sup>1</sup>, non confundendus cum filio Iohanne Alexandro, Tubingæ a. 1500. nato posteaque patrem celebritate superante<sup>2</sup>, sed in Epp. O. V. non memorato, d. 27. Nov. a. 1539. Vindobonæ mortuo<sup>3</sup>. Brassicanus pater

1) 'von Canstadt' habet *Denis Wiens Buchdruckergesch.* p. 263. alii 'Constantiensis'. 2) cf. Hutt. Opp. I. p. 252. sq. 3) Eder Catalog. Rector. Vienn. 1549. 4<sup>o</sup>. p. 75.

Bebelii discipulus et post Ioannem Heinrichmannum auctor institutio-  
num grammaticarum (p. 18<sup>o</sup>), ut Alexandri doctrinale e scholis expelle-  
ret, scriptarum; prodierunt Argentorati in off. Ioa. Prüss iun. a. 1508.<sup>4</sup>  
posteaque sæpe repetitæ sunt<sup>4</sup>. Eiusdem Brassicani est Panegyrica epi-  
stola, qua gymnasium Tubingense extollitur, Haganoæ in ædibus Thomæ  
Anshelmi a. 1518. 8<sup>o</sup>. edita. Anno 1493. Iohannes Tubingæ magister ar-  
tium factus fuerat, (ubi cum Bebelio Pauloque Vereandro bono Schlauraffo  
verbera comminatur, p. 201. v. 94.) ibique grammaticam philosophiamque do-  
cuit usque ad vitæ obitum, quem in idem fere tempus incidere puto, quo  
filius Iohannes Alexander inclarescere cœperat, i. e. circa annum 1520<sup>5</sup>.

4) 1509. Denis l. c. 5) cf. *Erhard Gesch. d. W. d. W.* III. p. 317. sq.

BREVILOQVVS. De hoc lexico otium nobis facit Haasius<sup>1</sup>: „Ordinem  
denique eorum, qui maxima per medium ævum auctoritate in lexicogra-  
phia usi sunt, postremus claudit Io. Reuchlin; ab hoc enim nunc editus  
creditur liber item vulgatissimus *Vocabularius Breviloquus*, cuius auctor  
olim immerito haberi solebat Guarinus Veronensis<sup>2</sup>. Descriptum est totum  
lexicon in tres partes, quarum una continet nomina, altera verba, tertia  
partes indeclinabiles observato per omnia accurate ordine alphabetico;  
emendata sane in Breviloquo multa sunt, adiuvante præcipue maiore sed  
non magna græcæ linguæ peritia, nondum tamen hoc actum, ut accu-  
rate omnia ad probatorum scriptorum usum exigerentur; quamobrem bar-  
bara multa servata sunt atque etiam nova addita, quæ videbantur ma-  
xime theologis et iuris studiosis prodesse posse; neque enim aberat rerum  
explicandarum cura, quamquam et in hac parte et in reliquis omnibus  
auctor summa usus est brevitate; proinde sic iudico, emendatiorem qui-  
dem eum librum multo esse quam superiores, ipso tamen genere cum  
Papia, Hugutione, Io. Ianuensi esse coniunctissimum et in plurimis rebus  
ab illis pendere, maxime autem ab Io. Ianuensi<sup>3</sup>; quo factum est ut cum  
primum editus esset Basileæ a. 1478. ac deinde sæpius<sup>4</sup> repeteretur, non  
tamen ultra triginta annos auctoritatem retineret, spretus et proculcatus  
una cum reliquis mediæ ævi litteris ab iis qui tum pristinum linguæ  
latinæ nitorem restituerunt“.

1) de mediæ ævi studiis philolog. disput. Vratisl. 1856. 4<sup>o</sup>. p. 35. 2) Scilicet ‘Ars  
diphthongandi Guarini Veronensis’ in nonnullis certe Breviloqui exemplis (e. gr.  
Basil. 1486.) præmissa est. 3) Cf. infra art. Ianua, Ioa. de. 4) e. gr. Basil.  
a. 1486. a. 1489. Argent. a. 1493., ultima ed. videtur esse Argent. a. 1504.

BRITO, Guilelmus (p. 298<sup>12</sup>), ordinis Minorum, veteris prosapiæ Cambricæ,  
anno 1303. Procurator Nationis Gallicanæ et ad pretia librorum Parisiis  
venalium definienda cum aliis deputatus, moritur anno 1356. Compilavit  
grammaticalia, lexicalia, theologica scripta multa, quæ magno in honore  
olim habebantur sunt: Synonyma et duodecim decades Iohannis de Gallan-  
dia<sup>1</sup>; Vocabularius hebraicorum vocabulorum biblicorum; Summa s. opu-  
sculum difficilium vocabulorum biblicæ ex glossis sanctorum; Commenta-  
rius sex principiorum Gilberti Porretonii<sup>2</sup>, et alia<sup>3</sup>.

1) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 3988. sq. Parisiis a. 1508. sæpius edita sunt. 2) cf. infra  
art. Porretonius. 3) Vid. Bulæi hist. univ. Paris. VI. p. 62. 958. Ducange  
præf. Glossar. Lat. § XLIX. Fabricii Bibl. Lat. med. & inf. æt. I. p. 772. sq.



BRVLIFER (p. 37<sup>23</sup> 201. v. 85.) s. Brulefer s. Burlifer ('Brulfer, Brulever, Breneisen', addit Iöcher. h. v., poterat etiam 'Prulifer'), Stephanus, Macloviensis (ex *S' Malo, dép. Ille-Vilaine*), ordinis Minorum de observantia, doctor Parisiensis circa a. 1460., secundum Whartonum<sup>1</sup>, „Gulielmi Vorilongi discipulus, theologiæ scholasticæ iuxta Scoti sententiam apud Moguntinos et Metenses professor“. Scripsit *Formalitates secundum viam Scoti*<sup>2</sup>, et *Opuscula varia* eiusdem sæpius publicata sunt<sup>3</sup>. Fabricius<sup>4</sup> monet Moguntinam synodum in qua concionem *de valore Missarum* habuit Brulifer, videri illam a. 1451. eundemque in libro *de ss. Trinitate* recte reprehendere pictores variis et indignis modis mysterium sanctissimum deformantes. Etiam Iöcherus alia quoque viri scripta nominat, „*Declarationem identitatem et distinctionem rer. sec. Scotum, Reportata in 14 Sententiarum libb. d. Bonaventuræ, Sermones de paupertate Christi, Tractatum defensorium, Errores condemn. in variis facultatibus. Herm. v. d. Hardt hat 1718. in einer besondern Schrift dessen Andenken erneuert*“. Colonix etiam aliquando moratum esse Bruliferum, docet Wimphelingii ad Spiegelium epist. kal. Nov. a. 1512. scripta<sup>5</sup>: „... Apud Rhenum a Basilea usque ad Agrippinam per annos quinquaginta amicos aut prælatos me vocantes, ... bibliothecas, viros egregie doctos, uti Stephanum Pruliferum et Petrum Ravennatem cum iucunditate visitavi ...“.

- 1) Append. ad Cave hist. litt. ed. Basil. II. p. 197. 2) quæ cum argumentationibus ad eas Samuelis Cassinensis a. 1496. Mediolani in 4<sup>o</sup>. prodierunt (Hain. n<sup>o</sup>. 4006., Panzer Ann. typ. II. p. 80. n<sup>o</sup>. 481), item Basileæ a. 1501. et 1507. in 4<sup>o</sup>. sec. Panzer. VI. p. 175. n<sup>o</sup>. 5. p. 182. n<sup>o</sup>. 57. 3) Paris. a. 1499. et Venetiis a. 1516. 8<sup>o</sup>. cf. Hain. n<sup>o</sup>. 4003. sq. et Panzer VIII. p. 437. n<sup>o</sup>. 828. Cf. etiam Wharton l. c. 4) Bibl. med. æt. I. p. 782. 5) (Rieggeri) Amoenitt. Friburg. 1779. 8<sup>o</sup>. p. 418.

BRVMANNVS sive Brummannus, Henricus (p. 273<sup>13</sup>), Moguntinus, Hutteni inter Rhagii Aesticampiani discipulos olim commilito, de quo dictum est Hutt. Opp. vol. III. p. 7. et in Addendis vol. III. p. 564.

BRVNELLVS. Obscuros nostros (p. 50<sup>17</sup> 53<sup>7</sup>) anno 1515. non loqui de Patavino iuris doctore Sigismundo Brunello, qui a. 1543. „*noch in den besten Jahren*“ sive secundum exactiora Rotermundi verba „*im 41ten Jahre seines Lebens*“ mortuus est, id vel Münchii Rotermundique ingenia non latere debebat. In quemnam gynæcologum uroscopumque Heidelbergensem doctorem Buntemantellus Ortvinusque inrideant, equidem non dixerim; Crotus fortasse eius Brunelli memoriam revocare voluit, qui ab aliis sæpius et a Coloniensibus quoque ann. 1471. et 1499. editus est<sup>1</sup>. de quo Fabricius: „Brunellus Vigelli (sive potius Nigelli Wirekeri, Angli monachi Cantuariensis, qui circa a. 1200. vixit) *asinus* sive *speculum stultorum*, de asino qui volebat caudam auferri et novam creari, satira scripta versibus elegiacis, præmissa epistola ad Guilelmum, postea episcopum Elicensem', ... atque 'speculum stultorum' se id scriptum appellasse, ut inspicientes aliena inspecta stultitia tanquam speculum eam habeant, quo inspecto propriam corrigant“. In complurium exemplarium inscriptionibus Galienus [i. e. Galenus] et Brunellus cum sannione xylographice depicti

1) Fabric. Bibl. med. et inf. æt. I. p. 783. Panzer Ann. typ. V. p. 460.

sunt. apud Hainium<sup>2</sup> quinque sæculo xv. edita exempla recensentur, sic inscripta 'Liber qui intitultur 'Brunellus in opusculo stultorum', 'Speculum stultorum', 'Veteris Vigellii speculum stultorum', 'Brunellus in speculo stultorum'. Leyserus<sup>3</sup> prologum opusculi sic incipientem exhibet:

Suscipe pauca tibi veteris, Guilelme, Nigelli  
Scripta, minus sapido nuper arata stylo.

- 2) Repertor. n°. 16214...16218. 3) Hist. poetar. p. 751...758.

BRVXELLENSIS, Georgius (p. 285<sup>17</sup>), nominalium interpres diligentissimus, „philosophus sæc. xv. non incelebris atque in universitate Parisiensi dialecticorum interpres, scripsit sermone 'barbaro' 'Facillimam in Aristotelis logicam interpretationem, textu nonnullisque a magistro Thoma Bricot editis Quæstionibus accumulata. Paris. 1496. 4°. 1, In Summulas Petri Hispani<sup>2</sup>, In Physicam eiusdem, Lugd. c. annot. et quæstionib. Thomæ Bricot 1504. et 1509. et Rotomagi 1508. 4°. 4. Foppens<sup>3</sup>.

- 1) Accuratus librum indicat. Hain. n°. 6700. sq. 2) Hain. n°. 6702...6704.  
3) Bibl. Belg. p. 332.

BVRCKHARD s. BVRKART *vid.* Iesus, Dr.

BVRIDANVS, Iohannes, Bethuniensis Artesius, discipulus 'doctoris singularis sive invincibilis' Guilelmi Occam, ordinis s. Francisci et inter nominalistas principis, qui ipse 'doctorem subtilem' Iohannem Duns Scotum præceptorem habuerat. Parisiis ante medium sæculum xiii. inter philosophiæ et LL. AA. magistros summo loco habebatur, et sunt qui anno 1320. rectoratum gessisse scribant. de eo Bulæus<sup>1</sup> „floruit Ioannes Buridanus philosophus maximus, qui invenit viam modernorum“<sup>2</sup>. Postquam realistarum insectationibus coactus Lutetiam reliquerat, commovit Urbanum PP. V., ut Viudobonensibus privilegia studii generalis, i. e. litterarum universitatis, concederet, anno 1356., quibus Urbanus PP. VI. anno 1385. privilegia facultatis theologicæ addidit. Anno 1358. Buridanum defunctum esse scribunt. Ab eo notum de asini (sive asinæ secundum Spinozam) inter duos fœni manipulos fame morientis dilemma<sup>3</sup> nomen habet, lepidius illud quam explicatio eorum qui, cum 'asinus' a Gallico *âne* (*asne*) veniat, hoc *ane* cum Latino *an*, ut philosophus quærit 'utrum hoc sit *an* illud', commutatum esse opinentur<sup>4</sup>. Eidem Buridano tribuunt etiam hoc sophisma 'Reginam interficere nolite timere bonum est', quod prout ante aut post 'timere' interpungis, contrarium sensum habet. Item deducunt ab eo singularem 'asini pontis significationem'<sup>5</sup>. —

- 1) Hist. univ. Paris. IV. 186. ad ann. 1320. 2) cf. ibid. IV. p. 996. 3) Quocum apte Büchmannus (*Geflügelte Worte. Berl. 1867. 8°. p. 76.*) contulit Dantis parad. IV. I.:

*Intra duo cibi distanti e moventi  
D'un modo, prima si morria di fame  
Che liber' uomo l'un recasse a' denti.*<sup>4</sup>

- 4) Cf. Bayle diction. v. Buridan. 5) Grimm Deutsch. WB. „Eselsbrücke, f., inertiae adiumentum, franz. le pont aux ânes. der ausdrück soll durch Ioh. Buridan im 14. jhd. aufgekomen sein, der spöttisch asinus Buridanus und dessen schrift super summulas 'asini pons' genannt wurde. Ritter gesch. der philos. 8, 606. An-

Buridani scripta sæculo xv. edita recenset Hain<sup>6</sup>: Quæstiones in x libb. Ethicorum Aristotelis, Compendium totius logicæ, Summula de dialectica, Sophismata<sup>7</sup>; recentiora exempla indicant Fabricius<sup>7</sup> et Panzer<sup>8</sup>. Addimus ex Ioa. Piemontani MS. Auctar. scrr. eccl. fol. 46<sup>a</sup> hunc brevem articulum: Iohannes buridanus philosophus maximus primum in gymnasio parisiensi philosophiam multis annis gloriose docuit ac deinde in vniuersitate Wenensi in austria multos in eadem facultate non sine admiratione omnium erudiuit. Scripsisse inter cetera ingenii sui opuscula fertur

Questiones ethice

li j

Et quedam alia nobis incognita.

*dere verstehen darunter eine schwierigkeit, wovon unwissende stutzen, wie der esel vor der brücke.* 6) Repert. n.º. 4106...4111. cf. n.º. 1758. cf. Panzer Ann. typ.

V. p. 118. 7) Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 837. 8) Ann. typ. X. p. 204.

BURSA, Collegia sive Contubernia, Regentiæ, Domus. Hoc Parisien-  
sium quasi inventum, quod in Anglicis præcipue litterarum universitati-  
bus inde ab exeunte sæc. XIII. excultum est<sup>1</sup>, in Germanica quoque Studia  
generalia inde a medio fere sæc. XIII. exorta introductum est. Gene-  
ralia nonnulla de his bursis Germanicis etiam recentiores de academiis  
scriptores protulerunt, e. gr. Krabbe<sup>2</sup>, Dolch<sup>3</sup>, Vischer<sup>4</sup>. De singula-  
rum universitatum bursis passim tantum in libris de singulis universita-  
tibus et multo plura in documentis academicis non editis relatum est;  
nos de bursis universitatum Germanicarum præcipue, quæ ante refor-  
mationis q. v. tempora conditæ sunt, alphabetico ordine observato hæc  
obiter enotavimus:

BASILEENSIS universitatis mentio facta est ep. II. 38. Ea ad exemplum præcipue Er-  
furtensis, cuius Statuta fere recépit, erecta est a. 1460. Apud W. Vischer lib. cit. de  
singulis bursis Basileensibus p. 171. sq. hæc legimus: „Den eigentlichen Sitz der Parteien  
[nominalistarum realistarumque] bildeten die Burfen, . . deren Zahl anfangs nicht  
beschränkt gewesen zu sein scheint, vielmehr durfte jeder in die Facultät aufgenommene  
Magister [artium] eine solche errichten . . erst 1496. finden wir eine Beschränkung auf vier.  
Die bekannten Burfen der ältern Zeit sind die im Collegium, die gleich in den ersten  
Jahren erwähnt wird, sodann die Leuenburs, bursa leonis, im jetzigen Seidenhof am  
St. Johanniswibbogen, und die Pariserburs am Egenolsthor, auf der Vyß. Von diesen  
gehörte ohne Zweifel die im Collegium dem neuen Wege an. Dagegen war die Pariser-  
burs der Hauptsitz des von Paris hierher verpflanzten Realismus . . . Außer diesen 3 Burfen  
werden aber gelegentlich noch andere erwähnt . . . 1461 auf 1462. „Peterlin dem Arbat an  
sein Burs zu stören“ . . . im Sommersemester 1461. . . „in bursa Heidelbergensi“ . . . Ohne  
Zweifel wohnten darin vorzugsweise die zahlreich von Heidelberg hergekommenen Univer-  
sitätsangehörigen . . . 1471. Katharinenburs . . . i. J. 1480. wohnte Sebastian Brant, damals  
Baccalaureus der Rechte, in der bursa Hieronymi . . . Andere finde ich vor der Wieder-  
vereinigung der Facultät 1492. nicht erwähnt.“ P. 181. „Da 1499. eine . . Bursa angelica,  
Engelsburs, erwähnt wird, so ist das vielleicht der neue Name für die Pariserburs . . .“  
Pag. 182. sq. „1496/97. Beschluß, daß in Zukunft es nur noch 4 Burfe geben sollte, und  
wenn eine von diesen eingienge, es bei 3 bleiben und keine neue mehr errichtet werden

1) Huber Die Engl. Univ. Cassel 1839. sq. II. 8º., imprimis I. p. 375...450. „Die  
Colleges u. die Wiedergeb. der humanist. Studien. cf. Bulæi hist. univ. Paris. IV.  
p. 186. 2) Die Univ. Rostock. 1854. 8º. I. p. 84...88. 3) Gesch. d. deutschen

Studenten. Lpz. 1858. 8º. p. 84...88. 4) Gesch. d. Univ. Basel. 1860. 8º. p. 151. sqq.

folgte. Si vero bursa Collegii evanuerit, una ex aliis tribus in eius locum sit inferenda, nullaue de novo assumenda... Auch finden wir wirklich, daß hinfort wiederholt Magistern die Errichtung eigentlicher Bursen abge schlagen wurde, wenn ihnen auch bewilligt wurde Schüler bei sich aufzunehmen... 1507. wurde die Zahl noch um eine vermindert, so daß bloß noch 2 beibehalten wurden... die Leuenburs und die Burs im Collegium... Zugleich wurde auch die Erlaubniß bei andern Magistern zu wohnen sehr beschränkt, und.. 1512. bestimmt, daß kein nicht zum Facultätsrath gehöriger Magister Studenten bei sich haben dürfe, .. wenigstens sollte den Studenten die Zeit nicht angerechnet werden, wie denen in den Bursen... 1523. kaufte die Facultät den Hof des Markgrafen Philipp v. Baden-Rödeln in der kleinen Stadt und ließ ihn bauen, um die bisherige Leuenburs dahin zu verlegen, die nun den Namen der neuen Burse (bursa nova) erhielt. So waren allmählich die Bursen aus ursprünglichen Privatanstalten unter Aufsicht der Facultät, aber mit sehr wohlthätiger freier Concurrenz, zu eigentlichen Facultätsanstalten geworden, neben denen nur noch ausnahmsweise Privatpensionate vorkamen, wie der 1514. in die Facultät aufgenommene Heinrich Glareanus eine längere Zeit hindurch hatte."

COLONIENSES. „Brevis notatio super tribus collegiis seu bursis (Statuta antiqua universitatis generalis studii Coloniesis De Anno 1329. in *Ane*: Colonie Agr. a. 1707. d. 24. Martii typ. impr. Petri Theodori Hilden. 4<sup>o</sup>. p. 71. sq.): In Universitate nostra Coloniensi, testantibus Annalibus Facultatis Artium, varia olim fuerunt Studiosorum collegia, ex quibus, aliis successive pereuntibus\*, Montanum, Laurentianum, et Cucanum fuerunt celebriora. horum omnium antiquissimum Montanum a secundo eius Regente Gerardo de Monte [rectore univ. a. 1436. 1453.], Cucanum a Ioanne Cuick [Kuijk, rectore a. 1448.] nomen habent. Montanum et Laurentianum etiam in suo flore durant;... Quia autem Cucani Gymnasii, quod in platea s. Maximini situm et modo Collegio S. I. incorporatum est, Regens Iacobus Lychius a. 1556. uxorem duxit et factus hæreticus eam dimittere nollet, ab Universitate dictum Gymnasium oclum est, Foundationibus eius partim ad Montanum, partim ad Laurentianum translatis, quæ eas usque ad hæc tempora possident; Quo facto et intellecto Patres Societatis Iesu hanc Bursam Cucanam et se ad docendum admitti petierunt, et utrumque... ab Universitate precibus impetraverunt, cui ex tunc novum Nomen scilicet 'Tricoronatum' ab Insignibus huius Urbis indiderunt, et postquam in platea S. Marcelli versus Ecclesiam præsentem eorum Bursam ante aliquot annos ædificarunt, nomen sub eodem titulo Tricoronato in eadem qualitate et facultate usque ad hoc tempus 1907. [lege 1707.] retinuerunt...“ — Bianco lib. cit. p. 253. sqq. enumerat Collegium Ruremondanum, Domum de Campis, Domum de Becka, Domum Montis, Domum de Busco, Domum Laurentii, Domum Kuckanam primam et secundam, Bursam Corneliam.

\* In litteris facultatis artium a. 1525. scriptis (Bianco Die alte Univ. Sösn. I. Anl. S. 334.) bursa Montis appellatur Burse vnder seßzhien Huseren, (quas sedecim domus in nomen Sachsenhausen corruperunt recentiores), bursa Laurentii Burse In der smertstraße (Schmerstraße), bursa Kuijk Burse by den Eygelsteyn. Item in inscriptione ultimo sæc. xv. decennio publicatorum Petri Hispani Copulatorum et Parvorum logicalium legitur 'Colonie infra sedecim domos in bursa Montis (Hain. n<sup>o</sup>. 8705.); in alio exemplo (Hain. n<sup>o</sup>. 8702.) 'iuxta processum m̃gror. Col. in bursa magistri Lamberti de Monte, artium ac sacre theologie professoris eximii.' Cf. Hain. n<sup>o</sup>. 1672. sq.

CRACOVENSIS academia, a Poloniæ rege Casimiro a. 1344. erecta, privilegiis ab Urbano PP. V. a. 1364. munita et Bonifacio PP. IX. consentiente a Vladislao Iagel-

lone vocatis ex Praga professoribus a. 1400. instaurata, in Epp. O. V. ipsa quidem non memoratur, sed complures ibi memoratorum virorum in eius matriculam quondam inscripti fuerunt.

ERFVRTI cum a. 1392. litterarum universitas condita esset, senatus statim 'Collegium maius' fundavit, quod ædificium academicum a. 1510. totum pæne dirutum anno 1525. restauratum est. Ex collegiis privatorum beneficio fundatis splendidissimum est 'Amplonianum' sive, ut ab ædificii nomine appellatum est, 'Porta Coeli'; quod a. 1512. condidit Amplonius Ratink von Buchen s. de Fago, Rhenobergensis, medicinæ doctor, qui secundus academix rector fuit a. 1393. sq. † a. 1435. Idem „bibliothecam suam huic collegio legavit manuscriptis adeo frequentibus divitem, ut inter illustres Germanix numerari valeat“, ut Gudenus p. 129. habet. (a. 1837. bibliotheca Amploniana regix Erfurtensi adiuncta est. cf. *Petzholdt Hdb. deutscher Bibl. Halle* 1853. p. 117.). — Anno 1448. Henricus de Gerbstede, decretalium doctor B. M. V. decanus qui a. 1415. academix rector fuerat, 'Scholam iuris s. Collegium Iuris Marianum' condidit, quod a. 1472. incendio consumptum fuit, sec. Gudenus p. 146. — 'Bursa Pauperum' Magistro Nic. Kleiwitz canonico Vratislaviensi originem debet. 'Collegium Saxonicum' anno demum 1524. conditum est. Cf. Gudeni Hist. Erfurt. Duderstadii 1675. 8º. Motschmanni Erfordia liter. 1729. p. 475. *Erhard in Ersch u. Grub. Encycl. v. Erfurt.* p. 465. De 'Dracone' cf. comm. ad p. 57<sup>20</sup>.

FRANCOFVRTI ad Viadrum „a. 1506. altera die post intronisationem, i. e. d. 27. April. Collegiati Collegii Maioris constituti sunt per iv Nationes, . . Marchitarum, . . Francorum . . Slesitarum . . Prutenorum . .“ (Becman Notitia univ. Francofurtanæ, 1707. fol. p. 33.) „Collegium Philosophicum . . . a. 1499. eo in loco erectum, qui antea Iudæis . . Synagogam . . vel certe habitationem præbuerat . . (postea ædificium academicum factum) . . instauratum a. 1694. Ima eius parte continetur Auditorium maius . . e cuius regione Auditorium minus . . Et Theatrum anatomicum a. 1689 . . exstructum. In superioribus partibus olim habitacula Studiosorum fuere, nunc custodiæ Archivi et Bibliothecæ publ. inserviunt . . Circumiacet hortus academicus . . a. 1678 . . adornatus . . Collegium Iuridicum sumptibus Matthæi Molitoris, quarti in Univ. Rectoris [a. 1508.] . . excitatum fuit. — Accessit præterea Monasterium Franciscanorum, haut procul æde S. Nicolai, initio ut inde typographo academico prospiceretur . . . a. 1545. postea ut *φιδέτιον* [*φιδέτια*, cenatio] publicum esset tenuioris fortunæ iuvenibus: Quod contigit a. 1572 . . Res universitatis etiam accessione Monasterii Carthusiensis in suburbio Gubenensi a. 1540. aucta fuit . . Cui et a. 1551. Ecclesia S. Nicolai apud Stendalienses cum redditibus suis adiecta fuit . .“ (Ibid. p. 38. sq.) „Ferner . . ein f. g. großes Calands-Haus . . hinter der Kirche nächst dem Marstall . . gelegen, nach angefangener Reformation von Churf. Joachim II. sampt dem Einkommen des ganzen Calands der Univ. geschenkt . .“ „ . . Das königliche Haus . . von Churf. Georg Wilh. der Univ. überlassen . .“ „In der Unterstadt stehen unterschiedene zu der Univ. gehörige Häuser, worunter sich das Ordinariat-Haus am Ende der Obergasse befindet . . . Hinter demselben steht das juristische Collegium . . Weiter hinunter ist die Friedrichs-Schule gelegen, so ehedessen das Rathhaus gewesen . . Das Hospital S. Jacobs lieget gegen der . . S. Nicolai Kirche über . . Das nächst an demselben gelegene Haus hat man vor Alters das Bernhardiner Collegium geheissen, welches Churf. Joachim II. . . der Theologischen Facultät geschenkt . . Folget das Graue Münchens-Kloster und jetzige Communität . . ingleichen das Siechenhaus . . Man hat auch außer dem großen Collegio etliche kleine Häuser oder Conventen gehabt, so man Bursas geheissen, dergleichen . . . Bursa Iodoci . . , Bursa Lindholzii . . . Man hat auch die Stelle

gegen der Friedrichs-Schule über die Burse zu nennen pflegen, und findet sich ... a. 1558. der Namen einer Schaums-Burse, und .. a. 1574. die Burksleute ..." (Eiusd. Beschreibung der Stadt Frankfurt a. d. O. 1706. fol. p. 72...75.)

FRIBURGENSES bursas ita describit J. Schreiber Gesch. der Alb.-Ludw.-Univ. zu Freiburg i. Br. 1857. 8°. I. p. 37. sqq. „Zu Freiburg bestand die älteste Burse (jetziges neues Universitätsgebäude in der ehemaligen Sattel-, spätern Jesuitengasse) aus 2 Häusern: das Eine, mit dem Bilde zum 'Pfaue' (daher Bursa Pavonis), hatte schon der Stadtrath den ersten Lehrern der Artisten-Facultät zur Wohnung eingeräumt; später gieng es als Collegium B. Mariæ Virg. in die Hände [!] der Jesuiten über. Das Nebenhaus, zum 'Abler' (daher Bursa Aquilæ) genannt, wurde von der Artisten-Facultät selbst angekauft und mit dem ersten in Verbindung gesetzt; auch dieses wurde s. Z. zum Collegium der Jesuiten gezogen. Zu dieser ältesten und eigentlichen Burse, worin es keine Freiplätze gab, kamen im Laufe der Zeit, durch besondere Stiftungen noch andere ähnliche Institute, wie das [!] domus Carthusianorum, collegium Sapientiæ, Battmannicum, Pacis u. s. w., deren Bewohner entweder gar nichts zu bezahlen oder nur geringen Ersatz zu leisten hatten.... Die ursprünglichen Bursen-Statuten auf der Univ. Freib. sind doppelter Art und beziehen sich sowol auf die Vorstände (Conventores, Regentes), als auf deren Untergebene. Was die Ersteren betrifft, so sollen immer wenigstens 2 Meister der Artisten-Facultät, welche von derselben gewählt und von der Univ. bestätigt sind, der Burse vorstehen und gleichberechtigt und verpflichtet, Lasten und Vortheile (Emolumente) unter sich zu theilen. Mindestens Einer von ihnen muß, unter Strafe von 8 Plapperten, jede Nacht in dem Hause zubringen... ebenso hat Einer von ihnen jeder Mittags- und Nachtmahlzeit beizuwohnen. In seiner Woche hält der jedesmalige Vorstand zweimal, oder so oft er es für nöthig findet, nächtlicher Weile Umschau. Wenn die Abendglocke (Winters 8, Sommers 9 Uhr) den ThorSchluß der Stadt verkündet, schließt auch er die Burse... Er verhinbert jede Störung seiner Untergebenen bei Tag und Nacht, durch Geplauder oder Musik... Alle Woche hält der Vorstand mit dem Verwalter (Procurator), unter Beizug der Tischgenossen, Abrechnung... Nach jedem Mittagmahl, ausgenommen an einem Feiertage, veranstaltet der Vorstand eine Uebung oder Disputation; Abends nach 9 Uhr hebt er jede Trinkgesellschaft auf und läßt keinen Wein mehr abgeben. Widerseßliche, Unfleißige, Zankstüchtige, Ruhestörer u. s. w. schließt er, bei Strafe seiner Regentschaft verlustig zu werden, von der Burse aus. Er selbst darf keinen Stellvertreter halten... Während seiner Amtsführung hat jeder Rector wenigstens einmal die Regenten der Burse und andere Meister, welchen Schüler anvertraut sind, vor sich und seine Rätthe zu berufen und sich über den wissenschaftlichen und sittlichen Stand ihrer Pfleglinge Bericht erstatten zu lassen... Auch ist er verpflichtet, .. mindestens einmal .. durch den Bedellen der Univ. in Beisein eines Vorstandes und eines andern Magisters, die Burse untersuchen zu lassen. Etwa vorgefundene Waffen sind ihm verfallen. Die Studierenden geloben dem Vorstände Gehorsam... Keiner darf außerhalb der Burse übernachten, oder heimlich deren Schlösser öffnen, oder in dieselbe aus- oder einsteigen; Keiner darf sich weigern, Alles, was er unter seinem VerSchluß hat, seinen Vorgesetzten auf Begehren vorzulegen. Schwer verpönt ist das Einführen eines verdächtigen Weibes, worüber die Zimmergenossen selbst zur Anzeige verpflichtet sind. In der Burse wird nur die lateinische Sprache zugestanden... Da sich bald auch zu Freiburg Lehrer und Schüler der Artisten-Facultät in Nominalisten und Realisten trennten, so wurde die bisher vereinigte Burse gleichfalls getheilt und jeder Partei ein eigenes Haus mit einem Vorstände in ihrer Richtung zugewiesen. Als i. J. 1469., mit 4 neuen Professoren von Wien, die dortigen Universitätsgesetze nach Freiburg kamen, .. wurde beschloßen: man wolle bei den eigenen Statuten verbleiben, und sich jener von Wien nur ergänzungsweise und zur Verbesserung, wo solche nöthig erschiene, bedienen...“

Pag. 156. „Während er [Joh. Maier, Ed.] über Aristotel. Bücher ununterbrochen lehrte und prüfte, wurde er am 8. Mai 1506. auch als Vorstand (Conventor) der Pfauen-Burse, als der Burse der Neuerer (Neotericorum s. Nominalium), wofür er sich erklärt hatte, aufgestellt. Beide Burfen waren, wegen Ausgelassenheit ihrer Bewohner in Gefahr einzugehen, weshalb schon der Decan der Artisten-Facultät von dieser den Auftrag erhalten hatte, mit unbedingter Vollmacht Ordnung zu schaffen. Edius rühmt sich, die Pfauenburse wieder hergestellt zu haben.“

GRYPHISWALDENSIS academix a. 1456. duæ domus artistarum, 'Collegium maius et minus', prope locum desertum, ubi nunc ædificium academicum extructum est, et 'Collegium iuristarum' tribuuntur, et 'Collegium Canonicorum' ad S. Nicolai eriguntur. Etiam a privatis bursæ s. regentiæ conprobante tamen universitate habebantur. Cf. *Kosegarten Gesch. der Univ. Greifsw.* 1857. 4<sup>o</sup>. I. p. 56. sq. 87. 106.

HEIDELBERGENSES cum universitate coniunctas Bursas, Collegia s. Contubernia sex descripsit Haupt *Gesch. der Univ. Hdbg.* 1864. I. p. 183...207.: 1) Collegium Iacobiticum [cf. ad p. 286<sup>39</sup>], 2) Bursam veterem [a. 1390...1693.], 3) Collegium Artistarum [a. 1391.], 4) Contubernium Dionysianum [a. 1396.], 5) Contubernium divæ Catharinæ [a. 1491...1546.], 6) Bursam Sævorum s. Realium. Häusser *Gesch. der rhein. Pfalz* I. p. 440. exeunte sæculo xv. tres bursas Heidelbergam habuisse refert: Novam, nominalistarum sectæ addictam, Suevicam et Collegium Dionysianum, realistarum. Cf. Epp. O. V. p. 70<sup>47</sup>.

HERBIPOLIS multitudinem quidem clericorum (p. 215. v. 23.) sed Studium generale tempore Epp. O. V. scriptarum non habuit: nam quod a. 1403. condiderat episcopus Iuannes ab Egloffstein vix vitales edidit motus. adhuc autem florens academia Iulia ineunte demum a. 1582. condita est. cf. Grapp *Wirtzb. Chronick.* 1748. fol. I. p. 326. 339. 382.

INGOLSTADIENSES. De his otium nobis fecerunt Annales Ingolst. academix. emend. I. N. Mederer. 1782. 4<sup>o</sup>. ubi Rotmari prolegomena cum Medereri adnot. I. p. xxxiii. sq. sic habent: „Quoniam Academia Ingolstadiensis tota penitus ad formam et statum Academix Viennensis constituta est [Pius PP. II. per bullam 7. Id. Apr. a. 1459. datam confirmaverat studium generale Ingolstatense, sed anno demum 1472. inauguraverunt Bavarix duces Ludovicus cum filio Georgio], indeque et Statuta sua et immunitates privilegiaque petivit, ut non immerito filia eiusdem dicatur prioresque Viennæ concedat, Bursarum quoque usum inde transumpsit, quæ in hunc usque diem [1580.] in Viennensi et Friburgensi Academia .. retinentur.... (Mederer add. „Erant igitur Bursæ academicæ genus quoddam convictuum publicorum seu Collegiorum; habebantque sub directione Artisticæ Facultatis sua Statuta, suum Rectorem, Conventorem Bursæ tum vocabant, suumque Procuratorem sive Oeconomum etc.“). Quantum vero hominum sermone et indicii quibuscunque consequi possumus, Bursæ apud Ingolstadienses n. 7 erant, quibus singuli Conventores seu Regentes præerant: *Bursa Draconis, Solis, Angelica, Rosarum, Liliorum, Aquilæ et Parisiensis*. Quæ posterioribus temporibus in privatas sædes conversæ in civium potestatem et possessionem per emptionis modum devenerunt. (Meder. add. „Acta Facultatis philos. genuina omnino atque synchrona non vii tantum, .. sed minimum undenas eius modi Bursas produnt, scil. præter iam memoratas Bursam *Aristotelis, Pavonis, Leonis*, et *Viennensem*. Bursa *Aquilæ* antea *Dingoltingensis* dicebatur. *Statuta Bursalia Bursæ Pavonis* de a. 1472. .. vid. *Annal. Acad.* IV. p. 95.“ Tum idem: „Ego circa Bursarum abolitionem, ut nihil demam Rotmariannæ sententiæ [vel propter studiosorum paucitatem, vel quod verisimi-

lius, disciplinæ impatientiam bursas desertas esse], .. non nullam tamen causam in Collegium Ducale Georgianum reiiciendam existimo: hoc enim cum et ser. fundatoris sui auctoritate et ædium amplitudine et prærogativis quibusdam aliis præstaret, Bursas academicas successive videtur quasi exhaustisse.“

LIPSIENSES ‘bursas, aulas et collegia quinque’ primus quem sciam, poetice descripsit Conr. Wimpina (*Koch*, qui a. 1506. Lipsiensem cum Viadrina cathedra conmutavit primusque Francofurtensis Rector factus est; nat. a. 1479, † a. 1531.) in Descriptione originis universitatis studii Lipzensis versib. 195. sqq. (Conr. Wimpinæ .. Lipsiæ descr. poet. c. Buschii Lipsicis rest. F. Eberhard. Lips. 1802. 8º. p. 29. sqq.); sed ad rem nostram utilior videtur Dav. Peiferi (nati ineunte a. 1530., † d. 1. Febr. a. 1602.) Lipsia, cur. Ad. Reichenberg. Ffurti 1700. 8º., ubi postquam ex Pragensi Lipsiensem universitatem a. 1409. prodiisse exposuit, ita pergit (p. 27. sqq.). „Porro cum domicilia quoque necessaria essent Academiæ novæ eaque studiis idonea ac commoda, tributæ sunt Universitati mox in prima fundatione domus duæ, quæ dictæ fuerunt ‘Collegia Principum’; alterum quidem ‘Maius’, in platea seu vico Equestri, e regione Templi D. Nicolai; quod etiam hodie nomen illud priscum retinet: alterum vero ‘Minus’, in Petrino vico; ubi ‘Pædagogium’ quoque Magistris Artium, sed peculiari et distincta domo assignatum fuit; quo in loco hodie ‘Collegium Petrinum’ amplissimæ Facultatis Iuridicæ proprium cernitur. Nam primis illis temporibus... ICTos in ambitu Templi ad D. Thomæ publice docuisse constat, et quidem usque ad a. 1515. Non solum vero Domiciliis istis, Academiæ donatis a principe, libertas singularis et immunitas a vectigalibus et oneribus cæteris, auctoritate Principali concessa fuit: sed etiam ut nervi studiorum necessarii suppeterent, ‘Collegiaturæ’ constitutæ et distributæ in Nationes IV, Polonicam, Bavaricam, Misnensem, Saxoniam: in has quippe totum corpus Universitatis, more institutoque Pragensis Academiæ, divisum est. Et initio quidem in Collegio Maiori XII constituti fuere Collegiati, terni scil. ex Nationibus singulis, sed iste numerus ad octonarium postea redactus est; et duæ quidem Collegiaturæ, pro stipendiis assignatæ Medicis duobus .. iuxta constitutionem .. editam a. 1428. Duæ autem reliquæ cesserunt duobus Professoribus in scientia iuris, qui separati sunt a Collegii societate, de quo itidem extat constitutio Ducis Sax. Georgii sub a. 1504. Collegium vero Minus octo Collegiatis attributum est, binis similiter ex Nationibus singulis: quæ constitutio prima ad hodiernum usque diem deducta et observata est. Voluerunt .. Fundatores hos ipsos Collegiatos quasi præsides et custodes esse disciplinæ et doctrinæ eruditæ in Collegiis, et proinde ex ærario suo primum annua stipendia eis statuerunt, sed postea pro pecuniis ‘Pagos tres’ quos ‘Veteres’ vulgo solemus appellare, dicarunt iisdem: idque hoc consilio, quod fundorum fructum omnium certissimum esse Principes optimi iudicarent. Quin etiam peculiare ius attributum est Collegiatis, emendi pro Convictoribus suis atque aliunde importandi Zythum s. Cerevisiam, quantum scil. usus et necessitas exigeret... Et hinc originem traxit anniversaria illa *ζυθοπαλῆσις* seu venditio ‘Cerevisiæ, ut vulgo vocant, Latine’ in utroque Principum et Mariano Collegio, quæ deducta ab a. 1445. ad hæc usque tempora perdurat... Executores IV ex singulis Nationibus delectos [constituerunt Fundatores], viros ætate, prudentia atque auctoritate graves, qui tanquam *ἐφοροί* seu Inspectores perpetui res Academiæ cum Rectore curarent... His [duobus Collegiis Principum] adiectum est circiter a. 1440. ‘Collegium beatæ Virginis’, Silesiacæ Nationis proprium: ad quod ædificandum Io. Ottho Münsterbergius, primus Academiæ Rector, contulit pecuniam eam quam Pragæ collegerat ad condendum ibi Collegium pro Silesiis. Sed cum mors



improvisa Munsterbergii intervenisset, popularis ipsius Io. Hoffmannus, quem postea Misniæ Episcopum factum diximus, opus istud absolvit et 'Collegium Marianum' instituit, in quo Collegas v Silesios, et si libeat, sextum e Prutenis adsciscendum ordinavit. Post hæc autem (a. 1456.) Collegium Principum Minus e vico Petrino translatum est in eum locum, ubi exstructum modo veteri ædificio cernitur. Erat ante id tempus in eo loco Area quædam (quæ vulgo Cauda Vulpina dicebatur nostrate lingua) quam Communitas Artium a Collegiatis Collegii Maioris .. obtinuerat. Hanc aream deinde permutatione a Philosophis accipiunt Collegiati Minoris Collegii Principum, atque ibi domum ædificant, et Collegium eo suum transferunt: Domum vero Petrinam totam .. Artium Magistris relinquunt. Hæc Petrina domus 'Pædagogium' vulgo dicebatur, usque ad a. 1515., quo Georgius Sax. Dux illud convertit in Ictorum Collegium, qui antea in ambitu Templi ad D. Thomam docuerant. Pro Pædagogio autem illo .. Philosophis attribuit idem Princeps Collegium, quod hodie 'Novum' dicitur, ex Equili Senatorio ad pomærii confinia exstructum a. 1513. ... Ita nimirum progressu temporis cum Academia crescente Collegia quoque numero aucta et multiplicata sunt, ut primum hodie numeremus Collegium Maius, secundum Minus, tertium Marianum, quartum Novum, quintum Petrinum, quibus tandem sextum quoque, nempe Paulinum, a. 1544. .. adiectum est."

LOVANI in Brabantia a. 1426. Ioannes IV. dux privilegiis a Martino PP. V. impetratis academiam erexit, in qua ut theologia quoque doceretur Eugenius PP. IV. permisit. ea (ut Middendorpi lib. IV. p. 276. sq. verbis utar) „ex Coloniensi derivata et procreata tandem ... partim amplissimis privilegiis, partim etiam extructis splendidissimis collegiis, egregiis foundationibus et legata in usus literarios maxima pecunia in eum splendorem deducta est, ut celeberrimum in Germania omnium literarum emporium florentissimaque academia merito appelletur. Adrianus PP. VI. egregium Lovanii, ubi ipse tum Rector et Cancellarius erat, collegium sub Adriani nomine extruxit, ubi tenuioris fortunæ iuvenes cum doctoribus sustentarentur ... ipse in pædagogio portiorum gratuito nutritus fuerat..." Cum Nic. Vernulæi de Academia Lovaniensi libri tres a. 1627. 4<sup>o</sup>. publicati ipsi ad manus mihi non sint, dabo de collegiis Lovaniensibus quæ præcipue ex illo libro desumpsit Casp. Burmannus in Hadriano VI. Tr. ad Rh. 1727. 4<sup>o</sup>. p. 7. sqq. „Quatuor Gymnasia s. Pædagogia illustra Lovanium habet, quorum alumni subsunt Gymnasiarchæ s. Regenti, singulis Gymnasiis tali Regenti præposito, qui et œconomîæ et disciplinæ præest. Hæc sunt *Litii, Porci, Castri et Falconis*, quæ singula ab insignibus nomen sortita dicuntur." In prioribus tribus litteræ et artes liberales, in Falcone logica, physica et metaphysica docebantur. (Cf. etiam infra art. Caroli epistolæ.) „Porcensis collegii ipsis Academiæ incunabulis adscribendum est, et auctorem habet Ioa. Widoe, qui ... domum suam ad scholæ usum reliquit, quæ cum e regione porci sylvestris esset, Schola s. Pædagogium Porci adpellata est..." „E regione Pontificii collegii (Middend. p. 278.) habitat familia Standonica, quam Ioa. Standone a. 1500. instituit", et Burm. l. c. gymnasium Porci hodie *Standonicum* nomen habere scripsit. Idem „Litteræ Latinæ, Hebraicæ et Græcæ docentur in Collegio *Buslidiano* s. *Trilingui*, ... humaniores autem litteræ in Collegio *Vaulxiano*." Hieronymus Buslidius, Erasmi Rot. Morique familiarissimus, obiit d. 27. Aug. a. 1517. De eo eiusque collegio laudis plenæ sunt Erasmi epistolæ.

MOGVNTIACENSIS academiæ, Tubingensis æqualis, Trevirensis paullo iunioris, „cum duo essent domicilia, Schenkenbergicum et Algesheimense", ut in hoc immigrarent patres soc. Iesu, cum academicis transegit archiepiscopus Daniel a. 1568.,

idemque „præter Collegium hoc Algesheimense adiacentes tres domos *zum Hammerstein*, *zum Herbst* et *zum Bierbaum* dictas æreque suo coemptas tum eorum in usus consignavit, tum maxime ad seminarium seu contubernium iuventutis, nobilis præcipue, bonis artibus litterisque imbuendæ... Brevi ceteroquin hoc contubernium effloruisse vel inde liquet, quod in hoc convictu xx quin plures fuerint alumni, convictorum vero prope centum, .. donec a. 1631. Suecis urbi appropinquantibus coetus iste periculi metu diffueret.“ Cf. G. C. Ioan̄dis *Rer. Mogunt.* tom. I. p. 108. et 873.

EX PARISIENSIBVS bursis fere innumeris (de quibus cf. Crévier *Histoire de l'univ. de Paris.* 1761. VII. 8º. locis tom. VII. p. 245. et 210. vv. *Collèges et Bourse, Boursiers* indicatis) in Epp. O. V. p. 242<sup>13</sup> memoratur Collegium Montis, de quo Crévierius cit. I. p. 501. „*Entre les années 1250 et 1259 s'établirent à Paris les collèges des Augustins et des Carmes, non pas dans les lieux où nous les voyons aujourd'hui, mais celui des Augustins dans le quartier Montmartre, vers la rue que nous appelons encore des vieux Augustins; et celui des Carmes, à l'endroit où sont aujourd'hui les Célestins. Ils étoient admis les uns et les autres en 1259. dans le corps de l'Université, comme il paroît par l'acte qui assigne le dernier rang aux dominicains dans toutes les assemblées académiques.*“ Cf. etiam Bulæi *hist. univ. Paris.* locis in *Ind. rer.* vv. *Bursa* et *Collegium* indicatis, qui multa etiam *Statuta collegiorum* exhibet.

DE PRAGA hæc ex libro decanorum fac. philos. Pragensis, Pragæ 1832. 8º. part. II. p. 554. sqq.: „... Bursa = domus, habitatio scholarium pauperum e diversis nationibus, ubi eiusdem Collegii alumni degebant. His præerant bursarum rectores.“ „Collegia erant domus, in quibus magistri studiosique communi victu utentes degebant, potissimum a fundatoribus nuncupatæ. Octo in codice numerantur: a) Collegium Caroli IV. s. Carolinum vel magnum, etiam Domus Caroli, b) Coll. Regis Wenceslai, alias cæsareum, domus regis W., c) Coll. omnium Sanctorum vel angelicum, ubi angelicus hortus, d) Coll. reginæ Hedvigis, e) Coll. Reček vel Rečkonum, f) Coll. Laudæ, g) Coll. nationis Bohemicæ s. Bohemorum, h) Coll. Nazareth. Tribus prioribus præerant præpositi, posterioribus quinque directores, ita ut Collegium Reček ex consuetudine semper dirigeret decanus, reliqui eligerentur... Habuere Collegia hæc suas bibliothecas.“

ROSTOCHII medio sæc. xv. sec. *ſkrabbe* l. c. p. 132. fuerunt Regentiæ hæ: Domus rubei leonis, Collegium Unicornis, Collegium Norwegianorum, Porta Cœli, et Collegium Aquilæ, Collegium philosophicum, Bursa Olavi; accesserunt a. 1472. Mesoleonium s. Domus mediæ lunæ (*ſkrabbe* p. 148), a. 1509. Domus theologi (*ſkrabbe* p. 296).

TREVIRENSI universitate a Nicolao PP. V. 1555. [a. 1454. styl. Rom.] creata (nam ad rem nostram non facit Romana schola, de qua vide comm. ad L. 11. Theod. Cod. de medic. et in professorib. XIII. 3.) senatus Trevirensis a. 1473. 'suo iure suoque sumptu disciplinarum Professores conduxit, in ædibus civitatis, quæ 'Collegium maius etiamnum vocatur, scholas aperuit easdemque convenientibus auditoriis adaptavit, salaria ludimagistris in ærario suo persolvit'; tum Sixtus PP. IV. bulla vii. kal. Iun. a. 1474. data complures canonicatus præbendasque universitati incorporavit, quæ donationes privilegiaque etiam a. 1532. et 1621. confirmata sunt. Cf. Neller in *Honthelmi Prodr. hist. Trevir.* I. p. 527. sqq. In ipsa *Hist. Trevir.* tom. II. p. 325. scriptum est „Hactenus literæ in Monasteriis metropolitana et collegiatis solum doctæ fuerunt; nunc scholæ publicæ eriguntur .. habendæ tum in Collegio S. Germani (quod Gymnasium aureorum sacerdotum etiam dicebatur [posteaque abbatie S. Matthiæ adsignatum est]), tum in Auditorio publico Academico, quod

Bursam [s. Hallam academicam] vocant...“ de qua bursa Limpurg. chronic. contin. a Mechtelio in Honth. Prodrum. II. p. 1165. refert, eam (*‘Barß zur Schulen’, so da was gelegen bey der Ketten in platea Thetradii nechst S. Ciciliæ Hoff uber.*) patres S. I. deseruisse „und Irer Gelegenheitt nacher Scholen hinuff ahn das Collegium SS. Trinitatis nechst der Engelgassen Ort angefangen zu bauen in anno 1610.“ — De bursis a privatis hominibus Treviris habitis nihil quod afferam habeo.

Cum TVBINGENSI universitate studii generalis a. 1477. condita statim ab initio ‘Pædagogium’ coniunctum fuit, quod in conductis domibus habebatur, sed iam a. 1482. propria domus, ‘bursa s. Contubernium academicum’, ei ædificata est (Böck *Gesch. d. Univ. Tübingen.* 1774. 8º. §§ 13. sq.). „Die 2 sogenannten Bursen waren in einem Gebäude, an der Stelle, wo jetzt das Gebärdhaus steht, vereinigt. . . Sie waren für die Scholaren der Artistenfacultät bestimmt, und wie die philosophischen Studien in 2 Richtungen, die der Nominalisten und Realisten auseinandergingen, so zerfiel auch die Burse in 2 Abtheilungen, . . eine für die Realisten, die andere für die Nominalisten. Sie wurden Adler (aquile [i. e. contubernium aquile]) und Pfau (pavile) genannt. [cf. comm. ad p. 47<sup>15</sup>.] Einer der Artistenprofessoren wurde herkömmlich zum Vorstand bestellt, und hieß als solcher Rector contubernii. Ein œconomus contubernii besorgte die Speisung.“ Klüpfel *Gesch. der Univerf. Tübingen.* 1849. 8º. p. 9. sq. — Recentiora collegia, quamvis vetustioribus illustriora facta, ut Stipendium ducale theologicum et ab academia separatum Collegium illustre s. novum (cf. Böck l. c. §§ 35. sq. Klüpfel p. 99. sq.) prætereunda nobis sunt, memorandum autem a. 1514. conditum Stipendium Martinianum, a conditore Martino Plantsch appellatum, de quo vid. Klüpfel p. 113. sq., ubi de recentioribus quoque Stipendiis Grepiano Hochmannianoque dictum est.

De VINDOBONENSIBUS bursis præter id quod ad p. 199. v. 34. de Bursa Liliorum adnotatum est, ex G. Ederi Catalogo Rectorum Viennensium. 1549. 4º. enotavi hæc: ad a. 1407. „comparata est domus, quæ nunc dicitur *bursa agni*, antea dicta *bursa Sprenga*“. ad a. 1420. „empta est *bursa Silesitarum* ex fundatione canonici Vratisl. Nicolai Klebitz.“ ad a. 1432. „Academix accessit *bursa Rosæ* . . .“ ad a. 1454. „(Rector Georgius Mayr) restauravit visitationes bursarum et contuberniorum pauperum.“ ad a. 1474. „Egidius Mayr Weyßenburgensis fundavit duo stipendia in *bursa Haydenheim*, ubi et alia plura stipendia sunt fundata . . .“ ad a. 1480. „(Rector univ.) M. Briccus ex Cilia th. lic. fundavit stipendia aliquot in *bursa Agni*.“ ad a. 1491. „fundata est *bursa Pruckh* a M. Oswaldo de Weykherdorff.“ ad a. 1504. „Io. Trapp Vien. th. prof. (rector univ.) fundavit aliquot stipendia in *bursa Agni*.“ ad a. 1518. „Venditur *bursa Pauli* et eius in locum domus emitur proxima, quæ nunc dicitur *bursa Heydenheim* ex fundatione Pauli Wann canonici et concionatoris circa a. 1484.“ ad a. 1522. „D. Ioan. Trapp th. prof. fundavit stipendium in *bursa Agni*.“ ad a. 1525. „M. Chph. Kulber (rector univ.) fundavit etiam stipendium in *bursa Agni*.“ ad a. 1527. „Steph. Maus fundavit Stipendium in *bursa Rosæ*.“ ad a. 1531. „Albinus Graffinger ex Schwatz th. lic. (rector univ.) huic academix ingentem et vix comparabilem donavit librorum optimorum thesaurum, et perpetuos reliquit redditus ex quibus hodie in *bursa Pruck* V aluntur Studiosi Suevi et Austriaci.“ ad a. 1534. „Obiit Wilh. Puelinger Pataviens. Superintendens *bursæ Haydenheim*, vir bene de schola meritis.“ ad a. 1535. „M. Georgius Hieter (univ. rector) fundavit stipendium in *bursa Rosæ*.“ — Idem Ederus p. 91. sqq. Descriptionem totius academix Vien. generalem in quinque libros dispartitam promisit, cuius lib. II. cap. III. ‘De Bursis et Contuberniis pauperum’ ageret, sed vereor ut hæc descriptio edita sit.

WITTENBERGENSI universitati studii generalis per primum quinquennium sumptus necessarios ipse conditor Friedericus Sapiens omnes dedit, sed a. 1507. illi collegiata ecclesia omnium SS. cum redditibus vicisque incorporata est, accesseruntque paulatim alia stipendia varia, quorum numerus a. 1578. ab electore Augusto ad cz auctus est, non adnumeratis iis stipendiis, quæ privati homines fundaverant. idem Augustinorum monasterium, cui quondam Staupitzius vicarius generalis præfuerat quodque Lutherus, a. 1508. Vitenbergam vocatus inhabitaverat, et ab electore Iohanne a. 1527. dono acceperat, a. 1564. a Lutheri heredibus emptum universitati donavit, unde celebre 'Collegium Augusti' originem sumpsit. 'Convictum' quidem, ubi pauperes alerentur, iam olim academia habuerat, sed id quoque ab Augusto collegii fundatore reformatum auctumque est, ut quasi novum institutum videretur. Cf. *Grohmann Annalen der Wittenb. Univ. Meissen* 1801. 8<sup>o</sup>. part. I.

BVSCHIVS (*von dem Bussche*), Hermannus, Pasiphilus cognominatus, nobili genere Sassenbergi Westfaliæ a. 1468. natus Dulmæque a. 1534. mortuus, Hegii discipulus, inter renascentium litterarum educatores altoresque ingeniosissimos Huttenique amicos ac Reuchlinistas<sup>1</sup> ubique conspicuus, ex Italia reversus in nulla pæne dixerim Germaniæ civitate non docens eminet, Hollandiam quoque et Angliam vidit, ut mirum non sit vitam eius tot scriptores breviusve fusiusve, satis exacte adhuc neminem scripsisse<sup>2</sup>, quorum plerique virum inter inventores compositoresque epistolarum O. V. aut certe multorum earum scommatum præcipue Rostochienses Lipsiensesque sugillantium agnosci posse opinati sunt, cum mihi non quidem nullam earum sed tamen eam tantum fecisse videatur, quæ in utroque q. v. volumine legitur, Calvastrianam<sup>3</sup>. Quasi cicada per arbusta canens Buschius per Germaniæ partes, modo inferiores modo superiores, grammaticos, poetas, historicos interpretatus est. vix ipso audacius felicisque quisquam ex æqualibus at quam studiosis adsiduisque præceptoribus barbaros grammaticos e scholis expellere puriorisque doctrinæ subsidia introducere conatus est. quæ beneficia ingenioso sed et pugnaci viro tot scholasticorum theologistarumque similitates tantamque invidiam contraxerunt, ut Coloniam, Rostochium, Lipsiam relinquere cogeretur, ut passim Obscuri nostri offensi memorant. In album universitatis Coloniensis die 8. Oct. a. 1495. rectore Henrico Maengolt sic inscriptus est: „Hermannus Buschius Monasteriensis ad Iura iuravit. Et quia Domino Rectori multum familiaris ac conterraneus fuit et est Et quia equestris ordinis et in humanitatis studiis non vulgariter edoctus, quæ quidem poeticæ disciplinæ studia in hac nostra Universitate studii Coloniensis ad annum fere professus est, huiusmodi pecunias debitas universitati nec Rectori exsolvit, sed pro bedellis solvit album denarium.“<sup>4</sup> Tum inter eos qui Wittenbergæ sunt „intitulati a. 1502. a festo divi Lucæ Evangelistæ ad primum Maii Sub Rectoratu . . Martini Polich de Mellerstadt“ legitur „Hermannus Buschius pasiphilus monasterien. artis oratorie atque poetice lector conductus“.<sup>5</sup> E Rostochio a. 1501. exeunte

1) Cf. Hutt. Opp. I. p. 131. v. 19. 2) Cf. Hutt. Opp. III. p. 73. ad v. 164. not. 159. Ibi laudatis scriptoribus iam adicienda est dissertatio H. I. Liessem de Herm. Buschii vita et scriptis. Bonnæ 1866. 8<sup>o</sup>. 3) Epp. O. V. I. 19. II. ante 63. ed. n. p. 29. 284. c. comm. ad hos locos. 4) Liessem l. c. p. 16. 5) Förstemann Alb. Viteberg. p. 2.

aut ineunte sequenti Gryphiswaldiam, indeque Wittenbergam venisse Buschium computat Liessemus<sup>6</sup>, cum Krabbius<sup>7</sup> circa a. 1503. Rostochium et Kosegarten<sup>8</sup> Gryphiswaldiam intra annos 1502. et 1504. venisse illum censuissent. Nec Wittenbergæ diu mansit migrator Buschius, nam æstate a. 1503. Lipsiæ „adscriptus est Hermannus primus eorum, qui ad Nationem Saxonum pertinent et solvit decem florenos“, ibique „Ioanne „Breytenbach decano dignitatem baccalaurei legum“ assecutus est<sup>9</sup>. Ibi docentem Trithemius epistula d. 1. Mart. a. 1506. data<sup>10</sup> ad sobrios et puros mores sanitatisque recte tuendæ curam paterne admonet: „Admonitionibus nostris (inquit) et parcas et adquiescas oramus: tu enim quod te diligamus non ignoras, et nos quod freno indigeas scimus“. Lipsia a. 1507. relicta Wittenbergæ non diu moratus cum Ricardo Sbrulio Baptistam Mantuanum veteribus poetis præferendum esse contendenti certavit; „ideo, pergit Hamelmannus“, Buschius regreditur Lipsiam, ubi „interim priores barbari lectores conspiraverunt contra eum, ideo offerunt opera Hieronymi Emeseri apud Ducem Georgium, ut a. 1511. „cum *Aesticampiano*<sup>12</sup> eiiceretur. Sic regreditur in Saxoniam, subsistens „Magdeburgi, et voluit quidem ibi legere, sed impeditur a barbaris, „digressus Brunswigam, ubi admittitur ... discedens venit Hildesium, „ubi Canonicos aliquos habuit cognatos, cum quibus per mensem vixit „... ex ea urbe confert se in Schowenbergicum Comitatum, in quo habebat bona hæreditaria, ex quibus cum annuos proventus consecutus „esset, ut ad longiora itinera perficienda paratior esset, abijt Mindam „ad fratrem Borchardum, tunc electum Decanum in maiori collegio, ubi „reperit Bartholomæum Coloniensem ... et cum ibi paululum respirasset Buschius ... confert se Osnabrugam... Mox recurrit Monasterium „ad Langium et alios veteres in scholis condiscipulos: inde profectus „Daventriam ad Aedicollios fratres Gerhardumque Lystrium... Inde tendit Amstelrodamum... Mox se recipit Alcmariam, .. ubi tunc studia „rexit Ioannes Murmellius, et cum ipsum, carmine aliquo recitato suis „auditoribus commendasset, abijt Traiectum ad Gerhardum Noviomagum „historicum. Cum eo pergit Lovanium, ubi in Academia reperit Adrianum Barlandum, Adrianum Traiectensem (qui postea Cardinalis et deum Papa factus est), Iacobum Latomum ... aliosque plures... Ex „ea Academia se in Angliam recipit et ibi cum Io. Coletio, Io. Roffensi „episcopo, Thoma Moro, Vergilio Polydoro et aliis familiaritatem contraxit, et in schola nova Coleti et alibi in Academiis professus est. „interea dum ex Anglia redit, proficiscens per inferiorem Germaniam „fit certior de morte Io. Murmellii subito Daventriæ extincti [d. 2. Nov. „a. 1516.], de cuius obitu in itinere scribit publicum mœoris carmen „ad Rodolphum Langium [cf. Hutt. Opp. III. p. 84...88.]. Interea revocaverat Coloniæ Buschium .. Hermannus Comes a Newenar, qui eum „vehementer amavit... Sed Buschio se mox opponit Orthwinus Gratius,

6) Liessem l. c. p. 29. sq. 7) Krabbe Univ. Rostock p. 260. 8) Univ. Greifsw. I. p. 163. 9) Zarncke ap. Liessem l. c. p. 31. sq. 10) Trithemii Opp. Ff. 1601. fol. part. II. p. 487. sq. 11) Narrat. de Buschio p. 295. sqq. §§ 49. sqq. 12) Falso Hamelm. „*Longicampiano Mathematico*“. Cf. Epp. O. V. I. 17. c. comm. nostro.

„eius olim condiscipulus et popularis . . . . rursum relegatur ex academia „Coloniensi. Ita opera . . . Wilhelmi Comitiss in Newenar . . . promovetur, „ut suscipiatur in Rectorem et gubernatorem scholæ in inferiori Wesalia „Clivorum . . .“, quod munus a. 1516. circa diem festum s. Michaelis capessivit<sup>13</sup>, sed iam d. 5. Apr. a. 1518. Cæsario Coloniam scribit Erasmus „audio Buschium istuc rediisse“<sup>14</sup>. Per eos fere annos, quibus Epp. O. V. scriptæ sunt, Buschius Coloniæ habitabat: Cum Erasmus Rot. æstate a. 1514. ex Anglia Basileam petens Coloniam ingrederetur, Buschius carmine<sup>15</sup> eum excepit, idemque, cum Erasmus sequenti anno in Angliam reverteretur, nundinis vernis cum eo Reuchlinoque Francofurti convenit<sup>16</sup>; et iam antea, d. 30. Sept. 1514. Buschius „ex ædibus meis Coloniæ“ ad Erasmum litteras dederat<sup>17</sup>. Coloniæ Buschius cum diva virgine comparatur (p. 60<sup>15</sup>), Schlauraffo instantias facit (p. 203. v. 176.), cum Cæsario scholares et supposita Ortvinio Gratio abinde trahit (p. 258<sup>9</sup>), et cum Vesaliam abiisset, Ortvinus Gerilambio nuntiat, ‘quod Buschius non est amplius Coloniæ’ (p. 257<sup>16</sup>). Vere a. 1518. Coloniam redierat Buschius<sup>18</sup>; tum Spiræ, ac Lutheri partibus faventem cum hoc in conventu Wormatiensi πολύτροπον Pæsiphilum deprehendimus<sup>19</sup>, unde iterum iterumque in aliis aliisque civitatibus, Spiræ, Moguntiæ, Heidelbergæ, Wittenbergæ, veteres poetas, maxime Christianos interpretantem audimus, donec Marpurgensis universitatis primus historiarum artisque poeticæ professor fieret a. 1526., ubi sequenti anno sexagenario non multo minor uxorem duxit. Ad disputationem contra anabaptistas a Monasteriensibus evocatus, die 27. Aug. 1533. vociferationibus, non argumentationibus victus tantisque rabidæ plebis contumeliis laceratus est, ut mæror ex inquieto viro quietum faceret Dulmæ mense Aprili a. 1534.<sup>20</sup> Scripta Buschii, quæ per multa sunt ac magnam partem etiam nunc lectu perquam digna, non omnia singularibus sub eius nomine editis libellis continentur, sed multa maxime carmina commendaticia in æqualium libris extant. Plenius et commodius quam Burekhardus Buschianos libellos enumerat Erhardus *Gesch. d. W. d. W.* III. p. 95 ... 108. Cf. Hain Repertor. n°. 4157. et Panzer

13) Heidemann ap. Liessem p. 65. sqq. 14) Hutt. Opp. I. p. 169<sup>27</sup>. 15) quod Glareanus ‘ex depravato codice’ exscriptum Erasmo transmisit in ep. d. 5. Sept. 1516. scripta, quæ est in Erasmi Epp. Lugd. 1706. fol. editis coll. 197. sqq. n°. ccvii. 16) Hutt. Opp. I. p. 44. init. 17) Cf. supra Consp. chronol. p. 134. 18) Hutt. Opp. I. p. 169<sup>28</sup>. 19) Cf. Buschii ad Hutt. ep. Vormatiæ d. 5. Mai. 1521. scriptam in Hutt. Opp. II. n°. ccxxxvii. p. 62. sq. 20) Hoc ei epitaphium scripsit amicus Cordus exeunte sequenti anno defunctus (Cordi Opp. poetica cura Meibomii. Helmæstad. 1616. 8°. p. 524.):

Vidit ut insanos artes iugulare retinctos [*i. e. anabaptistas*]  
 Et patriam pessum Buschius ire suam.  
 O ait ex istis me Iuppiter erue turbis,  
 Ne tantum videam dedecus atque scelus.  
 Tum facilis pronò rerum pater annuit ore  
 Dignaque promeritum sumpsit in astra senem.  
 Hic modo divinam doctis sermonibus anlam  
 Mulcet, et ambrosia vescitur ille dape.

Ann. typ. X. p. 205. Nova non nulla addisci possunt ex hoc Ioannis Piemontani MS. Auctarii serr. eccless. p. 9<sup>b</sup> 10. exacte transcripto loco:

Hermannus buschius natione teutonicus patria monasteriensis ex Westphalia vir undecumque doctissimus philofophus clarus orator facundus et poetice professionis acutissimus cuius carmina doctissima eciam poete et mirantur et summis efferrunt laudibus diuinarum quoque scripturarum non ignarus vtriusque lingue peritus ingenio subtilis et excellens eloquio clarus et compositus Hic olim fuit discipulus supra memorati hegij a quo in primis grammatices rudimentis ad plenum optime imbutus haud multo post in ytalia ad altiora conscendit maxime in poetica in qua iam cultiorem se habere neminem omnium iudicio comprobatur Scripsit tam metro quam prosa preclara quedam opuscula quibus memoriam sui posteris commendauit De quibus extant subiecta

Ad alexandrum hegium preceptorem suum

Tumultuariorum carminum li ij Sepe numero preceptor

In natalem domini ca j Leta salutiferi

Triplex rosarium beate marie li j Cum deus astriferis

Varia de sanctis li j

Orationes varias

\* Epistolas quoque multas ad diuerfos elegantissimas metro et prosa edidit ac Diuersa epigrammata et epistolas commendaticias in varias impressiones Viuit adhuc vt audio apud colonienfes [saxonie duces *inductum et supra scriptum est alia manu colonienfes*] magno in precio habitus a quibus et publico salario vt fertur donatus est annos triginta natus et varia scribit sub Maximiliano rhomanorum Imperatore Illustrissimo et summo pontifice Iulio A<sup>o</sup>. D. quo *hæc* scribimus 1.5.8. [i. e. 1508.]

\*(Hic inserenda alia manus p. 10<sup>a</sup> adscripsit:)

Epigrammaton de domina li j

Siluarum li j

Oestrum in heuerlingum li j

In persium commentarium li j

In donatum li j

De litteris li j

De uerificatione li j

In potiora epigrammata Marcialis li j

De dignitate poeseos li giiij

Collectanea theologica li plu

Ad iacobum nostrum [ad marg. al. man. adscripsit ad Iacobum Sibex (i. e. Siberti)

Lacensem] indiculum operum eius ept j

BVTZBACH vid. Piemont.

CÆSARIVS, Ioannes, Iuliaci circa a. 1460. natus, Daventriæ primum literas didicit, deinde Parisiis Ioannis Fabri Stapulensis discipulus fuit; Colonix rectore Iacobo de Amersfort d. 9. Nov. a. 1491. matriculæ univ. sic inscriptus est<sup>1</sup> „Ioannes Cæsarius de Iuliaco ad artes iuravit ... pauper“. Colonix Græcas litteras præter alios multos docuit Hermannum

1) Kraft in *Ztschr. f. Preuss. Gesch. v. Hassel. 5. Jahrg. August. Berlin 1868. 8<sup>o</sup>. p. 469.*

comitem Nuenarium, Glareanum, Petrum Mosellanum; anno 1516. 'legit ibi Plinius' (p. 203. v. 177.)<sup>2</sup>, et personatus Ortvinus p. 257<sup>15</sup> lectiones Cæsarii inter poetarum detestandas suppositorum seductiones memorat, ut p. 258<sup>9</sup> „est querela, quod Buschius et Cæsarius trahunt vobis (Ortvino) scholares et supposita abinde“. Reuchlinistam fuisse Cæsarium, vel si non inter Capnionis defensores acerrimos recenseretur<sup>3</sup>, aperte tamen doceret tum id quod infra art. Groningen dicemus, tum ipsius ad Erasmus epistola d. 30. Iul. a. 1517. data<sup>4</sup> et Erasmi ad illum datæ, quas repeti curavimus<sup>5</sup>. De Cæsario Hartzhemius<sup>6</sup> „cum novis erroribus favere videretur, coactus fuit solum vertere<sup>7</sup>, apud Guilielmum Neuenarium et Mœrsensem comitem benevolo hospitio exceptus [tum postquam Monasterii in Rudolphi Langii ædibus habitans in Cameneri Murmellicque schola Græcas litteras aliquamdiu prodocuerat, Coloniam reversus] videtur tamen resipuisse ab errore et ad catholicæ ecclesiæ gremium rediisse. Obiit [cælebs in summa egestate] Colonia, ubi medicum quoque egisse Des-selius rettulit, a. 1551; nonagenarium testatur Petrus Mersæus, et in collegio fratrum S. Hieronymi *am Weydenbach* ... sepultum esse, addito hoc epitaphio ...

A puero colui musas studiosus honestas ...

Vide præf. Ioa. Sturmii ad Hermann. archiep. Colon. in tomum II. orationum Ciceronis, quo loco plura de Cæsario. . .“ Quæ de eo Ioa. Piemontanus in MS. Auctario Scriptor. ecclesiasticor. fol. 151<sup>b</sup> habet, hæc sunt:

„Iohannes cesarius natione germanus patria juliacensis vir in litteris humanitatis atque in diuinis scripturis studiosus ingenio pollens et sermonis claritudine scripsisse fertur quedam exacte latinitatis opuscula metro prosaque elaborata quibus noticiam sui nominis studiosis significauit legi eius carmen in stychologiam iacobi gaudensis [*in marg.*: et epistolam et argumenta in epistolas flacci horatii] cetera nondum vidi Viuit adhuc dauentriensis litterator.“

Vitam Cæsarii descripserunt etiam Bælius h. v. et *Erhard Gesch. d. W. d. W.* III. p. 292...296. Scripta Cæsarii secundum Hartzhemium, qui sua maxime e Foppensio h. v. desumpsit, hæc sunt: Introductio Iacobi Fabri Stapul. in arithmet. Boethii. Colon. 1513., Ars supputandi ..., S. Augustini de progressionem numerorum, Dialectica a. 1532. et sæpius edita, Horatii epistolæ. Colon. a. 1522. in 8°, Plinii hist. nat. Colon. a. 1524. [cf. not. 2.], Plinii libri II de medicina piscium. Arg. 1534., Boetius de consol. philos., Rhetorica in VII libb. digesta, primum Colon. a. 1535. [etiam Lugd. a. 1546. 8°.] edita, Diomedes grammaticus. Colon. 1536.

Cum ad alios quoque Epp. O. V. locos illustrandos commode faciat, subiungimus Agrippæ a Nettesheim (ad Cæsarium, suum quondam præceptorem) epistolam

2) Cæsarius a. 1524. edidit Plinii historiam naturalem, Colonia in ædibus Eucharri Cervicorni, in fol. et 4°. (cf. Panzer Ann. typ. VI. p. 390. n°. 396. 397.) emendavit sive mutavit Hermolai Barbari exemplum multis locis. Huttenum antea de Plinio edendo cogitasse vidimus Hutt. Opp. II. p. 446. 3) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>17</sup>. 4) Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. Append. n°. clvii. 5) Hutt. Opp. I. p. 149. sq. n°. lxi. et p. 169. sq. n°. lxxvii. 6) Bibl. Colon. p. 165. 7) Cf. infra repetitam epistolam Agrippæ a Nettesheim.



(Epp. II. 60.) supra p. 153. indicatam, qua Schelhornius quoque (Amœnitt. XI. p. 15. sqq.) bene usus est quamque nimio errore C. Krafft (*Ztschr. f. preuß. Gesch. von Paul Hassel. Berl.* 1868. p. 476.) ad Lutherum scriptam putavit, ex edit. Lugd. Ber-  
ring. II. p. 778. sqq., hanc:

„Amicus amico. Intellexi hoc mane, colendissime Cæsar [i. Cæsari], quam ne-  
quiter a Coloniensibus Magistris nostris traductus fueris, eorum, ut vocant ba-  
dello, nescio quas bullatas nugas merasque sycophantias circumferente. Vehe-  
menter (fateor) indignatus sum ut qui omnem hanc iniuriam mihi communem esse  
existiment. Itaque ad te scribere mox decrevi. dubius autem lamentatoriamne  
an consolatoriam epistolam dictaturus essem, cumque inter hæc paululum cogi-  
tabundus hæsitarem, visum est hanc tibi illatam iniuriam non ulla condolentia,  
non ulla etiam consolatione, sed ingenti congratulatione prosequendam. Quid enim  
potuit tibi contingere illustrius quam ab illis vituperari, quibus non nisi optimi  
et doctissimi quique semper odio habiti sunt? quorum calculo te adnumerari pro-  
fecto non mediocris gloria. Quis enim ignorat hos esse illos Magistros qui Ioan-  
nem Campanum [Aesticampanum scribendum esse docet ep. VII. 26. ex qua huc  
pertinentem locum dedimus supra in Aesticamp.], insigni doctrina et virtute virum,  
scholis secluserunt? qui Petrum Ravennatem, celeberrimum iuris doctorem, urbe  
exegerunt? qui Hermannum comitem Nuenarium, eruditissimum virum, nequissi-  
mis calumniis in tergo prosciderunt? qui Erasmus Roterodamum, virum et vita  
et doctrina omnium exceptione maiorem, qui Iacobum Fabrum Stapulensem, uni-  
cum peripateticæ philosophiæ reparatorem, insuper mathematicarum humanarum-  
que quarumcunque et divinarum literarum eruditissimum, suis sordibus asperse-  
runt? Sed adversus Ioannem Capnionem Phorcensem, iurisconsultum clarissimum  
et arcanarum literarum variarumque linguarum peritissimum, tam pertinacissime  
pugnarunt, donec omnis eorum doctrina, fides, fama, autoritas simul perpetuum  
naufragium fecerunt, cum vulgatissima per universum orbem eorum incitiæ, igno-  
miniae, perfidiæ falsitatisque infamia facta est. En quanta nunc tibi accessit  
gloria a talibus hostibus incurri. . . . Non est ergo quod indigneris: si te oderint  
Colonienses Magistri nostri, laus est; si persequuntur, gloria est; si detrahunt,  
lucrum est. Non est quod doleas, cum hoc eorum odium non tibi, sed illis de-  
decori et damno sit, qui cum post unam et alteram insaniam indies novas exci-  
tantes tragœdias graviore quam ferre possunt, iniurias sibi faciunt perpetuæque  
ignominiae indelebiles notas sibi ipsi inurunt, illos vero quos prosequuntur, in-  
signi afficiunt gloria ac digna illustribus encomiis victoria. . . . Ex ædibus meis  
Coloniæ Anno 1520.

CAMPIS, EBERHARDVS DE, doctus cucullatusque vir p. 288<sup>10</sup> inter Trithe-  
mianos memoratus, etiam ap. Ioa. Piemontanum occurrit, qui in MS. Au-  
ctario scriptorum ecclesiasticor. fol. 86<sup>b</sup> hæc habet:

„Eberhardus prior monasterii sancti Mathie prope treuerim ordinis sancti Be-  
nedicti natione teutonicus patria campensis traiectensis diocesis vir certe in sa-  
cris scripturis iugi exercitatione et studio egregie eruditus et in secularibus  
litteris non infime doctus ingenio excellens sermone compositus metro valens et  
prosa scripse [sic] fertur pro edificacione fratrum apud Tholeiam [*Tholeti prope St.*  
*Wendel*] vbi quondam pluribus annis prioris gessit officium quedam non spernenda  
eruditionis sue opuscula quibus memoriam sui cum laude ad posteritatem transmisit  
E quibus extant perpulchri quidem quos more veterum superuacaneis allegatio-  
nibus incorruptos [*sic, puto vero interruptos*] declamatorie ad fratres habuit

Sermones de tempore                      li j (*Super sententias*                      li iiij] (*rec. man.*)  
 Sermones de sanctis                      li j (*De conceptione Marie*                      li j]  
*Fundamenta theologie (rec. man.)*   li j  
 Et quedam alia (*mihi ignota*)

Hic quondam nostri [*Lacensis*] monasterii monachus cum supradictis [Iohanne Enkhusen cum Gerardo postea abbate s. Mauricii in Theologia, et Wilhelmo monacho] ad Tholeiam missus fuit. Viuit adhuc."

Ziegelbauerus<sup>1</sup>: „Apud Treviros in Monasterio S. Mathiæ Eberhardus de Campis an. 1519. in Abbatem electus, vir erat doctus, et optimis moribus præditus, qui et plurima scripsit, quibus nomen suum ad posteritatis noticiam cum summa laude ac gloria transmisit."

Itaque ad has epp. O. V. non pertinet Everardus de Clivis, prædicatorii ordinis, theologiæ magister laureatus, qui a. 1507. in comitiis generalibus Papiæ coactis studii generalis Heidelbergensis regens institutus, a. 1513. cap. gen. Ianuensi affuit provinciæ Teutoniæ diffinitor, et biennio post electus eiusdem prior provincialis capitulo Romano sedit, atque d. 4. Dec. a. 1524. obiit, ipse quoque auctor Commentariorum in quattuor libros sententiarum, de quo quæ Hartzhemius<sup>2</sup> habet, ex Echardo<sup>3</sup> transcripta sunt.

Ab utroque Everardo diversus est Ev. de Amersfordia, quem cum Iacobo Tymæo Amersfortio eundem fuisse nonnulli opinati sunt. Amersfordiensis bursam Laurentianam rexit circa a. 1490., eandemque post eum Tymæus circa a. 1497.; uterque commentaria in Aristotelem composuit<sup>4</sup>. Huius Everardi sunt Commentaria librorum 'de celo et mundo Aristotelis iuxta viam venerabilis domini Alberti Magni et processum magistrorum regentium Colonie in bursa Laurentii', de quibus vide Hain. n°. 6756. sq.

1) Hist. rei liter. ord. s. Bened. Ang. Vind. et Herbip. 1754. fol. part. I. p. 102.

2) Bibl. Colon. p. 75<sup>b</sup>.

3) Scrr. ord. prædic. II. 58<sup>b</sup>.

4) cf. Foppens Bibl. Belg. p. 269. et 540.

CAMPOFLOR, Campus Floræ, ut a Pompei amata<sup>1</sup>, sive a dea Flora<sup>2</sup> appellatum alii olim putaverunt, verius alii cum Andrea Fulvio a floribus, quibus consitus fuerat (*campo de' fiori*) antequam eum medio fere sæculo xv. „tunc temporis neglectum atque in equorum pascua redactum lapidibus stravit et ornavit ædibus iuxta basilicam sancti Laurentii in Damaso et maximo sumptu instruxit“ Ludovicus Scarampa sive Mediarota cardinalis ac strenuus terra marique belli dux<sup>3</sup>. Partem facit regionis septimæ (*rione della regola*). In hoc campo hæretici summo supplicio olim afficiebantur; quæ tamen unica causa non fuit, ex qua Hochstratus cum Meyero per eum deambulare amabant; sed quod ibi Teutonicos expectabant inque hospitio ad campanam in campo Floræ deversati erant, Hochstratus ideo scribere fingitur (I. 48.), quod tum palatium cancellariæ apostolicæ prope hunc campum a cardinale Raphaele Riario (qui procul dubio est Cardinalis prope campum floræ II. 66. memoratus) exædificatum et tribunal, quod in causis quoque fidei cognitionem et bullarum plumbandarum dispensationumque episcopis decernendarum ius habet, in

1) Plutarch. Pomp. cap. 53. cf. cap. 2.  
 conii Vitæ pontiff. II. p. 919. sqq.

2) Lactant. Inst. div. I. 20.

3) Cia-

novum hoc palatium translatum est. item ad principales huius palatii portas bullæ, monitoria, constitutiones consistoriorumque habendorum edicta affixa publicantur. Constat autem hæc Cancellaria vicecancellario sacræ Romanæ ecclesiæ, direttore, parcis maiore et minore, abbreviatoribus, summistis, scriptoribus, secretariis, plumbatoribus, equitibus, cubiculariis, scutiferis, protonotariis et ceteris apparitoribus. — De campo Floræ cf. descriptiones urbis Romæ<sup>4</sup>.

4) e. gr. Nardini. Rom. 1666. 4<sup>o</sup>. p. 358. sq. Platner et Bunsen etc. Stutg. 1842. 8<sup>o</sup>. III. 3. p. 433. sqq.

CANIS, Magnus et Minor (p. 49<sup>5</sup>). Magnus Hundt de Magdeburgk (Parthenopolitanus) natus anno 1449., artium liberalium magister, medicinæ baccalaureus, ad gradum theologiæ baccalariatus præsentatus et assumptus, collegii principis minoris collegiatus annis 1499... 1519.<sup>1</sup>, decanus a. 1497.<sup>2</sup>, rector universitatis Lipsiensis a. 1499., mortuus est a. 1519. d. 3. Mai. Scripta eius secundum Panzer<sup>3</sup> et Hain<sup>4</sup> sunt hæc: Compendium totius logicæ Parvulus Antiquorum nuncupatum<sup>5</sup>, Expositio Donati secundum viam doctoris sancti<sup>6</sup>, quæ Buschio stimulandi ansam dedisse videtur (cf. p. 48<sup>35</sup>), Tractatus de diffinitione secundum doctrinam doctoris sancti<sup>7</sup>, Introductorium in universalem Aristotelis physicen Parvulus philosophiæ naturalis<sup>8</sup> vulgariter appellatum<sup>9</sup>, Anthropologium de hominis dignitate<sup>10</sup>, ad quod auctor anatomiam docebat. Inter viri scripta quæ post annum 1500. prodierunt, Köhler<sup>11</sup> habet etiam Brevem interpretationem regularum iuris libri Sexti, sed hanc non Magdeburgensi Hundtio, sed Patavino ICto Ioanni Iacobo Cani, auctori libelli 'De modo studendi in iure', adscribendam esse patet, quamvis ea a recentioribus non indicetur, neque a Panzero<sup>12</sup> neque ab Hainio<sup>13</sup> neque a Savinio<sup>14</sup> neque a Stintzingio<sup>15</sup>. De Magno Cane sic habet Ioannis Piemontani MS. Auctar. scr. ecclesiasticor. fol. 132<sup>a</sup>:

Magnus hunt natione teutonius patria peopolitanus franco orientalis [*! sic ex Parthenopolitano Wirceburgensem Franconem facit Butzbachus*] homo bonarum artium studiosissimus et egregie eruditus ingenio pollens et eloquio qui in gymnasio lipzensi multis amicus liberales docendo artes gloriosam vndique sibi famam acquisivit scripsit

De eisdem artibus vt audio

Compendium perpulchrum li j

Et quedam alia nondum mihi cognita Vinere adhuc dicitur philosophando 1. 5. 9. [i. e. 1509.]

- 1) Zarneke Abhandll. p. 765. n<sup>o</sup>. 55. 2) ibid. p. 810. n<sup>o</sup>. 176. 3) Ann. typ. V. p. 256. X. p. 425. 4) Repertor. n<sup>o</sup>. 9031... 9040. 5) anno 1493. et sæpius. 6) a. 1498. et sæpius. Partem libelli cum multis Arguitur, Nota et Queritur repetiit Zarneke Brants Narrenschiff. p. 348. sqq. 7) sine loco et anno. 8) Cf. infra art. Parvulus phil. nat. 9) et sine anno et a. 1500. 10) anno 1501. 11) Fragmente zur Gesch. Leipz. I. p. 132. sqq. 12) Ann. typ. V. p. 126. X. p. 213. 13) Repertor. n<sup>o</sup>. 4321... 4333. 14) Savigny Gesch. des R. R. im M. A. III. p. 538. VI. p. 484. 15) Gesch. der popul. Lit. p. 35.

Minor CANIS, item Magnus Hundt Magdeburgensis, nescio an prioris filius, item collegii principis minoris collegiatus per annos 1520...

1532.<sup>1</sup> et in matricula facultatis artium Lipsiensis ad annum 1521. legitur: Magnus Hundt Parthenopeus, duc. C. med. studiosus. Pentec. : 5. Nativ. Mariæ : 36.<sup>4</sup>

1) Zarncke Abhdll. p. 765. n°. 72. 2) ibid. p. 813. n°. 224.

CANTIPRATANVS, Thomas *vid.* Boethius.

CAPNIO *vid.* Reuchlin.

CARAVAJAL *vid.* Bernardinus.

CARBACH, Nicolaus, de quo præter ea quæ supra<sup>1</sup> relata sunt, id est Moguntiae eum 'legentem pro scholaribus exposuisse Titum Livium' et 'in poesi', et cum Wolfgango Angstio imprimendis libris ibi navasse operam, id est correctoris (in officina Schœfferiana) munere functum esse<sup>2</sup>, nihil mihi constat<sup>3</sup>, nisi quod Germanici Livii, qui Moguntiae apud Ioannem Schœfferum anno 1523. prodiit, librum xxxiii. non integrum cum posteriore libri xc. parte, et eius qui ibidem anno 1533. prodiit, etiam libros lxi. xlii. vertit. Ad eum Livium quem Huttenus Albertus archiepiscopo dedicavit<sup>4</sup>, Carbachius adiectis annotatis præfatus est 'Moguntiae Idibus Martiis. m.d.xix.' et ad Germanicum illum anno 1523. editum epilogum eodem anno scriptum adiecit.

1) Epp. O. V. p. 203. v. 162. et 270<sup>13</sup>. Hutt. Opp. p. 251<sup>8.19</sup>. 2) Cf. etiam Hutt. Opp. I. p. 365<sup>22</sup>. 3) Carbach s. Karchbach nomen non nullorum vicorum, et unius Rhenani et plurium Franconicorum est. ex aliquo eorum, Rhenano opiner, Nicolaum nostrum oriundum fuisse indeque, ut tum fere moris fuit, ei quasi familiare nomen factum esse conicio. 4) Cf. Hutt. Opp. I. num. cx. et Indic. bibliograph. Hutt. num. xxii.

CARDINALIS prope Campoflor. *vid.* Riarius, Raphael.

\_\_\_\_\_ sanctæ Crucis *vid.* Bernardinus Caravajal.

\_\_\_\_\_ sancti Chrysogoni *vid.* Hadrianus.

\_\_\_\_\_ sancti Eusebii *vid.* Accoltis, Petrus de.

\_\_\_\_\_ sancti Marci *vid.* Grimanus, Dominicus.

CAROLI EPISTOLÆ (p. 12<sup>6</sup>). Carolus Manneken sive Mennigken, Latine Virulus, Flander, studii Bononiensis magister, regens Lovanii in bursa lili, qui obiit anno 1493. ætatis 80., scripsit Epistolarum formulas, quas, ut iam Erasmus censet, nunc nemo dignetur sumere in manus; huius libelli formularis, olim celebratissimi, exempla recenset Hain<sup>1</sup>; Behelius<sup>2</sup> eum damnat his verbis: „... cum Plinius iunior dicat stultissimum esse ad imitandum non optima quæque proponere, nullum tamen invenies omnino, qui aliquid tuo more post se reliquerit, nisi Carolum quendam [Mennellium appellat paulo ante, nam Suevis Flandricum Manneken est Mennel], ut opinor Burgundum, cuius epistolæ undique circumferuntur, velim perpetuo silentium vitam transisset, quam tot egregia ingenia seducit, et in perpetuum errorem allicit, ut multo melius fuisset nihil scripsisse, quam adeo indocte prolabasse. Scripsit enim salutationes plurimas non

1) Repertor. n°. 10659...10687. 2) Commentaria epistolarum faciendar. Phorce 1510. 4°. fol. 1<sup>b</sup>.

modo non mundas, sed etiam ab omni latinitate descendentes [abhorrentes]. O quot futuros scio qui macerantibus linguis me inhoneste lacerabunt, vociferantes 'quid conaris floccipendere hominem cuius vestigia sequi non es dignus?' Fateor multo me doctiorem fuisse [scilicet Carolum], sed ingenium suum non contulit ad hoc, ut lectu dignum posteris relinqueret aliquid, sed iactabundus effudit ea quæ ab omni antiquitate abhorrentia sonant nescio quid barbarum et rancidulum. Tum<sup>3</sup> 'contra epistolas Caroli' pugnans incipit: „Scripturo mihi contra ineptias epistolarum cuiusdam Caroli, ut ex eius scriptis facile liquet Burgundi, tota Germania in me eiiciendum et explodendum conspirabit, adeo sacer et celebri nomine est apud nos, ut præripuisse palmam omnibus qui modo in conscribendis epistolis operam locarunt, existimetur, nec quisquam epistolas se confecturum sperat, nisi eius copiam habuerit“. De vita Caroli ex Foppensio<sup>4</sup> repetimus hæc: „Carolus Virulus. Quasi *Homuncionem* dicas, vulgo *Manneken*, patria Casletensis Flander, Pædagogii Liliensis Lovanii (quod inter quatuor Facultatis Artium Scholas antiquissimum est) primus Institutor et per annos plures Rector, dum illuc simul cum philosophicis artibus, humaniores quoque litteræ olim tradebantur. Scripsit Formulas Epistolarum in omni genere scribendi, quas ipse suis in Lilio prælegere solebat, excusas primum anno 1482. . . . Ex quibus animadverti potest, quæ fuerit infantia Lovaniensis litterarum sermonisque Latini, ut ita dicam, balbuties. In quas proinde ut barbaras merito incurrit Erasmus libro de conscribendis epistolis. 'Iam apud Italos' inquit 'cœperant reviviscere bonæ litteræ, cum Lovanii magno cum applausu legerentur Caroli cuiusdam. . .'. Memoratu hic dignum est, quod de eodem Virulo scribit Io. Lud. Vives libro iv. de tradendis disciplinis: 'Vellem' inquit 'ut docti aliqui delectarentur eo more, quem fuisse Caroli cuiusdam Viruli narrari audiebam Lovanii, hominis non perinde litterati, ut boni: nec illi ingenium aut diligentia defuit, sed locus et tempora. . .'. Ceterum Virulus Lovanii sepultus quiescit apud Canonicos Regulares S. Martini, in templi Choro, cuius fere solus fundator exstitit. In eius Sarcophago sic legitur . . . præfuit Pædagogio Lili . . . sex et quinquaginta annis. . . . Obiit autem v. Idus Maii . . . anno cio.cccc.xciii. agens annum ætatis octogesimum“. — Subicimus ex Ioannis Piemontani<sup>5</sup> MS. Auctario scriptor. ecclesiasticor. p. 57<sup>b</sup> hunc articulum: Carolus burgundijs latine eloquentie singularis amministrator grammaticus et orator hæud insignis apud litteratores et grammatistas plus merito magno in precio habitus ingenio subtilis et blandus eloquio Scripsit pro scholasticorum usu quedam opuscula quibus nomen suum longe lateque diuulgavit e quibus extant eius plurime epistole quarum iam frequens in gymnasijs studiosæ iuventutis a simplicioribus ludimagistris inculcatur erudicio Nam istorum scilicet caroli joannis boride pontij lescherii ceterorumque huius modi epistolandi traditiones vel potius depravationes a quibusdam bonarum litterarum studiosis penitus et omnino teste bebellio sunt vitande et detestande Vide de hoc bebellii contra illosce inuentiones Claruit tempore ïc. —

3) Commentaria epistol. faciendar. Phorce 1510. 4<sup>o</sup>. fol. xix<sup>a</sup>. . . xxv<sup>b</sup>. 4) Bibliotheca Belgica cur. et stud. Ioa. Franc. Foppens. Bruxell. 1739. 4<sup>o</sup>. p. 163. sq.

5) Cf. infra art. Piemont.

CASPAR, 'prædicator ex Kempton, sacræ theologiæ licentiatuſ, propediem magiſter noſtranduſ' (p. 250<sup>16</sup>), qui 'habet cauſam ſacri olei contra quodaſ monachos qui habitant extra muros Kempton etc.' (p. 250<sup>28</sup>). De hac cauſa memoranda eſt epiſtula Adelmanni ad Pirkheimerum Auguſtæ d. 19. Dec. a. 1517. ſcripta<sup>1</sup>: „Miſi tibi ridiculam ac deteſtandam monachorum civiumque in Chempton contentionem de inoleatione Chriſtifiſelium (ut verbis eorum utar) inter eoſ exortam, in qua dum unus quiſque ſe pro ſua libidine ac affectione defendit, ultra tria millia nummorum aureorum impenſa ſeu potiuſ effuſa ſunt, ac quid adhuc impendendum ſit, incertum eſt. Vide, mi Wilibalde, quæ humanitas, quæ religio, quæ charitas, maxime apud eoſ qui ſibi ea nomina uſurpant. Fovent hanc diſcordiam in primis prædicator in eo loco, ut videbiſ, ac multi quî ſe theologiſ appellanſ; qui utinam tanti concordiam rectæque vitæ inſtitutionem facerent, quanti nominis iacturam ac gloriam, forſitan ſe meliuſ Chriſtiana reſ publica haberet...“.

1) apud Heumann. Docum. literar. p. 165. ſqq.

CASVS LONGI SVPER INſTITVTIS, quem 'librum multum practicum et excellentem, mirabilem et valde declarativum' Petruſ Steynhart Romæ invenit (p. 214<sup>16. ſqq.</sup>), ſunt 'compoſiti per willehelmum doctorem legum filium domini Accuſii bone memorie egregii legum doctoriſ', ut Moguntiniſenſiſ mſ. codex aperte teſtatur<sup>1</sup>. Duriuſ quam obſcuruſ noſter Steynhartuſ olim, nuper claruſ noſter Stintzing<sup>2</sup> de opere iudicavit ſic: „Die Form der Behandlung deſ Stoffſ iſt ſo oberflächlich, oft geradezu einfältig, daß ſich die Schrift keiſneſwegſ über den Rang einer populären Schrift erhebt. Man würde ſich aber ſehr getäuſcht finden, wenn man mit den Erwartungen, welche der Name Caſuſ und ſeine urſprüngliche Bedeutung erweckt, an dieſeſ Werk heranträte. Denn die eigentlichen Rechtsfälle bilden in ihr ſo wenig die Hauptaſache, daß ſogar nicht wenige Titel der Inſtitutionen abgehandelt werden, ohne daß auch nur etwaſ den Caſuſ Ähnlicheſ abgehandelt würde. Der Hauptaſache nach enthält die Schrift vielmehr kurze Inhaltsüberſichten der Titel mit Erläuterungen. Zunächſt nämlich werden die 'partes' jedeſ Titelſ hingeſtellt, d. h. angegeben, welche Gegenſtände darin erörtert ſind. Daran ſchließt ſich die Angabe, in welchen Paragraphen die einzelnen partes enthalten ſind; und damit iſt der Inhalt vieler Abſchnitte erſchöpft. In den längeren Abſchnitten folgen dagegen nun die Caſuſ zu jeder paſ. Dieſe aber beſtehen meiſtenſ darin, daß Fragen über den Inhalt aufgeſtellt werden, und zwar in Form directer Rede, alſ wären ſie an den Lehrer oder an Juſtinian gerichtet; und die Antwort erfolgt in derſelben Form.“ — Wilhelmuſ tertiuſ Accuſii filiſ, natuſ anno 1246. Bononiæ iuriſ utriuſque doctor factuſ docuit donec anno 1274. inter proſcriptoſ ex patria expelleretur. poſt uxorem amiſſam ſacriſ ordinibuſ ſuſceptiſ Gallica Hiſpanicaque beneficia ſibi comparavit, deinde in Italiæ reverſuſ capellanuſ ſummi pontificiſ et auditor rotæ factuſ eſt. Efflagitantibuſ ſcholaribuſ anno 1297. ex urbe Roma Bononiam ſummo cum honore revocatuſ eſt, ut Digeuſtuſ novuſ doceret, qua cathedra poſt annuſ relicta ad honoreſ Romanos reverſuſ ante annuſ 1314. mor-

1) cf. v. Savigny Geſch. d. R. R. i. M. A. vol. II. (ed. II.) p. 334. 2) Geſch. der populären Lit. deſ röm. kanon. R. in Dſchld. Leipz. 1867. 8°. p. 63.

tuus est. Vitam viri exactius scripsit Maurus Sartius<sup>3</sup>, quem fere secutus est Savinius<sup>1</sup>. Casus longi sæpius quam apud Savinium<sup>5</sup> et Stintzingium<sup>6</sup>, quibuscum conferendus est Hainius<sup>7</sup>, relatum est, editi sunt. exemplum ibi non indicatum, quo ipse utor, infra<sup>8</sup> indicavi.

3) De claris archigymnasii Bononiensis professorib. tom. I. part. 1. Bonon. 1769. fol. pagg. 188...192. 4) cit. *Gesch. d. R. R. V.* p. 331...337. 5) l. c. p. 349. sq. 6) lib. not. 2. cit. p. 62. 7) Repertor. n°. 4663...4666. 8) Casus longi super institutis | (Iohannis) P[arvi] sign. typogr. cum inscr. ICHAN PETIT.) In fine est: ¶ Casus longi super institutis parisi impressi Impensis Iohannis parvi bibliopole parisiensis Finem ceperunt MDCCLXXVII octobris. Anni domini millesimiquingentesimifecundi Deo sint gratie. (104 folia 4°. sign. a...m.)

CATHOLICON *vid.* Ianua, Ioannes de

CELTIS, ut ipse scribebat, Celtes secundum alios, Conradus, de cuius cognomine, quod fuit Protucius<sup>1</sup>, pariter ac de Germanico familiæ nomine, quod alii *Meißel* sive *Pickel*, alii *Schefer* sive *Scheffer* fuisse putant<sup>2</sup>, adhuc disputant scriptores, Wipfeldi prope Suenofurtum d. 1. Febr. a. 1459. natus<sup>3</sup>, in Epistolis O. V. tantum ut Georgii Sibuti Vindobonensis præceptor memoratur (p. 267<sup>7</sup>): nam poeta inter æquales longe celebratissimus, ipse artis versificandi carminumque auctor, atque inter Germanos primus ab ipso Cæsare Friderico III. rogatu Friderici Saxonie ducis laurea coronatus Norimbergæ d. 18. Apr. a. 1487.<sup>4</sup>, Vindobonæ decesserat d. 4. Febr.<sup>5</sup> a. 1508., quo tempore neque Reuchlini causa neque tota hæc Obscurorum fabula sive historia potius agi cœperat. De Celtis vita multi scripserunt<sup>6</sup>, inter quos eminet Klüpfelius. paucis nos defun-

1) In hoc nomine, ut alias nugas omittam, mihi quoque Græcum *τύπος* (s. *τύπος*) latere videtur, sive Celtis sese instrumentum quo *παραυλίσσεται*, quo marmor sculpitur, ut statua inde perficiatur, sive *πρώτον τύπον*, principalem celtem, esse significare voluerit. sed illud veri similis quam hoc quod Prototucius scribendum fuisset. Certe somnia sunt quæ de vico natali *Protuch*, qui nusquam exstat, non nulli scripserunt. Quid si scivissent Petrum Mossellanum a vico natali *Bruttig* Protegensensem cognominatum fuisse? 2) *Meißel* sive *Pickel* vel *Bickel* nihil nisi versio vocabuli 'celtis' est, et hoc quidem nomen, *Pickel*, præferunt, quod id Franconicarum familiarum non infrequens est. Qui *Schefer*, *Scheffer*, *Schäfer* Celtim nostrum fuisse scribunt, argumento utuntur, quod Celtis, quem Erfurtum venisse constat, in matricula huius universitatis non legitur, legitur autem 'Conradus Schefer de Sweynfort'. Cf. *Erhard* II. p. 4. sq. 20. 3) Ipse „Celtis ad Moeni generatus undas“ „Februus natus quid agam calendis...“ 4) Secundum alios a. 1491. cf. Klüpfel. I. p. 78. sqq. *Erhard* II. p. 23. sqq. 5) Epitaphium habet: Θ Α Ν. Χ Ρ Ι. Μ. Δ. V Ι Ι Ι. Ι Ι. Ν Ο. Φ Ε Β Ρ. V Ι Χ. Α Ν. Χ Λ V Ι Ι Ι. Δ Ι. Ι Ι Ι. Cf. Scheybii ed. tabulæ Peutling. Vindob. 1753. fol. p. 34. Klüpfel I. p. 212. Eder Catal. rector. Vienn. 1559. 4°. p. 52.: „A. 1508. Rector 261. M. Theodoricus Renanus Slestatinus. 4. Februarii moritur hic Viennæ Conradus Celtes primus in Germaniâ Poeta Laureatus“. 6) Vita Celtis præmissa est eius odor. etc. exemplo a societate litteraria Rhenana edito Argentorati ex offic. Schureriana a. 1513. 4°. — Tritheim. not. 11. cit. Cf. Gesneri Bibl. — Io. Fichardi Viror. illustr. vitæ. vol. I. Ff. 1536. 4°. — Henr. Pantaleonis Prosopogr. Bas. 1565. fol. II. p. 470. — Melch.

gemur. Ut ex Fuldensibus muris Huttenus, ne monachus fieret, ita Celtis, non nobilibus quidem sed tamen honestis et apud primores Franciæ honoratis parentibus ortus, cum prima litterarum elementa, ut tum dorsis capitibusque tradebantur, domi hauserat, ne vitium culturæ, quod volebat parens, vitam dederet, conscensa rate Coloniam fugit, ubi d. 9. Oct. a. 1477. immatriculatus<sup>7</sup> in bursa Montana, tum a Valentino Engelhard de Geltersheim recta, scholasticæ philosophiæ studere cœpit. In matricula Heidelbergensi ad a. 1484.<sup>8</sup> legitur: „Conradus Celtis Franco“, cui nomini recentior manus adiecit<sup>9</sup> „insign. Poeta et Polyhist.“ Ita

Adami Vitæ Germanor. philoss. Hdlb. 1615. 8º. p. 29...32. — Aub. Miræi Bibl. eccl. Antv. 1639. fol. p. 267. [pro 279]. — Ger. Io. Vossii de historic. Latt. L. B. 1651. 4º. p. 641. sq. — Petr. Lambecii Bibl. Vindob. 1665. fol. I. p. 31. sqq. — Paul. Freheri Theatr. viror. erudd. Norimb. 1688. fol. p. 1435. — Hier. Gundling. in Obs. select. tom. I. Ff. 1708. 8º. art. 1. et maxime ex hoc: Hübner Bibl. hist. Hamb. centur. VI. c. 30. — Reimann Einleit. in die histor. Litt. Halle 1709. p. 410. ff. — Iac. Burckhard de L. L. in Germ. fatjs. part. II. Wolfenb. 1721. 8º. passim. — I. C. Kleibert progr. de agnom. et patria C. Celtis. Suenofurti 1724. fol. — Io. Alb. Fabricii Bibl. Lat. med. inf. set. Hamb. 1734. 8º. I. p. 1019...1023. — I. G. Rupprecht orat. de soc. lit. Rhen. Ienæ 1752. 4º. — J. P. Nicéron's Nachrichten v. Baumgarten. Halle 1755. 8º. XII. p. 327...335. — Jac. Brucker Ehrentempel. Augsb. 1747. 4º. p. 126...132. — Jöcher Gel. Lex. Lpz. 1750. 4º. I. 1800. sq. — Will Nürnb. Gel. Lex. Nürnb. 1755. 4º. I. p. 190...192. und Fortsetz. v. Nopitsch, Altd. 1802. 4º. I. p. 155...162. — H. E. Rumpel progr. de C. Celte. Erford. 1762. 4º. — Chph. Saxi Onomastic. Trai. ad Rh. 1777. 8º. II. p. 520. — Mich. Denis, Wiens Buchdruckergesch. Wien 1782. 4º. p. xvii. 8. sqq. — Engelb. Klüpfelii de vita et scr. C. Celtis Protucii ... ed. I. C. Ruef et Car. Zell. partes II. in 4º. Friburgi 1827. — H. A. Erhard Geschichte d. W. d. Wissensch. Bd. II. Magdeb. 1830. 8º. p. 1...146. und Art. 'Celles' in Ersch u. Gruber's Encyclop. Bd. XXI. p. 135...141. (1830. 4º.) — C. J. Ruith Kurze Skizze v. ... Celtis. Würzb. 1852. 4º. — K. Endlicher in Hormayrs Archiv 1830. (?) — L. Häusser Die Anfänge der klass. Studien zu Heidelberg. 8º. p. 23...30. — F. J. v. Bianco Die alte Univ. Köln. 1855. 8º. I. p. 667. sq. — Jos. Aschbach, Roswitha u. Conr. Celtis, in Sitzungsberichten der kais. Akad. der Wissensch. LVI. Bd. Heft 1. Wien 1867. 8º. S. 1...62. (Roswithæ opuscula a Celte sodalibusque conficta esse frustra demonstrare voluit auctor. non nulla vero utilia nova de Celtis vita scriptisque continet commentatio.) Quæ ex eiusdem auctoris disputatione „Die früheren Wanderungen des Conrad Celtis und die Anfänge der von ihm errichteten gelehrten Sodalitäten“ relata sunt in Sitzungsbericht. 1861. nº. xxi. p. 33. sq. infra not. 15. adnotavimus. 7) In Coloniensi matricula ad a. 1477. legitur: „In die S. Dionysii martyris etc. Conradus Zeltis non iuravit, quia minorennis est; et Dominus Andreas de Thenlohen, Baccalaureus in theologia formatus, fideiussit pro eo in forma consueta; et quia medius pauper fuit, solvit 8 Schilling.“ Klüpfel I. p. 54. 8) Schwabius quidem (Syllab. rector. Hdlb. p. 76.) hanc inscriptionum ad annum 1487. repetiit. sed vide contra Klüpfel. I. p. 58. not. 6. 9) Recentioremanum esse quod iam Klüpf. I. c. suspicatus fuerat, aperte testatus est Häusserus (Die Anfänge der klassischen Studien zu Heidelberg) p. 24.



Trithemius<sup>10</sup> quoque Celti familiarissimus triennio minor natu amicus<sup>11</sup>, de eo iudicavit: fuit „vir undecunque doctissimus, philosophus clarus, orator facundus, astronomus et cosmographus insignis, et poeta laureatus, divinarum quoque scripturarum non ignarus, utriusque linguae peritus, ingenio excellens et disertus eloquio. scripsit tam metro quam prosa quaedam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit“. Reliquam studiis, itineribus, amicitis, honoribus laboribusque ac sodalitatibus litterariis ab ipso conditis quasi refertissimam Celtis vitam brevem latius Klüpfelius et ex hoc fere Erhardus, alii perscripserunt, omnes pro fundamento usi ea vita, quam Rhenana societas litteraria poematis Celtis præmisit, ex qua hæc (quamvis nec omnia bene ad temporum et locorum ordinem disposita sint, neque ultimum vitæ decennium describant) repetisse hoc loco sufficiat: „Motus dein fama Ioannis Dalburgii, Vangionum episcopi, et Rudolphi Agricolaë Heidelbergam adiit [æst. a. 1484.], ibique oratoriam ac poeticam cum linguae græcæ et hebraicæ prægustamentis hausit. Et mox per Erfordensium, Lipsensium [unde ut Buschius Aesticampianusque hostiliter eiectus est], Rostocensium gymnasium<sup>12</sup> iter corripuens non parvas pecunias docendo conquisivit. Et ad Italiam profectus Paduæ Calphurnium et Creticum [Marcum Musurum], Ferrariæ [Baptistam] Guarinum, Bononiæ Philippum Beroaldum, Florentiæ [Marsilium] Ficinum, Venetiis [Marc. Anton.] Sabellicum, Romæ Pomponium Lætum audit. A Roma per Venetias, Ylliricum et Pannonias, Sarmatas adiit, ibique [a. 1488...1490.] astrorum studio vacavit, præceptore Alberto Bruto usus. A peregrinatione Sarmatica rediens Friderici Saxonis ducis familiaritatem nactus, cuius suasus et ductu coronam poeticam a Cæsare meruit, ætatis suæ anno xxxii<sup>o</sup>. primusque eius dignitatis titulum et insignia apud Germanos gessit. Quamobrem ad peregrinationem rursus conversus, cuius avidissimus discendi gratia fuerat, totam Germaniam et eius xv publica gymnasia perlustravit. Primus patriæ linguae suæ terminos ad quattuor latera conspexit, Primusque eloquentiam Romanam, quantum Germano homini concessum, cum rudimentis Græcæ linguae in Germaniam retulit, vivendi, loquendi, intelligendique præcepta docens et scribens, multa varietate rerum et opinionum veterum sapientum. Primus comædias et tragædias in publicis aulis veterum more egit. Statura erat mediocri, corpore obesiore, facie clarissima, candentibus oculis et grandiusculis, ore decoro, pilo leni, raro et

10) de scriptorib. eccl. p. 390. cf. Catalog. illustr. virr. p. 174. Opp. Ff. 1601. fol. part. I. In Trithemii Chron. Hirsaug. ed. S. Galli 1690. fol. tom. II. p. 636, ad a. 1508. legitur: „Anno Ioannis [Trithemii] abbatis [Hirsaug.] quinto, indict. Rom. xi. in principio mensis Februarii mortuus est Viennæ in Austria Conradus Celtis Protucius, poeta laureatus, vir in litteris humanitatis haud mediocriter eruditus, Græcæ linguae non ignarus, et Hebræam callens in parte, natione Germanus, patria Francus Orientalis ex Wupfeld prope Schweinfurt oriundus, qui scripsit vario carminum genere iv non parvæ lectionis volumina... et quædam alia minora prosaice, quorum titulos annotavimus in lib. nostro de scr. eccl. et alio de Germanis. Vixit annis 46. [immo vixit annos 49] et 3 diebus, in Ecclesia Viennensi sepultus.“ 11) Trithemii cum Celte familiaritatis gratum testimonium est illius ad hunc Herbipoli d. 1. Iul. a. 1507. scripta epist. in Trith. Opp. Ff. 1601. fol. part. II. p. 545. sq. 12) Cf. *Krabbe Univ. Rostock* 1854. 8<sup>o</sup>. p. 256. sqq.

subnigro, et circa tempora parum renodi, barba rara, et eius præcoci canicie, et frontis calvicie<sup>13</sup>. Animo et mente hilari, et vultu gelasino, valitudine prospera, sed imbecilli stomacho...<sup>14</sup> Quod ad extrema quatuor Celticæ vitæ lustra attinet, de annis 1488...1491., in quos longissimæ peregrinationes quattuorque Amorum librorum inceptio incidunt<sup>14</sup>, veriora quam ab aliis nunc ab Aschbachio<sup>15</sup> proposita esse videntur.

13) Pulchram Celtis effigiem ab Haidio excusam habemus in Bruckeri Ehren-tempel ad p. 162. 14) Semel tantum prodierunt CONRADI CELTIS PROTVCI | PRIMI INTER GERMANOS IM-|PERATORIIS MANIBVS POE-|TE LAVREATI QVATV-|OR LIBRI AMORVM | SECYNDVM QA-|TVOR LATERA | GERMANIE FELICI|TER INCIPIT-|VNT | Quatuor vrbes tetragonales Germaniæ ad quatuor latera | eius (etc. xylogra-phice in rotundo serio describuntur, infra quod hi versus:

QUM TOT IAM NUTRIAT tellus Germana Poetas  
Audent qui cunctis spargere metra plagis  
CUR ego ter quinum tacui qui Celtis in annum  
Non ausim nostros edere in orbe libros

(In aversa folii r iiii pag. legitur:) Abfoluta sunt hæc C. C. opa in | Vienna Domicilio Max. | Augusti Cæsa. Anno M|D. noui seculi II. kalē | Febru. In-pressa autem | Noribergæ eiusd anni | Nonis Aprilibus. Sub | priuilegio So-dalitatatis | Celticæ nup a senatu ipia|li ipetrato vt nl<sup>19</sup> hæc i decē | ānis i Impii vrbib<sup>9</sup> inprimat. | (infra signum bibliop. cum litteris) A P. Constat foliis 120 in fol<sup>9</sup>. Signatura a...r. (8 folior. a b e f i l m o p q, 6 foll.: c d h k n r, 4 foll. g) Novem paginæ præter primam picturis xylographis, partim Dure-rianis, implentur. 15) Ex Aschbachii declamatione supra not. 6. i. f. indi-cata hæc repetimus: „... Des Celtes polnischer Reise ist die Zeit von 1488. bis 1490. anzuweisen. . . Er widmete sich an der Univ. Krakau als Scholar den astro-nomischen Studien (bekleidete dort nicht eine Professur der Rhetorik). Von Kra-kau aus bereiste er die polnischen Länder bis an die Karpathen und die Ostsee und lieferte über seine Wanderungen und Beobachtungen eine Anzahl beschreiben-der Gedichte. Es muß aber als eine poetische Fiction seine Reise zu den Lapp-ländern betrachtet werden, deren Land, Sitten und Gebräuche er wie aus eigener Anschauung und Erfahrung schilderte. Sicher aber ist daß er nach dem Muster der platonischen Akademie des Pomponius Lætus, die er in Rom kennen lernte, eine gelehrte Weichsel-Gesellschaft (Sodalitas literaria Vistulana) zu gründen suchte. In Krakau faßte Celtes auch zuerst die Idee zu seinen Reisebildern oder 'libri Amorum'. Er erhielt den Impuls dazu durch die Liebe zu der edlen Polin Hasilina. . . Daß sie keine fingirte Persönlichkeit war und das Liebesverhältniß zwischen ihr und dem Dichter in Wirklichkeit bestanden, wird aus einem bisher ungedruckten, in böhmischer Sprache verfaßten Briefe der Hasilina an Celtes bewiesen. Nachdem der Dichter Polen verlassen und 1490. sich kurze Zeit . . zu Ofen, . . zu Wien und . . zu Regensburg aufgehalten und überall an diesen Orten zur Errichtung einer gelehrten Donau-Gesellschaft (Sodalitas literaria Danu-biana) angeregt hatte, schilderte er im zweiten Buche des Gedichtes die Donau-länder und besang seine neue Regensburger Freundin Elsula. Die erfolgreichsten Wanderungen aber waren die rheinischen, deren Beschreibung er im dritten Buche der Amores seiner Mainzer Geliebten Ursula widmete. Auf dieser Reise war es, wo Celtes mit dem Wormser Bischof Ioh. v. Dalberg, dem Mæcenas der deutschen Humanisten, am 1. Febr. 1491. die Sodalitas literaria Rhenana gründete, als den

Anno 1492. Celtis Ingolstadii oratoriæ poeticæque professor fuit; sequenti apud Ioa. Tolophum amicum Ratisponæ habitans privatim docuit, tum per sequentem hiemem Moguntiae apud Theodoricum Gresmundum degit. vere a. 1494. Ingolstadiensem cathedram iterum ascendit; æstate Trithemium Spanhemii visitavit. Aripoli æstate a. 1496. pestis exortæ causa relicta Heidelbergam concessit, ubi electoris Philippi filios docuit. inde æstate a. 1497. ab imp. Maximiliano Vindobonam evocatus, societate litteraria Danubiana s. Pannonica condita primus bibliothecarius factus eique roganti, ut in Vindobonensi studio generali quinta facultas erigeretur, ab imperatore concessum est, ut ipse in Collegio poetico primarius professor doceret<sup>16</sup>, quod, interiectis nonnullis brevioribus peregrinationibus, ab anno 1502. ad mortem usque fecit. — Operum Celtis recensionem videsis ap. Klüpfel<sup>17</sup> et Erhardum<sup>18</sup>. Celtem eis adnumerandum esse qui a se confectos confictosque libros pro antiquis venditarunt, recte quidem de Gunthero Ligurino, falso autem de Hrotswithæ misellis comædiis poematisque recentiores scriptores iudicant. Me magis delectat memoria tabulæ itinerariæ ab Celte emptæ Peutingeroque legatæ, quæ 'tabula Peutingeriana', ut fere omnes Celticæ reliquiæ, adhuc Vindobonæ adservatur<sup>19</sup>.

*eigentlichen Mittelpunkt für die Verbreitung des Humanismus im deutschen Reiche. Daß die wette Wanderung im Sommer 1491. nach dem deutschen Norden zur Bildung eines niederdeutschen Vereines (Sodalitas Baltica oder Sodalitas Codonea) keinen Erfolg haben konnte, davon werden die Ursachen dargelegt. Der Dichter endigt seine Reisebilder mit dem vierten Buche, das er nach seiner plattdeutschen Freundin Barbara benannte. Wenn er am Schlusse seines Werkes von einem bestandenenen Seesturm im nördlichen Ocean und vom Besuche der fernen im Eismeer gelegenen Insel Thule erzählt, so liegt die poetische Fiction auf der Hand, da der Dichter, der nur ein paar Monate damals in Niederdeutschland verweilte und dazu einige Wochen in Lübeck ans Krankenbett gefesselt war, nicht innerhalb so kurzer Zeit eine so gefährvolle und damals nicht gewöhnliche Seefahrt in die entfernte Region des Eismeres machen konnte. Aber er unternahm sie auch nicht 10 Jahre später (1501.), wo sich seine beständige Anwesenheit in Süddeutschland nachweisen lässt. ... Nach seiner Rückkehr in die fränkische Heimat, im Anfang September 1491., schien Celtes dem steten Wanderleben entsagen zu wollen, da er den Ruf als Professor der Rhetorik an der Ingolstadler Hochschule annahm". 16) A. 1498. „Aula inclitæ facultatis Art. Conradi Celtis ... opera restituta est atque variis exornata picturis.“ Eder Catal. rectorr. Vienn. p. 46. 17) In parte altera supra (not. 6.) laudati operis, quam edidit post I. C. Ruef mort. C. Zell Friburgi a. 1827. 4º. 18) Gesch. d. W. d. W. II. p. 135... 146. Encyclop. I. c. p. 139. sq. 19) Huius tabulæ itinerariæ, ante Diocletiani tempora scriptæ, sæc. XIII. descriptæ exemplum, quod a. 1490. Spiræ viderat Felix Malleolus, a. 1507. Wormatiæ venale prostand emit Celtis testamentoque legavit amico suo Peutingero. De eo Trithemius (epp. famm. nº. xli. Opp. Ff. 1601. fol. p. 553.) d. 12. Aug. a. 1507. ad Wilh. Veldicum Monapium, plebanum in Dyrnstein [prope Wormatiam] scripsit: „Orbem terræ marisque et insularum, quem pulchre depictum in Wormatia scribis esse venalem, me quidem consequi posse optarem, sed quadraginta pro illo expendere florenos, nemo facile mihi persuadebit“. Cf. Scheyb tab. Peuting. Vindob. 1753. fol. p. 32. sqq. Mannert tab. itin. Peuting. Lips. 1824. fol. p. 34. sqq. Müllenhoff ü. d. Weltkarte des K. Augustus. Kiel 1856. 4º. p. 3. sqq.*

CEREVISIA. Da ea eiusque variis speciebus fuse tractavit Placotomus<sup>1</sup>, quem h. l. nominasse sufficit, transcribemus autem, cum non solum ad Langschneideri epistolæ (I. 1.) sed et ad nomen non nullorum in epistolis O. V. passim adhibitorum explicationem faciat, ex æquali libello *De generibus Cbriozorum*<sup>2</sup> hunc locum<sup>3</sup>: „Quamvis (fortasse) turpe non sit rem suo vocabulo exprimere, alienas tamen a re ipsa voces fingimus, ut scilicet semper quidem cerevisiam bibentes, videamur tamen diversa velut genera diversis nominibus explicare, quamvis ridicula potius, quam censoria nota digna. quod Erfurdienses (ut a nobis incipiam) suam illam pinguem et crassam cerevisiam peculiari vocabulo *Schluncz* appellitant nomine sane barbaro et horrido, quod ne barbari quidem intelligunt, puto eo mysterio, quod eandem avidius potantes omnino non intelligibiles, insensati, ne dicam irrationales atque indeclinabiles in quamcunque partem moveas. . . . Lipsensium vero cerevisiam studentes vocant *rastrum*, metaphora puto sumpta ab agricolis, quod quemadmodum hi rastris et sarculis et ligonibus omnem agri duritiam vertunt et emolliunt, ita Lipsensium cerevisia velut *rastrum* intestina omnia sua acetositæ lædit, mouit [sic] et corumpit. Est autem triplex de quo talis est versus *Ein topff scherpentum, czwen rastrum, dat spanque coventum* [Coventum p. 68<sup>7</sup>]. Nihilominus tamen in tam nobili oppido externæ quoque habentur cerevisiæ, ut sunt *Eynbecensis*, quæ apud nos est optima, *Numburgensis* quæ oculos lædit, *Turgaviensis*, *Belgeranensis*, de qua proverbium est *Belgerana est omnibus sana*; *Wurtzellensis*, *Friburgensis*, et reliquæ id genus. Præterea quis non novit Saxonicas quoque diversis appellari nominibus: *Filtz* scilicet Magdeburgensem, *Mommom* sive *Momum* Brunsvigensem, *Gauße* Goßlariensem. sed præstat alia præterire silentio, ne de re nihili aliquid facere velle videar, cum sint tot pæne cerevisiarum quam civitatum et oppidorum nomina, in quibus et talia quandoque audivi ridicula: *Quitschart*, *Kuswanz*, *Kelberzagal*, *Büffel*. Apud Franckfordianos ad ripam Oderæ *Staffeling*, *Beyderwan*, *Schlippschlap*, *Fitscherling*, *Stampff in die aschenn*, *Stortz den Kerl*, *Batzman*, *Hotenbach*, *Gluckelschan*, *Sperpype*, *Horlemotsch*, *Stroheingen*, *Bastart*, *Rutelop*, *Hellschepoff*, *Lorch*, *Itax*, *Salat*, *Streckepertzel*, *Fertzer*, *Rolings bir*, *Raseman*, *All clauß*, *Korvinck*, *Kreßen*, *Mortportner*, *Reißekopff*, *Fidelia*, *Lotenafse*, *Hartenacke*, *Breypot*, *Muckensenff*, et multa talia quis numerabit? nomina per deum emuscarum quamvis plane ridicula, tamen bibonibus et birolatronibus istis adeo amabilia, adeo auditu iucunda, ut quoties

1) ad Eobani Hessi de tuenda bona valetudine libellum, e. gr. edit. Francof. 1564. 8<sup>o</sup>. foll. 76<sup>b</sup>... 114<sup>a</sup>. 2) *De generibus Cbriozorum* | et ebriitate vitanda. |

*Questio facetiarum et urbanitatis plena: q̃ pulcherrimis | optimorum scriptorum flosculis referta: in conclusionē Quodlibeti Erphurdienfis. Anno | Christi. M.D.IV. Circa autumnū: | le equinoctium Scelastico | more explicata. |* (Pictura animalium bibentium Esel Saw Kalb Schaff Hund Aff Wolf Gans Ver: anser facem, ursus librum tenet.) *In fine libri 14 foliorum in 4<sup>o</sup>. est: Impressum Aurnberge per Hieronymum Holzgel | Anno dñi. Millesimo quingētesimo decimosēptimo | Repetit libellum Fr. Zarneke, Die Deutschen Univ. i. MA. Leipz. 1857. 8<sup>o</sup>. pagg. 116... 154.*

3) pag. Cij<sup>b</sup> sq. edit. 4<sup>o</sup>. pag. 144. seq. ed. Zarneke.

talium quippiam nominetur, meras Sirenas sese audire putant et iam tum ad ipsas voces sitiunt.“

CHRYSOLOGI, Cardinalis sancti. *vid.* Hadrianus.

CLYPEVS THOMISTARVM (p. 37<sup>23</sup>). „Clypeus contra iacula in sacram ac immaculatam virginis Mariæ conceptionem volitantia per modum trium sermonum cum quadam questione theologica ac disputatione iuridica in scholis iuristarum alme universitatis Liptzensis facta sub anno dñice incarnationis. M.CCCC.LXXXIV.“ 4<sup>o</sup>.<sup>1</sup> Exemplum anno 1489. 4<sup>o</sup>. publicatum memorat Köhlerus<sup>2</sup>, qui docet libri auctorem esse D. Georgium Orter Frickenhusensem Franconem, ordinis s. Dominici et prof. philos. et theol. Lips. mortuum anno 1497. Ipse Köhlerus de Orteri Clypeo et simili eiusdem auctoris alio libello inscripto ‘Repetitio disputationis de immaculata conceptione virginis gloriosæ’<sup>3</sup> hæc monet: „*Sie sind dem Ordinar der Juristenfacultät D. Johann von Breitenbuch entgegengesetzt, der den tollen Einfall der Franziskaner von der unbefleckten Empfängnis Mariä in einer akademischen Streitschrift vertheidigt hatte. Dieser Streit ward wenigstens von Orters Seite mit vieler Mässigung geführt, so daß ihm selbst ein Franziskaner Peter von Alva das rühmliche Zeugnis geben muß: „scripsit sensate et modeste satis pro sua opinione, relinquendo scommata et convicia“.* Exempli anno 1490. Lipsiæ in 4<sup>o</sup>. editi sec. Hain. l. c. hæc est inscriptio ‘Repetitio fabulosæ narrationis quæ alias ab auctore suo intulatur clypeus contra iacula in sacram ac immaculatam virginis Marie conceptionem volitancia per fratrem Georgium (Orterium) de Frickenhausen ordinis predicatorum etc.

1) Hain Repertor. num. 5472.

2) *Fragmente zur Geschichte Leipz.* I. p. 118.

3) Hain n<sup>o</sup>. 12107. sq. Panzer Ann. typ. I. p. 475. n<sup>o</sup>. 25. p. 476. n<sup>o</sup>. 28.

COLLIMITIVS *vid.* Tannstetter.

COMBIBILATOR (p. 52<sup>7</sup>) i. e. auctor ‘libri valde notabilis, qui dicitur Combibilationes, qui etiam continet autoritates in theologia et prima principia sacræ scripturæ’ (p. 47<sup>8</sup>), ‘quas magistri nostri resumunt per omnes regiones, præsertim in Parrhisia . . et in Colonia, ubi nuper magistratiter est probatum . . . quod multo melius est scire istas combibilationes . . , quam mente tenus scire Hieronymum et Augustinum, . . quia combibilationes sunt optima materia, ceu disputant magistri nostri per omnia monasteria’ etc. (p. 48.). Crotus hæc sive ex vulgari usu sive ipse primum ita Colonialiter balbutiens nomina Compiler et Compilationes corripuit, ut monachorum libidinem simul cum ignorantia perstringeret: nam bibilum (‘*der Bippel*’ sive ‘*das Pipel*’<sup>1</sup>) penem significat. ita in carmine circa a. 1170. scripto ‘*das Pfaffenleben*’<sup>2</sup> vv. 65. sqq. habent:

*Ich wære, die phaffen unt die nunnen  
ein gemeinez biwort chunnen,  
Daz sie sprechent ‘post pirum vinum,  
nach dem wine hært daz bibelimum’.*

1) *Schmeller Bayer. WB.* I. p. 291.  
p. 218.

2) *Haupt u. Hoffmann Altd. Blätter.* I.

quod proverbium (*biwort*) Latino de Cerere et Baccho ac Venere consimile esse patet. Quamvis ad Comestoris nomen illud Combibilationis excogitatum esse negem, de quo Petro Comestore sive Manducatore, Gallice *le Mangeur* dicto<sup>3</sup>, Fabricius<sup>4</sup> „Comestor“ ait „sive manducator idcirco dictus est, quod scripturarum auctoritates in suis sermonibus et opusculis crebrius allegando quasi in ventrem memoriæ manducarit“, tamen fieri potuit, ut Combibilationum nomine ipsius Comestoris Historia scholastica significaretur, quæ Latine sæpe, etiam Coloniae Argentoratique, Gallice Parisiis prodit<sup>5</sup>.

3) Trithem. de scr. eccless. p. 275.

4) Bibl. Lat. med. et inf. æv. I. p. 1134.

5) cf. Fabric. l. c. Hain. n°. 5529...5540. Panzer Ann. typ. X. p. 260.

COPVLATA et COPVLATISTA. *vid.* Hispanus, Petrus.

COPVS, Guilielmus, expresso quidem nomine non memoratur in epp. O. V., sed est procul dubio „superiorista, qui studet in Græco“ et apud Parisienses „vadit ubique et dicit“ contra Pepericornum pro Reuchlino p. 247<sup>4-599</sup>. Basileæ natus ibi bonarum artium elementa imprimis a Reuchlini discipulo Ioanne Heberling Gamundensi hausit<sup>1</sup>, unde post plus quam quadraginta annos Reuchlinus eum in epistola ineunte a. 1515. scripta<sup>2</sup> „literatissime Cope, doctrinarum mearum nepos“ adloquitur. Adulescens Lutetiæ medicinæ, mathematicæ, Græcis Latinisque litteris felicissimo cum successu studuit, doctorque medicinæ factus primum medici militaris munere functus est: iam a. 1498. d. 12. Apr. Parisiis ad Battum scripsit Erasmus „non pessima tamen in spe sumus . . maxime medicum nacti Guilelmum Copum, non modo peritissimum, verum etiam amicum fidelem et Musarum, quod rarissimum est, cultorem“, et iam a. 1514. in aula regis Ludovici XII. Copum egisse ipse testis est<sup>3</sup>. Pantaleon<sup>3</sup>, Adamus<sup>4</sup>, Iöcherus<sup>5</sup>, Herzogius<sup>6</sup> memorant tantum, Copum a Francisco I. archiatrum constitutum esse liberali stipendio oblato; verum id non demum anno 1530. (ut Herzogius habet) factum esse, docet etiam Budæi ad Erasmus Parisiis d. 5. Febr. a. 1516. data epistula, his verbis: „Guilelmum Copum medicum regium, hominem utraque lingua doctum tibi-que amicum. .“. Huttenus quoque passim, maxime in libro de guaiaci medicina<sup>7</sup>, Copi doctrinam experientiamque medicam extollit. De Copo hæc Herzogius l. c.: „Copus Græce Latineque fuit doctissimus, ut Erasmus de eo dixerit ‘medicinam eius opera primum loqui cœpisse’. Quanto honore atque existimatione eum habuerit Erasmus, non inde tantum liquet, quod de eo cecinerit ‘Unica nobilium medicorum gloria Copus’, [quem versum P. Rami esse ex Adamo scire Herzogius debebat], sed et quod gravi morbo adfectus, spreto omnium, qui tum Basileæ erant, Medicorum consilio atque auxilio, omnem salutis spem in hoc solo posuerit et remedium ab eo efflagitarit, ut testantur Erasmi literæ anno 1526. Parisios ad eum missæ. Parisiis etiam ob exactam doctrinam felicemque artis medicæ industriam tanto honore habitus fuit, ut medica professio

1) cf. Copi ex Parisiorum Lutecia viii. kal. Sept. a. 1514. ad Reuchlinum scriptæ ep. locum in Comm. ad p. 247<sup>4</sup> transcriptam. 2) cf. supra Conspect. chronol. p. 135. 3) Prosopogr. III. p. 104. 4) Vitæ Germ. medicor. 1620. 8°. p. 11.

5) *Gel. Lex.* h. v.

6) Athenæ Rauric. p. 169.

7) Hutt. Opp. V. p. 397...497.

ei commissa et Galliæ regi Francisco I. a. 1530. archimedicos Arabes et, ut illos vocitare solebat, latinobarbaros eliminaret, eorumque in locum Græcos introduceret et editis eorum versionibus [præcipue Galeni, Hippocratis ac Pauli Aeginetæ] familiares artis medicæ cultoribus redderet. Magna nominis celebritate vixerat adhuc sub Ludovico XII. et Lutetiæ diem obiit. " Ludovicum XII. d. 1. Ian. a. 1515. obiisse nemo nescit, et ipse Herzogius paulo ante scripserat Copum Francisco I. anno 1530. archiatrum fuisse constitutum. Ceterum Copi emortualem diem annumve neque equidem adhuc cognovi.

CORDVS, Euritius Ritius, Simeshusanus Hessus (falso Belgam dicit Pantaleon<sup>1)</sup>), cui ex Henrico Mutianus Euricii sive brevioris formæ Ricii nomen fecit, ipse Cordi nomen adsumpsit, quod post septem fratres et quinque sorores extremo partu matris editus fuerat. Errare eos qui Cordi nomen familiare fuisse *Eberwein* scripserunt, et qui Henricum s. Euricium Urbanum cum Cordo eundem hominem fuisse putarunt, recte disputavit Krausius<sup>2</sup>. Eobano Hesso Huttenoque paulo maior Cordus fuit, natus a. 1486.<sup>3</sup>, parentibus infimæ quidem condicionis, honestis tamen nec pauperibus rusticis, nec liberorum educationem negligentibus. Postquam a decimo ætatis anno Henricus Frankenbergi Horlæo præceptore usus fuerat, iuvenis operam philosophiæ dedit, tum alibi, tum Erfurti, cum primis amans poetices, quam feliciter excolebat Cordi popularis Eobanus Hessus. cum philosophiæ coniunxit medicinæ studium. poesin professus est Lipsiæ a. 1514...1516. Bucolica Cordi prodierunt primum Erfordiae a. 1514. die x. Cal. Iun., tum Lipsiæ a. 1518. Lipsia relicta post brevem Cassellanum rectoratum rediit Erphordiam, ubi a. 1517. sequentive rector scholæ Marianæ factus est. Erasmus d. 17. Apr. a. 1519. scribit: „... Quod Erfordiae ludum literarium aperis, ut felix faustumque sit precor. academiam multis nominibus celebrem reddes industria tua celebriorem. ... Quod si me audies, plus operæ sumes in propagandis optimis disciplinis quam in refellendis harum hostibus. ... Eobanum ævi nostri Nasonem, sed castum ac pium, meis verbis salutabis diligenter.“ Inter Reuchlinistas enumeratur 'Eurycius Cordus'<sup>5</sup>, quem honorem sua ad Reuchlinum epistola<sup>6</sup> sibi comparasse videtur. Ineunte anno 1521. Sturcium, in cuius amicitiam anno ante venerat, in Italiam ad summos in arte medica honores consequendos profectum comitatus est Cordus<sup>7</sup>; ambo eadem dignitate ornati sunt, et Cordus quidem a Nicolao Leonicensino. Ex Italia propter morum perversitatem sibi exosam post dimidium fere annum domum reversus tribus epigrammatum libris a. 1517. et 1520.

1) Scilicet tres viculi *Simtshausen* ad rivulum qui *Bestava* nominatur siti sunt, unde per duplicem errorem *Batavum* et tum *Belgam* fecisse Cordum videntur.

2) *Eurictus Cordus. Eine biogr. Skizze von Carl Krause. Marb.* 1863. 8°. p. 2. sqq.

3) Cum Botanologicum a. 1533. scriberet, quadragesimum octavum iam erat ingressus. *Krause* p. 2. 4) *Erasmii epp. L. B.* 1706. fol. n°. cccxiv. col. 428.

5) *Hutt. Opp. I.* p. 131. v. 35. 6) quæ supra p. 136. anno 1515. adscripta est, tum autem p. 156. anno 1517. potius adscribendam esse significavimus. 7) cf. *Hutt. Opp. II.* p. 51. ubi ad Camerarium 'Colonie', ut videtur, m. Apr. scripta epistola legitur.

editis alios sex variis temporibus adiecit. Diu ante profectionem Italicam (Krausius\* putat anno 1513.) uxorem duxerat Cunigundam Rallam prolemque ex ea iam susceperat. Non multis post reditum mensibus a. 1523. a senatu Brunsvicensi ad faciendam medicinam mediocri stipendio conductus est, verum (Meibomii verba sunt) quod sinceræ religioni ministerio Lutheri a fermento pontificio vindicatæ faveret, neque dissimulare id vel posset vel vellet, absque invidia et obtreptione esse non potuit. . . Anno 1526. Philippus Hassiæ lantgravius post institutam in ditione sua ecclesiarum reformatione etiam academiam instituit. ad hanc paullò post accersitus est inter alios Cordus. Primus d. 30. Mai. a. 1527. auspicate Marburgensis academix rector Iohannes Ferrarius (*Eisermann*) Amœneburgensis in novam matriculam Cordum quinto loco inscripsit 'utriusque medicinæ doctorem et Musarum alumnum'<sup>9</sup>. Marpurgi Cordus reperit (ut pergit Meibomius) veterem amicum Herm. Buschium, novum sibi comparavit Erhardum Schnepfium. Quamdiu Marpurgi vixit Cordus [i. e. usque ad ineuntem a. 1534.], in gratia principis sui perstitit, neque desiit de academia bene mereri. Causam discessus sui amovet a principe, amovet a collegis, adscribit nescio cui Soloni<sup>10</sup> eiusque complicitibus. Marpurgo abeunti (vere a. 1534.) ceu virgula divina monstratum est hospitium in inclyta Brema, quam sui cupidam ipse vocat. Inde scribit ad Antonium Nigrum<sup>11</sup>

E patria, nosti, discessi languidus urbe, . . .  
Sed dexter, licet ægrotum, perduxit Apollo,  
Et placido cepit me pia Bræma sinu.  
Que non vile supra mihi pacta salaria donum  
Gratuitæque dedit commoda tecta domus,  
Et, quo non ego me dignor, veneratur honore,  
Inter primates dans residere suos.

Bremenses enim Cordum ut in gymnasio a. 1528. fundato doceret medicinamque in urbe faceret conduxerant. sed non diu ea fortuna frui datum ei est: phthisis eum extinxit d. 24. Dec. a. 1535. (non, ut Meibomius habet, eodem anno, quo Dulmonæ in agro Monasteriensi in cœlestem scholam migravit Hermannus Buschius, sed undeviginti fere menses post). Effigiem viri hanc dat Ioachimus Camerarius<sup>12</sup>:

„Paulo post venit Lipsiam Euricius Cordus, patria et ipse [ut Eobanus] Hessianus, natus in viculo, cui nomen Simus, Vnde et Simusii cognomentum aliquando assumebat: Attulitque secum Bucolica sua, quæ Lipsiæ volentibus audire explicuit. Eum primum vidi apud Magistrum meum Georgium Heltum. Cumque caperetur animus puerilis sermonibus eruditis illius, egregiam rem esse suspicari cœpi Poëticam: Nam hos Poëtas nominari audiebam. Hic Cordus postea Medicus factus, cum a se tum liberis egregiam laudem doctrinæ posteris reliquit. Quæ esset

8) Krause p. 27. Equidem nuptias biennio triennio post contractas esse putaverim. 9) Krause p. 100. Ipse Cordus rectoratum Marburgensem bis gessit anno pestifero 1530., iterum a. 1532. Krause p. 104. 115. 10) Gerardo Geldenhauer s. Noviomago, historiarum professore, cui iniuste favere rectorem Sebastianum Nucenum Cordus suspicabatur. cf. *Krause* p. 116. 11) Epigr. XII. p. 504. ed. Meibom. 12) in Narratione de Hel. Eob. Hesso. Norimb. 1553. 8<sup>o</sup>. p. Bii<sup>b</sup> sq.



immensa, si filio huius Valerio, id absolvere, quod uterque instituerat, licuisset: Qui Romæ est cum omnium luctu mortuus, et reliquit ingens desiderium non modo peritiæ et doctrinæ, sed etiam virtutis et humanitatis suæ. Cum patre autem mihi singularis usus necessitudinis intercessit Erphordiæ. Neque illo ego quenquam cognovi magis vel vehementius potius studiosum veritatis, et qui peius odisset mendacia et vanitatem. Erat autem natura asperior, et paulo impatientior quæque dissimulare, nihil fere quo offenderetur, ac ferre posset. Quod in causa fuit ut in aliquorum interdum indignationem incurreret, a quibus potuisset sublevari, si favorem ipsorum ambiret ac retineret. Declaratur id Epigrammatis quæ edidit, et hoc ipsum studium, quale dixi, tale hominis fuisse ingenium ostendit. Cordum nominarat ille se, nam editus fuerat extremo partu matris suæ. Euricium autem de Henrico fecerat Cunradus Mutianus Ruffus, qui in sodalitia Ecclesiastico Gothæ degebat.<sup>13</sup>

Ad hunc articulum scribendum adhibui maxime Meibomium<sup>13</sup> et Krausium<sup>2</sup>, sed contuli etiam Motschmannum<sup>14</sup> ac Rommelium Erhardumque<sup>15</sup>.

- 13) qui vitam Cordi Operibus poeticis Helmæstadii a. 1516. 8º. editis præmisit. Altera Operum poeticorum Euricii Cordi Simesusii prodiit Franc. Apud Hæred. Chr. Egen[olfi]. 1564. 8º. 14) Erfordia literata contin. 5te Forts. Erfurt 1737. 8º. p. 603...611. 15) in *Ersch und Gruber Encyclopædie*. vol. XIX. p. 285...291.

CORNVTVS *vid.* Garlandia, Ioannes de.

CORVINVS, Laurentius, Novoforensis (*aus Neumarkt*) Silesius, natus circa annum 1465. primum in patria sua, deinde Cracoviæ docuit, postea Thoruni Vratislaviæque<sup>1</sup> rerum publicarum gerendarum muneribus functus mortuus est (sec. Iöcher. h. v.) d. 25. Iul. a. 1527. De eo Huttenus<sup>2</sup>.

Hic [in Silesia] faciles elegos Corvinus protulit autor  
Qui patriam Musis ingenioque fovet.

Corvini 'Latinum idioma' (p. 18<sup>7</sup>), pueris Latine erudiendis libellus imbecillus, prodiit (secundum Panzerum<sup>3</sup>) ab a. 1506. usque ad a. 1523. duodeciens in 4º., quinquens Lipsiæ<sup>4</sup>. Alia a Panzero<sup>5</sup> indicata Corvini scripta sunt: Structura carminum s. Compendiosa carminum structura<sup>6</sup>, Cosmographia dans manuductionem in tabulas Ptolomei<sup>7</sup>, Hortulus elegantiarum<sup>8</sup>, Carmen de Apolline et novem Musis<sup>9</sup>, Epicedium in Alexandrum Polon. Reg.<sup>10</sup>, Dialogus de Mentis saluberrima persuasione<sup>11</sup>. Quæ Iöcherus seorsum indicat, Carmina de Polonia et Cracovia, de Silesia

- 1) „A. 1499. Celtis ad Laurentium Corvinum Vratislaviam datæ litteræ amoris plenæ erant, ac monitorum. Hortatur, ut, cum ludo litterario præfectus sit, patriam et urbem celebrem melioribus studiis illustret. Excitat ad famæ et nominis adipiscendam immortalitatem; quam ipsi pollicetur cultu poeseos. Petit, ad se ut mittat carmina Bohuslai de Hassenstein.“ „A. 1500. Laurentium Corvinum, Vratislaviæ litteras profitentem hortatur, ut, quæ promisit, carmina mittat“. 2) Querelar. II. 10. vv. 88. 40. in Hutt. Opp. p. 66. 3) Panzer Ann. typ. X. p. 270. 4) annis 1506. 1507. 1511. 1521. 1523. 5) l. c. et V. p. 167. 6) Lips. 1496. 4º. Cracov. 1496. 4º. Lips. 1504. 4º. 1505. 4º. Colon. 1508. 4º. 7) s. l. et a. 4º. Basil. circa a. 1496. 8) quinquens deciens impressus, primum Cracoviæ a. 1502., novissime Lipsiæ a. 1519. 9) Vratislav. a. 1503. 4º. Norimberg. a. 1509. 4º. 10) Cracoviæ 1506. 4º. 11) Lips. 1516. 4º.

et Novo foro, in illis libellis fortasse continentur. Cf. etiam quæ supra<sup>12</sup> annotavimus. hic addimus articulum Ioa. Piemontani MS. Auctarii scriptor. eccl. fol. 111<sup>a</sup>:

Laurentius coruinus de nouo foro natione teutonus homo in bonarum artium disciplinis studiosus et probe institutus ingenio pollens atque eloquio scolasticus Scripsisse fertur plura opuscula de quibus adhuc pauca videre potui Extat eius dialogus

De latino ydiomate

li j Quis hic scholaris

Alia que scripsit ad lectionem meam nondum pervenerunt Claruit breue

[*Ad marg. recentior manus adscripsit*: Hortulus elegantiarum li | De laude Cra-couie ca | ]

12) Hutt. Opp. III. p. 66. ad v. 39.

CROCUS, Richardus, Londinensis, Grocini discipulus, Parisiis primum (p. 53<sup>32</sup>), ubi inter alios Hieronymum Aleandrum præceptorem habuit, Græcas litteras docuit. tum Coloniae in matriculam universitatis anno 1515. d. 20. Mart. inscriptus est „Magister Richardus croce anglicus dioc. lundenen. professor literarum grecarum iuravit et solvit universitati tantum“<sup>1</sup>; unde non pleni duo anni fuerunt, quos computat Cocleariligneus p. 278<sup>32</sup>. Mox Lipsiam petiit Crocus, sed non, ut plerique scribunt, anno 1514., sed ineunte demum, ut videtur, autumno anni 1515.: nam Idib. Sept. [*non adiecto a. 1515.*] Mutianus ad Reuchlinum scripsit<sup>2</sup>: „Adeptum te... Nuper Crocus Britannus (qualem ipse se facit, quanquam ob linguæ mobilitatem et mores græcanicos videatur esse græculus, nam Theocritum iucundissime legit, et cum gratia balbutit) cum apud me quiesceret, et Grocinum et Aleandrum et nescio quos magistros laudaret, deesse sibi dixit hebraicam scientiam, quam omni via prosequi vellet...“ Et Perlirus etiam (p. 276<sup>19. sqq.</sup>) postquam ‘noviter advenisse Petrum Mosellanum’ rettulit, ‘et alius est hic [Lipsiæ]’ adicit, ‘qui legit in græco, vocatus Ricardus Crocus...’ cf. p. 200. vv. 48...51. Lipsiæ Camerarium inter alios multos discipulum habuit Crocus, ut ille ipse<sup>3</sup> refert: „ego annos natus octodecim, qui Iesu Christi annus fuit m.d.xviii. Erphordiam et ipse me contuli, cum Lipsiæ vixissem annis quinque, et duobus operam dedissem Ricardo Croco Britano, qui primus explicuit doctrinam Græcarum literarum in Germania, fuissemque etiam Mezeleri et Petri Moselani auditor“. Hunc Petrum Schade successorem in Græca cathedra habuit Crocus, qui Lipsia anno 1517. relicta Lovanium petiit, indeque in patriam reversus<sup>4</sup> Cantabrigiæ docuit deque grammatica Græca etiam scriptis bene meruit. mortuus est anno 1530.<sup>5</sup> Inter Reuchlinistas est ‘Ricardus Crocus’, et extat eius ad Reuchlinum Lipsiæ, nullo quidem

1) C. Krafft in *Ztschr. f. preuss. Gesch. v. Hassel.* 5. Jahrg. Berlin 1868. 8°. p. 491.

2) cf. supra p. 138. Consp. chronol. ad d. 13. Sept. a. 1515. 3) in *Narratione* de H. Eob. Hesso. Norimb. 1553. 8°. pag. B<sup>6</sup>.

4) cf. Fabric. *Bibl. Lat. m. e. i. æt. VI.* p. 215. sqq. I. G. Böhmii de *litteratura Lips.* opuscul. acad. Lips. 1779. 8°, ubi p. 167...186. est De Richardo Croco Britanno, Græcar. litterar. in academia Lipsica instauratore commentatio, et p. 191...205. repetitum est Croci encomium academici Lipsiensis.

5) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>30</sup>.

die adiecto, sed puto æstate a. 1516. scripta epistula<sup>7</sup>, ex qua quanti hunc æstimaverit apparet: „Adeo te offendi mi Capnion barbaris meis et ineptis literis, ut nequaquam dignum Crocum existimes cui debeas respondere, an potius Tabellarii copia tibi defuit quam ne cansari quidem potes, præsertim cum Phorcenses aliqui, qui negociis S. Spiritus inserviunt, serio affirmant, non ignorasse te ad nos eos profecturos. Tu mi Capnion, si ullum sit in te amiciciæ specimen, non sinas me tam diu carere doctissimis et iucundissimis literis tuis, quin facias potius ut de rebus tuis quas fœliciter succedere audio certior a te factus inimicos tuos enecem. Tu ut me cum esse putes qui te non modo veneretur, sed etiam observet, hunc quartum Theodori [Gazæ] librum a nobis verum accipies, in quo honorificam mentionem de te fecimus. Vtinam tibi inde honoris aliquid accedere posset. Reliquum est, ut me Roffensi [Fisher] commendes cui si fieri posset, velim opus Cabalæ inscriberes. Quod si feceris, non modo magnificentissimo te munere donabit, verum etiam rem ipsam tanti faciet quanti alius quispiam nemo. Quartum nostrum rogo diligenter evolvas, admoneasque siquid non usque quaque ad amussim verum sit, quicquid enim erit, tuo iudicio et cadet et stabit. Vale Lipsiæ.“ Binas Hutteni ad Crocum de epistolis O. V. e Bononia scriptas litteras supra<sup>8</sup> dedimus. Etiam in Erasmi epistolis Crocum sæpius<sup>9</sup> memorari adnoto.

- 7) cf. supra p. 139. Consp. chronol. ante d. 2. Aug. a. 1516. 8) Hutt. Opp. I. n°. xxxvii. sq. p. 123...126. 9) Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. epp. n°. cxlix. sq. coll. 131. sq. (a. 1513.), n°. clvii. col. 136. („Crocus regnat in acad. Lips. publicitus Græcas docens literas. a. 1514.?“, Emseri ep. ad Erasmi. Append. col. 1592. n°. cxvi. (a. 1517.), Mosellani ad Erasmi. ibid. col. 1596. n°. cxx. (a. 1517.))

CROTUS Rubianus sive Rubeanus, ipse harum epistolarum O. V., quæ in prioribus duobus exemplis<sup>1</sup> continentur, una fortasse excepta (I. 19.), primarius conditor et artifex, in una tantum Hutteniana (p. 206. v. 66.) expresso nomine memoratur. Nomen ingeniosissimi viri, Hutteno a cunis fere usque ad supremum vitæ exitum amicissimi, fuit Iohannes Iæger, patrius vicus Dornheim prope Arnstadium Thuringiæ, unde primis suis poematis 'Iohannes Dornheim Venatorius' inscripsit<sup>2</sup>; Croti nomen Erfordiæ adsumpsit, neque a vocabulis *κροτέω*, *κρότος*, neque a *κίρας*, sed ex hoc Hygini<sup>3</sup> loco: „dicunt enim non nulli hunc [Sagittarium] esse Crotum nomine, Euphemes Musarum nutricis filium . . . : cum domicilium in monte Helicone habuisse et cum Musis solitum delectari, non numquam etiam studio venationis exerceri. itaque pro merita diligentia magnam laudem adsecutum: nam et celerrimum in silvis et acutissimum in musis esse factum . . . itaque Iovem . . . caudam satyricam in corpore fixisse, quod non minus hoc Musæ quam Liber Satyris sit delectatus . . .“; Rubiani autem sive Rubeani vocabulum a rubo, pro qua libet vepri sumpto, ut Dornheimensem significaret, finxerunt. De vita viri, quem iam Lutherus, cuius partibus ille primum impense faverat<sup>4</sup>, cum his desertis

1) Vide supra p. 1...3. Ind. edd. n°. i. ii.

3) poet. astron. II. 27. cf. eiusd. fab. 224.

HUTT. OPP. SUPPL. II.

2) cf. e. gr. Hutt. Opp. I. p. 4.

4) cf. Hutt. Opp. I. n°. ccvii.

veteri ecclesiæ sese reddidisset, parum recte aestimavit<sup>5</sup>, quod hodieque utrique ecclesiæ adscripti facere solent, post ea quæ in Huttenianis voluminibus passim dicta sunt, hæc tantum adnotare libet. Natus est circa a. 1480. obscuro genere parentibus; primas litteras a Fuldanis monachis edoctus anno 1498. Erfordiam petiit, ubi cum Spalatino in matriculam inscriptus<sup>6</sup>, anno 1500. baccalaureatum accepit, in Lutheri familiaritatem venit<sup>7</sup>, Huttenique præceptor factus est<sup>8</sup>. hunc Coloniam Fuldano monasterio profugum secutus erat, ut nunc demum ex matricula univ. Coloniensis rescivimus<sup>9</sup>: nam ibi rector Adamus Volcmar de Bopardia anno 1505. hæc inscripsit:

October 28. Adelricus [*sic pro* Vdalricus] hotten ad artes iuravit et solvit.

November 17. Iohannes Iegher de aernstad ad artes iuravit et solvit.

(Recte itaque Camerarius Huttenum e Fulda primum Coloniam venisse scripsit<sup>10</sup>.) Erfurti Crotus anno 1508. magister ac deinde professor theologiæ factus inter acerrimos Reuchlinistas fuit<sup>11</sup>. tum ab anno 1517. Fuchsiorum præceptor in Italia, Romæ præcipue, moratus est, unde anno 1520. Erfordiam reversus rectoratum eius academici d. 18. Oct. suscepit, Lutherumque a. 1521. honorificentissime excepit<sup>12</sup>. Ut tum paucis annis post Erfordiensibus studiis dilabentibus Fuldæ et inde in Prussiam ad Albertum principem sese receperit Crotus, post septem annos reversus catholicus canonicusque Hallensis<sup>13</sup>, posteaque evanidus factus sit, ut neque mortis tanti viri genus tempusque sciamus, hæc omnia accuratius enarrare huius loci non est<sup>14</sup>. hoc tantum Camerarii<sup>15</sup> testimonium adiciendum esse videtur: „Erat Crotus .. ab antiquo notus Eobano, vir doctus et egregius: sed cum ingenio vario tum mutabili sententia. Is magistratu functus regendi academiam, Fuldæ primum concessit, et in Borussia postea discessit. indeque reversus alienavit a se multorum

5) vid. imprimis Hutt. Opp. II. p. 456. sqq.

6) *Kampschulte die Univ. Erf. I.*

p. 57. not. 1. 7) Hutt. Opp. I. p. 311. §§ 20. sq.

8) Hutt. Opp. III. p. 54. sq.

9) *C. Kraft in Ztschr. f. preuss. Gesch. v. Hassel. 5. Jahrg. Berlin 1868. 8º. p. 482.*

10) Camerarii Vita Melanchth. Lips. 1566. 8º. p. 92. „Intercesserat Hutteno cum Croto Rubiano singularis usus a prima adolescentia, quo autore vel certe adiutore reliquit ille contubernium Fuldanum, in quod pene puer magis disciplinæ quam religionis causa datus esset, et Coloniam Agrippinam ad optimarum artium et literarum studia percolenda profectus est.“ Quæ Straußius (*Utr. v. Hutt. I. p. 21. sq.*) de Hutteni Coloniam adventu speciose disputavit, etiam veriora futura fuissent, si illa Coloniensis inscriptio iam anno 1858. quo librum suum publicavit doctissimus amicus meus, publicata fuisset. 11) cf. Hutt. Opp. I. p. 28. sq. 131<sup>33</sup>. 12) Hutt. Opp. II. p. 462. § 29. 13) cf. (Iusti Menii) ad Apologiam Croti responsionem, quam edidimus Hutt. Opp. II. nº. cccclxxxxiiii. p. 456...465. 14) Vid. *Motschmann Erford. literat. Fortsetz. II. p. 217...222.* Iac. Burckhard de L. L. fat. II. p. 434. sqq. Fabricii Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 356...358. *Jöcher Gel. Lex. v. Crotus. Mohnike Hutten's Klagen p. 391...398. Erhard Gesch. d. Wiederaufbl. d. Wiss. II. p. 281...285. et in Ersch u. Gruber Encyclop. XX. p. 201...204. Strauß U. v. Hutt. Leipz. 1858. 8º. I. II. passim (loc. II. p. 374. citt.) Kampschulte Die Univ. Erfurt. Trier 1858. II. 8º. præcip. I. p. 197. sqq. et eiusd. De Io. Croto Rubiano commentation. Bonn. 1862. 4º. 15) Narratio de Hel. Eob. Hesso 1553. 8º. pag. Cijj*

studia, nescio qua de causa, vel nolo potius perscribere, ne quem viventem colui, ei mortuo obtrectare videar.“ — Ne quis forte putet Ioannem Venatorem de Herbipoli, qui anno 1516. gratis in album academïe Wittenbergensis inscriptus est<sup>16</sup>, Crotum significare, sufficiet monuisse Dornhemium, Croti natalem vicum, non Herbipolensis sed Moguntinæ diœceseos fuisse.

16) Förstemann Album acad. Viteb. p. 62.

CRVCIS, Cardinalis sanctæ. *vid.* Bernhardinus Caravajal.

CUSPINIANVS, Germanice *Spießhammer*, Iohannes, Suenofurti ineunte anno 1473.<sup>1</sup> natus apud suos litterarum elementa, tum Vindobonæ philosophiæ et Celte præceptore politioribus litteris, sed medicinæ quoque studuit, poeta laureatus, Danubianæ sodalitatis litterariæ primarius socius<sup>2</sup> post Celtis mortem a. 1508. bibliothecæ præfecturam poëticesque cathedram nactus est. Iam anno 1500. rector academïe Vindobonensis fuerat<sup>3</sup> tantamque facundiæ gloriam sibi meruerat, ut anno 1502. Ioannis Stabii laurea coronandi poëticesque laudes prædicandæ præ aliis ei manderentur. E schola virum ('quem amat rex Maximilianus' p. 199. v. 35., et est 'in magna gratia imperatoris' p. 279<sup>12</sup>) in consilium suum adscivit Cæsar: id non post annum 1515. factum esse docet etiam liber a Denisio<sup>4</sup> descriptus, et a. 1516. 'Ioannes Cuspinianus est servitor et consiliarius Cæsaris' p. 237<sup>19. sq.</sup>; Gerbelius in præfatione operum Cuspiniani, d. 1. Aug. a. 1540. scripta, e qua recentiores a Pantaleone ad Erhardum usque et Adamus quoque sua fere de illius vita sumpserunt, illud quoque sine anni indicatione rettulit, „eumque [Cuspinianum Cæsar] in Ungariam, Boemiam Poloniamque oratorem misit, annis xii continuis eius consiliis et opera in difficillimis rebus usus“. Inter Reuchlinistas legimus Cuspinianum<sup>5</sup> Reuchlinistamque satis arguunt epistolæ O. V., sed epistola Cuspiniani 'Cheroporei' [i. e. Schweinfurtensis<sup>6</sup>] ad Reuchlinum „ex Vienna Pan-

1) „Cuspinian war 1500. schon D. Medic. Rector magnif. u. kaiserl. Superintendent. A. 1473. war er geboren und jung nach Wien gekommen.“ Denis Wiens Buchdruckergesch. p. 297. Falso itaque Erhardus a. 1477. Cuspiniani natalem fluxit.

2) Ad 'Episodia sodalitatis litterario Danubiane ad Conradū Celten dum a norico gymnasio ad Viennam Pannonie concesserat', quæ leguntur post Apuleium a. 1497. fol<sup>o</sup>. 'Impressuz per Ioannē de hiberna arçe [Winterburger] Hand procul a ripis Rhenanis Et vrbe inuentrice i parente imprefforie Artis Mogunciaciaco feliciter', etiam Cuspinianus poeta laureatus symbolam contulit. Denis lib. cit. p. 8. sq. Cf. Hutt. Opp. I. p. 145<sup>5</sup>. sed cf. etiam paullo infra Greulium.

3) Eder p. 47. cf. Denis not. 1. cit. 4) p. 319. n<sup>o</sup>. 333. Der namhaftigen kay. Ma. und dreyer funigen zu Hungern Beham und Poln zusammenfurnung vnd Verjamlung so zu Wienn in dem Heymonat: nach Christi Gepurd m.d.xv. jar geschehen ain kurtze vnd warhafte erzehlung vnd erklerung. Darunter das kaiserl. Wappen. Der Titel des folgenden Bl. Die erklarung der zusammenfurnung kayser Maximilian, vnd der dreyen Vladislai, Ludoviei, vnd Sigmunden, zw Hungern Beham und Poln funige geschehen zw Wienn anfanglich. durch Herrn Iohansen Cuspinian kay. Ma. Oratorn vnd anwaldt zw Wienn lateinisch gemacht, vnd nachmals von Artideln zu artideln getheuschf. u. f. w. Ohne Schlußformel. Kleine nette gothische Schrift. 4<sup>o</sup>.

5) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>16</sup>. 6) χοῖρος Schwein, πόρος Fuhrt, vadum.

noniæ sexta Aprilis M.D.XII.<sup>4</sup> data<sup>7</sup>, nihil, huiusque ad illum responsoria<sup>8</sup> non multum ad causam cum theologistis cœptam facit. „Tandem (Adami<sup>9</sup> verbis utor) cum et bonis litteris et reip. Christianæ plurimum profuisset atque præfecturam Viennensem magna cum laude administrasset, veneranda canicie insignis naturæ satisfecit a. 1529. [d. 19. April.]<sup>10</sup> Viennæ, ubi et sepultus est honorifice“. Non me contineo quin ex Denisio<sup>11</sup> Ioannis Menani Greulii ad nobilem Sebastianum Fœlicem Cuspinianum a. 1526. missam patris laudationem repetam:

Parens tuus eadem genitus provintia patriæ nostræ orientalis, decus Franciæ omnibus admirationi et stupori existit. Nam cum post obitum Mathiæ Regis Hungariæ, Viennam cum diuo Cæsare Maximiliano uenisset, quo tempore Hungariam oppugnauit, et Albam Regalem occupauit, Reuersus Viennam, statim patrem tuum gratia Regia est prosequutus. In multorum nobilium fauorem, summa auctoritate deuenit. Atq; hic bonas litteras auspicatus. Vix natus annos octo et decem, publice in frequenti Auditorio, Maronem, Lucanum, Ciceronem, Salustium, Flaccum, ac optimos quosq. est professus, Friderico III. Imperatori, nō parū dilectus, quod uitam diui Luipoldi, Marchionis Austriæ, quem in numerum sanctorum retulit, resonanti carmine cecinisset. Cum autem Fridericus Cæsar Augustus, diem obiisset a Maximiliano Cæsare, genitor tuus cum Viennæ Exequiæ peragerentur in magna Principum totius Germaniæ frequentia est lauro insignitus [cf. supra not. 2.], stipendiog; honesto prouisus. Multum diuq; non sine ingenti laude, bonas litteras ac Philosophiam docens ab omnibus Austriæ proceribus est ueneratus. Quoad Cæsar e Scholis in Senatū suū asciiuit. [*Nun seine schon bekannten Gesandtschaften und Aemter.*] . . Nec etiam prætereundum Rus, quod a nomine tuo Fœlicianum appellauit, Philosophorum quoddam ueluti domicilium commune, aruis, uinetis, arboretis, stagnunculis uenustatū. [... *Liesing?* ...] Ex Vienna Pannoniæ. 1526. Iunii 20.<sup>4</sup>

Scripta Cuspiniani, tum historica, tum politica prodire Basileæ a. 1540. 1561., Francof. ad M. a. 1601., Lipsiæ 1669. fol<sup>o</sup>.

7) Claror. viror. ad Reuchl. epp. a. 1514. 4<sup>o</sup>. p. hii sive Illustr. virr. ad Reuchl. epp. 1519. 4<sup>o</sup>. pag. k4<sup>b</sup>. 8) Cf. supra p. 123. Consp. chronol. ad a. 1512. April.

9) Vitæ Germanor. philosophor. p. 73. 10) Falso in *Ersch et Gruber Encycl.* Cuspinianum anno 1525. decessisse scriptum est. 11) not. 1. cit. p. 259. sq.

DECIMARIVS s. DECIMATOR *vid.* Zehender.

DELITZSCH, Delicianus<sup>1</sup>, Andreas, magister, „qui est multum subtilis, et pro parte est artista, medicus et iurista, etiam legit ordinarie Ovidium in metamorphosi“ (p. 4<sup>21</sup>), et „qui est etiam alias bonus poeta“ (p. 26<sup>27</sup>), Aesticampiani obtrectator, post cuius e Lipsia expulsionem „legebat in arte humanitatis“ (p. 27<sup>21</sup>). anno 1513. et iterum a. 1519. post Wüstenfeldum ante Petrum Mosellanium inter Lipsienses rectores sic inscriptus est<sup>2</sup>:

n<sup>o</sup>. 209. A. 1513<sup>b</sup>. Andreas Epistates alias probst Delitianus cyclicarum artium professor pont. & cæsar. iur. B[*accalaureus*].

1) ab oppidulo Delitzsch paucis miliarib. a Lipsia distante. Patrium nomen *Schultz* s. *Schulze* alias *Probst* fuisse videtur. 2) ap. *Zarncke* in *Abhdl. der phil. hist. Cl. d. sächs. Ges. d. W.* II. (1857.) p. 594. 595.

n<sup>o</sup>. 221. A. 1519<sup>b</sup>. Andreas Epistates alias probst Delitianus cyclicarum artium professor. pont. & cæsar. iur. B. secundo electus.

Libelli Delitzschiani, cuius initium Langschneyderius pro epistolæ suæ (I. 1.) exordio usus est, nondum mihi copia facta est: ceterum illud Aristotelium, dubitare de singulis non inutile esse, tritum et trivialibus libellis pervulgatum fuit<sup>3</sup>. Ciceronis or. pro Cn. Pompeio M. cum carmine Deliciani ad lectorem Lipsiæ a. 1513. edit. memorat Hirsch<sup>4</sup>, et Scholia ad Ciceronis orat. pro lege Manilia Iæcherus<sup>5</sup>, et 'Carmen Sapphicum Grammaticum Grammaticæ necessitatem monstrans', s. l. & a. in 4<sup>o</sup>. editum indicat Hain<sup>6</sup>. Miserum 'carmen Andreæ Deliciani F. R. quod in quatuor Luderanos per elementa perdendos lusit', 'procusum Lypsiæ. Anno 1530.' dedimus supra<sup>7</sup>.

3) cf. e. gr. Equivoca a Naumanno in Serapeo 1817. VIII. 202. descripta. 4) Miltenar. II. n<sup>o</sup>. 58. 5) *Gel. Lex.* v. Epistates. 6) Repertor. n<sup>o</sup>. 6089. 7) Hutt. Opp. II. p. 360.

DIOMEDES. Huius Latini grammatici sæculi v. ineuntis (grammatici moderni et novi p. 261<sup>16</sup>) scripta primum prodierunt Venetiis circa a. 1476.<sup>1</sup>, novissime et optime edidit Henricus Keil<sup>2</sup>. inter septem a Panzero<sup>3</sup> indicata exempla non est Coloniense Hermannii Buschii a. 1523. Tertius liber est de poetica, de rythmo, de pedibus, de poematibus, de metris etc. Poetæ nostro Lampo (ep. II. 55.) idem Diomedes, „quem aliquis volens discere bona carmina facere, debet scire“ (p. 243<sup>32</sup>), „non fuit bonus christianus“ (p. 244<sup>1</sup>), sed fuit ille Bistonum Thraciæ rex, Martis filius, crudus Diomedes, „efferus humana qui dape pavit equos“<sup>4</sup>. de quo Servius<sup>5</sup>: „Diomedes enim, rex Thracum, habuit equos qui humanis carnibus vescebantur. hos Hercules occiso crudeli tyranno abduxisse perhibetur..“. Equorum autem nomina secundum Hyginum<sup>6</sup> fuerunt Podargus, Lampon, Xanthus, Dinus: Lamponis nomen ignorasse Lampum dolemus. Albericus<sup>7</sup> de Diomede sic: „Octava Herculis victoria scribitur, qua aliud malum<sup>8</sup>, nomine Diomedem, mactavit: qui hospites advenas benigne recipiebat, et illis hilariter ministrabat vinoque condito inebriabat: dumque gravi somno essent obpressi, illos occidebat et equabus suis in pastum præbebat. quo comperto illuc Hercules adcessit et illum clava peremit, ipsumque in pastum eisdem suis equabus adposuit“. Torrentinus<sup>9</sup>: „Diomedes . . . rex tracie: qui suos equos pascebat carnibus advenarum: quem tandem hercules suis equis devorandum obiecit“.

1) Venet. ap. Nic. Ienson. fol<sup>o</sup>. vid. Hain n<sup>o</sup>. 6214. 2) Charisii art. gramm. libb. V. Diomedis art. gramm. libb. III. Lips. a. 1857. 3) Ann. typ. X. p. 291. 4) ut Ovid. epp. IX. 67. habet. Apollodorum Diodorumque certe non legerat Lampus. 5) comm. ad Aen. I. 752. 6) fab. 30. 7) de deor. imag. c. 22. ed. van Staveren p. 934. 8) de Caco proxime dictum est. 9) in Elucidario h. v.

DISCIPVLVS vid. Herolt.

DITHERVS DE BERN. Huius in epistula Lampi (II. 12.), qua Huttenus iter Italicum, quale ipse cum iterum Bononiam peteret fecisse videtur, 'obscurice' descripsit, mentio facta unicum, si bene memini, argumentum est ex heroicis Germanorum carminibus ab Hutteno adhibitum; ne-

que vero eo demonstrari posse puto eundem Nibelungici carminis aliquam notitiam habuisse, cum Theotisca prioris temporis poemata omnia ignorasse videatur: aut ex chronicis de Theodorico Veronensi didicerat, aut in ipsa Veronensi civitate inter res memorabiles monstraverant ei domum Ditheri, „ubi ipse habitavit et ibi superavit et mortificavit multos gigantes, qui bellaverunt cum ipso“ (p. 209<sup>7</sup>).

DOCTRINALE *vid.* Alexander de Villa dei.

DOMINICVS, sanctus (p. 260.)<sup>1</sup>. Dominicus de Guzman, patre Felice, matre Iohanna de Aza, natus est anno 1170. Calarogæ, qui est vicus dioceseos Uxamæ (*Osma*) in Castilia vetere. A. 1183...1189. in Palantina universitate (*Palencia*) philosophicis ac rhetoricis theologicisque studiis incumbens ascetin, eleemosynam ac peccatorum conversionem ita exercuit, ut episcopus Uxamensis nondum vigintiquinque annos natum canonicum faceret, qui concanonice emendationis vitæ exemplo esset, id quod feliciter evenit. Anno 1199. Dominicus sacerdos initiatus mox subprioratum Uxamensem adeptus est. In itinere Gallico a. 1204. episcopi sui comes Albigenensium convertendorum capto Romæ ab Innocentio PP. III. veniam sancti operis (nam sanctam crudelitatem habebant) impetraverunt, quod postea prosequens Dominicus religiosum fidei defendendæ prædicandoque destinatum ordinem condidit, „approbante, ut Fabricius<sup>2</sup> dicit, Innocentio III. [d. 20. Iul. 1216.], qui visus sibi est videre basilicam Lateranensem minantem ruinas, sed subiectis Dominici humeris sustentari. Hic est Ordo Dominicanus a primis initiis et anno mox 1216. [d. 22. Dec.] confirmatus etiam ab Honorio III. [electo d. 21. Iul. a. 1216., † d. 18. Mart. 1227.] exinde longe lateque in hæc usque tempora per totum diffusus orbem, nec minus missionibus in partes infidelium, quam prædicatione adversus Albigeneses, et inquisitione contra alios hæretici nominis infamia notatos [cuius primum officium Tolosæ anno 1233. Gregorius PP. IX. condidit], magnam in Romana aula auctoritatem laudemque apud superstitionis sævæ patronos consecutus“. Obiit Dominicus Bononiæ d. 6. Aug. a. 1221., inter sanctos receptus est d. 13. Iul. a. 1223. Vita miraculaque sæpe descripta sunt<sup>3</sup>.

1) Cf. etiam Hutt. Opp. I. p. 139. 2) Bibl. Lat. med. et i. æt. II. p. 134. 3) cf. Fabric. l. c. p. 135...154. *vid.* etiam Helyot *Gesch. aller geistl. . . Orden. Leipz. 1754.* 4<sup>o</sup>. p. 235. sqq. et *G. W. Fink in Allgem. Encyclopäd. von Ersch und Gruber.* sect. I. tom. XXVI. *Leipz. 1835.* p. 432...453. voc. *Dominikaner.*

DONATVS, Aelius, grammaticus Romæ post medium sæculum quartum docuit, ubi inter alios sanctum Hieronymum discipulum habuit. In epistolis O. V. præter p. 209<sup>3</sup>, ubi falso illius Vita Virgillii citatur, non nisi grammatici eiusdem libri (et p. 221<sup>21</sup> pro Charisio) memorantur, quorum exempla, præcipue adnotata, fere innumera sunt: xxvii et xxvii enumerat Panzer<sup>1</sup>, et usque ad a. 1500. publicata Lxi Hain<sup>2</sup>. Expositio Donati secundum viam doctoris sancti Lipsiæ Colonixque præcipue in usu fuisse videtur. cf. p. 288<sup>26</sup> 285<sup>39</sup>). Donati de partibus orationis Artem minorem ac Servii commentarium in artem Donati nuper egregie edidit

1) Ann. typ. V. p. 186. sq. X. p. 296. sqq. 2) Repertor. n<sup>o</sup>. 6322...6381.



Henr. Keil<sup>3</sup>. Tam communis usus tantæque auctoritatis Donati grammatica fuit, ut adhuc errorem vitiumve sermonis sive contra grammaticas regulas dictum '*einem Donat*' (*Sprachschnitzer*) appellemus.

3) *Grammaticor. Latinor.* vol. III. Lips. 1864. 8°.

DVNGERSHEIM sive ut p. 286<sup>20</sup> scriptum est 'Tungerßheim', Hieronymus, ex Ochsenfurt ad Mœnum oppidulo diœceseos Wirzburgensis, quod sæpius Ochsenfurt appellabatur, unde ipsi Hieronymo hoc nomen dabatur (p. 277<sup>23</sup>), quod non sine quadam tum populari cavillatione 'Ochsenfarts' scribebant. natus est anno 1465. Lipsiæ theologiæ philosophiæque studuit, ibique a. 1489.<sup>1</sup> magister factus est prædicatorique ordinis religiosus. ineunte sæculo xvi. cum indulgentiario Raymundo Peraldo, ut confectionaretur pro veniarum nundinationibus, Saxoniam peragrans Zviccaviæ prædicator electus est. inde anno 1504. Bononiam, Senam, Romam, Coloniam ad Rhenum petiit, unde Lipsiam reversus anno 1506. collegii principis maioris socius factus est et permansit usque ad vitæ finem a. 1540.<sup>2</sup> Anno 1508. Lipsiæ Vicecancellarius fuit „Hieronymus Dungerssheim de Ochsenfurt, th. Pr., qui vices suas commisit Hinrico Greve de Gottingen“<sup>3</sup>, et a. 1510. ducentessimus secundus rector fuit „Hieronymus Dungersheim de Ochsenfurt th. P. et ma. C.“<sup>4</sup>. Fuit etiam pastor ad ædem sancti Nicolai et canonicus Cizensis. mortuus est d. 2. Mart. a. 1540. Ad rem nostram non faciunt viri cum Luthero, qui pro suo sui-que temporis more non nimis blande 'bovem Lipsicum' aut 'taurum' eum appellabat, iurgia, neque eius Conclusiones ad Summam Thomæ Aquinatis et Epithomata IIII librorum Sententiarum Petri Lombardi ceteraque quæ Köhler<sup>5</sup> enumerat scripta; sed 'litera quam ipsemet Tritenius ad Hieronymum Tungerßheim ex Ochsenfurt scripsit' (p. 286<sup>19.21</sup>), inter editas epistolas<sup>6</sup> Trithemii non legitur.

1) 'anno 1481.' scribit Rotermundus, cui fidem neque h. l. equidem habeo.

2) *Zurke* in *Abhdl. d. phil. hist. Cl. der sächs. Ges. d. W. Lpz.* 1857. II. p. 751. n° 76. A. 1506...1540. 3) *ibid.* p. 811. i. f. 4) *ibid.* p. 594. n° 202. — ma.

C. = maioris collegii *conlega*. 5) *Fragmun. zur Gesch. Leipz.* I. p. 141. sqq.

cf. Panzer Ann. typ. X. p. 299. 6) Trithemii Opp. Ff. a. 1601. part. II.

DVNS *vid.* Scotus.

DVRANDVS (p. 71<sup>10</sup>) s. rectius DVRANTIS, Guilelmus, ordinis prædicatorum, natus a. 1237. Podiomissione in diœcesi Biterrensi (*Beziere*), ab a. 1286. usque ad a. 1296. episcopus Minatensis in Gallia Aquitanica, is est de quo diximus Hutt. Opp. I. p. 177. Eius 'Rationale divinatorum officiorum, quod auditoribus Ortvinus (p. 71<sup>10</sup>) recommendat, et Henricus Schluntz (p. 268) ut 'notabilem et multum proficuum librum' valde laudat, sæpe editum est', eiusque id exemplum, quod a. 1459. Moguntiae typis expressum est, apud typographiæ scriptores celebratissimum est.<sup>2</sup> De scriptore magis ab ICTis quam a theologis celebrato multi scripserunt, quos laudant Fabricius<sup>3</sup> et Savinius<sup>4</sup>.

1) cf. Hain. n° 6461...6503. Panzer Ann. typ. V. p. 189. sq. X. p. 300. Fabric. bibl. med. et inf. æt. II. p. 206. sq. 2) cf. Ebert Bibliogr. Lexic. n° 6512.

3) l. c. p. 205. sq. 4) *Savigny Gesch. d. R. R. i. M.A.* ed. II. vol. V. p. 571.

EBERBACH *vid.* Aperbachius.

EBERHARDVS BETHVNIENSIS Artesius, dictus 'Græcista', quia

anno milleno, centeno bis duodeno [1124.]

condidit Ebrardus Græcismum Bethuniensis.<sup>1</sup>

Hic Græcismus sive liber carmine hexametro scriptus de figuris deque octo partibus orationis etc. capita xxvii cum expositionibus Ioannis Vincentii Metulini<sup>2</sup> in Pictavensi universitate regentis fol. s. a. et l., atque cum Alexandri de Villa dei Grammatica Latina Lugd. 1490. 4<sup>o</sup>., incipit:

Est proprie meta trans Græce, formatio plasma.

'Elementa Grammaticæ' Latine MSta Lovanii memorat laudatus Miræus. 'Labyrinthum'<sup>3</sup>, sive carmen elegiacum 'de miseriis Rectorum Scholarum' edidit Polycarpus Leyserus historia Poetarum mediæ ævi pag. 796...809. cum altero de arte Rhetorica pag. 809...825. et tertio de versificatione pag. 825...854.<sup>4</sup> Hæc Fabricius l. c. qui etiam ex Leysero p. 220...227. eum locum carminis de versificatione repetiit, in quo, quinam scriptores, poetæ plerique fere omnes, in scholis legerentur, Eberhardus recensuit. Ceterum probe monendum est Thurotum<sup>5</sup> p. 31. de Labyrintho dicere poema esse „quod in ultimis annis xiii. sæculi scriptum esse videtur“ et „falso Leyserum opus Ebrardo Bethuniensi tribuere. Nec tractatus tertius<sup>6</sup> eiusdem auctoris esse ac duo primi mihi videtur“. „De erroribus Græcistæ“ iam Bebelius<sup>6</sup>, ipse Græce fere indoctus, ita habet: „Video plerosque trivialium nugarum literatores usurpare æquivocationes differentias terminorum, item derivationes et etymologias quas repererunt apud Eberhardum hunc, apud eosdem non sordidum auctorem, qui tamen in hanc literarum tenuitatem descendit, ut eius differentiarum et interpretationes non modo sint falsæ nulliusque momenti, sed etiam ridiculæ et de græcis præcipientis et de latinis. temere enim pleraque eructat, nec est ullum illi commercium cum linguæ latinæ proprietate, et remotiorum vocum significatione; nec mirum, præceptores enim et literarum censores habuit eos indoctiores Catholiconem Papiam Hugutionem, Isidorum et cæteram grammaticorum sordem, qui tanquam Sibyllæ interpretes omnia præcipiendo magnas in linguam latinam effuderunt tenebras“.

- 1) Vide Henric. Gandav. c. 60. et ad eum notas Miræi, Ducangii præf. ad Glossar. Latin. § xlv., Oudin. III. 37. Sic Fabric. Bibl. med. et inf. æv. II. p. 218. sq. Adde H. A. F. Haase de mediæ ævi studiis philolog. Vratislav. 1856. 4<sup>o</sup>. p. 14. 31. 45. 2) Hain n<sup>o</sup>. 3012. 6526. 'Mehilini' ap. Fabric. l. c. p. 219. error typogr. est, ut BITURICENSIS ap. Panzer. Ann. typ. IX. 172, 112. pro bituniensis. 3) 'Laborintus' in Epp. O. V. p. 58<sup>22</sup>. 4) cf. superiorem art. Alexander de V. d. 5) ap. Leyser. p. 825. sqq. 6) Comm. epp. conficiendar. p. xxxiiii<sup>b</sup>. sqq.

ECBERTVS DE HARLEM, magister artium, Rostochiensis universitatis rector a. 1517., de Hutteno optime quondam meritis<sup>1</sup>, „vir doctus et probus, et non partialis“ (p. 224<sup>30</sup>) et summi pontificis contra universitates auctoritatis defensor (p. 225<sup>6</sup>). Ad ea quæ supra adnotavimus, nunc ex libro

1) Cf. Hutt. Opp. I. p. 12. III. p. 51.

Krabbi<sup>2</sup> enotamus hæc: „*Iodocus Stagen (Stagghe)* hatte eine Zeit lang mit *Egbert Harlem* die Leitung der Regentie Porta Cœli übernommen“. In indice lectionum Rost. a. 1520. habendarum est: „In tertio ordine lectiones: D. Ewaldus thurow . . . D. Fredericus foppenga . . . D. Engbertus herlem Artium magister Theologiæ baccalaureus et in facultate artium Collegiatus disputabit hora III. Exercitium phisicorum Singulas questiones in solido textu fundando, quas tribus notabilibus, sub quadam exaggeratione elucidationis, Una conclusione iam uniformi, iam biforini, iam triforini, secundum quod rerum subtilitas requisiverit. Et quinque argumentis vigilantes discutiet.“ De Harlemensis contra Lutheranos studiis refertur: „*Auch die im J. 1527. von Magister Eebert Harlem veröffentlichten Thesen bekämpfen den in der Martinianischen Häresis hervorgetretenen Gegensatz, und suchen theologisch nachzuweisen, daß die katholische Lehre auf anthropologischem wie auf soteriologischem Gebiete eine durchaus berechnigte sei . . .*“ Et novissime: „*. . . auch im Sommersemester 1528. konnte der Rector M. Egbertus Herlem, theol. Baccalarius formatus, nur 12 Studierende intituliren. Auf das Rectorat Herlems folgt in der Matrikel sofort das Rectorat Möllers . . .*“

- 2) *Die Univ. Rostock v. O. Krabbe. Rost. 1854. 8º. pagg. 320. 315. 384. sq. 388. not.*  
3) cf. Hutt. Opp. I. p. 13. n. 15.

ELEGANTIARVM, 'Viginti præcepta (p. 238<sup>15</sup>), ad conficiendas eleganter epistolas' sive 'ad perpulchras conficiendas epistolas', quæ prodierunt etiam inscripta 'Præcepta elegantiarum de latinis orationibus' sive 'Elegantiarum grammaticalium viginti præcepta', xvii exempla, quorum plura Coloniae et Daventriæ, novissimum Lipsiæ prodierunt, descripsit Hain<sup>1</sup>. De tenui libello nescio cuius auctoris satis qualem laudem mereatur et ex laudatore et ex simul laudatis barbaris opusculis cognosci potest. Ceterum Francisci quoque Nigri, Veneti, Modus epistolandi, cuius xxxiii exempla recenset Hain<sup>2</sup>, viginti genera epistolarum habet.

- 1) Repertor. n.º. 6561 . . . 6577. cf. Panzer Ann. typ. X. p. 306. 2) *ibid.* n.º. 11861. sqq.

ENGELBRECHT *vid.* Engentinus.

ENGELHARDI *vid.* Geltersheim.

ENGENTINVS, Philippus ENGELBRECHT, a patrio oppido Badensi *Engen* cognominatus, d. ult. Oct. a. 1514. in matriculam univ. Friburg. inscriptus „Philippus Engelbrecht Engentinus Constant. diœces., Magister artium, ut asserit, Wittenbergensis“, Hutteni, cum is Wittenbergæ moraretur, coniuratus, de quo dixi Hutt. Opp. I. p. 16. ad v. 10. et p. 51. etiam Schlauraffus (p. 199. v. 11. sq.) Wittenbergæ Engentino obviam factus fingitur, sed cum Friburgica sua, quæ “Ioannes Schottus Argẽ. | preflit. | 1515 | (10 foll. in 4º.) Friburgi Nonis Martij, Anno a partu virgineo, M D XV.” „Clarissimis alne academice Friburgẽ Rectori et iisq; Senatoribus.“ dedicasset<sup>1</sup>, d. 9. Aug. a. 1515. Zasius Friburgi Erasmum Basileam reversum iubet Engentinum valde salutare<sup>2</sup>; tum idem d. 22. Aug. eiusd. a. ad

- 1) Panzer Ann. typ. VI. 73, 386. Basileæ repetita sunt Friburgica anno 1515. sec. eund. VI. 195, 151.; anno 1519. post Divi Lamberti vitam. cf. infra not. 4.  
2) Erasmi Epp. LB. 1706. fol. Append. n.º. xxvii. col. 1510.

Amorbachium<sup>3</sup>: „Præcellenti poetæ Philippo Engentino meo nomine plenam favoris lineam describito. Cui, si ullo in loco commoditas dabitur, commodaturum me polliceor. Carmina eius, ut sunt ad unguem elegantia, commendat et magni facit Universitas. Ea autem commendatio, ut fit, sola sine loculario comite proficiscitur. Vetus poetarum querela, nil nisi umbram laudis sequi poetas. “. Cum a. 1516. petisset ‘de lectura poetica sibi provideri, cum ad eandem lectionem sibi providisset et sic bona sua hic ultra spatium unius anni consumpsisset’, ea lectura ei mandata est, sed iam d. 2. Sept. a. 1517. ‘excusavit se propter infirmitatem non posse providere suam lectionem’. A. 1518. cum plerisque aliis Friburgensibus professoribus Constantiam se receperat Engentinus; „Ex ædibus nostris, mense Februario. Anno dn. M. D. XIX. “ ‘Consulibus Senatuique Friburgensis reip. moderatoribus’ dedicat divi Lamberti vitam metricè scriptam<sup>4</sup>, se ‘magnis alioqui laboribus, pro exornando communi gymnasii nostri auditorio nonnihil operæ insumere’ adfirmans. Sed Constantiæ d. 17. Iun. a. 1519. ad Vadianum scripsit<sup>5</sup>, et Constantiam ad eum Zasius mittit epistolam d. 1. Sept. a. 1519. scriptam<sup>6</sup>. Die 7. Aug. a. 1520. Engentinus a senatu academico ‘decem florenos per modum doni et non stipendii, ne Poetices stipendium transcendat XL florenos’, accepit, ut mireris paullo post in crimen læsæ legis vestiariæ eum incidisse<sup>7</sup>. tamen „Wormatiam petiturus pro laurea consequenda a patribus facultatem abeundi impetravit ad unius mensis spatium. d. 25. Mart. a. 521.“ et „ex Wormatia die 26. Apr. 1521.“ Spiegelius ad Zasium scribit se Philippum

3) Rieggeri Zasio epp. II. p. 252. 4) Libellus 48 paginarum numeratarum sic inscriptus est: DIVI LAMBERTI EPISCOPI TRA-jectensis, Martyris & magni | apud Friburgenses Brisgoi/cos Patroni uita, Philippo Engelbrechto | Engentino | auctore. | EPISTOLA AD HIERONY|mum Huserum Pludentinum | quæ Friburgum summa-tim complectitur, auctore eodem. | (In fine, p. 48. est:) BASI-LEAE, APUD IOANNEM | FROBENIUM, MENSE | APRILI, ANNO | dn. M. D. XIX. A pag. 13...46. Friburgica repetita sunt sic inscripta: EPISTOLA AD HIERONY-MVM HVSÆRYM | Pludentinū, quæ Friburgū summamtim complecti-tur, Philippo Engelbrecht Engentino auctore. | Pagg. 47. 48.: AD MNEMOSYNNEN HIERONYMVM BAP-pium Felcircianum è Saxonia, ostensis Friburgi-|cis, incolumem reducat, P. Engentinus. 5) quam epistolam edidit Schreiber, *Taschenbuch für Gesch. u. Alterth. in Süddeutschl. Jahrg.* 3. p. 18. 6) Riegger, Zasio epp. p. 371. n°. CCXXXI. 7) „Als Poetices lector ordinarius, wie ihn der Senat, oder Humanarum literarum apud Friburgum Professor, wie er sich selbst nannte, fiel Meister Philipp der Kleiderordnung der Universität anheim, weilhalb ihn 22. Nov. 1520. der Vicerector durch den Pedellen auffordern ließ, entweder seinen Ueberrock nicht so kurz wie ein gewöhnlicher Handwerker zu tragen, oder den Degen, der darunter hervorblückte, abzulegen. Der Dichter nahm diese Rüge so übel auf, daß er gegen den Abgeordneten in die Worte herausplatzte: ‘Gang hin zu dem, der dich das geheißsen hat und sag ihm, ich wolle mein Messer tragen, und sei er frisch, so komm er und gürt mir’s ab.’ Diese unbesonnene Aeußerung .. zog sich durch eine Reihe von Senatssitzungen hindurch, und war nahe daran, dem Meister Philipp seine Stelle zu kosten.“ 30. Dec. 1520. „Patres perpenderunt commissi facinoris gravitatem, cuius simile in Universitate nunquam auditum sit.“ Prot. Sen. acad.“ Schreiber *Gesch. d. Univ. Freib.* p. 88.

'nostrum' quantum inter negotia potuisset, iuvisse'. In hunc annum incidit etiam iocosa contra Engentinum, quod is poeta sibi domum emis-  
set, quæstio publica, de qua vide Hutt. Opp. II. p. 51. sq. num. cccxxx.  
Die 30. Sept. a. 1522. venia Philippo data est visendi fratris Antonii chor-  
episcopi Spirensis, eiusdemque anni d. 20. Nov. „conclusum super magi-  
stri Philippi petitione, ut dentur ei Lx floreni cum exhortatione pro barbæ  
eius racione“. Engentinum cum Bedroto a Ioachimo Camerario, cum is  
Basileam Erasmi visendi gratia peteret, a. 1524. prandio exceptum esse  
ille rettulit<sup>9</sup>. Lutheri causæ favit Engelbrechtus: die 5. Sept. a. 1521.  
affixerat hunc versiculum ædibus:

Lutherum ut redimas, *Hembd, Schuh, Buch*, omnia vendas.

unde senatui academico „placuit, ex quo ipse nuper in Virgiliana lectione  
occasionem præstiterit, extollendo et nominando eum [Lutherum] sum-  
mum Christi apostolum nostræ tempestatis, ut parumper dissimulet, et  
postea ab huiusmodi nugis absteineat. quod si autorem denunciare possit,  
pœnam non sit evasurus“. De morte viri d. 12. Sept. a. 1528. Zasius  
ad Bonifacium Amorbachium<sup>10</sup> sic: „... Cruciatu, quem Poeta, antequam  
abiret, passus est, vix enarrari potest. In tractibus, et iis cruentissi-  
mis evelli e vesica lapis non potuit, et nonnisi mortuo exsectus est,  
scisso ventre, non tam lapis, quam miraculum lapidis. Miseriarum silva  
obrutus fuit vir optimus, Lutheranus tamen erat; sed de eo genere,  
qui Christum sapiunt. Iterum vale. Ex Frib. sabbatho ante Crucis etc.  
anno etc. xxviii. Tuus Zasius. Philippus poeta cum tempora complura  
intolerabiles cruciatu pertulisset, novissime Argentinam lectica et navi-  
gio vectus, se excindi vel secari passus est. Quæ sectura in fata con-  
cessit. Domino sit laus, qui eum a tantis cruciatibus liberavit! Utinam  
meliore iam cœlo fruatur, Lutheranus enim nimium quam oluit!“ Quæ  
supra ex actis academicis repetivimus ac non nulla alia de Engentino de-  
bemus Schreiberno, *Gesch. der Univ. Freib. im Breisg.* p. 85... 91.

8) Riegger, Zasii epp. II. p. 502. 9) Tert. libell. epistolar. II. Eob. Hessi ed.  
a Ioach. Camerario. Lips. 1561. 8°. fol. H6<sup>b</sup>. 10) Riegger, Zasii epp. II.  
p. 198. sq.

EOBANVS *vid.* HESSVS.

EPISTOLARE. *cf.* Carolus et Niavis.

EPISTOLARE MAGISTRORVM LIPSENSIVM (p. 66<sup>5</sup>), e quo Curionis (*Hof-  
manns?*) epistolam Gallus Linitextoris (*Leinweber*) nobis servavit, nescio  
an umquam prodierit hodieve supersit.

ERASMVVS Roterodamus. Cui non cantatus Desiderius? Natus est Ro-  
terodami d. 27. Oct. a. 1467., Basileæ d. 12. Iul. a. 1536. morti cessit qui  
sibi symbolum CERO NVLLI fecerat. In Epp. O. V. primi voluminis prio-  
ribus duobus exemplis<sup>1</sup> non memoratur (Crotus in Erasmianos laqueos,  
quibus totus fere litteratus orbis tum irretitus est, non incidisse videtur);  
sed statim in appendicis illius voluminis<sup>2</sup> prima epistola, Hutteno, siquid  
recte video, adscribenda, Erasmus in scœnam prodit, ut vivum videre

1) Cf. supra p. 1. sqq. n°. 1. et 2. 2) Cf. ibid. p. 4. n°. 3.

opineris<sup>3</sup>, et Hochstratus<sup>4</sup> iam suspicatus est illum non omnia recte facere in tractatibus in theologia, quos multos componeret<sup>5</sup>. Tum autem in altero Epp. O. V. volumine, quod Huttenianum dixerim<sup>6</sup>, frequens Erasmi mentio fit, quem in Reuchlini quoque exercitu primum locum optinere videmus<sup>7</sup>. Huttenus Roterodamum interius cognoscere cœperat, ut ostendunt versus Schlauraffiani<sup>8</sup> et illud lepidissimum ac verissimum Kaufmanni dictum (p. 279<sup>7</sup>) 'Erasmus est homo pro se', omnesque loci qui laudem Erasmi aut aperte prædicant, ut p. 207<sup>17</sup>, 248<sup>2</sup>, 264<sup>29</sup>, aut Obscuros inridendo eam dissimulant, ut p. 220<sup>22</sup>, 267<sup>25</sup>, 288<sup>35</sup>, 296<sup>27</sup>, quæ de Erasmano Novo Testamento Clingesor effert (p. 265<sup>18</sup>), retributionem eius præconii dixerim, quod in adnotatione Erasmus fecerat Hutteno<sup>9</sup>, et de Moria ioci (p. 263<sup>14</sup>) item Huttenicæ festivitatis sunt. Memorandum denique est permultis locis cum Reuchlino Erasmus coniunctim laudari, inter quos festivissimus est p. 241<sup>9</sup>, ubi hic 'Proverbia Erasmi' appellatur. ipse Erasmi Adagiorum liber p. 249<sup>17</sup> citatur quasi quoddam proverbium contineret, quod in eo non legitur. — Tria tantum his demum annis cognita addamus: I. Matricula universitatis Coloniensis<sup>10</sup> ad a. 1496., quo anno rector fuit Ulricus Kreydweiß de Esslinga, sic habet: „Iunius vi. Erasmus de Rotterdammis ad artes iuravit ... pauper“. Recentior manus adnotavit „Iste Erasmus clarus multorum scriptorum monumentis obiit anno 1536. Basileæ“. II. Ioannis Piemontani<sup>11</sup> MS. Auctarium scriptor. ecclesiasticor. fol. 53<sup>a</sup>:

„Desiderius Herasmus reterdamus canonicus regularium sancti Augustini homo in diuinis scripturis studiosus et secularis litterature excellenter doctus theologus orator poeta celeberrimus vtriusque lingue disciplina ad perfectum instructus ingenio subtilis et sermone clarus ac promptus et ornatus metro exercitatus et prosa auditor quondam Allexandri Hegii gymnasiarche dauantriensis Scripsit vtroque genere quedam non spernenda singularis eloquentie stilo opuscula quibus nomen suum longe lateque studiosus famosum reddidit et celebre e quibus ista vidi Collectaneam veterum insigniumque paromiarum id est adagiorum vel prouerbiorum que e greco in latinum transtulit

Ad Wilhelmum monicorum co.	li j	En tibi mi Wilhelme
Ad ducem britanie prosopoeia	li j	Meminisse debes henrice
De suis fatis [fuerat vatis]	car j	Miror quam mihi sidera
Defensiones rethorices	li plures	<div style="border: 1px solid black; padding: 5px;"> <i>Ad marg. rec. m.: De copia rerum</i>  li ij   De allegoriis eccl. li ij    Aureorum opusculorum li plu   laurentius eiusdem li j    Morias encomium li j Vtcumque    de me vulgo mortales loquuntur    Scholia in epistolare diui Hieronymi   Chiltades li plu   </div>
Herasmiana [ <i>q̄ et laurentius eius</i> ]	li plures	
Orationes ples pro diuersis	li j	
Epistolarum elegantum	li j	
In laudem angelorum	car iiii	
In gra et fa.	car j	
		Coelitum princeps michael
		Nuper cum uiridis nemorosa

3) Cf. Comm. ad epist. I. 42. 4) p. 75<sup>17</sup>. cf. 263<sup>12</sup>. 5) Cf. Hutt. Opp. I. p. 135. init. 6) i. e. Epp. O. V. II. 1...62. 7) Hutt. Opp. I. p. 130<sup>31</sup>. 8) p. 202. verss. 142. sqq. 9) Vid. Hutt. Opp. I. p. 103. sq. 10) C. Kraft in *Ztschr. f. Preuß. Gesch. v. Hassel. 5. Jahrg. Berl.* 1868. 8<sup>o</sup>. p. 471. 11) Cf. infra art. Piemont.

In castigationes vincencii	car j	Plus sibi quam farro
Contestatio saluatoris ad hominem	car j	Cum mihi sint vni
In diue Anne laudem	car	Salue parens sanctissima
Epigrammaton	li j	
Et alia multa	In epistolas pau	li xvi [Euripidis etiam tragedias latinas fecit]

Vinit adhuc plura componens indies publicanda sub Maximiliano.“

Addere debemus etiam III. Ioannis Keßleri<sup>12</sup> a. 1525. scriptum testimonium<sup>3</sup>

*Von Desyderio Erasmo Rotherodamo.*

Wie hochverrumbt der name Erasmi by allen, furnemlich aber by den gelerten gehalten werd, ist mengklichen und besunder die der Latinischen sprach wissen tragend, onverborgen, dann er alle sine bûcher in diser genannten zungen beschriben. Sunst ist er an borner Holander von Rotherdam, welche gelerten sich nitt genûgsam verwunderen können der kunst, wißhait ordenlicher schribung, da mitt er sine ußgangne bûcher geziert hat, also das zûglich sin nam in ain spruchwort verwendt ist, solicher maßen was kunstrich, fursichtig, gelert und wiß geschriben ist, spricht man, das ist Erasmissch, das ist onfelbar und volkommen. Dissem Erasmo ist die Latinisch sprach vil eeren schuldig, dann er sy durch die sophisten verwûst uß dem kat und unstat gezogen, uß gesubert und poliert hatt. Zû dem hatt er die studierenden jugend uff recht ban zû lernn gefûrt, die âlteren aber hat er mit tûglichen ußgeben nuwer nutzbaren bûcher, och mitt verbesserung vil der uralten bûcher erfrûwt und belustiget, also das menigklich jung und alt zû flûßigem studieren baiden hâiliger und weltlichen geschriffthen, durch Erasmt anleitung entzundt ist. Zû dem, das nuw testament nach Kriecheschen text warhafft in Latin verdolmetst, daruß vil nutzes und besser verstand erwachsen ist. Desglichen ee Martinus Lutherus mitt schriben ußbrochen, hatt er nitt wenig irthumb, ûberfluß, mißverständnis im papstumb in sinem schriben angetastet, wie uß dem bûchli Moria und uß stnem compendio Theologiæ ze vernennen ist. Aber ahweg so still und beschaiden mitt worten, das die nitt wol haben von den papstler mögen verstanden werden, und ob sy glich verstanden, die wil er nicht dester minder von dem papst, cardinûlen und bischofen sold und schencke, als irer gûter frund und gunner empffenge, haben sy es von im guter mainung verstanden und im bestên uffgenommen [ad marg. Erasmi geschmidikait.] und damitt er iren gunst nitt verschutte, thut er nitt unglich den mûlteren, so ire kinder schlachend; so sy vermeinend, sy wellen zû vil wainen und schmerzten bewegt werden, fachen sy an die mûlteren widerumb mitt inen zartlen, ey schweige, es gilt glich, du bist mir dannacht lieb. Do aber Martinus Luther etwas fraidiger herfurtritt, hatt Erasmus sich nitt wîlter wellen mercken lassen, und die wil man in fur den aller gelertsten und verstendigsten gehalten, hatt menigklich und besunder die gelerten und hoche schûlen in sollicher spaltung uff sin urtail und verstand an uffsechen gehebt und lange zit gewartet, er aber hatt jedermann in zwifel ston lassen, uff welche part des Luthers oder des papsts er genaigt und zûfellig sye. Derhalben der papst, cardinûl, bischoffen, kaiser und fursten in wider den Martinum Luther zu schriben obligende angestrengt haben, vermaintend des Luthers ansechen solte durch die hochachtung Erasmi geschwecht und durch sin redliche zungen gar umbbracht und bestritten werden. Doch hatt er ahweg hinder sich gehalten biß ietzund in dem 1525 jar ist er in aller unrû uffgebrochen und wider den Luther an bûch gestellt den fryen willen, wie Eckius zu Lips, als obstat, zu erhalten; hatt Martinus geantwurt, er widerumb, ist Martinus im nach mitt ainer antwurt

12) Keßlers Sabbata. herausg. v. Goetzinger. Thl. I. S. Gallen 1866. 8°. p. 164...166.

*begegnet, durch welche (wie ich vernim) Erasmus erinneret siner manung und kempfens abgestanden ist. Dieser Erasmus, wie wol er hinußwerts das widerspil gehalten (wir sind ja alle menschen und dem mangel underworfen), doch müssen wir mit dankbarkeit erkennen und verjehen das er ain große stutz an dem euangelischen baw und vilfaltigen furschub anfangs dar zû geben; ju den Luther und ander selbst durch sin schriben zû dem irenn verursacht. Also lebt er nach jetzund zû Basel, hatt im Ioann Frobenius zû lieb nach sines lands bruch ainen besunderen sal erbawen, allda hab ich in gesehen, von person, nun ain tubgrawer ersamer alter und ain klainer und zarter mensch in ainem langen blawen zûsamen gurtlen rock mitt wilten ermlen beklaidt und ain listen von sammet um den hals vornen zû baiden siten abgehenck nach des rocks lenge. So einer begerte zû wissen, wie vil und was er fur bücher und warumb er zû ainem jeden verursacht, hatt er deshalb ain besonders büch, das er catalogum nennet, beschriben und ußgon laßen. Er hatt ja sin rast wol thûn des in alle nachkommen nimmer vergessen sollen.*

EVCHARIVS (p. 273<sup>12</sup>) Gallinarius, puto, Germanice *Henner* s. *Haner*, Brethemius, Wimpelingi discipulus, canonicus Spirensis, qui „ex Spiris ad Bertholdum Kyrsmannum de Horb, philosophiæ magistrum“ Stylphonem transmisit<sup>1</sup>, item in causa Wimpelingiana de Germania contra Murnerum acta pro Wimpelingo calamum strinxit<sup>2</sup>. eundem in Erasmi epistolis<sup>3</sup> falso ‘Encharium’ fecerunt. idemque, nisi fallor, est ille „alius doctor, qui fuit artista de via modernorum“, et cum aliis in hospitio coronæ Moguntiae Magistris nostris et fratribus de ordine prædicatorum faciebat summas nequitias, ut Gricius [i. e. Huttenus] scribit p. 273<sup>12</sup>. Ceterum in re incerta adnotandum videtur, Trithemii et Eucharii Heimerici Neometensis [i. e. Spirensis] a. 1505. et sq. scriptas mutuas epistolas extare<sup>4</sup>. — De Iohanne Gallinario, quem a Pirckheimero<sup>5</sup> inter sapientes doctosque viros laudatum Iohannem Hanerum esse puto, quique certo inter eos numerandus est qui in Epp. O. V. p. 286<sup>15</sup> ‘multi alii’ sunt, nescio num frater aut cognatus Eucharii Gallinarii fuerit; Wimpelingi cognatum discipulumque fuisse constat. Budorinum cognominabant Iohannem Gallinarium: Budorin enim Ptolemæi alii, ut fere semper Trithemius, Heidelbergam esse; Durlacum alii opinabantur<sup>6</sup>. Hunc Iohannem Zasius<sup>7</sup> inter ‘litterarum humanarum sacramentarii adsertores’ laudat, eidemque Thomas Wolfius iunior d. 31. Ian. a. 1505. Wimpelingi de integritate libellum (e quo cucullatorum lis a Schwinfordiensi (II. 63.) derisa exorta est, cuiusque alteram editionem ipse Gallinarius carmine commendavit<sup>8</sup>) dedicans scribit: „Tu perinde ac alter Antonius Gripho grammaticus comi es faciliq[ue] natura, nec unquam de mercedibus pacisceris: opulentos cum suis opulentiis contemnīs magnifice: in omni re utpote homo integerrimus integritatem servas. Tu aliquot iam annis hic apud Tribotes [Sletstadii] in divi Petri templo grammaticam, rhetoricam et id genus alias disciplinas non sine laude docuisti: quotidie tradens præcepta eloquentiæ“. Celebrat quoque Gallinarium inter

1) cf. Amœnitt. Friburg. p. 183. 2) cf. ibid. p. 215. 3) L. B. 1706. fol. col. 1683. 4) Trithemii Opp. Ff. 1601. fol. part. II. p. 483. sq. 5) Hutt. Opp. I. p. 153<sup>16</sup>. 6) cf. Beati Rhenani Germania, lib. III. v. Budoris. 7) Riegeri Zas. p. 391. 8) cf. infra Comm. ad p. 286. v. 11. et (Riegeri) Amœn. Friburg. p. 255.



Sturmium Fürstenbergiumque Huttenus<sup>9</sup>; Gallinarium a. 1512. in comitatu Reinhardi Hanoviensis canonici Coloniae moratum esse scribit Erhardus<sup>10</sup>; a. 1514. Erasmus Zasio scripsit<sup>11</sup>, eum se primum cognoscere coepisse per Beatum Rhenanum et Gallinarium; a. 1516. hunc Brisaci parochum fuisse Röhrichius<sup>12</sup> testatur. Luciani Palinurum „*vß kriechischer sprach durch das latyn in tütsch transferiert*“ Argentorati a. 1512. 4°. publicatum memorat Erhardus<sup>10</sup>.

9) Querelar. II. 10. v. 213. in Opp. III. p. 78. 10) *Gesch. d. W. d. W.* III. p. 328.

11) Rieggeri Zas. p. 273. 12) *Gesch. d. Reform. im Elsass.* I. p. 85.

EVSEBII, Cardinalis S., *vid.* Accoltis.

EXERCITIVM PVERORVM (p. 31<sup>1a</sup> 258<sup>20</sup>), nescio cuius compilatoris, inde ab anno 1485. usque ad a. 1506. terdecies editum est<sup>1</sup>. Qualis fuerit libellus, ex hac exempli Hagenoensis descriptione<sup>2</sup> cognosci potest: „EXERCITIVM puerorum grammaticale per dietas distributum. *F. 1<sup>a</sup> tit.*: Exercitiū puerorū grāmāticale per dietas distributum. *F. 1<sup>b</sup>*: Prologus in quo grāmāticæ necessitas demonstratur. *In fine*: Finit tractatus secundus exercitij puerorū grāmāticalis. in quo de regimine et instructiōe oīm dictionū. in ordinē octo partiū orōnis processum ē per regulas et q̄stionculas adeo lucidas. faciles. atq; breues doctissimoz viroz exemplis creberrimis roboratas. vt q̄sq; sine p̄ceptore eas discere scire. et intelligere possit. In q̄ si q̄ grāmāci studiosi. cuiuscunq; stat<sup>9</sup> fuerint. pueri. frēs. sorores. mercatores ceteriq; seculares aut religiosi. legerint studuerint atq; se oblectauerint. finē grāmāticæ ausim dicere breuissime sine magno labore consequent̄. Impressus et finitus in imperiali oppido Hagēnowe per Heinricum gran. Anno gratie Milleſimoquadrin- gentesimononagesimo primo. tertio kalendas Augusti. 4. *g. ch. maj. et min. c. f. 131. ff.*“ Coloniae liber non videtur in usu fuisse; certe nulla exempla ibi impressa memorari legi; Colonienses fortasse pro hoc Exercitio utebantur Regulis grammaticalibus antiquorum p. 285<sup>3a</sup> 289<sup>27</sup> memoratis, quorum exempla quinque et quattuor, interque ea etiam Coloniensia unum et duo Quentelliana indicat Panzerus<sup>3</sup>.

1) Panzer Ann. typ. V. p. 26. et X. p. 378. Hain Repertor. n°. 6768...6773. sex exempla enumerat. 2) Hain. n°. 6768. 3) Ann. typ. V. p. 225. X. p. 378.

EX QVO *vid.* Vocabularius Ex quo.

FABER, Iacobus, Stapulensis (*d'Estaples, dép<sup>t</sup> Pas de Calais*), 'de quo audivistis multa: ipse aperte favet Ioanni Reuchlin' (p. 247<sup>9</sup>), quod testatur etiam Huttenus<sup>1</sup> et ipsæ Reuchlini Fabrique mutuae epistolæ<sup>2</sup>. Natus est Iacobus *Lefebvre* Stapulis in Ambianis anno 1455. *C'étoit* (Bælii<sup>3</sup> verba sunt) *un petit bout d'homme, et de fort basse naissance, mais un bon esprit soutenu de beaucoup d'érudition*“ et „*un de ceux qui commencèrent à chasser la barbarie qui régnoit dans l'Université de Paris*“. De morte viri centenario paulo maioris sive secundum alios paulo minoris, Neraci anno 1536. (sec. Bælium a. 1537., secundum alios anno demum 1547.) sub-

1) Hutt. Opp. I. p. 186. § 11. 2) cf. supra p. 126. 133. Consp. chronol. ad d. 31. Aug. a. 1513. et d. 30. Aug. a. 1514. 3) Bayle Diction. v. Fevre.

secuta, quæ singularia ab Huberto Thoma Leodiensi narrantur, male conveniunt cum illa anni 1455., quo Faber natus fertur, indicatione. Ceterum de vita et scriptis viri plura Erasmi Roterodami scriptoribus quam epistolarum O. V. commentatori dicenda sunt. memoro tantum Gallicam bibliorum versionem<sup>1</sup>.

4) cf. Gesneri Bibl. foll. 353...356. Iovii elog. cap. cxxi. Freheri Theatr. p. 149. sq. Bayle l. c. Iöcher. voc. Faber, lac. Denis Wiens Buchdr. gesch. p. 88. „Zu Fabers Leben s. die Quellen in Clements Bibl. cur. T. VIII. p. 226.“

FABRICIVS, Balthasar. *vid.* Facha.

FACETVS (p. 296<sup>70</sup>) quem nonnulli adscribunt Reinero sive Renero Alemanno, ordinis s. Benedicti in monasterio s. Laurentii Leodii, nato a. 1155., mortuo a. 1230.<sup>1</sup>, ipse inscribitur 'Liber Faceti docens mores hominum precipue iuvenum, in supplementum illorum qui a Cathone erant omissi etc.' sive 'Facetus morosus' sive 'Liber metricus facetiarum'. sæpe Latine et Germanice 'per Sebastianum Brant in vulgare noviter translatus' prodiiit<sup>2</sup>, estque etiam inter 'Auctores octo morales'<sup>3</sup>. extat inter alia multa etiam 'Facetus' in codice chartaceo quadrato bibliothecæ gymnasii Gothani, de quo Habichius<sup>4</sup> sic scripsit: „Facetus c. vers. German. et glossis. fol. 256...262. Sub hoc nomine plura carmina medii ævi nota sunt. iam ab Ugutione Pisano circa a. 1192. Faceti carmen citatur<sup>5</sup>. Autorem illius carminis, quod Faceti nomine inter auctores octo morales Lugduni a. 1488. et sæpius excusum est, Reinesius<sup>6</sup> Thaysium quemdam nominat, alii rectorem scholæ Parisinæ fuisse tradunt, qui a cura mores discipulorum formandi nomen Faceti acceperit. Incipit hoc carmen:

Cum nihil utilius humanæ credo salutis,  
Quam morum novisse modos et moribus uti,

et a. 1459. per monachum quendam in Germanicum sermonem translatum editum est a Kinderling<sup>7</sup>, cum alia versione Germanica a Wiggers<sup>8</sup>. In syllabo auctorum, ex quibus Ieremias de Montagnone 'epitomen sapientiæ'<sup>9</sup> se compilasse profitetur, etiam Facetus legitur<sup>10</sup>. Facetus in codice nostro prorsus alius est. incipit:

Moribus et vita quisquis vult esse facetus

et explicit:

Tempore felici multos numerabis amicos,  
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

neque congruit cum 'Faceto clericali iuvene' in Endlicheri catalogo<sup>11</sup>, quanquam hic primum versum eundem habet<sup>12</sup>. Ab his Facetis diversus liber est ille Reinero liquido adscribendus (nam primi post exor-

1) cf. Fabr. Bibl. Lat. med. æt. VI. p. 178. sqq. 2) cf. Hain. Repertor. n°. 6883...6895. 3) Hain. n°. 1913...1919. 4) H. Habich, Codicem misc. bibl. gymn. Gothani descr. et ex eo *Reineri Alemannici* poema Phagifacetum sive Thesmophagiam emend. edidit. (in '*Programm des Gymnas. Ernest. zu Gotha*, 1860. 4<sup>o</sup>.) 5) v. Du Cange in præf. ad Glossar. lat. §. 45. 6) epist. ad Daumium 83. p. 211. 7) in *Deutsches Museum* 1788. p. 437. sq. 8) in *Parlag. u. liter. Mittheilungen üb. d. Domgymnasium in Magdeburg* Nr. 11. 1836. p. 5. cf. *Jacobs Beiträge aus den Schätzen der goth. Bibl.* II. p. 296. et *Grässe* II. 2. p. 706. 9) Venet. 1505. 10) v. Osann Vitalis Blesensis Amphitryon p. vii. 11) p. 160. fol. 86...92.

dium tetrastichum versus 15 acrosticho exhibent 'Reinerus me fecit'<sup>12</sup>. 'Fagi facetus sive de facetia (s. facetiis) et moribus mensæ'<sup>13</sup>, cuius emendatiorem editionem debemus Habichio<sup>14</sup>; constat hoc carmen facete *gaysiv* docens præter illud tetrastichon, incipiens

Noscere qui mensis decori sint, lector, honores

versibus 440, quorum primus est:

Res rerum natura parens ita concipit omnes

ultimus autem:

Doctoresque meos, quos re sequor, ore secutus.<sup>15</sup>

12) Incipiunt hi versus xv: Res Et Indigeant Non Esse Ritus Vivitur Scilicet Mens Eadem Fas Esuries Cuius Incentiva Torrentemque. 13) Hain. n<sup>o</sup>. 6899. sq. 14) not. 4. cit. p. 5...14. 15) Infra hunc v. est: Explicit Phagifacetus.

FACHA, Balthasar de, sive Phachus aut Phacchus (*aus Vacha an der Werra*), Fabricius patrio nomine, quo multo rarius quam a patrio oppido desumpto uti solebat. ubi primum eius nomen occurrit, id est cum in album acamiæ Wittenbergensis anno 1502. inscriberetur, est „Balthasar fabricius de fach“, ut adnotavimus ad Hutteni versus<sup>1</sup>:

Vivit in hac [Wittenberga] Francus, patriæ nova gloria nostræ  
Phacchus, amicitiae portio fida meæ.

inde etiam de amicitia inter Phachum ac Melanchthonem Spalatinumque constat. Anno 1517. kal. Oct. rector Wittenbergensis 'communi suffragatione patrum creatus est „Balthasar Fabricius Phacchus, ingenuarum artium magister, utriusque humanitatis professor“, sub quo primus in album relatus est 'Iohannes Rhagius Esticampianus Rethor et Poeta laureatus sacrarum literarum Doctor Primusque Plyniane erudicionis publicus et ordinarius professor Dioc. Misn. 20. Octobr.'<sup>2</sup>. Item Lutherus passim sese magistrum Balthasar haud parvi facere testatus est: anno 1520. Spalatino scripsit<sup>3</sup>: „De Facho sacerdotium resignante non admodum moveor; moveor potius eius ecclesiæ sacerdotia tantis pecuniis redimenda esse, ut nulli pauperi queat esse locus, idque hominum statutis“. idem d. 10. Iul. a. 1541. „es ist nu die Lection Magistri Fach ledig“<sup>4</sup>: eo tempore decessisse videtur Balthasar.

1) Querelar. II. 10. vv. 57. sq. Hutt. Opp. III. p. 67. 2) Förstemann alb. Viteb. p. 69. 3) de Wette, Luthers Briefe I. p. 454. 4) ibid. V. p. 381.

FALCKENBERG, Matthias de, ad quem 'ex antiqua familia nobilistam' scripta fingitur epistola magistri Curionis Lipsiensis (I. 44.), idem in epistola magistri Gricii Maguntiae data (II. 55.) inter Moguntinenses Antireuchlinistas miris coloribus depingitur „nobilis domicellus et armiger“, vir multum bellicosus et portat semper arma secum et est equestris; ipse semper in mensa [hospitii Coronæ] sedet ante et nunquam retro, quia dicit quod quando sederet retro et fieret bellum, tunc non posset ita statim surgere et percutere inimicos suos. et cum hoc est argumentator multum subtilis de via antiquorum; ipse dicit, si Reuchlin non vult cessare, tunc vult venire cum centum equis ad auxiliandum vobis [Coloniensibus]“ (p. 273<sup>29</sup>-sq.). Vix 'Centaurum' sui ordinis verius vividiusque depinxerit Huttenus. attamen ex quanam nobili familia

Falekenbergensi noster Bramarbas fuerit, minime constat: equidem puto ex ea Falkensteiniana, a qua arx Reichenstein ad Rhenum olim 'Falkenburg' dicebatur<sup>1</sup>: sive iusto suo nomine sive corrupto in his epistolis producat noster Gloriosus, quod scire nostra vix interest, id ex eisdem apparet, virum his ipsis annis, in quos hæ epistolæ incidunt, iam provecioris ætatis Moguntiae vixisse, eumque olim, etiamsi non ante totos quinquaginta annos<sup>2</sup>, Erfurti Lipsiaeque vino venerique magis quam litteris studuisse. Utrum Sickingensi contra Wormatienses annis 1515\* et sequentibus gesto bello interfuerit necne, Curio (p. 66<sup>24. sqq.</sup>) in dubio relinquit. si interfuit, certe non a Sickingi, optimi Reuchlinistæ, sed a Cæsarianis Wormatiensibusque partibus eum stetisse dicemus.

1) cf. *Simrock Rheinland. Bonn* 1865. 8<sup>o</sup>. p. 261. 2) ut p. 66<sup>14</sup> dictum est.

FASCICVLVS TEMPORVM *vid.* Paratus.

FETTICH, Theobaldus, 'qui pro nunc est doctor medicinæ' Vormatiæ, et 'olim stetit Coloniae in bursa Montis' (p. 207<sup>20</sup>), et quocum 'in hospicio' Schlauraffo 'fuit lis, quia de theologis dicebat multa scandala' (p. 202. vv. 149. sqq.), inter Buschii Huttenique familiares familiari nomine non adiecto nobis occurrit<sup>1</sup>. Antiquitatis studiosis Fettichius magis ex eo notus est, quod ex eius codice Claudii Ptolemæi geographiæ libros VIII primum Græce sine versione Latina et sine tabulis geographicis Erasmus Roterdamus edidit<sup>2</sup>: Fabricius<sup>3</sup> ubi de hac editione refert, Fettichium medicum Ingolstadiensem dicit, sed Erasmi epistolam Friburgi d. 1. Febr. 1533. datam, qua is de commodato sibi codice gratias agit<sup>4</sup>, non memoravit.

1) Hutt. Opp. II. p. 64<sup>14</sup> 82<sup>14</sup>. 2) Basileæ ap. Hieron. Froben. et Nic. Episcopium a. 1533. 4<sup>o</sup>. 3) Bibl. Græc. ed. Harles. V. p. 276. 4) Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. num. MCCXLII.

FIDANZA *vid.* Bonaventura.

FINCK, Matthæus, bacularius, epistolæ II. 8. (p. 196. sqq.) fictus scriptor, Ortvinus quondam discipulus, nunc [i. e. anno 1516.] singularissimus eius fautor, habens bonam stantiam Romæ, bonum servitium in Copistria (quo nomine Parcum minorem, Cancellariæ Romanæ sectionem, designare videtur): prælatus produnt largiorum epularum, quæ fecerunt eum pro magna parte infirmum, ut non sciret bene digerere (p. 197<sup>15</sup>), et carorum vinorum Cursicorum, quæ venter eius bibebat libenter (p. 271<sup>16</sup>), amor, qui fortasse in causa fuit quod non multo post 'in rubea toga sepeliretur', ut Bricoto 'ex Romana urbis Curia' Wormatiam scribitur ep. II. 54. Commenticium quidem est Finckum scripsisse epistolam II. 8. sed Fincki personam vitamque ac mortem non commenticias esse puto.

FLISCVS<sup>1</sup>, Stephanus (p. 296<sup>29</sup>)<sup>2</sup>. De eo Fabricius<sup>3</sup>: „... Manfredi filius, Soncinensis, i. v. d. ac Epidaurii gymnasii rector circa a. 1453. scripsit Synonyma verborum, Synonyma seu variationes Sententiarum, ... Phrases elegantiae Latinae, ... de componendis Epistolis, ... Regulas summaticas

1) i. e. *dei Fieschi*. 2) Memoratur etiam post Carolum et Samuelem in Cerdonis Vademecum (Hutt. Opp. VI. p. 453<sup>37</sup>). 3) Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 581.

(opus grammaticum).<sup>4</sup> . . . " Exempla librorum typis expressorum recensent Panzer<sup>5</sup> et Hain<sup>6</sup>.

4) „Arisii Cremona literata tom. I. p. 278.“ 5) Ann. typ. V. p. 204. 6) Repertor, n<sup>o</sup>. 7136...7154.

FLORES LEGVM, quos Lampus (II. 12.) allegat ad comprobandum praeceptum 'audiatur pars altera', est 'tractatus aut Congeries auctoritatum iuris civilis, in quo auctoritates ordinantur secundum ordinem alphabeti cum allegationibus librorum, ex quibus sumuntur'. Exempla libri quinque (Veneta duo s. a. 8<sup>o</sup>., Argentoratense a. 1496. 4<sup>o</sup>., Parisiense a. 1496. 8<sup>o</sup>., Ingolstatense a. 1497. 8<sup>o</sup>.) indicavit Hain<sup>1</sup>, quibus tria recentiora, a Panzero quoque recensita (Coloniense a. 1507. et duo Parisiensa a. 1513. 1517. 8<sup>o</sup>.) addidit Stintzing<sup>2</sup>, qui neglecta libelli in Epp. O. V. laudatione sic eum descripsit: *Es ist eine Sammlung von generalia oder auctoritates, d. h. von allgemein gültigen Sätzen in sprichwörtlicher Form, Legaldefinitionen, Gemeinplätzen und Versus memoriales, deren Inhalt sich nicht streng auf die Iurisprudenz beschränkt. Daneben wird auf Stellen des Corpus iuris civilis und die Glosse verwiesen; allein die Allegationen stehen mit dem Text oft in einem nur sehr lockeren Zusammenhang; gelegentlich werden auch widersprechende Stellen hinzugefügt und durch 'contra' hervorgehoben. Der Verfasser hat ohne sorgfältige Auswahl zusammengetragen, was ihm in die Hände kam; nicht selten auch denselben Satz in mehr oder minder geänderter Fassung an verschiedenen Stellen wiederholt. Die alphabetische Ordnung gilt nur für den ersten Buchstaben des Anfangsworts, ist dagegen bezüglich der folgenden Buchstaben nicht durchgeführt. . . Auch in den Allegationen ist große Sorglosigkeit bemerkbar. . . Der Character der Schrift ist ein durchaus populärer. . . Ueber den Ursprung der Schrift läßt sich Nichts ermitteln. Ohne Zweifel ist sie in Italien entstanden, aber schwerlich aus der Hand eines einzelnen Gelehrten hervorgegangen [?], sondern allmählig zu einer Sammlung überlieferter Sentenzen in der Schule herangewachsen, und schließlich in die alphabetische Ordnung gefügt.*"

1) Repertor, n<sup>o</sup>. 7168...7172. 2) *Gesch. der populären Lit. des röm. kanon. R. in Deutschl. Leipz. 1867. 8<sup>o</sup>. p. 122. sq.*

FLORETVS (p. 296<sup>30</sup>), 'in quo flores omnium virtutum et detestaciones viciorum metricè continentur', item<sup>1</sup> extat inter 'Auctores octo morales' et in aliquot singularibus exemplis<sup>2</sup>. Diversus is est ab eo Floreto, qui est 'quasi flos de sacre scripture libris qui et alio nomine dicitur Facetus'<sup>3</sup>. Fabricius<sup>4</sup>: „Bernardus scriptor Floreti sive carminis moralis versibus leoninis, quod Bernardo Clarævallensi<sup>5</sup> præter rem tributum<sup>6</sup> prodiit . . . incipit

Nomine Floretus liber incipit ad bona cœptus  
Semper erit tutus huius monumenta secutus.

1) cf. supra art. Facetus. 2) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 7182...7186. 3) ibid. n<sup>o</sup>. 7181. cf. Panzer Ann. typ. V. p. 347. 'Floretus' et X. p. 205. 'Floretus' et 'Floretus'. 4) Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 624. 5) Etiam in cod. MS. Gothano est 'Floretus Bernardi Claravallensis c. glossis'. cf. Habich. (supra art. 'Facetus' cit.) p. 15. 6) cf. infra art. 'Samuel'.

Hic Floretus, Summa theologiæ sancti Bernhardi, quam Io. Gerson commentario illustravit, . . . auctorem e Bernardo excerptisse flores eosque versibus complexum et inde nomen habere Floreti Vossius suspicatur.“

FLORISTA (p. 296<sup>36</sup>). Hoc nomen suis excerptis dat Textoris; sub eodem librum aliquem prodiisse h. l. non dicitur, ut in Oratione funebri Ioannis Cerdonis<sup>1</sup> innuitur, quod his Haasii<sup>2</sup> verbis explicatur: „Ludolfus de Luco, qui ‘Florista’ dici solet et Flores grammaticæ a. 1317. scripsisse videtur, plane incredibili subtilitatum logicarum studio tam accurate id genus [de relativorum usu] pertractavit, ut septem differentiæ species distinguat. . . . Is canonicus Hildeshemensis fuit, et testatur ipse v. 927. ‘Hildensenensis est Tentonicusque Ludolfus’; cf. v. 665. nomen scribit ‘de Lucohe’, alii ‘de Luckowe’. Aetatem ignorat Leyser hist. poet. p. 1226.; Fabricius etiam hominem; illam ego mihi repperisse videor e versu quodam, quem chronostichon habeo“.

- 1) Hutt. Opp. VI. p. 457<sup>1</sup>.      2) F. Haase, progr. de medii ævi studiis philoll. p. 42.

FORNACIFICIS, Padormannus (I. 38.) cf. Kachelofen.

FORTALICIVM FIDEI contra fidei Christianæ hostes Alphonsi a Spina, ordinis Minorum in villa Vallisoletana anno 1459. quinque libris scriptum, inde ab a. 1485. sæpius editum est<sup>1</sup>. ‘merdosum librum esse dixit ille trufator’ (p. 34<sup>20</sup>), sed ‘uni magistro nostro est sicut Paternoster’ (p. 210<sup>21</sup>). Non admodum blande de Spina eiusque Fortalicio Iudæus H. Grætz<sup>2</sup> sic: „Am heftigsten und galligsten wüthete gegen die spanischen Juden ein Franciscanermönch Alfonso de Spina (keineswegs ein getaufter Jude, sondern ein geborener und in der jüdischen Literatur horrend unwissender Christ), ein Ordens- und Gesinnungsgenosse Capistrano’s, Prediger in Salamanca, der statt der giftigen Zunge die giftige Feder gegen sie in Bewegung setzte. . . . Ein gallsüchtiger Priester, donnerte er von der Kanzel gegen die Juden, ihre Gönner und namentlich gegen die Neuchristen, als heimliche Anhänger ihres alten Glaubens. Da seine Predigten ihm nicht genug zu wirken schienen, so verfaßte A. de Spina ein giftgeschwelltes Werk in lateinischer Sprache gegen Ketzer, Juden und Mohammedaner u. d. T.: fortalium fidei . . . Alles was nur irgend ein Judenfeind Feindseliges geschrieben oder erzählt hat, stoppelte er darin zusammen, tischte die lächerlichsten Märchen auf und machte Alles so drastisch als möglich. Ketzer und Mohammedaner sollten natürlich, seiner Ansicht nach, mit Stumpf und Stiel vertilgt werden. Gegen die Juden wollte er ein scheinbar glimpfliches Verfahren angewendet wissen: Man sollte ihnen die jungen Kinder entreißen und sie christlich erziehen, ein Vorschlag, den er dem scholastischen Duns Scotus und . . . Capistrano entlehnte . . . Er tadelte mit den spitzigsten Worten den König, die Großen und die Geistlichen, daß sie die Juden begünstigten. Um das Volk aufzuwiegeln, tischte er die Märchen vom Kindermord und

- 1) Cf. Wolfii Bibl. Hebr. Hamburg. 1721. 4<sup>o</sup>. p. 1115. sqq. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 198. Hain Repertor, n<sup>o</sup>. 871 . . . 875. Panzer Ann. typ. V. p. 24. sq. X. p. 86. XI. p. 125.      2) H. Grætz Gesch. der Juden vol. VIII. Leipz. 1864. 8<sup>o</sup>. p. 236.

*Hostienraub durch Juden in breiter Erzählung auf und stichelle, daß solche Schandthaten durch die Parteilichkeit des Königs ungeahndet blieben . . .*"

FRANCISCVS (p. 201. v. 97.) *vid.* Stadianus.

FRANCISCVS, sanctus (p. 73<sup>14</sup> 287<sup>36</sup>), Assisias Umber, natus a. 1182. patre mercatore Petro Bernardo, „doctor Seraphicus (p. 18<sup>23</sup> 235<sup>19</sup>), auctor a. 1215. Franciscani Ordinis Minorum, confirmati ab Innocentio III. [a. 1210. et 1215.] et Honorio III. [a. 1216.]. Hic post iter in orientem a. 1219. susceptum redux diem obiit [Assisii] apud s. Mariam de Portiuncula a. 1226. d. 4. Oct. Sanctis post obitum adscriptus a Gregorio IX. a. 1228.“ Hæc ex Fabricio<sup>1</sup>, qui etiam de scriptis viri mirifici et eorum qui de eo scripserunt tractavit. Cf. de sancto eiusque regulam sequentibus ordinibus variis Helyotum<sup>2</sup>, et in universum Gruberum<sup>3</sup>.

- 1) Bibl. Lat. med. et inf. æt. II. p. 568...580. 2) *Helyot Gesch. aller geistl. Orden.* tom. VII. *Leipz.* 1756. 4<sup>o</sup>. 3) O. Gruber in *Allg. Encycl. d. W.* tom. XXVII. *Leipz.* 1848. 4<sup>o</sup>. p. 423...439.

FROBENIVS, Iohannes, Hammelburgi Franconiae anno 1460. natus, Basileæ litteris studuit correctorisque muneribus apud Iohannem Ammerbachum functus est, deinde ab anno 1491. officinam typographicam bibliopoliumque suo nomine instituit, multisque egregiis operibus sacrorum profanorumque auctorum editis, Erasmi quoque in ipsa Frobeniana domo (p. 202. v. 127.) habitantis<sup>1</sup>, magnam sui nominis famam per totum doctum orbem adeptus est. Hic Frobenius procul dubio ille „livivendus de partibus superioribus“ (p. 287<sup>11</sup>) est qui Francofurti ad Mœnum, quod nundinarum causa sæpe adisse scimus, Cocleariligneo de doctis Germanis qui Reuchlino bonisque litteris faverent, narrasse fingitur<sup>2</sup>. Quam coniunctissime cum Frobenio vixerit Erasmus, ex multis huius epistolis videmus, illiusque morum candorem, integritatem, liberalitatem, benignitatem omnesque animi dotes mire evehit hic. De Frobenii exitu, quem ex intimo animo deplorat, Erasmus<sup>3</sup> sic refert anno 1527.: „... Aetas erat provecior, sed valetudo ita prospera, vegeta, ut per omnem vitam nunquam morbo decubuerit. Ante annos sex e summis gradibus in solum lateritium decidit, casus erat plus quam lethalis, convaluit tamen, sed ut solet, mali reliquiis in corpore residentibus, utcunque dissimulabat ille: tam erat animi generosi, ut puderet dolere. Anno priusquam moreretur, corripuit illum gravissimus cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præsto erant medicorum officia, quæ nihil aliud quam exasperabant malum, dum de morbi genere dissentientes alii aliud admovent remedium, nec deerant qui autores essent pedem resecandum esse. Tandem

- 1) cf. infra art. Rhenanus. 2) Cum Coclearilignei ad Ortvinum epistola cuderetur vel paullo post Erasmus Goclenio scripsit (med. m. Oct. a. 1517.) „iam Frobenio fervent quatuor præla, quibus fortassis accedit unum aut alterum“. Erasmi epp. L. B. 1706. fol. col. 267. i. f. 3) Erasmi Epp. L. B. 1706. n<sup>o</sup>. dcccxxii. coll. 1054. sq. Etiam quæ de Frobenio vitæ eius scriptores tradunt, maxime ex Erasmi epistolis sumpta sunt. cf. e. gr. Pantaleonis Prosopogr. III. p. 94. sq. Adami Vitæ Germanor. philosophor. Haidelb. 1615. 8<sup>o</sup>. p. 63...66. I. C. Zeltneri theatr. viror. eruditor. Norimb. 1720. 8<sup>o</sup>. p. 202...207. *Iöcher Gel. Lex.* II. coll. 777. sq.

aliunde venit medicus, qui dolorem hactenus sedaret, ut et tolerabilis esset, et somni cibique sumendi permitteret facultatem. Demum ita confirmatus est, ut bis equo proficisceretur Francfordiam, malo in dextri pedis digitos relegato, quos solos flectere non poterat, cætera valens. Tum a me, tum a medico frequenter monitus, ut rarius prodiret in publicum, aut vestitu contra frigus munitior prodiret: non obtemperavit, pudendum esse ratus, si quicquam omnino pristinae consuetudinis omit-tens morbi speciem præ se ferret. Iam et duos manus dextræ digitos stupor occuparat, morbi imminientis præludium. Dissimulavit et hoc, parum virile ducens quicquam morbo concedere. Denique dum in sublimi agit nescio quid, correptus, ut est probabile, vi morbi, in pavimentum decidit pronus, non sine gravi cranii vulnere. Delatus in lectum nec oculos attollebat, nec ullum sensus indicium dedit, nec ullam omnino vitæ significationem, nisi quod manum sinistram movebat, nam dextrum latus omne dissimulata paralysis stupefecerat. Ita biduum consopitus sub mortem expectatus est, ægre paulum diductis oculi sinistri genis, lingua tamen immobili, nec supervixit ultra sex horas. Ita noster Frobenius rebus humanis exemptus ad vitam transiit felicior-rem, uxori, liberis, amicis acerbo luctu, toti civitati notisque omnibus gravi sui desiderio relicto... Successerunt Frobenio in librorum eden-dorum vendendorumque negotio filius Hieronymus et gener Nicolaus Episcopus, qui Frobenianæ officinæ famam ac merita adauxerunt.

GALLENSIS, Thomas. *vid.* Walleis.

GALLINARIUS *vid.* Eucharius.

GALLVS *vid.* Alexander.

GANDA (rectius Gauda, i. e. Gouda), Iacobus de. 'ordinis prædicatorii poeta subtilissimus' (p. 18<sup>39. sq.</sup>), etiam ab Hutteno<sup>1</sup> extollitur. De eo Hartz-hemius<sup>2</sup>: „Magdalius Iacobus Goudanus, sic a loco natali nuncupatus, Gouda s. Gauda apud Batavos ad Islam fluvium non ignobili municipio, ordini s. Dominici nomen dedit Coloniae Agr. et circa a. 1460. vel 1470. professus est. Vir fuit humanarum litterarum peritus, oratoresque et poetas, grammaticos et historicos callebat quam plurimos, ac sacrorum librorum lectione et studio potissimum incubuit, eaque ratione linguas Græcam et Hebraicam coluit diligentius. Quandonam obierit, nemo certe refert, sed ad a. 1520. pervenisse facile coniicitur.“ Inter scripta viri hic quoque<sup>3</sup> præcipue 'Erarium aureum'<sup>4</sup> et Stichologia gaudensis<sup>5</sup>

1) Querelar. II. 10. vv. 181...184. (Hutt. Opp. III. p. 74.), ubi Gaudæ nomen in textu, Ganda ad marginem scriptum est. 2) Biblioth. Colon. p. 227. 3) cf. adnot. ad Hutt. Querel. I. c. 4) et 5) Erariū aureum | poetarū omnibus latine lingue cuiuscūq; etiā facultatis fuerint. professoribus accōmodū. immo | et oīm poetarū sine ipfis cōmētarijs elucidatiū |' (4<sup>o</sup>. 44 foll.) Pag. penult. „... opera expensiq; honesti viri Henrici Quentel. Anno domini m.ccccij. | xvij. kalendas Iunias. | (In ipsa inscriptionis pagina 'Hermānus Bufchius Monasteriensis | Ad lectorem |' elegiacis versibus 22 libellum commendat). In eiusdem Henrici Quentel officina a. M.cccciij. | tercio nonas februarias. | prodit Stichologia gaudensis. | Enchiridion Poetarum. | Homeomata Eorundem. | Naumachia Ecclesiastica | cū carminibus diuersis. | 4<sup>o</sup>. A...K.



nominanda sunt. Apud Hartzhemium confuse hæc memorantur: Correctorium Bibliæ etc.<sup>6</sup>; Passio magistralis dom. nostri I. Chr...c. gl. interl. Alberti M.<sup>7</sup>; Polylogus compassionis virginis Mariæ .. Colonia .. 1508.<sup>8</sup>; Eadem Domini n. I. Chr. Passio, sed compendiosius descripta; Aerarium aureum Poetarum tertio ab ipso Authore recognitum. Coloniae ap. D. Quentel 1506. 4<sup>o</sup>; Neomachia Ecclesiastica. Carmen; Vita Salomes .. Carmen 73 distichis constans. Col. 1517.; Legenda seu vita et miracula B. Alberti M. etc.<sup>9</sup> adiecit: Doctrinale altum sive liber parabolarum Alani ..; Epigrammata varia, quæ suorum lucubrationibus in commendationem operis præposuit. Foppens<sup>10</sup>: „Flavii Iosephi librum de imperatrice ratione, e græco latine vertit, Colon. 1517. 4<sup>o</sup>. . . . Scripsit præterea Poemata Moralia, ævo illo laudatissima. Legebantur ex his nonnulla MSS. Leidæ penes Marcum Zuerium Boxhornium; Ampliorem autem Operum eius elenchum lege in Bibl. scriptor. ord. Prædic. per P. Echard II. p. 44. 336.“ De nostro Iacobo si habet Ioa. Piemontani MS. Auctar. serr. eccl. p. 67.:

Iacobus gaudensis patria holandinus ordinis predicatorii et conuentus coloniensis [dictus de alta platea *inductum est*] in diuinis scripturis studiosus et eruditus et secularis philosophiæ minime ignarus sacre theologie professor et artium magister eximius ingenio excellens et eloquio clarus metro exercitatus ac prosa Scripsit quedam instructe lectionis opuscula quibus memoriam nominis sui ad posteritatem transmisit e quibus legi

[ <i>ad marg. rec. man.</i> : Vita Alberti Magni metric	li j	Alberti haud illi vasti]
Iustificatorium principum	li j	Et si consuetudinis vsvsque
Passionem domini per 5 decadas	li j	Et delegit si <sup>9</sup> quinque limpidissi
De eadem <i>ih̄</i> [stycholegiam	li j	Quoniam quidam nonnullos offenderim
De quantitate syllabarum erariū aureū	li j	Quoniam quidem a nonnullis
Carmina multa varii generis	li j	

Et alia quedam michi nec dum cognita Viuit adhuc in prefato loco plura conscribens quandoque in diem processura sub Maximiliano Imperatore a<sup>o</sup>. 1.5.9. [1509.]

De alio Iacobo Gaudano idem Auctarium p. 56<sup>a</sup> habet:

Iacobus de gaudano eiusdem domus florentij in dauantria deuotarius. et prefati Ioannis Synthi in domo clericorum in officio lecturatus successor vir utique tam in diuinis quam in secularibus litteris studiosissimus et grece lingue non ignarus exemplo predecessoris sui cuius discipulus fuerat studiose iuuentutis tum in litteris tum in virtutibus diligentissimus institutor Scripsit quedam non spernende lectionis opuscula quibus se memoratu dignum reddidit E quibus extat vtilissimum in alexandrum de villa dei commentum li j

Et alia quedam mihi non reuelata Claruit sub frederico 3<sup>o</sup> et maximiliano.

6) „Coloniæ 1508. 4<sup>o</sup>.“ sed secundum Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 7498. „Coloniæ 1500. 4<sup>o</sup>.“

7) Hain. n<sup>o</sup>. 7497. „Textus dominicæ passionis accuratissime collectus. Coloniae 1499. 4<sup>o</sup>.“

8) „Qua in editione dicitur F. Iacobus Gaudensis vir, devotus, Conuentus Coloniensis Penitentiarius, ex ditissima Provincia Hollandiæ procreatus, optimarum artium Scrutator indefessus.“

9) „Coloniæ ap. Koelhoff 1490. 8<sup>o</sup>.“ sed Hain. n<sup>o</sup>. 7499. Alberti M. Legenda. 1489. 4<sup>o</sup>. 10) Bibl. Belg. p. 514.

GANDA (rectius GAVDA s. Gaudanus, i. e. de Gouda), Theodoricus de, ‘mellifluus pater frater, ordinis Carmelitarum, venerandissimus legatus

almæ Universitatis Coloniensis, providissimus artista, philosophus, argumentator et theologus supereminens' (p. 3<sup>32</sup>), theologiæ doctor, provinciæ Allemanniæ inferioris provincialis, „se strenue gessit (ut Hartzheimius<sup>1</sup> scripsit) contra hæreticos, dum in Germania religio orthodoxa ubique impugnaretur, diversa contra hæreticos edidit volumina, quibus eos impugnavit. Eiusdem Theodorici operibus [*vult* opera] aliquando usa fuit alma Coloniensis universitas [*immo*, theologica facultas<sup>2</sup>], cuius causa ablegatus fuit ad universitatem Parisiensem in causa fidei super condemnationem improbissimi et impurissimi Speculi Ocularis . . . Reuchlini<sup>3</sup>, de qua sua legatione Theodoricus conscripsit 'Libellum per modum epistolæ, quam dicavit Henrico Geleen ss. theol. doctori'. Obiit d. 1. Sept. a. 1539." Hic qui 'per modum epistolæ conscriptus libellus' ab inloto Hartzhemio indicatur, famosus ille est cui inscripserunt 'Acta doctorum Parrhisiensium'<sup>4</sup>. Foppens hunc Theodoricum prætermisit, nam de quo loquitur Theodoricus Gerardus Gaudanus medicus fere æqualis fuit. sed de nostro providissimo aperte accipienda sunt, quæ Agrippa ab Nettesheim<sup>5</sup> ad Colonienses senatores inter alia scripsit, hæc: „Similis luti [atque Theodoricus Westphalus, a Coloniensibus, quamvis illiteratus, in theologiæ licentiatum promotus] alium quendam plasmaverunt sine doctrina, sine literis, sed hominem callidum, atque versutum, eoque aptiorem illorum sycophantiis, Monachum ordinis Carmelitarum, quem ob id solum meritum, quod Magistrorum nostrorum Coloniensium contra Capnionem calumnias, nunc toto<sup>6</sup> Christiano orbi cognitas, sollicitaret, Theologica sua aureola remunerarunt . . .“

1) Biblioth. Colon. p. 302. 2) cf. infra Commentar. ad p. 4<sup>1</sup>. 3) Vide p. 34<sup>11</sup>.

4) Vide supra p. 82. Ind. scrr. n°. xvi. 5) epist. supra p. 294. art. 'Acsticampianus' cit. 6) sic.

GARLANDIA, Iohannes de (p. 12<sup>12</sup>) sive Gallandria s. Garlandria s. Hortulanus, Anglus sive Hibernus, a patrio oppido puto cognominatus, grammaticus et poeta, circa a. 1040., plures etiam scholasticos libros<sup>1</sup> composuit, quos cum Obscuri passim inter veteres auctoritate insignes Latinæ linguæ doctores laudent, Bebelius<sup>2</sup> ab eis „tanquam a venefica cicuta, a labe ingenii pestifera“ cavendum esse suadet: „multo enim plus delirat in synonymis, æquivocationibus et interpretationibus, quam hic Eberhardus [Bethuniensis]. . . Quare consultissimum tibi sit eius libros omnino declinare, et una litura omnes delere, ne te falsis molestisque grammaticarum fabulamentis irretiant“. Huc pertinent imprimis a Fabricio<sup>3</sup> et sæpius in his epp. O. V. memorati: CORNVTVS (p. 12<sup>12</sup> 58<sup>23</sup>) sive antiqua distigia [i. e. disticha moralia hexametricalia<sup>4</sup>]; VERBA DEPONENTALIA<sup>5</sup> (p. 243<sup>31</sup>) sive 'Metricus de verbis deponentialibus libellus'<sup>6</sup>. Alia

1) De singulis infra. cf. in universum Panzer Ann. typogr. V. p. 213. X. p. 326.

2) Comm. epistt. conficiendar. p. xxxvii<sup>b</sup>. sq. 3) Bibl. Lat. med. et inf. æt. III. p. 56. sqq. 4) Primum prodiit a. 1481. Zwollis: Hain. n°. 7469. Qui a. 1489. Hagenœ ap. Henr. Gran editus est (Hain. n°. 7470.) primus Hagenœ impressus liber est. cf. Panzer Ann. typ. III. p. 566. n. 8. 5) Hain. n°. 7487.

7488. 6) Hain. n°. 7489.

huius Ioannis libelli grammatici, quibus etiam in studio Coloniensi utebantur, sunt *SYNONYMA*<sup>7</sup>, quæ incipiunt:

Ad mare ne videar latices deferre, camino etc.

exeunt v. 705.

Ex utero dicti germani sunt uterini. | Expliciunt *synonyma*.“;  
*EQVIVOCA*<sup>8</sup>, incipientia:

(a) Nomen signat trahitur profertur utrumque;

*NOMINA ET VERBA DEFECTIVA*<sup>9</sup>, in quorum exemplo Coloniensi a. 1501. 4<sup>o</sup>. auctore multo magis barbarus glossator præfatus est: „... causa efficiens dicitur fuisse magister Iohannes de Garlandia, qui hunc librum ex diversis autoribus autenticis s. ex antiquo grecismo novo hugutione in unam formam . . . redegit“. scilicet Iohannes qui medio sæc. xi. scripsit, emendavit Græcismum sæculo post compositum, et Hugutionis Pisani librum derivationum ineunte sæculo xiii. in lucem editum. — De Ioanne de Garlandia<sup>10</sup> Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 57<sup>b</sup> sic:

Ioannes de garlandia homo in secularibus litteris sufficienter instructus et dinarum scripturarum non ignarus grammaticus suo tempore haud inutilis Scripsit quidem non abijcende lectionis sintagmata quibus memoriam sui apud posteros reliquit E quibus extant

Verba deponentalia	li j	Vescor cum potior
Composita verborum	li j	A fipo composita
Carmina quedam proverbialia	li j	

Et quedam alia Claruit in illo tempore . . . . .

7) Hain. n<sup>o</sup>. 7471...7480. adde ed. Colon. per Henr. Quentell. cum *Synonymis* coniunctam a. 1504. Novissima repetitio est ap. Polyc. Leyser hist. poet. med. ævi p. 312...338. 8) Hain. n<sup>o</sup>. 7480...7486. adde ed. Colon. cum *Synonymis* coniunctam. Apud Leyser l. c. p. 338. sic incipiunt:

Augustus [i. Augustus] ti, to, Cæsar vel mensis habeto.

Augustus, tus, ui, vult divinatio dici.

9) Hain. n<sup>o</sup>. 7490. 7491. 10) de quo cf. scripta quæ supra not. 2. ad art. Ianua citavimus et Leyser l. c. p. 311. sqq.

GELFF, Bernhardus, magister Parisiensis. Dubito num præter laudem, quam sibi in Obscurorum conventu Romano hic (p. 186<sup>16</sup>) descripto meruit, aliud ingenii documentum posteris reliquerit. Cavendum autem est, ne quis quæ de Bernhardo Luxemburgensi Foppens et Hartzhemius ex Echardo rettulerunt, ad hunc iuvenem, qui 'et etiam in theologia habet bonum fundamentum', trahat. Moneo *gelf* s. *gelff* Germanice esse 'clamatio, iactantia'.

GELTERSHEIM, Valentinus Engelhardi s. Engelhart de Geldersheim (qui vicus est Franconicus prope Suenofurtum), Coloniæ maioris ecclesiæ canonicus, a. 1503. theologiæ licentiatus et rector universitatis, magister noster in bursa Montis (p. 12<sup>3</sup> 189<sup>39</sup> 240<sup>19</sup>), ubi logicam docuit (p. 219<sup>28</sup>), recens advenientium studiosorum ut bursarii sui fierent avidus captator (II. 29.), qualem nostri studiosi *Fuchsjäger*, *Keiler*, *Studentenfänger* appellant. is iam a. 1477. captavit inter alios aut certe in suam bursam

recepit etiam Conradum Celtim<sup>1</sup>, qui etiam suum nepotem a. 1496. Valentino commendavit<sup>2</sup>. De homine hæc habet Bianco<sup>3</sup>:

„Valentin von Engelhard aus Geldersheim im Würzburgischen, Canonicus der hiesigen Domkirche, legte zu diesem Gymnasium [Montanum], welchem er 27 Jahre vorstand, den Hauptgrund; er erwarb 1504. das s. g. Steinhaus zum Thurm, belegen auf dem Pohl, den 16 Häusern (platea sedecim domorum) gegenüber, auf der Stelle, wo das Gymnasium Montanum (zuletzt das alte Regierungsgebäude) bestand und fügte seinen zu Gunsten des besagten Gymnasiums gemachten Erwerbungen folgende Bedingungen bei: 1) daß die Doktrin des h. Thomas von Aquin in dem Montaner-Gymnasio vorgetragen werde. ... [Die Stiftungsurkunde vom 7. Juli 1504. s. p. 256... 58.] Dieser am 28. Juni 1503. zum Rector der hiesigen Universität erwählte Vul. Engelhard stiftete auch in seinem Geburtsorte Geldersheim ein vortrefflich eingerichtetes Hospital. ... Valentin starb 1526. und wurde in der hiesigen Domkirche vor dem Altar der h. Anna beerdigt.“

- 1) Cf. supra p. 342. art. Celtis. 2) Klüpfel de vita Celtis. Frib. 1827. 4<sup>o</sup>. II. p. 149. „Anno 1496. [Celtis] ad Valentinum Engelhard de Gelderheim, Conrectorem bursæ Montis Colonie Agr. similem litterarum misit fasciculum. Promisit carmina; atque commendavit suum nepotem.“ 3) *Gesch. der alten Universität Köln*. 1855. 8<sup>o</sup>. p. 266.

GEMMA GEMMARVM (p. 4<sup>ta</sup> 298<sup>12</sup>). Exempla multa prodierunt, plura quam XIII, quæ Panzer. Ann. typ. XI. p. 182. sq. ab anno 1484. usque ad 1520. edita esse indicavit. ego maxime usus sum exemplo impresso ‘Hagenow p industriū Henricū Gran ... 1507. altera die post festū sancti Bartholomei apki’ in 4<sup>o</sup>, cuius inscriptio est ‘Vocabularius Gemma | gemmarū. Quia per in|fertonem multorum volcabulozū emendatus est | ideo merito Gemma gēmarū appellatur’. Auctor de quo nec mihi constat, in prologo primum laudat Britonem, Huguitionem, Papiam, Catholicon, Braziloquum [sic], Breviloquum ceterosque qui latinum per aliud solum latinum exposuerint; tum ‘hanc preciosam Gemmam’ ait ‘multo labore comparatam ad sanctam et felicem civitatem Coloniam famosissimam’ deductam esse. ‘Quæ Gemma priusquam ex conflatis Catholicon et aliorum supradictorum officinis excesserit, adeo polite exarata est ... ita accurate et appropriate vocabula latine teutoniceque traducit et exponit, ut de tam parvo volumine dici posset nihil supra ...’ Sequitur ‘Antonii liberi [Frey] Susatensis in laudem inclyte Colonorum vrbis Epigramma’. Colonie circa a. 1500. hunc vocabularium satis barbarum compositum esse affirmat etiam Du Cangius qui in Glossarii præf. § LI. „... Vocabularius optimus, Gemma vocabulorum dictus, editus Daventriæ a. MDII. Aliud Gemma gemmarum inscriptum, Colonie editum a. MDII.“ Etiam Iohannis Tortellii, Arretini, Vocabulorum gemma a. 1495. exarata fuerat per ‘providum virum Hermannum Bomgart de Kettwyeh Coloniensem impressorem’ (Hain. n<sup>o</sup>. 15578.), de quo Tortellio, Nicolai PP. V. a cubiculis († 1466.) cf. Diss. de lexicis Lat. Gesneriano Thesauro præmiss. et Fabricii bibl. med. et inf. æt. IV. p. 448. sq.

GEORGII, Cardinalis sancti. *vid.* Riarius, Raphael.

GERBELIVS s. GERBELLIVS, Nicolaus, Phorceensis, pictoris filius, cum in patria et ineunte sæc. XVI. Vindobonæ<sup>1</sup> litterarum studia inceperat, Colonie Agrippinæ in universitatis matriculam sic inscriptus est a. 1506.

1) Cf. Denis, *Wiens Buchdruckergesch.* p. 85.

„Iunii 16. Nicolaus Gerbellius phorcensis ad artes iuravit et solvit“<sup>2</sup>. Mutuæ eius Trithemique a. 1507. scriptæ epistolæ nobis servatæ sunt<sup>3</sup>. Cum linguarum iurisque studio felici successu incubuisset<sup>4</sup>, Vindobonæ iuris professionem (de qua tamen dubitat Denisius) exercuit, inque Cuspiniani<sup>5</sup> Ioannisque Pierii Gracci amicitiam venit. „Inde Argentoraturn vocatus (ut maxime ex Pantaleone<sup>6</sup> Adamus<sup>7</sup> rettulit) bonas litteras promovit, cunctis gratissimus, operamque dedit collegio in illa urbe sacerdotum primario. historiarum lectione delectatus antiquorum et recentum populorum res gestas explicavit, atque hactenus abstrusa in lucem adspectumque produxit.“ Sacerdotium primarium impetrare primum non potuit, deinde noluit, ut Wimphelingus<sup>8</sup> testatus est. Inter Reuchlinistas Gerbellius ex strenuissimis fuit<sup>9</sup>, reformationique et humaniorum litterarum studio docendo scribendoque eximie favit<sup>10</sup>, denique indefessum cum doctissimis sui temporis hominibus permultis epistolarum commercium exercendo atque in typographorum officinis, Schureriana præcipue Argentoratensi atque Anshelmiana Setzerianaque Hagenoensibus, librorum bonorum bene emendateque edendorum curam gerendo<sup>11</sup> optimam nominis famam meruit. Iure consultis in memoriam revoco Gerbellium Ictorum vitas Basileæ a. 1537. 4<sup>o</sup>. publicatas edidisse. Tribus mensibus ante Melancthonem amicum, cuius ipse non nulla scripta ediderat, Gerbellius valde senex et ætate decrepitus Argentorati animam exhalavit d. 20. Ian. a. 1560. Inter recentiores de Nostro præcipue conferendus est A. Iung<sup>12</sup>. De eo Ioa. Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 117<sup>b</sup> sic:

„Nicolaus gerbellius natione teutonicus homo et ipse in litteris humanitatis satis nobiliter institutus ingeniosus idem et eloquens cuius nonnullæ feruntur lucubrationes quibus nomen suum posteritati innotuit E quibus vnicum dumtaxat hucusque vidi carmen quod in laudem germanie et vehi sui triumphum cesareum composuit Viuit adhuc et plura componit.“

- 2) C. Krafft in *Ztschr. f. preuss. Gesch. Berl.* 1868. 8<sup>o</sup>. p. 483. 3) Trithem. Opp. Ff. 1601. fol. II. p. 543. sqq. 4) Cf. Hutt. Opp. II. p. 102<sup>13</sup>. 5) Cf. supra p. 355. h. art. 6) Prosopogr. Basil. 1566. fol. p. 275. 7) Vitæ Germanor. Ictor. Haidelb. 1620. 8<sup>o</sup>. p. 133. sq. 8) Vide locum infra art. 'Storckius' transcriptum. 9) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>16</sup>, cf. I. num. xxxv. II. 459. sq. 10) Cf. etiam Hutt. Opp. II. numm. cclxx, cccxii. cccxxxvi. 11) Cf. I. C. Zeltneri theatr. viror. eruditor., qui typographiis .. operam præstiterunt. Norimb. 1720. 8<sup>o</sup>. p. 232... 237. 12) *Gesch. der Reform. in Straßb.* 1830. 8<sup>o</sup>. I. p. 195... 202.

GEREANDER *vid.* Vereander.

GLAREANVS i. e. Henricus Loriti s. Loritus, in vico *Mollis* pagi Glaronensis a. 1488. natus est. Bernæ primum Rotvillæque sub Michaelæ Rubello Latine didicit. tum secundum Herzogium<sup>1</sup> „ex patria egressus varias academias adiit et omnis generis artibus diligentissime incubuit; inprimis Viennæ Austriæ, ubi Ulricum Zwinglium, Vadianum, Ioh. Fabri Ecciumque condiscipulos habuit; et dein Colonia Agrippinæ philosophiæ operam dedit...“ a. 1506. in matriculam universitatis Coloniensis

1) Athenæ Rauric. p. 247.

inscriptus est „Iunii 5. Henricus Loerete de Glaris ad artes iuravit et solvit“<sup>2</sup>. Coloniae „in gymnasio Montano accessiones ad eruditionem non vulgares fecit, et testimonium philosophicorum profectuum publicum virtute et doctrina sua promeruit“<sup>3</sup>, h. e. magisterii titulum obtinuit a. 1510. Vere a. 1508. Hermannum in ‘Flora’<sup>4</sup> urbis laudem canentem summo opere admiratus est Glareanus. „Ei (Herzogius pergit) domum reverso a. 1510. pastoratus ecclesiae in Mollis deferebatur, quam vero non accepit, et Lucernam abiit, ubi aliquamdiu commoratus Zvinglii et Myconii causam fortiter egit. In arte praesertim poetica ita excelluit, ut a. 1512. a Maximiliano I. Caesare laurea poetica fuerit donatus.“ Extat ‘In diui maximiliani Romanorum Imperatoris semper Augusti laudem et praconium Henrici Glareani helvetii poetæ Laureati. In gymnasio Montano apud Agrippinenses philosophantissimi et Mathematici perspicatissimi Carmen panegyricum. (6 fol. in 4°. c. praef. Ortvinii Gratii.) Coloniae ex officina nostra litteraria decimo septimo Cal. Octobris, Anno a natali christiano mcccccxii<sup>5</sup>. Relicta Colonia Ortvinique olim sibi familiarissimi amicitia „anno 1514. (Herzogio teste) Basileam venit, Erasmo, Budæo atque Zasio familiarissimus evasit“, atque inter alacriores Reuchlinistas nomen suum professus est<sup>6</sup>; acrem Reuchlinistam cognoscimus etiam ex ipsis O. V. epp.<sup>7</sup>, et nunc quoque<sup>8</sup> sub Gloriciani s. Cutii Gloriciani nomine, quo utitur cavillabundum edictum ‘Contra sentimentum Parrhisiense’<sup>9</sup>, Glareanum latere puto. Anno 1518. sic laudat eum Chph. Crassus: „communiceps noster, vir doctus simul et diligens, quoque meliorem neminem dixeris, is aliquando mihi discipulus, nunc laborum socius, nihil prorsus in literarum studiis operæ in Viennensi Lycæo intermittit“<sup>10</sup>. „Dein (Herzogii verba sunt) a. 1521. Lutetiam fuit profectus“, ubi per triennium, regis stipendio usus, substitit... Eruditioni Glareani eximiae accessit vitæ integritas et singularis modestia, qui principum aulas, in quas sæpe fuit invitatus, fastidiebat, bonis literis unice se natum existimans. temperantissimus fuit in victu. ... Lutetia cum Basileam rediisset<sup>11</sup>, in professorum numerum adlectus et philosophorum ordini fuit adscriptus poeticam præcipue et mathesis, quam restaurasse dicitur, publice professus. Oeconomus quoque in collegio fuit constitutus, ubi publice privatimque docendo de iuventute pulchre, imo optime est meritus. Decanatum etiam philos. gessit a. 1526. Basileæ etiam duxit uxorem.“ ... Sed facta Basileæ religionis mutatione a. 1529. cum aliis Friburgum Brisgoiæ commigravit<sup>12</sup> ... et historicam atque poeticam pro-

2) C. Krafft in *Ztschr. f. preuss. Gesch. von Hassel*. 5. Jahrg. Berl. 1868. 8°. p. 483.

3) Adami ea verba sunt.

4) quam Floram ipse Glareanus a. 1554. denuo edidit. 5) Sic Krafftius not. 2. cit. 6) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>20</sup>. cf. etiam Glareani epistolas supra p. 129. 141. in Consp. chronol. indicatas. 7) cf. p. 248. cum p. 73. 8) Cf. infra Comm. ad Epp. O. V. p. 248<sup>12</sup>. 9) repetit. in Hutt.

Opp. VI. p. 318. sqq. 10) Denis Wiens *Buchdruckergesch.* p. 186. 11) Sed iam a. 1517. (?) Nuenarius ‘a Glareano e Galliis nuper literas accepit’. Hutt. Opp. I. p. 149<sup>8</sup>. 12) Cum Friburgi professor esset Glareanus, liber baro Sigism. in Herberstein Defensionem iniuste delatorum, quæ Vindobonæ s. a. 4<sup>o</sup>.

prodiit, illi dedicavit. cf. Denis l. c. p. 672. Et ipse Glareanus in dedicatione suæ Epitomæ de sex arithmeticæ practicæ speciebus, quæ Vindob. s. a. 8<sup>o</sup>.

fessionem ibi magna cum laude obiit; hic in Zvinglium, cuius ecclesiæ reformandæ conatus olim probaverat atque defenderat, graviter fuit invectus. tandem cum rem literariam diu voce et scriptis adiuvasset, ætate et laboribus exhaustus fatis concessit d. 28. Mart. a. 1563.“ Hæc Athenæ Rauricæ (Herzogii) p. 247. sqq., ubi scripta quoque viri magnam partem etiam nunc utilia indicantur p. 250. sq.<sup>13</sup> Vitam Glareani peculiari libro Friburgi a. 1837. edito descripsit Henr. Schreiber, quem ad manus non habeo, contuli autem Pantaleonem<sup>14</sup> et Adamum<sup>15</sup>.

prodiit: „Excidit mihi ante annos aliquot libellus de supputandi usu, quem primum Lutetiæ olim meis auditoribus Helvetiis, qui una mecum stipendio alerentur regio: Deinde Basileæ ac Friburgi prælegere consueveram ... Friburgi Brisgoiæ anno a Chr. nato. m.d.xxxviii. Calendis Iuniis.“ *Denis* p. 663. 13) Cf. etiam *Denis* p. 254. 386. 14) *Prosopogr.* III. p. 126. sq. 15) *Vitæ Germanor. philosophor.* Hdlberg. 1615. 8º. p. 236...240.

GRATIVS (*de Graes*), Ortvinus, in vico Holtwick prope Coesfeldiam Westphaliæ natus, sed Daventriensis cognomine non solum inter obscuros viros clarissimus: Daventriæ enim a patruo Ioanne de Graes educatus<sup>1</sup> Hegium præceptorem habuit, ibique bonis litteris non infelicem operam dedit usque dum Colonix domicilium numquam postea mutatum figeret, anno 1501. rectore Gerardo Harderovicense in matriculam universitatis Coloniensis inscriptus est „Ortwinus de Daventria iuravit ad artes ... pauper“<sup>2</sup>; anno 1502. baccalaureus, anno 1506. magister factus, anno 1507. ad facultatis regentis concilium lunæ post visitationem Mariæ receptus, bursæ Cucanæ professor fuit a. 1509., quodlibetarius declamator electus est a. 1511.<sup>3</sup> Quentellianæ officinæ typographicæ præsidem et correctorem eum præfuisse Cratopolius testis est, et Caprimulgius noster p. 11<sup>7. sqq.</sup>, sed et aliis minus litterariis negotiis in illa domo Gratium sese intulisse epistolæ O. V., quæ paucis exceptis<sup>4</sup> ad eum scriptæ finguntur, passim produnt. anno 1514. Ortvinum gradus in sacra theologia nondum adeptum fuisse Vickelphius I. 23. docet, neque anno 1515., si penes medicinæ quasi doctorem Nicolaum (p. 65<sup>9</sup>) fides est. Obiit Colonix xi. kal.

1) Ortvinus ipse de se puero hæc: „Id quod olim dominus Ioannes de Graes vir alto natus sanguine et meus (ut dixi [7 pagg. ante]) patruus quum aliquoties secum cogitauisset: me qui unicus Federici fratris sui filius essem patri primum meo subtrahendum: ac deinde (tanquam qui omnia prius experimento didicerat) studiis præclarioribus erudiendum destinavit. Verum ubi virtute duce et fortuna comite a suo superiore montanis in Dauentria ciuibz pastor offerretur [sic]: annoque sequenti et confratres suos in Vaerler vocatus pergeret: me ex domo illinc paterna que non longe a conuentu illo nobilissimo distabat vagientem adhuc et prope in cunabulis iacentem Dauentriam secum contulit. Vbi me tam diu maximis suis expensis enutriti fecit: donec ad almam nostram universitatem quam hõnорifice mitti possem. Tum demum me ita communi palestra distractum esse volebat ut intra viginti annos domum paternam videre non liceret. Preclare profecto. &c.“ Orationes quodlibetice periucunde Ortvini Gratij infra not. 12. citt. pag. 3ij<sup>b</sup>. 2) *C. Kraft* in *Ztschr. f. preuss. Gesch. v. Hassel.* 5. Jahrg. Berl. 1868. 8º. p. 478. sq. 3) vide Foppensi Hartzhemique Bibll. 4) i. e. I. 31. 35. 44. 49. II. 68. 69. et quæ ipsum Ortvinum auctorem præ se fert, I. 34.

Iunias a. 1542. Hamelmannus<sup>5</sup> de Gratio: „Hic scripsit multa et postquam esset aute annos 50 inter præcipuos cum Ioanne Cæsario et Iacobo Greselio, professores academïe Coloniensis, miser ille nimium indulsit affectibus, et confidens stylo ac auctoritati, qua mediocriter valuit<sup>6</sup>, cepit causam Hochstrati defendere. Itaque in ipsum confictæ sunt epistolæ obscurorum virorum ab Hermanno Comite de Nova Aquila [?], Ulrico ab Hutten, et Hermanno Buschio, Cæsario [?] et aliis, quanquam Buschius propter patriam concivi parcere debuisset, sed ipse Ortwinus antea Buschium anno 1511. irritaverat, scribens: insulsæ et inepte esse factum a Buschio, quod scriberet Theologis, Philosophis et magistris fore utilem suum in Donatum commentarium. Hinc illæ lachrymæ. Emisit tamen apologeticum ad virulenta ista scripta, quo se mirum in modum excusat Ortwinus etc.“ Scripta Ortvini ab Hartzhemio<sup>7</sup> enumerata sunt: 1) Fasciculus rerum expetendarum etc.<sup>8</sup>. 2) Triumphus B. Iob Prophetæ versu elegiaco Lib. III. Colon. fol<sup>o</sup>. ap. Quentel. . . 3) Apologia adversus Ioannem Reuchlinum . . .<sup>9</sup>. 4) Lamentationes O. V.<sup>10</sup>. 5) Præfationes in opus Victoris de Carben<sup>11</sup>. 6) Orationes quodlibeticæ periucundæ . . .<sup>12</sup> Oratio I. de Philosophiæ laudibus. II. In commendationem Grammaticæ. III. Dialecticæ. IV. Rhetoricæ. V. Poeticæ. VI. Arithmeticæ. VII. Musicæ. VIII. Geometriæ. IX. Astronomiæ. Oratio facetiarum et invectivarum contra inimicos Philosophiæ. 7) Epistola . . ad V. Magistrum Everhardum Radinck . . Subiicitur vitæ Bernardi de monte Iovis scriptæ per Henricum Glareanum Helvetium Poetam laureatum, et Coloniensis Academïe in AA. Magistrum. in 4<sup>o</sup>. in Bibl. Cartusianor. Coloniæ. 8) Criticomastix Peregrinationis Ortvini Gratii ad Petrum Ravennatem I.V.D. Coloniæ, in quo multa de viri illius et Academïe laudibus. Lugduni 1511. in 8<sup>o</sup>. cum alphabeto IV. Ravennatis ibidem in 4<sup>o</sup>. 1517. post alphabetum aureum. Extat in Cartusia Coloniensi G. 233.“ Multa passim Ortvini epigrammata, non omnia omnino contemnenda, in æqualibus libellis, maxime qui e Quentelliana officina prodierunt, legi memorandum, neque hic prætereundus est libellus ‘Gemma prenosticationum, quem in memoriam hominum revocavi supra<sup>13</sup>. Ioannes Piemontanus in MS. Auctario serr. eccl. fol. 84<sup>a</sup> sic:

5) Opéra geneal. hist. de Westphalia. Lemgov. 1711. 4<sup>o</sup>. p. 198. 6) cf. iudicium Quadi Kinkelbacensis in Hutt. Opp. II. p. 474. n<sup>o</sup>. cccclii. 7) Biblioth. Colon. p. 262. 8) cf. Ind. bibliograph. Hutt. p. 94\*. num. 54. 9) quam dedimus Hutt. Opp. VI. p. 396...416. 10) ibid. p. 323...397. 11) cf. supra p. 63. Ind. serr. num. iiii. 12) laudatæ illæ, ostentationis et inanis doctrinæ undique surreptæ plenæ, semel tantum quod sciam prodierunt „Colonie per honestum ciuem | Henricum de Nufcia. Anno domini. m.ccccc.vii.“ 4<sup>o</sup>. 38 foll., sign. A...G. Inscriptio hæc est: Orationes quodlibetice periucunde Ortvini Gratij Dauentriensis Colonie bonas litteras docentis. Quarum | prima diuine philosophiæ preconia per multas partes | complectitur: et diuinum Albertum (quæ vere magnū appellamus) ceteris phis anteponit. Reliquæ vere [sic] de septez libera libus disciplinis & poetica. miro quodā artificio. adiunctis [sic] | etiā quibusdā facetijs in ordine subsequuntur. | ¶ Eualtheri Tangherij Busciducensis viri docti | Epigramma in cōmendationē operis perelegans. | sequitur tumidæ laudis plenum dodecastichon. 13) p. 97. sq. Ind. serr. n<sup>o</sup>. xxvi\*.



Ortwinus gracios natione theutonicus patria dauentrieñ artium liberalium magister ingenio promptus et sermone cultus poeta quoque insignis cuius plurima in varias impressiones extant epigrammata atque epistolæ ad plures haud inelegantes Scripsit quoque

Ad scin job instructam aōne; car j

Ad petrum rauennatem epl'am j

Alia que cudit adhuc sunt mihi ignota Viuit adhuc et plura indies componit in vniuersitate colonieñ magno in precio habitus sub Max 159 [i. e. anno 1509.]

Iam si quærimus cur Ortvinum elegerint Obscurorum derisores, ut ad cum epistolas fere omnes datas fingerent eumque vel in libellorum inscriptionibus quasi publicæ ignominie exponerent, ne vulgari responsione, ipsum pro Pepericornianorum scriptorum vero auctore habitum fuisse, decipiamur (nam ea, ut solent vulgares opiniones, falsa veris commiscet), accuratius temporis, quo libelli ad rem nostram pertinentes prodierunt, ratio habenda totaque quæstio sic restringenda esse videtur: qua de causa epistolæ quæ primo exemplo continentur (I. 1...41.), omnes (nam excipiendæ 31. 34. 35. nullam explicationis difficultatem adferunt, et eandem quam veteres, i. e. principe exemplo publicatæ epistolæ semel ingressæ fuerant, viam etiam novæ, i. e. editionum 3...5., tenuerunt) ad Ortvinum directæ sunt? Exeunte anno 1515., primi Epp. O. V. exempli natali, octo Pepericorniani libelli antiudaici Germanice prodierant (Ind. serr. n°. II. III. V...VIII. XII. XVII.), ex quibus quinque etiam Latine publicati (II. III. V. VI. ab Ortvino, VII. a Kantero translati) vix Reuchlinistarum oculos in se traxerunt, impudentiores autem (VIII. XII. XVII.) Germanice tantum, et aut nullo aut tenui Ortvini adiumento, facti erant; atque hi fere soli in Epp. O. V. obiter vapulant. Ipse vero ambitiosus Ortvinus, nimius sui æstimator gloriæque procacius cupidus, a. 1514. ediderat Prenotamenta (Ind. serr. n°. XIII.), eaque non poterant non provocare Reuchlinistarum acerbas facetias, itaque incidit in ustulantem Croti saturam, qua nondum satis conceptus cum ex Pepericorni famoso libello Germanico *Beschyrmung* quasi novum Latinum fecisset (cf. Ind. serr. n°. XXI.), Hutteno auctoratus iuit. (cf. comm. ad p. 181.) Ceterum felicius quo sagittas suas humanistæ q. v. dirigerent signum vix eligi potuit: nam Ortvini ingenium, mores, eruditio, eximium exemplum præbebat eius artium ac litterarum omnisque præcipue doctorum hominum vitæ rationis condicionisque, quæ postquam per superiora tempora suo iure optinuerat, tum tandem per eam vicissitudinum necessitatem, quam humani generis progressum vocant, superanda inque aliud sæculum transformanda erat. certe Ortvinus ille Obscurorum quasi idolum suo more magis quam Nonobscurorum magna pars lucebat, neque hodie, si viveret, Lutherus, Ortvinum 'asinum, canem, immo lupum rapacem, si non potius crocodilum', vocaret, ut fecit ep. d. 5. Aug. a. 1514. Spalatino scripta, quam repetivimus in comm. ad epist. II. 58.

GREYFERIVS, Ioannes (p. 293<sup>19</sup>), clericus ut videtur Wimpinensis, mihi ignotus: nam de magistro Ioanne Greiff, Reuchlini procuratore<sup>1</sup>, noster magister Abraam Isaac certe non loquitur.

1) Cf. supra p. 130. Conspectus chronol. d. 20. Febr. a. 1514.

GRIMANVS, Cardinalis sancti Marci. „Dominicus Grimanus, Antonii Venetorum ducis pientissimus filius, natus d. 21. Iul. a. 1463. [?]; 'vix trigesimum agens annum' [immo tricesimum tertium] diaconis primo, mox presbyteris cardinalibus adscriptus est. Præfuit diaconus ecclesiæ s. Nicolai inter imagines, et presbyter ecclesiis s. Marci et s. Nicolai inter imagines . . . Patriarchatum Aquileiensem [ab Alexandro PP. VI. d. 13. Febr.] anno 1498. . . sibi delatum summa prudentia rexit. Præfuit episcopus ecclesiis Albanensi ac Portuensi, Urbinatem et Cenetensem ecclesias administrandas suscepit a. 1514. d. 2. m. Maii; at post sex annos Cenetensem renunciavit, et post octo Urbinatem. . . Vixit annos LXII. menses VI. dies VIII. Obiit XXVII. Augusti MDXXIII.“ Sic Ciaconius<sup>1</sup>. sed hi epitaphii numeri, qui iusti sunt<sup>2</sup>, non conveniunt cum indicato natali die, sed nec cum eo quod Friedländer<sup>3</sup> scripsit: „*er stirbt 1524. nicht 1523., wie Marchesi in den Protonotarij partecipanti sagt*“. In epistola Reuchlini ad Grimanum d. 15. Iul. a. 1515. scripta<sup>4</sup> hic „nunc capitis mei dumvir“ appellatur: hunc enim adiuncto cardinali Anconitano<sup>5</sup> Leo X. cum Reuchlinus (pro quo tum imperator compluresque Germaniæ principes, tum non nulli ecclesiæ primates et episcopi cum magna civitatum inlustriumque virorum copia intercesserant<sup>6</sup>) causam suam ad curiam Romanam devolvisset, illi cognoscendæ præfecerat: itaque publicis litteris d. 8. Iun. a. 1514. datis<sup>7</sup> et Hochstratum et Reuchlinum Romam citavit. Hochstratus ovans ac divitiis ad largitiones faciendas onustus venit, at non longe post ut lupus hians discessit<sup>8</sup>; Reuchlino ut per procuratorem<sup>9</sup> rem ageret propter senium concessum est. Grimanum Reuchlino favisse alia quoque documenta<sup>10</sup> ostendunt, itemque extollitur p. 233<sup>11</sup> et in Hochstrato ovante passim<sup>12</sup>.

- 1) Vitæ pontific. III. p. 180. 442. 2) cf. etiam adnot. ad Hutt. Opp. p. 381.  
 3) *Beiträge zur Reformationsgesch. Berlin* 1837. 8°. p. 38. 4) cf. supra p. 138.  
 Consp. chronol. ad d. cit. 5) cf. supra art. Accoltis, Petr. de. 6) cf. Consp. chronol., supra p. 134. sqq. 7) cf. ibid. p. 132. ad d. 8. Iun. 1514. 8) cf. Ep. O. V. II. 53. cum comm. 9) cf. infra art. Wick. 10) vide imprimis Consp. chronol. not. 6. cit. 11) e. gr. §§ 27. 29. 35. 51. in Hutt. Opp. VI. p. 472. 474. sq. 479.

GROCINVS, non Ioannes, ut p. 53<sup>22</sup> legitur, sed Guilielmus, Bristoliensis Anglus, „præter theologiæ professionem in omni genere disciplinarum usque ad morositatem exacte versatus. is tamen, ut ad multam ætatem vixit [decessit a. 1522. octogenario maior], ita nihil<sup>2</sup> scriptum reliquit. attactus paralyti plus minus annum ipse sibi superstes fuit“. „primum in Anglia Græcæ linguæ rudimenta didicit. post in Italiam profectus audivit summos viros<sup>1</sup>, præcipue Demetrium Chalcondylam et Angelum Politianum. Multis locis Erasmus viri mores doctrinamque laudibus effert, quem patronum quoque præceptoremque suum in epistola ad Wentfordum

- 1) Erasmi verba sunt, a. 1524. scripta. 2) hoc Erasmicum 'nihil' non ita strictè accipiendum est: nam præter epistolas alia quoque opuscula, Tractatum contra hostiolum Io. Wiclevi, Grammaticam, vulgaria puerorum epigrammata nominat Iöcher v. Grocinius. Quos idem citat libros, Woodii Athenas Oxonienses et Knight's life of Colet, mihi ad manus non sunt.

a. 1515. scripta salutatur, quique primus inter Reuchlini Anglicos amicos nominatur<sup>3</sup>. Ex Italia reversus Grocinus primum Græcas litteras Oxonii, tum Londini ad s. Pauli ædem, cui Ioannes Coletus decanus præfuit, theologiam docuit. Cum Thoma Linacro Guilelmoque Latimero, quos item Erasmus suos amicos sæpe prædicat, Grocinus Aristotelis opera Latine edere sibi proposuerat, quod tamen opus nunquam prodiit.

3) Illustr. viror. ad Reuchlin. epp. 1519. 4<sup>o</sup>. pag. t<sup>vers</sup>.

GRONINGEN s. Gröning, Martinus, patria Bremensis, e gente quæ adhuc ibi floret, „iurista, doctor Senensis, ut ipse dicit, satis prætensus et superbus. ipse debet latinisare Speculum oculare, et est valde præsumptuosus, quia cupit videri. aliqui laudant eum“ (p. 203. i. f. 204. init.), et p. 263. i. f. „est unus alius [Romæ] scilicet doctor Martinus Groningen qui debet transferre Speculum oculare. ego intellexi quod magister noster Iacobus dabit ei centum ducatos in occulto quod falsificabit Sp. oc., et si faciet, tunc eritis victores. et spero quod ille doctor faciet“. Spes probum Philippum Sartoris fefellit. Postquam Speculi ocularis ab accusatore Hochstrato iudicibus Romanis propositam Latinam versionem Wickius Reuchlini procurator multis locis falsam esse adfirmaverat<sup>1</sup>, „Reverendissimorum iudicum in urbe Roma iussu dati sunt ab utraque partium interpretes iurati, unus et item alter, qui Oculare Speculum Capnionis de lingua Alemanica in latinam verterent, quorum translationibus examinatis accepta est interpretis Reuchlinistæ Martini Groningi translatio sane inventa verior, cui ubique terrarum præficiendus est hic prologus“<sup>2</sup>, qui satis doctum transferendique ex alia in aliam linguam officium bene callentem virum prodit. Reuchlinus a Groningo litteris ad eum d. 23. Febr. a. 1515. datis<sup>3</sup> petierat, ut „singula transferret conformiter ad materiam subiectam“, et Cochläus Bononiæ d. 31. Dec. a. 1516. Pirkheimero scripsit<sup>4</sup>: „(Huttenus) Nudius tertius epistolam mihi ostendit Romæ a Martino Groninck scriptam, qua certam Reuchlino promittit victoriam, quamvis hac æstate summo certamine utrinque sit laboratum“. Medio a. 1517. Groningus ex Italia abiit; Cæsarius Colonix d. 8. Sept. a. 1517. Reuchlino hæc scribit<sup>5</sup>: „Doctor Martinus Groningus patria Bremensis, ubi ex Urbe Coloniam rediit, ad me divertit, atque per mensem fere in ædibus meis versatus et hospitatus est. Interim ne dies quidem fuit, in quo non de te commentati fuimus. Multi quoque ob eandem causam ad nos venerunt, ut quanquam alias certi esse poterant de causæ tuæ in Urbe tractatu, ex illo tamen planius intelligerent, inter quos quadam nocte simul eramus præcipue Illustris Novæ Aquilæ Comes, Iohannes Capellarius alias de Regio Pago, et Henricus Monoceros alias de Wesalia, totam illam noctem tecum transeginus. Credo mi Capnion, neque fatis neque humano consilio evenisse, sed divina

1) cf. supra p. 135. Consp. chronol. ad d. 13. Ian. a. 1515.

2) Hæc cum ipso

prologo sunt in Illustr. viror. ad Reuchl. epp. p. B... B III<sup>a</sup>. Cf. supra p. 135. post not. 1. cit. et Maii vit. Reuchl. p. 471. sq.

3) cf. supra p. 136. Consp. chron.

ad d. 23. Febr. a. 1515.

4) Hutt. Opp. I. p. 129<sup>17. 199</sup>. cf. supra p. 141. Consp.

chron. ad d. 29. (sic ibi pro 31.) Dec. a. 1516.

5) Hutt. Opp. I. p. 148<sup>6</sup>.

6) cf.

supra p. 44. Consp. chron. ad eum diem.

potius providentia, ut talis tantaque controversia inter te et Theosophistas adversarios tuos suboriretur, quando alioqui quisquis alius is fuisset præter te, succubisset omnino, et si non virtute, multitudine tamen et turba superatus. Ita nec potest falli Deus, nec fallit unquam . . .". Paullo ante, d. 26. Aug. a. 1517., Nuenarius Zobellio Moguntinensi canonico scripserat<sup>7</sup>: „Hinc est quod non adeo multos ante dies quam istinc proficisceretur, Martinus Groningus Bremensis, quocum mihi arcissima quædam necessitudo et vetus amicitia intercedit, libellum cuiusdam Georgii Benigni Naz. archiep.<sup>8</sup> quasi pignus aliquod amoris erga me sui penes nos reliquerit." Eundem Nazareni archiepiscopi libellum Groningus cum epistola<sup>9</sup> d. 1. Aug. a. 1517. Coloniae scripta ad imperatorem miserat. Itaque optimo iure sibi meruerat Groningus, ut in Reuchlinistarum exercitu inter primarios censeretur<sup>10</sup>. Mortuum esse anno 1521. non nisi ex negligenti scriptore<sup>11</sup> didici.

7) Luciani Piscator. ed. a. 1518. 4<sup>o</sup>. (cf. supra pag. 99. n<sup>o</sup>. xxvii. 2.) pag. ciiij<sup>b</sup>.

8) cf. supra p. 96. n<sup>o</sup>. xxvi. 9) quæ supra p. 99. sq. repetita est. 10) Hutt.

Opp. I. p. 130. v. 38. 11) H. G. Rotermundi ed. Epp. O. V. 1830. 8<sup>o</sup>. p. LIV.

GVIDA (p. 288<sup>17</sup>), Ioannes, Sletstadiensis, ut videtur, discipulus Wimpelingi eiusque sodalitatis socius, quem inter 'elegantissimos iuvenes' Erasmus salutatur in epistola ad Wimpelingium die 14. Sept. a. 1514. data<sup>1</sup>. Guidæ ad Vehum Badensem 'Argentorati xxiiii. kal. Maias. Anno Sesquimillesimo xv.' scriptam epistolam dat Rieggerus<sup>2</sup>, item<sup>3</sup> hæc

Io. Guidæ disticha quædam.

Germanos vario describens ordine ritus,  
Silvius Aeneas, res, loca, templa, vias,  
Toxica commiscet scriptis tibi, Roma, favendo  
Mellitis, nostras et nimis ardet opes.  
Lector adesto sagax, latet en sub melle venenum,  
Laudamur, nostras ut tribuamus opes.  
Sanctio concilii damnatur Basiliensis,  
Quam iuri nixam Francia docta colit.

De alio Ioanne Guida, 'docto canonico cathedr. eccl. Argent.' dictum est apud Strobel et Engelhardt<sup>4</sup>, ubi sic epitaphium eius exhibetur: Anno domini mxcx, vi idus octobris obiit venerabilis magister *Iohannes Gwyda* Eleemosinarius huius chori, hic infra sepultus . .

1) Riegger Amœnitt. Friburg. p. 374. 2) ibid. p. 455. sq. 3) ibid. p. 432.

4) *Gesch. des Elsass*. III. p. 571.

HACKINETVS, Guillerms. *vid.* Parvus.

HADRIANVS cardinalis sancti Chrysogoni, Castellensis sive Castelleseus, Corneti in Etruria circa annum 1458. natus, quem cum Batavo episcopo Dertusensi, postmodum Hadriano PP. VI. internum confundi observavi, 'Innocentii VIII. ad Scotiæ reges nuncius . . . facetus et lepidus regis Angliæ defuncto Iacobo Scotiæ rege, gratiam iniit eiusque beneficio . . . ecclesias in Anglia consecutus est. Alexandri [PP. VI.] deinde iussu nuncii

1) cf. Hutt. Opp. I. p. 138.

munere functus est apud regem Galliae ad condolendum de morte Caroli VIII. [† a. 1498.]. Camera apostolicæ clericus thesaurarii munus et secretarii gessit. Quare . . . ab eodem Alexandro [medio fere a. 1503.] cardinalium collegio adscriptus titulum sancti Chrysogoni obtinuit. sub Iulio II. nullo cogente venia non petita discessit ab urbe et Ripam in Tridentina diocesi sua voluntate exul incoluit. Sub Leone X. suspicio fuit Hadrianum quorundam cardinalium conspirationi contra Leonem consensu fuisse, unde ut sibi consuleret duodecim aureorum millia persolvit, ac pontifice non monito ex urbe discessit. Sciebat Leo X. eum abiturum, at noluit protectionem retardare, vocari iussum, ut iura præscribunt et non parentem pontifex in consistorio publico contumacem declaravit, ac præcepit iudicem ad alia contra ipsum progredi. Narrat Garimbertus Hadrianum nummis persolutis veste mentita Venetias se contulisse, vocatumque et non parentem cardinalatu et sacerdotiis a Leone spoliatum<sup>2</sup> inde abiisse et nihil unquam de illo amplius nunciatum. . . . Quo vero tempore Hadrianus hic noster obierit, incertum: circa a. 1518. e vita migrasse scribit Ciaconius; die 16. Ian. a. 1526. illum iam fato cessisse affirmat Contelorius: ferunt in Thraciam Constantinopolim usque necis metu perterritum fugisse ac latentem clausisse diem extremum<sup>3</sup>. Etiam Reuchlinus Hadrianum 'omni liberali doctrina politissimum' appellat<sup>4</sup>, et Hebraice in primis eum doctum fuisse tum aliunde tum ex Reuchliniana librorum trium de accentibus et orthographia linguæ Hebraicæ<sup>5</sup> dedicatione cognovimus. Optimam de rebus gestis scriptisque huius Hadriani commentationem esse Hieronymi Ferri Favent. 1770. 4<sup>o</sup>. cum Amadutii additamentis in Rom. edit. libri de vera philosophia a. 1777. adnotavit Friedländer<sup>6</sup>. Apud Miræum<sup>6</sup> Hadrianus noster bis describitur.

- 2) 'exauctoratus Adriannus' Hochstrat. ovant. § 35. 3) Ciaconi Vitæ pontiff. III. p. 206. cf. etiam *Friedländer Beiträge* p. 19. 4) in epist. II. kal. Ian. a. 1513. ad eum data, quam edid. Friedl. l. c. p. 24... 26. 5) prodierunt Hagenoæ a. 1518. mense Februar. fol<sup>o</sup>. 6) Auctar. de serr. eccl. post Fabricii bibl. eccl. Hamburg. 1718. fol. p. 117. et p. 123.

HALES sive Ales, Alexander de, doctor irrefragabilis (p. 18<sup>21</sup>)<sup>1</sup>, Halensis s. Halesius a monasterio ordinis Minorum Claudiocestrensi (*Glocester*) dictus, inter alios Bonaventuram Scotum Thomamque Aquinatem discipulos habuisse fertur Parisiis, ubi decessit a. 1245.<sup>2</sup> Inter varia 'Anglici doctoris, Irrefragabilis, Theologorum monarchæ' titulis a scholasticis scriptoribus elati scripta, quæ summam indicat Fabricius<sup>3</sup>, librum 'Quodlibeta' inscriptum (cf. p. 18<sup>21</sup>) non legimus. puto eo nomine significari eius 'Quæstiones in quattuor libros Sententiarum', quæ præter Summam universæ theologiæ inter celebriora eius opera sunt. Ad utrumque opus

1) cf. etiam Hutt. Opp. I. p. 178<sup>1</sup>. 2) cf. præter Fabric. not. sq. cit. etiam Bruckeri hist. crit. philos. III. p. 778. sq. ibiq. citt. scriptores. 3) Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 170. sq. cf. Panzer Ann. typ. X. p. 82. Hain. Repertor. n<sup>o</sup>. 643... 647. — Quod *Prantl Gesch. d. Log.* III. p. 75. not. 274. adnotavit, Alesio adscriptum Commentarium in metaphysicam Aristotelis Alexandro de Alexandria adscribendum esse, etiam Fabricius l. c. et Bruckerus cum aliis non neglexerunt.

spectat quod doctissimus Prantl<sup>4</sup> indicat his verbis: „So zeigt uns schon Alex. Alesius . . . einen nicht weiter durchgebildeten Realismus, welchen er unter Anknüpfung an dogmatische Autoritäten (besonders an Augustinus) auch auf die dem Aristoteles entlehnten psychologischen Fragen überträgt. . . In seinen einzelnen realistischen Ausdrücken aber ist die Einwirkung arabischer Lehre stets unverkennbar, sei es daß er z. B. die abstrahirende und einigende Function des auf das Einfache gerichteten Denkens beschreibt, oder hervorhebt, welche verschiedene Stellung die Universalien im Denken und in der Objectivität haben, oder sei es daß er eine realistische Wendung der Araber in das Rohere und Plumpere steigert.“ Vix opus erit monere, ne cum irrefragibili Alexandro Alesio confundatur ‘Alexander Alesius D. gente Scotus, patria Edinburgensis’, qui Lipsiensis universitatis rector a. 1555., sæpius theologicæ facultatis decanus fuit.<sup>5</sup>

4) *Gesch. d. Log.* cit. p. 75.

5) De eo cf. Zarncke in *Abhdl. der phil. hist. Cl. der sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1857. II. p. 913. indicatis locis.

HAN, Henricus, „alias *Glockenheintz*, quia libenter campanisat“ (p. 273<sup>23</sup>. sqq.), clericus ecclesiæ Moguntinæ, „singularissimus“ Antireuchlinistarum fautor, quem lepide magister Gricius l. c. describit. Magnus quidem etiam Obscurorum tempore Hahniorum sive Gallorum numerus, interque hunc etiam unus et alter clarus fuit; hunc autem nostrum campanisandi studiosum aliunde notum non habeo.

HARLEM *vid.* Ecbertus de Harlem.

HAROCH *vid.* Samuel.

HASSIA, Henricus de (p. 47<sup>13</sup>), senior, de Langenstein, mag. theol., vicecancellarius Paris., postea sacerdos et canonicus Wormatiensis, denique ab a. 1384. usque ad vitæ supremum exitum a. 1397. Vindobonæ theologiæ professor, cuius vita et scripta sæpius descripta sunt<sup>2</sup>. A Willibrordo Niceti p. 47<sup>13</sup> citatam Summam Quæstionum in IIII libros Sententiarum in bibliotheca Paulina Lipsiensi manu scriptam extare refert Fabricius. Inter alia multa Henricus scripsit etiam Vocabularium bibliæ, Secreta sacerdotum (qui liber olim in frequentissimo usu fuit), Speculum animæ seu Soliloquium, Contra deceptiones fratrum mendicantium de conceptione b. Mariæ, De horis canonicis, De arte prædicandi etc.<sup>3</sup>

1) *Bulæi Hist. un. Par.* IV. 961.

2) Cf. Fabricii *Bibl. m. et i. æt.* III. p. 646. sqq. *Erhard Gesch. d. W. d. W.* I. p. 181. sq., *O. Hartwig Henricus de Langenstein, 2 Untersuchungen üb. d. Leben u. d. Schriften H. v. L. Marburg.* 1857. 8<sup>o</sup>.

3) Cf. *Hain.* n<sup>o</sup>. 8375...8407. *Panzer Ann. typ.* V. p. 238. sq. X. p. 193. sq.

HECKMANN, Ioannes, Schillingstadiensis Francus, theologus, Vindobonensis studii annis 1507. 1510. 1515. rector fuit<sup>1</sup>. Is Obscurorum protector Huttenum exeunte anno 1511. ex Moravia Vindobonam venientem ibique ‘practicare’, i. e. scholas habere volentem, cum non esset intitulus, expulit (ep. I. 14.), Schlauraffum autem tuitus est (p. 199. v. 28.), et Schlauchius ad Ortvinum Heckmannum laudat ‘esse de via nostra’ (p. 273<sup>32</sup>).

1) *Eder Catal. rector. Vienn.* p. 52. 53. 59. *Denis Wiens Buchdruckergesch.* p. 143.

Ineunte anno 1511. Vadianus dedicat orationem de Iesu Christo<sup>2</sup> 'Ioanni Heccumanno, philosopho, sacrarum litterarum Licentiatō: et Studii Vienneſis Vicecancellario'. Ioannes Eckius (quem ipsum in epistolis O. V., si paullo recentiores essent, legeremus) in epistula ex Ingolstadio ad Vadianum academiæ Viennensis rectorem d. 18. Mart. a. 1517. data<sup>3</sup> „Heckmannum“ ait „Sophic astrum, si pro integritate licuisset, etiam lascivienter admodum excantassem: sed habenda ratio fuit personæ meæ: nam de sua perparum, scrupulo etiam minus, curo. Adeo enim mihi absenti fuit commendatus, ut eum collegam habere in Theologia plurimum desiderarim: at hominem audiens, sophismata, sphinges, quisquilias artium, Theologiæ nugas ac inquinamenta accepi, etiam in re seria, pœnitentiæ videlicet et beatitudinis, ut tantum absit ut hunc hominem laudem quod vituperare eum quasi necessarium sit. En is, quem clypeum studii vestri geritis, solidam Theologiam ubi gestavit, disputationes grandes et maturas pravis Logicalibus commaculans. . . . Facultati Theologicæ scripsi, ut Heckmannum adhortentur ac admoneant, ut sit verborum continentior. Nam si aliquando epistolæ eius ad me redirent aliubi missæ, Rhenum, Danubium et Nicerum in hominem armarem. . .“. In Locheri Spec. Acad. hunc Ioannem Heckmannum cum cognomine viro, „*der aber von Retz gebürtig war und schon 1512. starb*“, confundi monet Denisius<sup>4</sup>.

- 2) quæ 'Viennæ Pannoniæ. Quinto kal. Feb. Anno M.D.XI.' in 4<sup>o</sup>. prodit. Denis l. c. p. 58. 3) Philologicar. Epistolar. Centuria .. ex Bibl. Goldasti. Lips. 1674. 8<sup>o</sup>. p. 144. sqq. 4) lib. cit. p. 143.

HEMMERLIN *vid.* Malleolus.

HENRICVS PAVPER. Neque p. 70<sup>4</sup> neque in Monopolio *des Lichtschiffs*<sup>1</sup> de 'noto carmine Hartmanni', quod Hutteno notum fuisse negaverim, sermo est, sed de Henrico Septimellensi<sup>2</sup>, alias Samariensi, Florentino, Sangelsino, qui vulgo Henricus Pauper appellatur, et anno 1191. sive 1192. „gavisus antea summa felicitate, postea ad summam inopiam redactus, carmen elegiacum 'De diversitate fortunæ et philosophiæ consolatione' composuit“, ut est apud Polycarpum Leyserum<sup>3</sup> qui illud lamentans carmen mille versuum edidit. De eo Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 105<sup>b</sup>:

Henricus cognomento pauper natione florentinus homo in scolasticis disciplinis mirabiliter ingeniosus et eruditus eloquio comptus atque facetus diuinis quoque scripturis competenter instructus qui hoc cognomen pauper idcirco sortitus est quia scholas frequentans facultatem emendi papirum pre paupertate nimia non habebat sed pellicio quod indutus erat pinguedine et myrectina oblito audita stilo inarans pro libro quod rapiarium vocatur vtebatur Scripsisse fertur quedam ingenii sui iocunda sintagmata e quibus feruntur

Carmina diuersorum li j De potentia frederici primi im.

Sermo de s̃co nomine (?) f j

Sermo de wicem (?) f j

Cetera que scripsit nondum mihi innotuerunt Claruit sub . . . . .

- 1) *Zarncke Beitr.* p. 57. 2) ex Etruria oriundo, pago quodam agri Florentini qui septimo ab urbe Florentia lapide Lucam euntibus occurrit. 3) *Hist. poetar. med. ævi.* 1721. 8<sup>o</sup>. p. 453...497.

HERBARIVS (p. 50<sup>24</sup>) est liber botanicus incerti auctoris, Germanice, fortasse iam ineunte sæculo xiv. scriptus, de quo nuper Ern. H. F. Meyer<sup>1</sup> accuratius scripsit docuitque libro nomen 'Herbarius' primum datum esse in exemplo Moguntinensi, cum ipse auctor denominationem 'Aggregator practicus de simplicibus' voluisset, ideoque factum esse, ut cum aliis similibus libris, e. gr. cum Patavini Iacobi de Dondis († 1359.) Herbario<sup>2</sup>, cum Gallico 'le grand Herbar en francoys' confunderetur. Ex Meyeri commentatione hæc repetisse iuvabit:

*„Unter dem Titel Herbarius ward es in Deutschland, unter dem Titel Herbarium<sup>3</sup> in Italien öfter gedruckt; in Deutschland zuerst 1484. zu Mainz, wenn nicht eine undatirte ... noch etwas älter ist<sup>4</sup>, darauf 1485. und 1486., vielleicht auch noch einmal, man weiss nicht in welchem Jahr; zu Passau; in Italien zuerst 1491. zu Vicensa, und endlich 1499., 1502. 1509. zu Venedig. In allen Ausgg. bildet das Werk nur einen mässig starken Band in 4<sup>o</sup>. Der Vorrede nach gebührt ihm aber ein ganz anderer Titel, als die Buchdrucker ihm gaben. Da heisst es: „Ob id presens opusculum suam sumpsit denominationem Aggregator practicus de simplicibus“. Schon die Aehnlichkeit dieses vom Vf. selbst seinem Werk gegebenen Titels mit dem Titel des ... Aggregator Paduanus de medicinis simplicibus begünstigte die Verwechselung beider Werke. .... Dass wir den Vf. in Deutschland zu suchen haben, dafür spricht .. die Erscheinung des Werks in Mainz, wenigstens 7 Jahre früher als in Italien; dafür sprechen die deutschen Namen der Pflanzen, welche in allen in Deutschland erschienenen Ausgg. neben den lateinischen stehen .., dafür spricht noch eine ... niederländische Ausg., die sich selbst für eine Uebers. aus dem Lateinischen erklärt<sup>5</sup> .... Wo aber .. der Vf. sich aufhielt, wie sich nannte, wann lebte, das .. ist völlig unbekannt. ... Das Werk kann bis nahe an 1317. hinaufreichen. ... Zweck ist, den Armen des kostbaren Beistandes der Aerzte und Apotheker zu überheben .... es verfehlt seinen Zweck durch die Oberflächlichkeit oder gänzliche Auslassung der Pflanzenbeschreibungen ...“*

- 1) *Gesch. der Botanik* vol. IV. Königsb. 1857. 8<sup>o</sup>. § 23.    2) cf. Panzer Ann. typ. IX. p. 38. n<sup>o</sup>. 487.    3) *Erbario volgare, tradotto del latino. et Anglice The great Herbal.* cf. Panzer X. p. 399.    4) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 8443. sq.    5) Hain n<sup>o</sup>. 8449.

HEROLT, Ioannes, Teutonicus prædicatorum sancti Dominici ordinis, anno 1418. scripsit sermones, qui 'intitulantur sermones DISCIPULI, quod ... non subtilia per modum magistri, sed simpliciter per modum discipuli conscripsi et collegi'. Sunt 'Sermones de tempore et sanctis cum promptuario exemplorum et de b. Virgine. sequuntur casus papales, episcopales et inhibitiones a sacra communia'. Exempla recenset Hain<sup>1</sup>. Idem Heroltus scripsit etiam Quadragesimale Discipuli<sup>2</sup>.

- 1) Repertor. n<sup>o</sup>. 8473... 8508., quibus sæculo xv. recentiora addi possunt ex Fabric. Bibl. Lat. m. e. i. æt. II. p. 112. sq. et ex Panzeri Ann. typogr. X. p. 295.    2) Hain. n<sup>o</sup>. 8514. sq. Cf. Löcher h. v.

HERVEVS *vid.* Verneus.

HESSVS, Helius Eobanus, in Reuchlinistarum exercitu 'Poeta et Orator' productus<sup>1</sup> et in Epp. quoque O. V.<sup>2</sup>, tam Croticis quam Huttenicis, partis

- 1) Hutt. Opp. I. p. 131. v. 21.    2) Cf. Ind. verbor. v. Eobanus.



antitheologistarum defensor. Vitam hodieque merito celebratū poetæ multi scripserunt, int̄r quos primæ debentur iuniori Hessi amico Ioachimo Camerario<sup>3</sup>, quem in enarranda posteriore scriptores<sup>4</sup> hincinde emendaverunt et supleverunt. Quæ a. 1509. de Hesso scripsit Ioa. Piemontanus in MS. Auctario scriptor. ecclesiasticor. fol. 148<sup>a</sup>, quamvis nonnulla falsa sint, tamen magnum iam tum Hessi adolescentis famam fuisse testantur. Sunt autem hæc:

Eobanus Hesus natione alamanus homo in secularibus literis admodum eruditus et sacre pagine non penitus ignarus ingenio subtilis et elogio comptus poeta insignis et a cesarea maiestate laurea decoratus [!] qui scripsit et in dies scribit quam plura preclara ingenii sui sintagmata quibus memoriam nominis sui apud posteritatem obtinebit E quibus extat de triumpho cesaris et aliis diuersis rebus vario metro exarata que nondum ad manus meas peruenerunt Viuit adhuc [a. 1509.] cesaream sequens curiam. [!]

- 3) cuius 'Narratio de H. Eobano Hesso' prodiit Norimbergæ a. 1553. 8°. repetita est a Carpzovio Lipsiæ a. 1696. et c. adnot. Kreyssigii Misenæ 1843. 8°.
- 4) Conr. Gesneri Bibl. universal. Tiguri 1545. fol. 301. sq. — Henr. Pantaleonis Prosopogr. Basil. 1566. fol. III. p. 219. — Paul. Freheri Theatr. viror. eruditior. Norib. 1688. fol. 1444. sq. — Melch. Adami Vitæ Germanor. philosophor. Haidelb. 1615. 8°. p. 105...118. — I. P. Lotichii Biblioth. Poetic. Ff. 1625. 8°. part. III. p. 13...18. — G. M. König Bibl. vet. et nova. Altdorf. 1678. fol. p. 274. — L. a Seckendorf de Lutherismo. Ff. et Lps. 1692. fol. p. 182. — L. Moreri Dictionaire histor. Paris 1712. fol. II. p. 742. [quem alia dictionaria biogr. Gallica sequi solent]. — I. Burckhard de L. L. fatis. Wolfenb. 1713. 1721. 8°. I. p. 387. II. p. 547. — Biantes (J. D. Grief) Lebensbeschr. d. berühmten. Erfurth. Erf. 1722. 8°. S. 78...96. — F. I. Beyschlagii Sylloge varior. opuscul. Halæ Suev. 1729. 8°. I. p. 275...368. — J. C. Mettschmann Erfordia liter. contin. Erf. 1737. 8°. 5te Fortf. p. 611...625. — C. F. Ayrmann Diss. II. de H. E. Hessi ortu et nom. etc. Giessæ 1739. 1740. 4°. — U. G. Hausdorff Lebensbeschr. Lazari Spenglers. Nürnberg. 1741. 8°. S. 355...358. — G. Haymann Gesch. der vorn. Gesellschaften der Gelehrten. Leipz. 1743. 8°. S. 390...403. „Von dem sodalitiis Hel. Eob. Hessi zu Erfurt, Nürnberg. u. Marburg.“ Jac. Bruders Ehrentempel. Augsp. 1747. 4°. S. 132...137. — G. G. Jöcher Gel. Ler. Lpz. 1750. 4°. II. p. 358. sq. — G. A. Will, Nürnberg. Gel. Ler. Nürnberg. 1756. 4°. II. S. 99...110. cum G. C. Ropitsch Fortsetz. Bd. II. (Altdorf 1805. 4°.) S. 78...83. — J. B. Nicerons Nachrichten, v. S. J. Baumgarten. Thl 16. Halle 1757. 8°. S. 49...59. — Hannoversches Magazin vom J. 1763. Hannov. 1764. 4°. Sp. 1063...1070. — W. F. Hummel Neue Biblioth. Bd. I. (Nürnberg. 1775. 8°.) S. 56...66. Bd. III. (Nürnberg. 1782.) S. 495...520. — F. W. Strieder Hess. Gel. Gesch. Götting. 1783. 8°. Bd. 3. S. 370...409. — G. Th. Strobel Neue Beytr. z. Litt. Nürnberg. 1792. 8°. II. S. 71...96. — R. F. Löffius, Helius Eobanus Hessus u. seine Zeitgenossen. Götta 1797. 8°. — Rosenmüller Lebensbeschr. ber. Gel. des 16. Jhhd. Leipz. 1800. 8°. — C. Th. Kuinoel or. de H. E. Hessi . . . meritis. Giss. 1801. 4°. (repet. Kreyssig post Camerarii Narrat. a. 1843. 8°.) — G. C. F. Mohrnik, Huttens Klagen. Greifsw. 1816. 8°. S. 399...403. — H. A. Erhard Gesch. d. Wiederaufbl. d. W. II. Bd. Magdeb. 1830. 8°. S. 287...291. — Rommel u. Erhard in Ersch u. Grubers Encycl. Section II. Bd. VII. Leipz. 1830. 4°. S. 206...214. — Camerarii Narr. de H. E. Hesso. acc. C. Th. Kuinoelii or. etc. recogn. I. Th. Kreyssig. Misenæ 1843. 8°. — J. W. Kampfschulte, die Univ. Erf. Erier 1858. 1860. 8°. — D. F. Strauß, Utr. v. Hutt. Lpz. 1858. 8°. I. S. 36. ff. u. 5.

Hessum d. 6. Ian. a. 1487., non a. 1488. natum esse falso adnotavi ad ipsius epistolæ<sup>5</sup> a. 1515. scriptæ hæc verba „Ego his diebus uxorem duxi, homo iuvenis, qui hoc die, quo hæc ad te [Capnionem] scribo, id est octavo Idus Ianuarias, vigesimum octavum annum impleo“<sup>6</sup>: epiphaniorem die natum esse, certissimum ipsius quoque Hessi testimonium habemus apud Camerarium<sup>7</sup> hoc: „Accepimus autem natum eum fuisse, et ita credi ipse postulabat, anno I. Chr. 1488. Nonis Ianuarii, hora post illius diei meridiem xvii.<sup>8</sup>, id est hora quinta diei dominici, quo ascriberentur in fastis Epiphania“: et sane Epiphaniorem s. Trium Regum<sup>9</sup> dies a. 1488. in dominicum diem, anno autem 1487. in diem Veneris incidit. Natus autem est Eobanus (Camerarii verba sunt) „parentibus non illis quidem opulentis, sed honestis . . . mater civis fuit oppidi Gemundini, pater ex montibus quibus territorium Hassiacum concluditur, operam suam dedit Conventui Heinensi.“ Ipse de se

Et me cara parens viridi connixa sub umbra

Edidit et molles circum floralia cunas

Dona tulit teneraque sedens lactavit in herba,

Aurifer Hessiacos ubi præterit Aedera montes.

Bockendorfensis s. Tragocomensis a viculo ubi natus, Francoburgensis a scholâ Horlæi magistri, cuius discipulus per triennium fuit, postquam prima litterarum elementa Gamundiæ didicerat, appellatus est. A. 1504. in matriculam Erfurtensem inscriptus est ‘Eobanus Coci’, cui nomini recentior manus addidit ‘iam rex’<sup>9</sup>. Hessum Erfurti cum Mutiano Buschioque, cum Croto Huttenoque, Sturzio, Aperbacho, Euricio Cordo, Herebordo de Margaritis aliisque fere æqualibus contracta amicitia alias satis diximus. Non solum philosophiæ ac medicinæ, sed poetici quoque gymnasticisque artibus incubuit, philosophiæque magister a. 1509. renuntiatus ac rector scholæ Severianæ Erfurtensis factus est. non diu post peregrinandi studio, quo tum fere communi litterarum studiosi rapiebantur, Riesenburgum in Borussia ad episcopum Iob de Dobeneck deductus est Eobanus; comitatusque est præsulem ad Sigismundi Poloniæ regis nuptias Cracoviæ concelebrandas, a. 1512. „Præsul (Adami verba sunt) qui Eobani opera ad scripturas uti et ad negotia, quæ civilem requirunt prudentiam, et ad legationes obeundas cogitabat, sumptibus liberaliter instructum Lipsiam ad ius perdiscendum misit a. 1513. . . Hic Eobanus, quem natura a Musis aberrare non patiebatur et nescio quis horror a studio iuris repellebat, oblitus voluntatis ac mandatorum præsulis sui pecuniam confecit atque libros istos grandes, antea a præsule ipsi em-

5) Hutt. Opp. I. p. 455. 6) In his verbis aut pro ‘octavum’ scribendum erat ‘septimum’ (VII. pro VIII.) aut pro ‘impleo’ ‘ineo’ aut ‘incipio’. Ipse Hesus ad Camerarium a. 1535. (Epp. post Narration. Norimb. 1553. 8<sup>o</sup>. pag. Miiij\*) „Potest enim fieri, ut uno ego anno sim iunior, quam esse me existimaram“. Ceterum in huius modi computationibus apud nos quoque non raro verba numeralia cardinalia cum ordinalibus permiscemus. De aliis Hessi de sua ætate testimoniis vide Kreyssig. l. c. p. 19. not. 40. 7) Narrat. c. 5. 8) i. e. ut nos computamus et Camerarius ipse adiicit, d. 6. Ian. hora 5. matutina. 9) Cave, ne hoc natalis diei nomen Hesso Regis nomen comparasse conicias. cf. Hutt. Opp. I. p. 455. ad v. 13.

ptos, legum atque constitutionum divendidit, et mox Erphordiam ad incunabula suæ doctrinæ se rettulit“, a. 1515. ibi iterum scholæ Severianæ rector factus cum Catharina Spater nuptias contraxit, nimium quidem, ut videtur ab aliis derisas, ab aliis laudatas<sup>10</sup>. a. 1516. poeticae rhetoricæque professor factus interdum quingentos (secundum alios vel MD, quot tum Erfurtum non habebat studiosos) auditores habuisse fertur. Inter eos qui Erfurti quasi doctrinæ evangelicæ præluserunt, præ omnibus Eobanum laudat Seckendorfius, et illum Erasmi tantum admiratorem fuisse, ut huius visendi causa a. 1518. Lovanium iter faceret<sup>11</sup>, decantatum est. Erfurti neque academici neque propriæ domus condicio Nostro placebat, itaque Melanchthonis consilio Norimbergam vocatus ibi ab a. 1526. per septennium poeticam rhetoricamque docuit, cumque illustrissimis viris, ut Pirckheimero, Spenglero, Baumgaertnero, Ebnero, Linco, in amicitiam venit; Durero quoque summopere placuit, qui picturam præstantis staturæ ac faciei viri proceri fecit<sup>12</sup>. Anno 1533. Erfurtum ut rediret, invitationibus precibusque veterum amicorum commotus ibi annos fere quattuor publice privatimque docuit, sed spe sua collapsæ scholæ instaurandæ fraudatus anno 1536. Marpurgum commigravit, professor poeseos et historicarum factus, ibique tertio nonas octobres a. 1540. phthitico morbo extinctus est. Scripta Hessi, quæ tantum non omnia in libris meis sunt, recenset Panzer Ann. typ. X. p. 308...310. quocum cf. Gesnerum, Beyschlagum, Motschmannum, Haußdorffum, Strobelum, Niceronem, Striederum superiore not. 4. nominatos.

10) Cf. Eur. Cordi Epithalamium in nupt. Hel. Eob. Hessi et Trynæ Spateranæ. Erph. 1515. Sed Iac. Mycillus (Sylvar. libri V. 1564. 8º. p. 330.) „Epitaphium Annæ, et Hedingis, coniugum Eobani Hessi. Hoc quoque, non longum est, hospes lege. namque mariti Vnius uxores hæc tegit urna duas. Vtraque cum senos vixisset nupta per annos, Iunior Hedingis, sed prior Anna, cadit. Vtraque cum terna ditasset prole parentem, Solvuntur quarto, morte, puerperio. Ergo pari fato, quibus est sua vita peracta, Et quas sors ambas una eademque tulit. Non geminæ his animæ, verum fuit una, vicissim Quæ corpus spacio rexit utrumque pari. Et cum tam similes teda nupsere iugali, Nempe vir unius coniugis ille fuit.“ Quinque Hessi filios enumerat Strieder p. 389. sq. 11) Hodoeporicon ad Des. Erasmi. carm. heroic. Lovan. 1518. et Erphord. 1519. 4º. 12) Cf. exempla in 'Iobini Icones s. imagines viror. literis ill.' Argentorati 1683. 8º. p. E7. et ab Haido æri incisum ap. Bruckerum *Ehrentempel* ad p. 132. sæpius ab aliis repetitum.

HISPANVS, Petrus. Sub huius nomine scripsisse fertur Petrus Iulianus Ulyssiponensis, ordinis prædicatorum, qui a die 13. Sept. a. 1276. usque ad d. 21. Mai. a. 1277. quo mortuus est, sub nomine Iohannis XXI. sedem papalem tenuit. 'Petrum de Spanheim' eum nominat Hochstratus<sup>1</sup>, scilicet ut huius personæ impura eruditio perstringatur. De scriptis Hispani, tum medicis, tum philosophicis scholasticisque videndi sunt Fabricius<sup>2</sup>, Iæcherus<sup>3</sup> et de antiquissimis illorum exemplis Hainius<sup>4</sup>. de Summulis Petri, unde Summulatoris nomen auctori inditum, nuper do-

1) in Conciliabulo theologistar. § 33. Hutt. Opp. IV. p. 582. 2) Bibl. med. et inf. æt. IV. 121. sq. V. 771. 3) voc. Iohann XXI. 4) Repertor. nº. 8677 ...8716. Cf. Panzer Ann. typ. X. p. 407. et not. sequentem.

ctissime tractavit Carolus Prantl<sup>5</sup>, qui misellum Hispani librum misere ex Michaelis Pselli (nati a. 1020.) Græca synopsi compilatum esse demonstrare voluit, contra quam sententiam alii certant. *Summulas logicæ* sæpe editas commentati sunt Georgius Bruxellensis et Ioannes Versor (p. 285<sup>16. 17.</sup>)<sup>6</sup> et Petrus Tartaretus (p. 285<sup>16</sup>)<sup>7</sup>; *Parva logicalia* (p. 26<sup>16</sup> 258<sup>18</sup> 285<sup>23</sup>) sæpe etiam prodierunt tum cum comm. Lamberti de Monte secundum viam s. Thomæ, 'iuxta processum magistrorum in bursa Montium regentium' (p. 70<sup>30</sup>)<sup>8</sup>, tum 'secundum processum bursæ Laurentii (p. 47<sup>1</sup>) iuxta mentem Alberti M.<sup>9</sup>, partimque etiam continent *Copulata omnium tractatum parvorum logicalium*. Ex aliis quoque Aristotelicis libris *Copulata* secundum diversas vias corrupta in usu fuerunt<sup>10</sup>, et *Copulatisæ* (p. 289<sup>20</sup> 290<sup>35</sup> *das Colnisch Copulat* p. 199. v. 23.) dicebantur discipuli qui logicam dialecticamque ediscebant. — *Thesaurus pauperum* Petri Hispani medicus liber est.

5) *Gesch. der Logik im Abendl.* Leipz. 1867. 8°. III. p. 33... 75. Ibi edita quoque exempla composite enumerantur. 6) cf. Prantl l. c. p. 35. n°. III. p. 37. sq. n°. VII. 7) Prantl l. c. p. 38. sq. n°. IX. et infra art. Tartaretus. 8) Prantl ibid. p. 35... 37. n°. IV. 9) Ibid. n°. V. 10) cf. e. gr. Hain. n°. 1671... 77. 1685. sq. et vide infra art. Porretonius.

HOCHSTRAT, *van Hoogstraten* s. *Hoogstraeten*, de Alta platea, Iacobus, qui, si fidem habemus epistolis O. V. aliisque eiusdem temporis scriptis præter prædicatorum plerisque fere omnibus<sup>1</sup>, Vergilianæ Famæ consimillimus videtur, natus est in cognomine vico Campinensi Hoogstraeten hodiernæ provinciæ Antverpiensis sexto sæculi xv. decennio: nam iuvenis anno 1485. Lovanii a facultate artium laurea decoratus est qui nondum natus fuerat, cum Petrus Ravennas<sup>2</sup> in iuris studio iam novicius esse desisset. Coloniæ Dominicanus et theologiæ doctor factus ac „studii generalis Coloniensis conventus primarius Regens institutus a capitulo Papiensi anno 1507., tum et Prior eiusdem conventus electus, ac tandem per provincias<sup>3</sup> Coloniensem, Moguntinensem, Trevirensensem generalis fidei censor ac quæsitior præfectus, obiit Coloniæ d. 21. Ian. a. 1527.“<sup>4</sup> Qui vitam hominis scripserunt<sup>5</sup>, neque communibus libris biographicis

1) Innumera fere ex his ipsis voluminibus exempla colligi possunt (cf. Ind. verbor. p. 207. v. Hochstr.); sed hoc ex 'Epistola Germaniæ studiosorum ad Carolum Cæsarem, Autore Hermanno Comite de Nova Aquila' anno 1519. edita repetere iuvat: „Unica, crede mihi, pestis est in Germania IACOVS HOCHSTRATVS, quam si restinxeris *ἔσται πάντα καλῶς*, homo præter ingentem suam audaciam insigniter impudens, atque temerarius. Nolo equidem mihi tantum ut fidem adhibeas. Omnes interroga (si libet) per Germaniam doctos viros. Omnes læsit, omnibus æque infestus est. Quid multa? studiosorum publicus ex professo est hostis, *καὶ τῆς μὲν φιλανθρωπίας*.“ 2) cf. infra art. Ravennas. 3) scilicet ut ipse sibi sumebat, cui per Coloniensem solum provinciam illud magisterium datum erat. 4) Hartzheim Biblioth. Colon. p. 144. 5) Præter Serr. ord. prædicator. Echardi et Quetif conferri possunt Pantaleo, Mireus, Bælius, Foppens, Hartzhemius, Iæcherus, Erhardus (*Gesch. d. W.* II. 302.), Bianco (*Gesch. d. Univ. Köln.* I. 736., ex Hartzhemio), Baur (in *Ersch u. Gruber Encycl. h. v.*), Friedländer (*Beitr.* p. 14. sqq.), Strauß (*Nuttel* I. p. 209. sqq. et passim) et novissime Hub. Cremans de Iac. Hochstrati vita et scriptis. Bonn. 1869. 8°. (diss. inaug.)

exceptis, plerique fere omnes contra eum iudicaverunt, venenosumque malorum morum hominem, indoctum, arrogantissimum, bonorum viro-  
rum adlratorem fanaticum *πυρίπνευστον* fuisse depinxerunt<sup>6</sup>; ac vereor  
ne propius ad veritatem accesserint quam quorum iudicia hæreticorum  
magistro magis favent, ex quibus hoc Hartzhemianum repetendum esse  
videtur: „Vir intrepidus, et qualem optabant tempora illa novatorum  
motibus et erroribus pullulantibus tumultuosissima. Germaniæ Magnates  
hæresum fautores in suam perniciem coniunctos vidit, et in aula Impe-  
ratoris in ipsum frendentes imperterritus muneris sui officia implere per-  
rexit. Stilo eum acriori lacerarunt Heterodoxi, at sannis eorum con-  
temptis veram Hoogstratus suis operibus religionem sancivit, adversam  
flammas addidit. Latina orationis barbariem obicere grammatici, sed  
fidem, sed disciplinam ecclesiasticam in eius libris nemo non agnovit  
Catholicus. Brevi, quæ damnavit ille, damnarunt theologi Parisienses,  
damnarunt quotquot abinde Pontifices summi, damnataque in æternum  
manebunt in Indice Tridentino. Ad hunc scopulum dstringuntur quæ-  
cunque in eum deblaterant depravatarum opinionum aura afflati, quo-  
rum odia et dicitia summa eius sunt laus... Eius cum laude memine-  
runt omnes scriptores Dominicani; extranei vero Author additionum in  
Trithemium, Possevinus, Miræus, Swertius, Valerius Andr. Desselus in  
Bibliotheca Belgica, et alii... Scripta Hochstrati quæ ad Reuchlinianam  
causam pertinent, recensuimus supra in Ind. serr. numm. xxviii. xxxiii.  
xxxv., reliqua tædiosa opuscula barbara satis bene descripsit Cremans<sup>7</sup>.

6) Ita Iacobus Sobius Mutiano narravit „Hochstratum esse Romæ, ut litem  
Capnioni faciat. Eundem esse virum crudelem, ut qui nuper in Hollandia  
doctissimum medicum combusserit [in Haga Comit. cf. Hochstrat. ov. § 39.],  
et Coloniae in cœnobio suo libros omnes humanitatis secluserit, imo in tetrum  
carcerem coniecerit, facto decreto, ut qui deinceps musas amaverit, vita  
saluteque careat. Sed bardus Nero doctiores habet tum odio, tum ludibrio.  
Sed spero Dico sanctissima, quæ Dea punit insolentes, ibit obviam.“ Tentzel  
Suppl. hist. Goth. I<sup>a</sup>. p. 112. 7) l. c. p. 75...85.

HVGGO. Ex multis huius nominis scriptoribus tres sunt, quorum nescio  
quis unus p. 218<sup>17</sup> indicatur:

1) Hugo Argentoratensis, prædicatorum ordinis, qui claruit circa finem  
sæculi xiii. scripsitque Compendium theologicæ veritatis, Commentarium in  
iiii libros Sententiarum, Quodlibeta, Quæstiones, Disputationes et varias  
in divinos libros explicationes<sup>1</sup>. De eo Ioannes Piemontanus in MS.  
Auctario serr. eccl. fol. 38<sup>a</sup>:

Hugo de Argentina ordinis fratrum predicatorum doctor parisiensis in scripturis  
sanctis studiosus et eruditus atque in seculari philosophia egregie doctus ingenio  
subtilis et eloquio clarus Scripsit inter alia ingenii exercicia

Super sententias	li iiij
Compendium theologicæ veritatis	li vj
Sermones multos	li j

1) Cf. Trithemii Catalog. serr. illustr. p. 142. Fabricii Bibl. med. et inf. æt.  
III. p. 844. sq. Hain. Repertor. n<sup>o</sup>. 434. sq.

Quodlibeta questiones disputationes et varias in diuinis libris explanaciones atque alia non pauca scripsisse dicitur que ad noticiam meam minime peruenerunt.

2) Hugo de Prato florido (prope Florentiam oppido), prædicatorum ordinis, mortuus anno 1322. Auctor est Sermonum de tempore et de sanctis, Quadragesimalium aliorumque scriptorum.<sup>1</sup>

1) Hain. n°. 8994. sqq. Cf. Fabric. l. c. p. 874. sq.

3) Hugo Sletstadiensis, ordinis minorum Franciscanorum, „insignis disputator et Bonaventuræ interpreter celeberrimus, ingenio clarus, sermone scholasticus. Scripsit insigne opus super Sententias lib. 4, Sermones quoque et varias in scripturis diuinis questiones“<sup>1</sup>.

1) Trithem. l. c. pag. 155. Cf. Gesneri Biblioth. voc. Hugo de Schletstadt, et Fabric. l. c. p. 880.

HUND *vid.* Canis.

HUNGEN, Ioannes, magister, Padormanni amicus affectualissimus (p. 58<sup>36</sup>). Illud nomen oppidi, olim Solmsici, in Hassia superiore siti est, non eius familiæ, cuius hic magister Ioannes fuit, qui pro communi eius temporis more, cum humili loco natus esset, patrii loci nomine pro familiari usus est. Idem de aliis magistris dignissimis Ortvinophilis qui p. 58. laudantur, de Ioanne Kirchberg, et Iacobo de Nurnberga et Iodoco Wynßheim, nunc pariter omnibus oblivione sepultis, dicendum esse videtur, neque ullum horum nominum in albis matriculisve universitatum, quæ adhuc publicata sunt, me legere memini.

HVTTENVS, Ulricus. Huic maioris partis epistolarum O. V.<sup>1</sup> non solum compositionem (quam hodie redactionem dicimus) sed inventionem quoque adscripserim<sup>2</sup>, ut Hutteni prodromo et exemplo Croto Rubiano, qui nomen suum in epistolis reticendo non adsecutus est quod voluisset videretur, ut non agnosceretur, compositionem inventionemque epistolarum I. 1...41.<sup>3</sup> adscribere minime dubito. Quæ ad vitam equitis pertinentia in his epistulis memorantur, fere hæc sunt: Vindobonensis statio et cum Heckmanno altercatio, docendique artem metrificandi consilium inritum factum, exeunte anno 1511. (I. 14.); Lampi descriptio itineris Italici (II. 12.) ad Hutteni iter Romanum, quod peractum memoratur p. 273<sup>1</sup> („nunc abivit — ille ‘Ulrichus de Hutten, qui est valde bestialis’<sup>4</sup> — ad fiendum doctor, et in uno anno non fuit hic ‘Moguntia’, referenda est; Schlauraffi quoque epistola (II. 9.) pariter atque Querelarum elegia ultima<sup>5</sup> Hutteni virorum sui temporis doctrina celebrium recensionem continet. Ceteri epistolarum O. V. loci Hutteni nomen memorantes eum inter ‘novos poetas’, quos humanistas appellamus, et imprimis inter Reuchlinistas eminere significant, ut p. 59<sup>27</sup> 200. v. 81. 220<sup>23</sup>. sqq. („semper ridet et vexat theologos et magistros artium...“), p. 267<sup>21</sup>. sqq. („surgunt multi hæretici et pseudochristiani... Ulrichus Huttenus...“), p. 272<sup>29</sup>. sqq.

1) i. e. Appendicis primi voluminis et totum volumen alterum primæ editionis, non postea additarum opp. II. 63...70. 2) Cf. Behaim in Hutt. Opp. I. n°. LXII. i. f. p. 150. et sq. not. 4. 3) excipienda I. 19. 4) Cf. Laur. Behaim in Hutt. Opp. I. p. 133<sup>16</sup>. sqq. 5) Hutt. Opp. III. p. 64...81.

(„unus Ulrichus Huttenus qui est valde bestialis, semel dixit, si fratres prædicatores facerent sibi illam iniuriam, quam faciunt Ioanni Reuchlin, ipse fieret inimicus eorum, et ubicunque reperiret unum monachum de hoc ordine, tunc vellet ei amputare nasum et aures. Iste etiam habet multos amicos in curia episcopi [Mogunt.] qui etiam bene favent Io. Reuchlin. sed nunc abivit . . . in uno anno non fuit hic. Diabolus auferat eum.“); p. 279<sup>4</sup> („studuit Bononiæ“). Quod in Reuchlinistarum exercitu „Ulrichus de Hutten, vir omni in doctrina absolutissimus“ et quasi verum, non fictum, ab Hutteni diversum nomen esset, „Eleutherius Byzenus, qui Triumphum in Capnionis victoriam scripsit“ recensentur, error est, de quo iam olim dixi<sup>7</sup>. Quæ nunc tandem ad Hutteni vitam pertinentia antea incognita h. l. adicienda esse videntur, tria sunt: primum quod anno 1505. die 28. Octobr. in matriculam universitatis Coloniensis inscriptus est<sup>8</sup>; alterum est quod habet Ioannis Keßleri s. Ahenarii Sangallensis 'Sabbata' inscriptus liber<sup>9</sup> de Hutteno caput hoc:

*Von herr Huldrichen ab Hutten, ritter.*

*Huldrich ab Hutten in dem land Wirtenberg [!], welcher sich nitt hatt wellen vernügen lassenn, nach liblich stammen und blüt edel geboren sin, sunder wol wissend, das wißhait und tugend ainen zû warem ritter schlachend, nach sollichem adel hatt er gefochten und in so ver erlanget, das er in kunst und wißhait furtrefflichen gelert ist worden. Und do er nach seiner kunst und wissenhait nach der hohen schülen gewonhait wol hett mogen doctor werden oder ainen andern erenrichen grad annehmen, hatt er solliche tittel gantzlich ußgeschlagen und veracht, vil meer geliebt on den titel gelert sin, dann nitt und darfur gehalten werden, ja mitt offentlichen geschrifften die angestastet so mitt gelt und schenkenin mer dann mitt werdschafft irer kunst hoche titel und nammen erkoffen. Ain solliche wurtz disem adelichen gemüß in gepflantz hatt nitt großer not bedorffen, wie es euangelischer warhait bericht wurde, sunder wie bald Luther anfang broßen, war die frucht an im schon blügend, und furnemlich betrachtet wie Tutschland von Romischer thyranney beschwert und berobet werde, dardurch sin blüt entzündt, das er nitt allain mitt der feder, och schier (wo es geburt hette) mitt dem schwert Tutschland von sollichem triegen begerte ze entledigen; in sollicher brunst hatt er ettliche dialogos, das sind gesprechwiß geschribne bücher ußgon laßen, darinn (wie man spricht) kain har gespalten, sunder fry wie im am hertzen, mitt dem mund herfur tragen. Wie wol solliche hitz (besunder im anfang sollicher schweren sachen) Martino Luther und sinen verwandten nitt gentzlich wolgefallen, doch ist es nitt übel geradten. Er hatt selbst bekennt und vermaint, Gott habe Martino Luther als ainen predicanten, der sich der gwissne beschwernus besunderlich annemme, ainen sennftmüttigen gaist, im aber, der sich liblicher beschwernus furnemlich belade, als ainem ritter unser Tutschen nation zû gutem mitt worten und thaten dapferkait verlichen. Deshalben er im das spruchwort zugeaignet, jacta est alea, ich habs gewagt. Ettliche vermainten; er schribt meer uß nid und hass dann durst nach gerechtikait und fryhait, dann do er schier gantz Europam, das ist das drittail des erdtlich (wie er spricht in ainem brieff an den Crotum) durchwandellet, ist er och gen Rom kommen, do er aber von den Romischen erkennt und verkundschaft, ist er gefangen und ser mißhandlet worden, dardurch er zû zorn sollte bewegt sin und mitt sollicher hitz und schärpffe*

6) Hutt. Opp. I. p. 130<sup>35</sup> et 131<sup>22</sup>.

7) Hutt. Opp. III. p. 415. med.

8) cf.

supra p. 354. art. Crotus.

9) Sabbata. Chronik der Jahre 1523...1539. Herausgegeben von E. Götzinger. St. Gall. 1866. 8<sup>o</sup>. I. p. 167...169.





rari solet Huttichii legatum ad dotandas pauperes virgines quæ non militibus nubarent relictum<sup>5</sup>.

5) cf. Ioannis Serr. rer. Mogunt. III. p. 321. sqq.

LÆGER, Ioannes. *vid.* Crotus.

IANVA, Iohannes de. Catholicon Iohannis Balbi (s. de Balbis) de Ianua (i. e. *Genua*) s. Ianuensis, ordinis prædicatōrum, anno 1286. absolutum sæpe penna typisque repetitum est<sup>1</sup>. inscribitur 'Summa quæ vocatur Catholicon'. ipse præmonuit „Tractatus iste tamquam a principaliori intento si placet, Prosodia nuncupatur, vel si magis placet, liber iste vocetur Catholicon eo quod sit communis et universalis<sup>2</sup>“. Quinque libri partes sunt: de orthographia, de accentu, de etymologia, de figuris, de prosodia. Præter hoc lexicon Latinum, præcipue ex Papia Hugutioneque compilatum, Ioannes scripsit etiam prosodiam sive grammaticam et Dialogum de quæstionibus animæ ad spiritum atque Opus paschale<sup>3</sup>. Etiam veteris grammatici Probi 'Catholicon' (apud Putschium) extare, si quis forte nesciat, monuisse iuvabit. — De Ioanne sic Piemontanus in MS. Auctar. scriptor. ecclesiasticor. fol. 109<sup>a</sup>:

Iohannes de ianua ordinis fratrum predicatorum vir in divinis scripturis exercitatus et secularis litterature et grammaticæ quam maxime eruditus ingenio excellens et sermone scholasticus vita et conversatione religiosus Scripsit ad utilitatem legentium non pauca opuscula E quibus extat vulgatissima illa de quattuor partibus grammaticæ summa quam greco vocabulo prenotavit

Catholicon	li iiij	Prosodie
Vocabulorum summa	li j	Latina

Et quedam alia Quo hic tempore claruit certum non habeo Notandum vero quod predictum eius opus quasi a somnabundo auctore excogitatum plerumque a neotericis grammaticis purioris latine lingwe deditis sicut a perotto. nestore. calepino bebelio et similibus reprehenditur Eius tamen maximus vsus apud simpliciores præcipue religiosos existit.

Non me contineo quin ex Denisio<sup>3</sup> quæ de Catholico in bello regum Nominis et Verbi Andreas Guarna Salernitanus, patricius Cremonensis, eodem fere tempore, quo Piemontanus exiles suas notitias compilavit, facete, ut mihi videtur, lusit, cum lectoribus communicem:

„Inter quos [*latrones*] fuit quidam nomine *Catholicon*, qui grandem asinum vocabulis Græcis Latinisque confuse permixtis honestum in Italiam agebat [ceteris occisis] hunc solum vinetum cum suo asino in castra duxere. qui tormentis coactus .. confessus est se omnia vocabula in Grammaticæ terris furto surripuisse. cum vero eum quis Græce interrogasset, ingenueque respondisset se Græce nihil scire, Latine autem parum, Quid ergo, inquirunt iudices, Græca

1) Hain Repertor. n.º. 2251...2269: adde quæ indicat Panzer Ann. typ. X. p. 430.

2) Cf. Dissertationem de præcipuis Lexicis Latinis eorumque Auctoribus Rob. Stephani Thesaurο L. L. ed. Londin. et Thesaurο quoque Gesneriano præmissam. Du Cange præfat. Glossar. Lat. § XLVII. Fabricii Bibl. Lat. med. et inf. æt. I. p. 437. sq. et præcipue F. Haase de med. æv. stud. philol. Vratisl. 1856. 4º. p. 34. sq. 3) Denis Wiens Buchdruckergesch. p. 70. ubi Guarnæ opusculi edit. Vindobon. 1512. describit.

tecum defers vocabula, quæ non intelligis? Ad quæ ille 'Tanta apud nostrum plerosque, inquit, literarum est imperitia, ut etiamsi barbare loquar, facile illis persuadeam me Atticæ eloquentiæ angulos omnes penetrasse'.

IDIOMA *vid.* Corvinus et Niavis.

IESVS, Doctor (p. 289<sup>7</sup>). Hoc nomen gessisse Ioannem Burkardi, prædicatorii ordinis monachum scelestum, Zwinglii epistula infra repetita docet, quæ tota commentarii loco esse potest narrationis p. 289. sq. de doctore Iesu prolata, in tantum, ut forte mireris, Zwinglium Marcolphi Sculteti

1) Zuinglius ad Nicol. Wattenweil. d. 24. Mart. a. 1528. (Zuinglii Opp. edd. Schuler et Schulthess. Turici 1842. tom. VIII. p. 152.) „... Iac. Wagner legatus vester ... Bremgarti manum iniecit Monacho isti, quem Doctorem Iesum (forte Iosen) vocant\*, itidem constanter et moderate gesto negotio, ut optimi quidam eorum Civium magnopere commendent præmaturam maturitatem. Sed nunc ista admonent, quorum caussa Te nunc maxime literis istis turbo. Cum Iacobus vester a Senatu Bremgarti postulavisset, ut Monachus aut prehenderetur, aut vadimonium præstaret (*Verbürgnus* in re capitali, pro legibus et more municipii huius), prodiit Huldrychus Mutschli [reformationi amicus et postea Scultetus factus] senator opulentus ac vadem se constituit. Permisit ergo Senatus, ut more Civium satis dederit Monachus, et pro cive reputetur in hac caussa. Hic ergo suadent qui isthic ab Evangelio sunt, ut, si vobis videatur, id postuletis a Senatu Bremgartensi, quandoquidem Ioh. Burkardi, id enim nomen habet Monachus, missionem honesti et boni viri (*Brief und Siegel, daß er erbar und von Eren da sei; eine Kundschaft die einer bringt, so er Burger wird: Abscheid.*) nunquam attulerit Bremgartum, nec enim possit, non stetur vadimonio Mutschli, præsertim cum prius etiam aufugerit Monachus, donec Mutschli vadem se præstaret. Sic enim fieri putant, ut libere liceat quorundam conatibus obstrepere, qui eum contra leges et ius tuentur. Est autem manifestarius fur Monachus iste. Nos furtorum eius multa genera habemus certa et indubitata, quæ ab Argentorato, ubi admisit, ad nos dederunt amici, at isto momento ad manum non sunt, sed apud Abbatem Capellæ, sed primo quoque tempore repetam. Istis interim duobus furtis contenti sitis, nam Argentorati sufficiens testimonium habebimus, magnum modum tritici furatus est ad cellam suam siti, per foramen, quod a meretricula sua divenditum est. Reddidit etiam. Et crucem auream, *eyn goldin Krytzel* etc. Quæ omnia ita sunt manifesta, ut nulla possint tergiversatione negari.“

\*) Editores: „Ioannes Burkardi concionator Bremgartensis, contra quem Bullingerus 1526. in Capel libellum de Scriptura et Missa edidit, quo questus est eum maledicere, quamquam ille iuvenis ipse, studio flagrans id ipsum commisit.“ — Ex Panzeri Ann. typ. hos libellos huc pertinentes indico: 1) VIII. p. 267. n.º 197. „Ordo Missæ pro informatione Sacerdotum per P. Iohannem Burkardum Argentinum. Romæ typis Stephani Guilereti MDXXIV. 8º. 2) VI. p. 265. n.º 705. „Henricus Bullinger de origine erroris in negotio Eucharistiæ et Missæ. Basileæ in ædibus Thomæ Wolffii. MDXXVIII. 8º. 3) VI. p. 271. n.º 743. „De origine erroris in diuorum ac simulachrorum cultu per Henrychum Bullingerum. Basileæ in ædibus Thomæ Wolffii. MDXXIX. 8º.

testimonium non adhibuisse: sed apertiora ex Argentorato sibi missa Burckartianorum furtorum testimonia habere ipse dicit. Primus quem sciam de nequitia Burckarti locus Wimphelingi est, narrantis summissariam (i. e. officium presbyteri in ecclesia Argentinensi inferius, celebrandi maius sacrum sive summam missam), qua ex gratia apostolica anno 1503. potitus fuisset, se propter malas Ioannis Burchardi, Argentinensis ecclesiae decani, ad praeendas obrepenti artes, quales idem antea quoque contra Simlerum Weiblingerumque exercuisset, sponte dereliquisse<sup>2</sup>. Non pugnat cum pessima viri fama inscriptio epistolae Mutiani<sup>3</sup>, 'ex Bononia kal'. Iuniis. Anno christi. M.cccccc.ij." datae „Ioanni Burckardo Argentinensi: ecclesiae Haselocē preposito: Sanctissimiq; dñi nři pape Cerinoniae magistro: maximi celebratissimiq; nomis viro“: nam summi honores et infimi mores saepe coniuncti sunt. Ea quae carmen a Sculteto repertum (p. 299<sup>6</sup>.<sup>549</sup>) de doctore Iesu celebrat, etiam Germanicis versibus<sup>4</sup> confirmantur. Secundum Murnerum<sup>5</sup> disputationi Badensi Helvetiorum (dieb. 21. Mai. . . 8. Iun. a. 1526. habitae) interfuit etiam „D. Iohannes Burekardi sacrae theologiae doctor praedicans in Bremgarten cum capellanis Badensibus“. idemque secundum Koßlerum<sup>6</sup> inter eos fuit, quos anno 1530. Augustae Vindellicorum praedicatores instituit imperator. nec dubito quin huc pertineant quae ad annum 1531. de Esslingensibus retulit Schnurrerus<sup>7</sup>. Quando et ubi et utrum in lecto an excelsiore loco animam expiraverit iste praedicator, mihi ignotum est.

2) Vide ipsius Wimphelingi infra eo articulo repetitam narrationem. 3) quae legitur in Wigandi Trebellii Hassonis libello 'Concordia curatorum etc. s. l. et a. [1503.] 4<sup>o</sup>. pag. Aij<sup>b</sup>. de quo libello cf. Rieggeri Amœnitt. Friburg. p. 219 ... 221. n<sup>o</sup>. 30. 4) versib. 45...56. quos ex libello *History von den fier Ketzren* a. 1521. edito supra p. 313. art. 'Bernense scelus' transcripsimus. 5) ap. Echard Serr. ord. praedicator. II. p. 114. 6) Sabbata ed. Götzinger. part. II. *S. Gall.* 1868. 8<sup>o</sup>. p. 258. ad a. 1530. „*Demnach halt kai. mt durch ainen erenholdt . . an edict offentlich verkunden lassen, under anderem des inhalts, das in der statt Augsburg niemal hinsuro predigen sol, es sy och wer er well, sunder allain die, so von kai. mt darzu verordnet werdend, by hochster straff verboten; bald sind von kai. mt verordnet diße folgende papstische doctores Ioann Faber, Ioann Eck, Ioann Mensing, Mathis Kretz, herr Mathis zu Huldreich, Burckhardt prediger monach, Wolffgang pfarrer von Saltzburg, Medardus observant, kay. mt predicant.* 7) *Erläut. der Würtemb. Kirchen-Ref. u. Gel. Gesch. Tübing.* 1798. 8<sup>o</sup>. p. 93. „*Die Reichsstadt Esslingen wagte noch 1531. unerschrocken den raschen Schritt, die Reformation einzuführen. Ambrosius Blaurer von Costanz ward berufen, die schriftmäßige Lehre öffentlich zu predigen, und die neue Kirchenverfassung anzuordnen. Die Messe ward eingestellt — damit der bisherige Pfarrer, D. Johann Burckhardt, kein Hindernis machen könnte, ließ der Magistrat das Schloß zur Sacristey ändern, um dem Pfarrer seinen Schlüssel unbrauchbar zu machen — die bisherige Priesterschaft samt dem Mönchstand der vier Clöster, ward aufgefordert, ob sie sich getraue, die Messe und die Bilder mit Gottes Wort zu vertheidigen . . .*“

IUNGE, Wernerus. *vid.* Wernherus.

IVVENCVS (p. 4<sup>29</sup>), Cassius (al. Caius) Vettius Aquilinus, Hispanus presbyter sub Constantino M., cuius sacra poemata saepe, etiam cum Sedulio aliisque poetis christianis edita sunt, composuit præter alia Historiam

evangelicam heroicis versibus IIII libris, Matthæum maxime secutus<sup>1</sup>; parique modo etiam 'liber in Genesim' ab eo scriptus est, quem edidit Martene<sup>2</sup>; Trithemius<sup>3</sup> et ex eo Gesnerus<sup>4</sup> Iuenci etiam 'De sacramentis libros II' laudant, ceteraque ab eo scripta sibi ad manus non pervenisse dicunt. Virum nobilem atque doctissimum philosophum, poetam, rhetorem et theologum insignem, et non minus conversatione quam scientia scripturarum ecclesiæ venerabilem fuisse Iuencum Trithemius scribit. alios qui de Iuenco scripserunt, indicat Hamberger<sup>5</sup>, quibus addi possunt qui de Iuencis apud Ammianum Marcellinum et in constitutionibus imperatorum memoratis inquisiverunt.

- 1) Hain Repertor. n°. 9725. sq. Cf. Fabric. Bibl. Lat. m. et i. æt. IV. p. 626. sqq. Cave scr. eccl. hist. lit. ed. Basil. 1741. fol. p. 200. *Hamberger Nachrichten von Schriftst.* II. p. 702. sq. 2) Nova collect. IV. p. 15. sqq. 3) de scr. eccl. p. 203. 4) Biblioth. fol. 474<sup>b</sup>. 5) l. c. p. 700. sq.

KACHELOFEN. Conradus Kachelofen sive Gallicus, i. e. ex *Hänichen* s. *Hainichen* (puto oppidulo Saxonico, ubi Gellertus etiam natus est, non eo quod in Silesia est), Lipsiensis typographus ab anno 1485, qui ipse sese dicit 'impressoriarum artis magistrum oppidique Lipsensis concivem'. Magis vero crediderim p. 277<sup>32</sup> indicari Brixium Kachelofen Lypsensem, qui in albo acad. Viteb. a. 1510. inscriptus est<sup>2</sup>. Obiter adnoto quendam Ioannem Kacheloffen a. 1490. inter Ingolstadiensis typographos fuisse. Ceterum licentiati Padormanni Fornacifidis (I. 38.) personam eandem esse atque hanc Kachelofeni atque sub ea bonam ipsius Croti partem latere suspicor.

- 1) ap. Panzer Ann. typ. I. p. 483. n°. 95. 2) Förstemann Alb. acad. Vit. p. 34.

KEILBACH, Magister Philippus (p. 272<sup>27</sup>), Moguntiae. Hic Reuchlinista neque ex familia militum de Kellenbach<sup>1</sup>, qui est vicus Hunsrückensis, neque homo tenuioris originis fuit qui pro more eius temporis et hodie quoque maxime inter operarios peregrinantes solito et in his quoque epistolis frequenti a patrio loco<sup>2</sup> nomen sibi adsumpsit, sed fuit 'eruditus vir Francofurtensis': apud Panzerum<sup>3</sup> legimus: „Arma patientie contra omnes seculi adversantes. *Icon arma patientiae sistens* . . . fol. 1<sup>b</sup>: THOMAS MYRNER diuinarum humanarumque literarum Doctor Erudito viro. Philippo Keylbach francofurten. Felicitatem. *In fine* 1511. 4°.

- 1) cf. Ioannis Serr. hist. Mog. I. p. 806. 2) Keilbach nominatum vicum oppidulumve novi nullum. 3) Ann. typ. XI. p. 415. n°. LXIV.

KIRCHBERG, Ioannes, magister, Padormanni Fornacifidis amicus singularissimus, cum eo promotus (p. 38<sup>35</sup>), ceterum mihi plane ignotus. hunc ab oppidulo Hunsrückensi Kirchberg, prope quod olim Dummissus condita fuit, nomen habuisse puto<sup>1</sup>, non autem fuisse ex comitibus Kirchbergensibus, quorum novissimus, qui obiit a. 1510., fuit Philippus „miles præstans, et qui digito tantum poterat in pariete ferreum clavum infigere“<sup>2</sup>.

- 1) cf. supra p. 396. art. Hungen. 2) Crusii Annal. Suevic. Ff. 1596. fol. III. p. 537.

KIRHERVS sive Kierher s. Kirrher, Ioannes, Sletstadiensis, canonicus Spirensis, ex iis Erasmi Roterodami amicis, quos sibi fecit cum quasi triumphans iter ex Flandria Constantiam usque ageret<sup>1</sup>. In fine epistolæ Kirherianæ ad Lazarum Schurerium, Wimphelingiano carmini<sup>2</sup> præmissæ legimus: „hoc tu carmen digneris, mi Lazare, communicare nedum sodalitati literariæ urbis Argent. (cuius ipse Iacobus [Wimphelingius] fundamenta iecit<sup>3</sup> verum etiam omnibus eius discipulis, puta quatuor nobilibus Sturmis, Othomaro Philomelæ, Lucæ Pathodio, Hieronymo Frentzelino, Conrado Passereno, Leonardo Fontano, Laurentio Duntzhemio, Georgio Ingoldo, Iacobo Scheffero, Ioanni Dietzelero... Vale ex Nemeto...“ Schlauraffum Sletstadii (non Spiræ) ad Græcas litteras discendas admonet Kirherus p. 201. v. 115. Spiræ Kirherum anno 1518. Fr. Philelphi Convivior. libros II edidisse et eodem anno pestilentia correptum obiisse Eichstadius<sup>4</sup> nullo teste adducto scripsit. Erasmus<sup>5</sup> d. 20. Oct. a. 1518. e Lovanio ‘optimo Kirrhero ceterisque canonicis, quorum humanitas nos istic [Spiræ] refocillavit’, salutes mittit.

- 1) cf. Kirheri ‘Spiris d. 16. Sept. a. 1515.’ scriptam epistolam, in Erasmi epp. L. B. 1706. fol. n°. CLXXXIV. coll. 162. sq. 2) ‘Ad Leonem X. P. M. carm. contra prodigos in scorta etc. s. l. et a. in 4°. prodiit Argentor. ex offic. Schurer.; ap. Riegger. Amœnitt. Friburg. p. 474. repetita est epistola. 3) cuiusque cœtus socios enumerat Wimphelingus in epist. ad Erasmus data „ex Argotoraco, Basil. XI. Cal. Oct. M.D.XIV., quam cum alia ab aliis omisam exhibet Riegger Amœnitt. Friburg. p. 368...378. Cf. artice. Brant et Schurerius. 4) in programm. Ienensi 1832. de poesi culinæ. III. p. 15. 5) Erasmi epp. L. B. 1706. fol. Append. n°. CCXCI. col. 1683.

KÖNIGSTEYN, Ioannes, Moguntinus, Schlauraffi vexator (p. 203. v. 167.), de quo nihil compertum habeo, nisi quod Münchiana Rotermundianaque somnia sunt ex Iœchero exscribere quæ is de Antonio ‘Königstein, cognomin. Broickwy’, Franciscanorum guardiano Brulensi (*Brühl*), tum Neomagensi (*Nijmegen*) habet<sup>1</sup>, quasi ad hunc Iohannem pertinerent, qui tamen pariter atque ille Antonius nomen Königstein ab oppidulo patrio, non ita longe a Moguntia dissito, gessisse videtur<sup>2</sup>. Ceterum Königsteinium nostrum Moguntiae Carbachi, Huttichii Weidmannique collegam fuisse ex Schlauraffi narratione colligo. De Eberhardo comite Königsteinii et Diezæ, dynasta Eppensteini et Münzenbergæ, qui sub archiepiscopis Moguntinensibus Üriele et Alberto summas dignitates gessit<sup>3</sup>, cogitare vetat magis quam prænominis diversitas id quod noster Iohannes nobilis genere non fuisse videtur.

- 1) cf. etiam Miræi serr. sæc. XVI. in Fabric. Bibl. eccles. p. 144. Foppens Bibl. Belg. p. 80. Hartzheim Bibl. Colon. p. 20. 2) cf. art. Hungen. 3) Ioannis rer. Moguntiacar. II. p. 820. 825.

KOHLBURGER *vid.* Brassicanus.

LANGENSTEIN *vid.* Hassia, Henricus de.

LANGIVS, Paulus (cf. epp. II. 63. 65.), Zuiccaviensis, monachus et presbyter ordinis sancti Benedicti cœnobii Bosauiensis prope Cizam anno 1487. factus pœnitentia captus ‘bene novem modis apostatavisse ab ordine’

(p. 286<sup>1a</sup>), 'novem modis ex clauastro cucurrisset' (p. 291<sup>2a</sup>-sqq.) fertur. Anno ante Cracoviæ litterarum studio sese vacasse ipse rettulit<sup>1</sup>: et in cœnobio ab abbate Petro, docto librorumque amantissimo viro, ad bibliothecam ordinandam exornandamque adhibitus est<sup>2</sup>, ubi diligenter 'antiquitatum historiis' studuit<sup>3</sup>. Cum anno 1507. aut sequenti apud Trithemium, quem præceptorem suum multis locis honorificentissime memorat, Wirceburgi esset, hic (ut ille quidem dicit atque alii repetunt) auctor ei factus est, ut contra Wimphelingium scriberet, de qua re ipsum Langium audiamus qui<sup>4</sup> „Iacobus Wimphelingus“ inquit „sacerdos et theologus et doctrina aliqui conspicuus, sed scribendo plurimum acerbus et spinosus passim cæterorum et vitam et scripta cynice tractando. Qui cum in libello suo 'de integritate' mores religiosorum et ingenia etiam antiquorum patrum taxasset, librumque de scriptoribus ecclesiasticis Ioannis Trittemii abbatis et quondam præceptoris mei temere et insipienter reprehendisset<sup>5</sup>, nostroque ordini tres præstantissimos ecclesiæ doctores, Gregorium videlicet magnum, Alquinum Caroli M. magistrum, ac venerabilem Bedam subtraxisset, eos cucullatos sive religiosos extitisse scriptum negando, sicque aliis ordinibus fecisset quibusdam, iussu ac instinctu memorati abbatis Trittemii, viri undecunque doctissimi, sub cuius tunc certo tempore militabam obedientia in archisterio divi Iacobi prope Herbipolim, scripsi contra eum, immo eius deliramenta, opus bipertitum in laudem et defensionem claustralium omnium“ et idem<sup>6</sup>: „... quod ob inclitum cucullæ odium prætermissum non dubitatur: nimirum cum et nostro ævo inventus sit quidam cuculomastix acerrimus, qui in detestationem atque derogationem monachorum sanctum Gregorium pontificem Romanum, eius nominis primum, sacrosanctæ doctorem ecclesiæ præstantissimum (sicuti et complures alios) scripserit dementissime, nunquam fuisse monachum. Cuius insecitiæ et detractationi sat copiose et acriter, hortatu ac instantia Ioannis Trittemii abbatis, viri undecunque doctissimi (quem et idem graviter taxaverat) quodam bipertito ad omnium claustralium defensionem respondi opusculo“, qui liber „est approbatus in capitulo Reinhartzbornensi anno 1509.“, ut ad p. 285<sup>3a</sup> dictum est. Wimphelingium, olim peregrinationum amantissimum, postea claustralis vitæ desiderium cepit, Langium, illius olim adversarium, quocum vero postea in gratiam rediit, Trithemii litterarum amor ac munificentia litterarium legatum per Germaniam peregrinantem fecit, quod munus hominem Argentoratum usque et in Wimphelingi Brantique, quocum antea quoque litterarum commercium exercuerat<sup>7</sup>, notitiam deduxit, idemque procul dubio Langianum certamen ad id pertinentium epistolarum O. V. auctori in recentem memoriam revocavit. de hac legatione litteraria per annos 1515. et 1516. acta, Trithemii autem morte abrupta, ipsius Langii Chronicon Citiense<sup>8</sup> videndum est, ubi ipsas abbatis litteras commendaticias patentes Langium exhibet<sup>9</sup>. Ceterum monachus noster ut in æqualium monacho-

1) Chronic. Citiz. ed. Pistor. in Germ. rer. scr. cur. Struv. Ratisbon. 1726. fol. p. 1262. 2) ibid. p. 1259. 3) ibid. p. 1124. med. 4) ibid. p. 1267. 5) sed cf. quæ ad p. 285<sup>2a</sup> adnotavimus. 6) Chronic. cit. p. 1124. 7) ibid. p. 1276. 8) p. 1175. et novissima pars. 9) p. 1289. Cf. etiam Ziegelbauer Hist. litt. ord. S. Benedicti. Ang. Vind. et Herbip. 1754. fol. Part. I. p. 413. sqq.

rum corruptam vitam occasione data acriter invehitur<sup>10</sup>, ita multis locis<sup>11</sup> Lutherum evehit, quamvis eius discipulum se profiteri neget<sup>12</sup>, quæ res inter recentiores partes ecclesiasticas ira magis quam studio agitata cum ad epistolas O. V. non faciat, hic omittenda visa est. Quod Barthius Struviusque in præfatione chronico Citizensi præmissa de Reuchlino conquesti sunt, quod is virum tam eruditum inter obscuros posteritati ridendum rettulisset, non fecissent, nisi antiquato errori de Reuchlino epistolarum O. V. auctore adhæssissent. Præter opusculum bipertitum, de quo supra dictum est, et Chronicon Citizense Langius etiam Chronicon Numburgense et Carmen de laudibus Saxonie reliquit<sup>13</sup>. — Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. p. 111<sup>b</sup>:

Paulus langius monachus bossauensis Natione teutonicus patria francus originalis [sic] homo certe in diuinis scripturis studiosus et in litteris humanitatis excellenter imbutus ingenio acutus et eloquio clarus metro exercitatus et prosa Scripsisse fertur nonnulla vtroque stilo ingenii sui preclara sinthemata quibus nominis sui memoriam apud posteritatem cum laude tenebit de quibus tamen hucusque nihil ad lectionis nostre studium peruenisse memini Extant eius opuscula quedam pro tritemio nostro contra jacobum wymphelingium presumptuosa temeritate ex historiarum ignorantia et de inuidia in quodam libello suo quem falso de integritate prenotaui eundem doctissimum patrem sugillantem quasi complures doctissimos viros inter claustrales posuerit sicut Ieronimum gregorium magnum bedam alcuinum et similes quos ipse posset demonstrare nunquam cuculla inclusos fuisse. huius ergo temeritati iste obsistere volens duos edidit libellos in quibus illum erroris manifesti certis ac solidis rationibus conuincit Nam quos ille fuisse monachos inepte negat iste cuculla indutos fuisse varia astipulatione manifestat In quem etiam wymphelingium alius quidam [*is est ipse Butzbachius sive Ioannes Piemont: cf. infra art. Piemont*] propediem ob eandem causam calamum suum vibravit Scripsit itaque hic studiosissimus tritemiophilus noster

Defensionum	li j	
-------------	------	--

Carmina plura

Oracionum supplicatarum

li j

Epistolas ad diuersos

Opus metricum de laudibus pa

li j

Et alia quedam

Contra pompas et excessus prelatorum  
claustr

li j

Dialogum inter poetam et sophistam li j

Ad marg. ad- scr. est
Epigrammata plura
Epistolas quo- que ad di- uersos

Vixit adhuc etate florida et studio gaudens a<sup>o</sup> dñi 159 [1509.] sub julio 2<sup>o</sup>

10) cf. e. gr. Chronic. cit. p. 1125, 1295. 11) cf. ibid. p. 1177, 1213, 1270, 1280.

12) ibid. p. 1282. 13) cf. vitam Langii in *Schöltgen und Kreyssig Nachlese der*

*Historie von Ober-Sachsen. Dreßd. u. Leipz.* 1733. 8<sup>o</sup>. tom. XI. p. 88...126. Ibi

alii Langianæ vitæ scriptores memorantur *Bayle Dict. v. Lange* [immo Lan-

gus]; *Schmidt Zwickau. Chronik.* I. p. 481.; *Hamburg. Bibl. hist. cent.* VI. p. 157.;

*Leuckfeld vom Kloster Posau* p. 23.; *Schamelii Anmerk. darüber* p. 57. — Quæ

*löcher v. Lange, Paul* habet, ex Vossio de hist. Lat. L. B. 1651. 4<sup>o</sup>. p. 644.

sumpta sunt. — Oberlini programmata Argentorati anno 1806. de causa inter

Wymphelingum Langumque agitata edita videre mihi non contigit.

LANGSCHNEIDER, Thomas, Lipsiæ baccalarius theologiæ formatus, cum epistolam I. 1. scriberet, sed magister, cum per Irum Perlirum Ortvinum

'mitteret salutare' (p. 277<sup>31</sup>), mihi quoque, quamvis prænomen sive per negligentiam sive de industria potius, tegendæ inrisionis causa, diversum positum sit, idem esse videtur atque ille Ludovicus Sartoris, Germanice Langschneider, Gorlicensis, qui post consulantem Arnoldum Wüstenfeld<sup>1</sup> anno 1507. et iterum a. 1528. rector et a. 1508. decanus facultatis artium fuit, mortuusque est d. 1. Apr. a. 1536.<sup>2</sup> In actis Lipsiensibus sic inscriptus est, inter rectores<sup>3</sup>:

nº. 197. A. 1507<sup>b</sup>. Ludovicus Sartoris Gorlitzensis ing. art. M. th. B.

„ 239. „ 1528<sup>b</sup>. Ludovicus Sartoris Gorlicius th. P. duc. C., ingenuæ Misnensis ecclesiæ canonicus. (secundo.)

inter collegii minoris sodales sic<sup>4</sup>:

nº. 71. A. 1520... 1536. M. Ludovicus Sartoris (Langschneider) Gorlitzio Lusatus.

et inter decanos sic<sup>5</sup>:

nº. 198. A. 1508<sup>a</sup>. M. Ludovicus Sartoris Gorlicensis, th. B. form. (In vigilia Paschæ ante festum sancti Georgii.)

De duobus aliis Sartoribus in his epistolis O. V. memoratis, Iodoco Olo-mucensi, qui II. 11., et Philippo Sartoris de Erfordia, qui II. 49. Romæ ad Ortvinum scripsisse finguntur, ne id quidem exquirere pötui, utrum, quod verius videtur, certi homines, an ficta nomina essent.

1) cf. *infra* hunc art. 2) cf. *Köhler Fygm. z. Gesch. Lpz.* 1787. 8º. I. p. 144.

3) *Zarncke in Abhdl. d. phil. hist. Cl. der sächs. Ges. d. W. Leipz.* 1857. II. p. 594. 596. 4) *ibid.* p. 765. 5) *ibid.* p. 811.

LAZIVS, Simon, celebris historici Wolfgangi Lazii pater, medicinæ doctor et professor Vindobonensis, canonicus ad sancti Stephani ædem. Æ Suevia oriundus fuit, 'compatriota Reuchlini' (p. 237<sup>21</sup>), quem inter Reuchlinistas etiam legimus<sup>1</sup>. „Anno 1532. migravit ex hoc sæculo clarissimus vir D. Simon Latz Medicinæ Doctor. Præstantissimi uiri Wolfgangi Latzii Medicinæ Doctoris et Professoris Ferdinandi I. Cæsaris & consiliarii et historici Pater.“<sup>2</sup>

1) *Hutt. Opp.* I. p. 131<sup>15</sup>. 2) *G. Eder Catalogus Rectorum Vienn.* 1559. 4º. p. 69.

LEO DECIMVS pontifex maximus post Iulii PP. II. obitum idibus martiis anno 1513., cum triginta septem annos natus esset, electus: lucem enim primam aspexit hic Ioannes Medicæus, Laurentii filius, Florentiæ d. 11. Dec. a. 1475., mortuus est kal. decembribus anni 1521. Vita huius hominis, cuius virtutes ac vitia, insignia utraque, neque huius loci neque mei officii est describere, in ea tempora condicioneseque rerum et civilium et ecclesiasticarum incidit, quæ nominis immortalitatem ei comparaverunt. Ubi in epistolis O. V. Leonis mentio facta est, bonis litteris faventem ecclesiæ primatem agnoscimus.

LICHTENBERGER, Iohannes (p. 264<sup>10</sup> 266<sup>10</sup>)<sup>1</sup>, astrologus in curia Friderici III. imperatoris, de quo Löcherus<sup>2</sup> ex Tenzelio sic: Iohann Lichtenberger

1) cf. etiam *Pepericorni Defens.* ed. n. p. 171. sq. 2) *Gel. Lex.* II. coll. 1928. sq. ex '*Tenzels monatliche Unterredungen* 1689'.



oder de claro Monte, ein Eremit von Lichtenberg im Elsaß, .. hat um 1488. gelebt [iam anno 1484. prodiisse Pronosticationem ipse statim dicit] und eine Practica von der grossen Conjunction Saturni und Iovis im Jahre 1484; desgleichen Eclipsin der Sonnen im Jahr 1485. währende bis man schrieb 1567 oder 1576 aller Stände der Welt böse und gute Zufall verkündende, geschrieben. Man cignet ihm auch, wie wohl ohne Grund, eine Postill zu<sup>3</sup>. Ipse Lichtenbergerus in Pronosticatione sive Practica nominavit se 'peregrinum Ruth in nemoribus latitantem. Cuius oculi caligauerunt stilus tremet senio oppressus'. Pronosticationis s. Practicæ astrologicæ sæculo xv. publicata sex Latina exempla, tria Germanica et Italicum unum describit Hainius<sup>4</sup>; tria Latina (Coloniensia duo et Mutinense unum) atque Italicum unum indicat Panzer<sup>5</sup>; non omnia hæc exempla, sed et non nulla recentiora recenset Ebertus<sup>6</sup>, ex quo etiam recentioris superstitionis isti Practicæ omnem auctoritatem fidemque tribuentis testimonium repetii, quale tria fere sæcula antiquius Ulricus Boßler Haßfurtensis<sup>7</sup> dedit his verbis: *lis doch die pronosticaz, so der hochberümpeltest astronomus, so bei unsern zeiten gelebt, genant Liechtenberg, im 88. jar mit gottes hilf und anrufen gemacht, die biß her war worden und noch deglich war wurt, und lis das in seinem zweiten capitel, da er schreibt von dir, deinen cardinelen, bischoffen und sunderlich den cortisaneu*..<sup>8</sup>. Nuper Iohannes Friedrich<sup>8</sup> ex ipso Lichtenbergero hunc inter præcipuos et reformationis et belli rusticani prænuntios effectoresque numerandum esse exposuit.

- 3) Ebert Bibliogr. Lex. ad n°. 11972. „Eine vorgebl. Postille L's (Bernhards curiöse Hist. der Gel. 601.) ist ein Unding.“ 4) Repertor. n°. 10080...10089. De exemplo a. 1488. (ap. Hain. n°. 10080.) vid. Gödeke, Pamphilus Gengenbach. Hannov. 1856. 8°. p. 606. not. 2. 5) Ann. typ. X. p. 462. 6) Ebert Bibliogr. Lex. I. coll. 987. sq. n°. 11960...11972. ex quo hoc repetendum esse videtur: „Die L'schen Weissagungen sind zu verschiedenen Zeiten emsig gesucht worden; eifriger aber wohl nie, als nach der verhängnissvollen Jenaer Schlacht, wo auf allen sächs. Bibl. die Nachfrage nach ihnen unbegreiflich stark war. Es sei daselbst, sagte man, Alles auf das bündigste vorausgesagt, und es war übrigens ganz in der Regel, daß einige Nichts, andere Alles darin fanden. Die Luthersche Ausg. [... sampt einer nützlichen vorrede vnd vnterricht D. Martin Luthers. Wittenb. 1527. 4°. mit Holzschn. 117 Bl.] kommt noch am häufigsten vor; sehr selten aber sind die früheren.“ 7) in libello a. 1521. edito cui inscriptum est *Dialogus oder gesprech des Apostolicums*. cf. Hutt. Opp. II. p. 46. n°. ccxxxv. 8) *Astrologie und Reformation. Oder die Astrologen als Prediger der Reformation und Urheber des Bauernkrieges*. München 1864. 8°. pagg. 44...57.

LINACER (p. 53<sup>22</sup>), Thomas Cantabrigiensis, anno 1460. natus, bonis literis, in patria primum, deinde Florentiæ, a Laurentio Medicæo humanissime exceptus, sub Demetrio Chalcondyla Angeloque Politiano diligenter incubuit, tum Romæ Hermolao Barbaro familiariter usus bibliothecas invisit. In Angliam, ubi Erasmus in amicitiam viri venit, reversus postquam principis Arthuri, regis Henrici VII. filii, præceptor, tum Oxonii medicinæ doctor et professor factus fuerat, regii archiatri munus suscepit et anno 1515. beneficio ecclesiastico cum sacerdotio impetrato obiit Londini d. 20. Oct. a. 1524. Epistolici inter eum et Eras-

num commercii inter huius epistolas complura documenta habemus et inter Reuchlini amicos in Anglia nominatim ab Erasmo recensetur „Thomas Linacrus Medicus Regius”<sup>1</sup>. Scripta reliquit Grammaticæ rudimenta, De emendata structura Latini sermonis, Epistolas ad diversos, Carmina, Procli sphæram et Galeni nonnulla atque Aristotelis meteora Latine reddita. De eo narrat Checus<sup>2</sup>: „In Ciceronis convitio Linacer mihi perinde placere debet, atque in eo, quod, cum provecta admodum inclinataque ætate esset, homo studiis morbisque fractus, et morti vicinus, cum Sacerdos esset, iam tum novum Testamentum primo in manus cepisse, et ex eo aliquot Matthæi capitula perlegisse fertur. Et quum quintum, sextum, septimumque perlegisset, abiecto, quantum potuit, totis viribus libro, iurasse, aut hoc non fuisse Evangelium, aut nos non esse Christianos“.

- 1) Illustr. viror. ad Reuchl. epp. 1519. 4<sup>o</sup>. p. t<sup>b</sup>. 2) ap. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 717. Vide etiam Gesnerum, Balæum, Pitseum, Iæcherum.

LIPSIUS CLAUDICANS (p. 300<sup>14</sup>). Claudus Lipsius sive Vulcanus dicebatur Wolfgangus Polich de Mellerstadt, artium et medicinæ doctor Lipsiensis, cognatus eius Martini Polich, qui primum Wittenbergensem rectoratum gessit anno 1502.<sup>1</sup>, ut ostendit epistula Melanchthonis ad Spalatinum d. 2. Mart. a. 1521. scripta<sup>2</sup>: „Lipsiæ quidam magister, Mellerstadio nomen est; vulgus vocat, quod claudus sit, Vulcanum“: nam sic in autographo est, non quod Bretschneiderus dedit. Complures Polichii de Mellerstadt in albo academix Wittenbergensis leguntur: Valentinus p. 2., Simon p. 3., Martinus p. 36., Valentini frater, cuius vitam (quæ exiit d. 27. Dec. a. 1513.) apud Adamum<sup>3</sup> legimus, et ipse ‘Wolfgangus Polich de Lipceck’<sup>4</sup>, qui Buschii paullo ante in album Viteb. inscripti discipulus claudus ille Lipsius fuit. — De Heidelbergensi autem claudicante Lipsio, apud quem magister Maleolus scripsit, nihil mihi constat.

- 1) Förstemann Album acad. Viteb. p. 1. 2) Corp. reformat. I. p. 361. n<sup>o</sup>. 105.  
3) Vitæ Germanor. medicor. Haidelb. 1620. 8<sup>o</sup>. p. 6. sqq. 4) Förstemann l. c. pag. 2.

LOCHER *vid.* Philomusus.

LORITI *vid.* Glareanus.

LVSCINIVS, Ottomarus, Germanice *Nachtigall*, sed ad quem Melanchthon<sup>1</sup> ‘nomen erit vultur, non philomela tibi’, patria Argentoratensis, natus, ut videtur, anno 1487.<sup>2</sup>, litterarum primitias in patria schola accepit et præceptorem inter alios habuit Iacobum Wimphelingium, „ætas Subdita cui quondam nostra tenella fuit“<sup>3</sup>. Reuchlinum inter Luscinii præceptores non fuisse, sed Ruserum<sup>4</sup> inter eius socios fuisse, idem am Ende<sup>3</sup> docuit. Iam anno 1510. Nicolaus Ellenbog Ottobeurensis litteris ad Othmarum Argentinensem scriptis ‘multiugam doctrinæ peritiam’ laudat, ad quas hic officiose respondet „ex Augusta pridie kl’ decembris Anno

- 1) Hutt. Opp. II. p. 363. 2) cf. ibid. II. p. 489. ad p. 6. v. 6. 3) cf. C. C. *am Ende* in Strobel. Miscellan. IV. p. 8. et Riegger. comm. de Iac. Wimpheling. in Amoenitt. Friburg. fasc. II. p. 374. 4) cf. infra art. Ruserus.

1510.<sup>5</sup> 'Othmari Prognei Trebotis Endecasyllabon' incipiens 'Qui sacro sitiunt errore buccas' legitur post 'Vbertini Pusculi Brixien duo libri Symonidos', in cuius fine est: Imp̃ssum in Augusta vindelicorū p magistrū Iohan|nem Otmar suis in p̃dibus extrāsuero sacelli sancte | vrsule intra riuos Lici. Anno. M.D.xi. iij. yd<sup>9</sup> April' |'. Paucis annis post iam multis scriptis inter eruditos celebre nomen obtinuisse Nachtigallum docet Bruckerus<sup>6</sup>, qui tamen, ut *am Ende*, in Luscinianorum scriptorum catalogum non recepit Gellium cum carmine ad Huttenum<sup>7</sup>, quod docet Luscinium anno 1521. nondum Hutteno convicia fecisse, ut idem Erasmo primum amicus postidea demum nebulonem eum increpavit, et ad annum demum 1524. Ioachimus Camerarius Melanchthonem supra indicatum epigramma, quod Huttenum mortuum Luscinius lacerasset, composuisse refert<sup>8</sup>. neque neglegendum est in carmine Ioannis de Schwinfordia Luscinii nomen inter alios Wimphelingianæ societatis sodales honorifice conlocari (p. 288<sup>16</sup>), ut etiam Bruckerus inter restauratores elegantioris litteraturæ eum conlocat; atque ipse Wimphelingius<sup>9</sup> Luscinium commendare ait sacras et pontificias, immo etiam Græcas litteras. Ceterum mea quoque facio *C. C. am Ende*<sup>10</sup> verba „*Beiläufig merke ich an, daß ich noch nicht habe entdecken können, wo Nachtigalls Schmähschrift auf den Hutten anzutreffen ist.*“ Res ita explicanda videtur, ut non libris editis, sed sermonibus habitis reformandæ doctrinæ studiosis viris male dixerit, quod ipse dictus scriptor<sup>11</sup> inter alia his verbis innuit: „*Es hatten ihn [Luscinium] nämlich die Fuggerschen Brüder, Raimund und Anton, als Patroni der Kirche des heil. Mauritii in Augsburg, zum Prediger berufen und angenommen [anno 1523.?). Ohne Zweifel wollten sie den Oecolampad, Urban Rhegius und andern geschickten Männern, welche die Reformation zu befördern suchten, einen angesehenen Gelehrten entgegen stellen, der durch seine Geschicklichkeit und Beredsamkeit im Stande wäre, das Volk bey seiner väterlichen Religion zu erhalten: und Nachtigall hatte die erforderlichen Eigenschafften eines Controvers-Predigers. Seinen Patronen zu gefallen war er sehr eifrig, gegen die gelehrten und berühmten evangelischen Prediger eifersüchtig, immer hefftiger in seinen Predigen, so daß er sich der Schmähworte nicht enthalten konnte, sondern mit Ketzern und Rebellen um sich warf.*“<sup>12</sup> De vita scriptisque Luscinii cui non sufficiunt quæ hic et in adnot. ad Hutt. Opp. II. citt. dedimus, adeat ille laudatum Am Endii commentarium.

5) citt. Miscellan. p. 34. sq. 6) Miscellan. hist. phil. Aug. Vind. 1748. p. 305.

7) quod dedimus Hutt. Opp. II. n<sup>o</sup>. cccxiiii. 8) cf. Hutt. Opp. III. p. 362. sqq.

9) cf. infra art. Storek.

10) loco not. 3. cit. p. 61.

11) ibid. p. 19. sqq.

12) cf. v. Stetten, *Gesch. d. h. R. R. freyen Stadt Augsb.* 1743. S. 309. 443.

LVTHER? *vid.* Mistotheus.

LVYDIVS *vid.* Tungris.

MALLEOLVS, Felix. Magister Maleolus in paradiso (p. 299<sup>14</sup>): nam cum Ortvinio scriberet ultimam ep. O. V., sexagenario maius funus fuit. Felix Hemmerlin, i. e. Hämmerlein, Turici natus anno 1389. secundum Ioecherum anno 1412. canonicus Turicensis, anno 1421. præpositus Solodurensis, anno 1426. Bononiæ decretalium doctor factus est: falso Erhardus<sup>1</sup> anno

1) *Gesch. d. Wiederaufbl. d. wiss. Bild. I. p. 286.*

1425. Bononiæ, postquam Erfurti primum iuri canonico operam navasset, doctorem factum esse scribit. in eo cum illis consentit etiam Fabricius<sup>2</sup>, quod anno 1428. Malleolus ecclesiæ Turicensis Cantor factus est. Ipsius Malleoli apud Hottingerum<sup>3</sup> hæc verba sunt: „Anno domini 1452. fueram Canonicus Thuricensis 40, Præpositus Solodurensis 31, et Doctor 26, Cantor Thuricensis 24 annorum et ætatis 63“. deinde auctor enumerat xxviii suos libros, quibus Hottingerus<sup>4</sup> adiecit ineditos non nullos. Opuscula Malleoli Argentorati in fol., chartis 92 excusa esse Gesnerus<sup>5</sup> addito eorum catalogo scripsit, Fabricius<sup>6</sup> Basileæ 1497. fol. et Argentorati 1532. 4°. Pantaleon<sup>7</sup> de Malleolo: „senserat is iam eo tempore (circa a. 1450.) ecclesiam Christi multis superstitionibus contaminatam atque plurimum a veterè illa disciplina recessisse. itaque apud suos de iis rebus conquestus omnes ad verbi dei lectionem tanquam unicam fidei Christianæ regulam adhortatus est“. De bibliotheca sua ipse Felix<sup>8</sup>: „inter clericos singulares diœceseos Constantiensis pro nunc non est copiosior libris, licet fortassis aliquis habeat volumina pretii carioris: nam mihi sunt præter prædictos libellos ultra 50 libri, libelli, tractatuli vel volumina notabiliter registrata et in studorio meo regulariter tabulata: Et super hoc ad copiosum numerum hinc inde ab Ecclesiis et Monasteriis antiquissimi libri liberaliter accommodati: et omnes isti super ingenii modulum, de diversis scientiarum et Artium et disciplinarum facultatibus abundanter referti“. Obiisse Malleolum anno 1456. scribunt Fabricius et Iæcherus, sed Erhardus<sup>9</sup>: *da er besonders das unordentliche Leben der Geistlichen angriff und gegen die Bettelmönche heftig eiferte, so zog er sich dadurch schwere Verfolgungen zu, in denen ihn selbst seine größten Gönner verließen. Der Ausgang war, daß der nächste und mächtigste seiner Verfolger, der Vicarius des Bischofs von Constanz zu Zürich, Nicolaus Gundelfinger, ihn im Jahre 1454.<sup>10</sup> zu Zürich verhaften und gefänglich auf das bischöfliche Schloß Gottlieben, und als er sich von hier durch die Flucht zu retten suchte, nach Constanz in einen Thurm gefangen setzen ließ. Nach sieben Monaten erfolgte gegen ihn das Urtheil, welches ihn seiner geistlichen Würden verlustig erklärte, und ihm lebenslängliche Gefangenschaft in einem Kloster zuerkannte. Er wurde deshalb nach Lucern gebracht, aber, gegen den Inhalt des Urtheils, nicht in ein Kloster, sondern in einen Thurm gesteckt, und aus dem benachbarten Franciscaner-Kloster kümmerlich versorgt. In der Folge genoß er zwar etwas mehr Freiheit, so daß ihm auch das Schreiben noch erlaubt wurde; aber er mußte doch sein Leben im Gefängnisse beschließen. Die Zeit seines Todes ist unbekannt; nur weiß man, daß er um Pfingsten 1457. noch lebte; dieß ist aber die letzte Zeitbestimmung, welche in den Nachrichten von seinem Leben vorkommt“. — Addimus ex Ioannis Piemontani MS. Auctario sscr. eccl. fol. 101. B.:*

Felix malleolus proprie hemmerlin Natione teutonicus patria thuricensis cantor quondam ibidem homo certe studiosus et eruditus iurumque doctor celebris et

2) Bibl. Lat. med. et inf. æt. II. p. 465. 3) Schola Tigurinor. Carolina. 1664. 4°. p. 147. 4) *ibid.* p. 148. 5) Bibl. univers. 1545. fol. 240<sup>b</sup>. 6) l. c. p. 465. 7) Prosopogr. Basil. 1565. fol. p. 406. 8) ap. Hottinger. l. c. p. 149. 9) l. c. p. 285. sq. 10) Hottinger l. c. „die Mercurii 6. [?] mens. Febr.

sacre pagine non ignarus secularis quoque philosophic doctissimus ingenio acutus eloquio clarus de variis rebus varios scripsit tractatus De quibus lucusque ego dumtaxat videre potui subiectos

Contra validos mendicantes	li j	Reuerendo in christo patri
Contra anachoretas beghardos beguinas- que siluestres	li j	Quemadmodum beatissimus hieroni- mus
Descriptionem lolhardorum	li j	Nunc scio ve <sup>q</sup> quia iste populus
Glosa bullarum per beghardos	li j	Pro fundamentali bullarum
De negotio monachorum	li j	Rn <sup>do</sup> in christo patri ac dño
De plebanis et religiosis mendicantibus	li j	Non est enim pietas nisi a deo
De religiosis proprietariis	li j	Super cathedram moysi
Contra negligentes diuinum cultum	li j	ffelix et regula et expm
De nouorum diuinorum officiorum consti- tutione	li j	In ecclesia thuricensi sunt
De oblatiis pro beneficio in monasteriis percipiendo	li j	Cum symoniace prauitatis rabies
De anno iubileo dialogus	li j	Iubilens qui venturus est veniet
De benedictionibus aure cum sacro fa- ciendis	li j	Vt a fructu frument. et vino
De exorcismis	li j	Quo enim nuper mota in voce
Exorcismorum seu adunationum	li j	Qm deus magnus dominus
De credulitate demonibus adhibenda	li j	Dominus noster ihesus dum in terra
De arbore torculari	li j	Venerabilibus dominis rectori <sup>9</sup>
De matrimonio	li j	Gloriosus deus omnia quecumque
De furto reliquiarum in loco heremitarum	li j	Monasterium beatiss. marie virginis,
Contra quendam superbum clericum	li j	Felix cantor ecclesie thuricensis
Forma appellationis contra cardinalem	li j	Magnus sanctus paulus vas
De libertate ecclesiastica	li j	Vicarius reuerendi in christo patris
De bona et mala occasione	li j	Qui occasione dā in
De emptione de vē <sup>o</sup> ving p ęę	li j	Qm patenter accusatorius
De nobilitate	li j	
De contractibus que obstagia dicuntur	li j	Id quod apud nos nouum est
De docturatu [sic] in stulticia	li j	Dixit insipiens in corde
Contra iniquos iudices	li j	Gyrum celi circumuii sola
De consolatione inique oppressorum	li	Anxius est in me spiritus
Cetera que composuit ad noticiam meam nondum venerunt Claruit tempore iubilei vltimi."		

MAMMOTRECTVS. Mirum videtur hoc nomen in Epp. O. V. non nisi tanquam prænomen ficti cuiusdam Buntemantelli, Heidelbergensis magistri, legi (p. 49<sup>16</sup>. 51<sup>6</sup>), cum illo tempore Mammotrectus, liber minoritæ Marchesinii, Regiensis Langobardi<sup>1</sup>, secundum Fabricium<sup>2</sup> a. 1466. finitus, tantæ famæ fuerit, ut iam ante sæculum xvi. quater et viciens prodisset<sup>3</sup>. continet autem miram glossarum grammaticalium, exegeticarum, orthographicarum, chronologicarum aliarumque ad ecclesiasticas antiquitates et ad alia spectantium farraginem, Vocabulario Guilelmi Britonis

1) sed cf. etiam *Opuscoli di autori Siciliani* XII. 191. 2) Bibl. Lat. med. et inf. æt. V. p. 30. sq. 67. 3) Hain. Repertor. n<sup>o</sup>. 10551...10574. Cf. Panzer Ann. typ. V. p. 297. sq. X. p. 490.

similem. scilicet Augustinus<sup>4</sup> scripserat „mammothreptus, quales dicuntur pueri qui diu sugunt, quod non decet“; unde Marchesinius in fine prologi de ratione operis: „Et quia morem geret talis decursus pædagogi qui gressus dirigit parvulorum, mamotrectus poterit appellari“<sup>5</sup>.

- 4) in Psalm. xxx. serm. 2. 5) Cf. Ducang. Glossar. ad scr. med. et inf. Lat. præf. § L. Fabric. l. c. M. G. Christgau de Mamotrecto. Ff. ad V. 1740. 4<sup>o</sup>. ab Eberto in *Bibliogr. Lex. voc. Mamotractus* n<sup>o</sup>. 12891. cit.

MANNEKEN s. MENNEL s. MÆNNEL *vid.* Caroli epistolæ.

MARCI, Cardinalis sancti. *vid.* Grimanus.

MARSILIUS AB INGHEN, a patrio oppido cognominatus quod ferunt Nerlandico, mihi plane ignoto, aliis, ut Bulæo<sup>1</sup>, de Novimagio Coloniensis dioceseos, Anglicanæ inter Parisienses studiosos nationis, aliis, ut Schwabio<sup>2</sup>, natione Germanus, presbyter, canonicus ad S. Andream Coloniæ et thesaurarius dicitur. verius videtur Marsilium Ingena Abrincatuorum, hodie *Avanches*<sup>3</sup>, oriundum fuisse, unde etiam ‘Ingenuus’ appellatur. Cum Buridano<sup>4</sup> Parisiis Occamum præceptorem habuit, ibique inter celebratissimos doctores maxime ab a. 1362. claruit; rectoratu functus est annis 1367. et 1371.; Romam legatus est a. 1378., eoque usus est Rupertus Palatinus ad condendam universitatem Heidelbergensem, in qua primus idem theologiæ doctor tum scholis habitis, tum publicis muneribus susceptis plurimum recenti studio generali profuit. obiit cum septimum rector esset d. 20. Aug. a. 1396. Ex libris Marsilii Hainius<sup>5</sup> descripsit ‘Questiones clarissimi philosophi Marsilii Ingenui super Aristotelis libris de generatione, Abbreviationes libri physicorum, et a. 1499. Heydelbergæ publicatam Orationem complectentem dictiones, clausulas et elegantias oratorias’ &c., quo libro continentur etiam ‘Epigrammata in diuū Marsilium inceptorem Plantatoremq; gymnasiij Heydelbergenfis’. Bulæus<sup>6</sup> et Schwabius<sup>2</sup> laudant etiam Quæstiones in IIII libros Sententiarum, Hagenoæ a. 1497. et Argentorati a. 1501. publicatas; Panzerus<sup>6</sup> recenset ‘Quæstiones super IV libb. Sententiarum, Quæstiones in libros Aristot. de generat. et corrupt., Commentar. in lib. VIII. Physicor. Aristot., Abbreviationes libri Physicorum, Logices documenta cum commentariis’.

- 1) Hist. univ. Paris. IV. p. 974. 2) Quatuor secc. Syllab. rector. Heidelb. 1786. 4<sup>o</sup>. p. 6. 3) de qua civitate dixi ad Notit. Dignitt. Occid. p. 255\*. 4) Cf. supra p. 320. h. art. 5) Repertor. n<sup>o</sup>. 1692. sq. 10780...10782. 6) Ann. typ. X. p. 433.

MAZOLINVS *vid.* Silvester Prierias.

MEDIAVILLA, Richardus de, Mediotunensis (Anglice *Middleton*) Anglus, ordinis s. Francisci, Oxoniæ et Parisiis philosophiæ, iuris prudentiæ et theologiæ scholasticæ operam dedit; postea doctor theologus Oxoniensis ‘Doctoris solidi, copiosi, fundatissimi et authorati’ [alias etiam ‘sacratissimi theologi Ricardi de Mediavilla ordinis seraphici minorum conventualium’] cognomen sortitus est. obiit circa a. 1300. Scripsit Quæstiones in Magistrum Sententiarum, quæ cum Quodlibetis Theologicis LXXX. prodierunt Venet. 1509. 1589., Brixie 1591., In quartum Sententiarum singulatim, Paris. typis Io. Klein, Alemanni, 1504. 4<sup>o</sup>. et Venet.

s. a. fol<sup>o</sup>.<sup>1</sup>, Super Evangelia et epistolas Pauli [,] de ordine iudiciorum<sup>2</sup>, de conceptione b. virginis, in regulam s. Francisci, contra Petrum Ioannis ...<sup>3</sup>. Hæc Fabricius<sup>3</sup>. De Ricardi scriptis quæ ad logicam pertinent, videndus est doctus Prantli liber<sup>4</sup>.

1) Quattuor editt. Venetas recenset Hain. n<sup>o</sup>. 10984. sqq. Cf. Panzer Ann. typ. V. p. 311. X. p. 506. 2) Hunc libellum iudiciarium, quem Fabricius quasi extaret Pauli epistola de ordine iudiciorum enumerat, nuper edidit Car. Witte, 'Magistri Ricardi Anglici Ordo iudiciarius'. Hal. 1853. 4<sup>o</sup>. 3) Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 232. sq. ubi refertur etiam ad Lelandum c. 304., Balæum centur. IV. 77., Pitseum c. 433., Caveum p. 614., Waddingum de scriptoribus ord. Minorum p. 305. sq., Willot Athenas sodalitii Franciscani p. 314. 4) *Geschichte der Logik*. III. p. 235...238.

MELANCHTHON, Philippus, Brettanus, nat. d. 16. Febr. a. 1497, mort. d. 19. Apr. a. 1560. De vita viri immortalis neque huius loci neque opus est ut scribamus<sup>1</sup>: exiguæ tantum sunt quas in his Epp. O. V. agit partes vir per sequentia quattuor decennia gravissimam personam sustenturus. Bis tantum nomen, quod paucis annis post in omnium ore et scriptis fuit, in his epistolis ab Hutteno scriptis memoratur, p. 201. v. 91. et 279<sup>2</sup>; dum Schlauraffo displicet<sup>2</sup>, Tubingæ docet, quam academiam a. 1511. adierat, reliquit autem, Wittenbergam migraturus, a. 1518. Suevos nondum reliquisse videtur, cum inter Gerbellium et Beatum Rhenanum Reuchlinistarum exercitui adscriberetur<sup>3</sup>, neque cum Ioannes Frobenius, quem tamen Cocleariligneus (II. 59.) non aperte nominat, de Germanis litteratoribus Reuchlinistis Francofurti ad Moenum narrationem faceret et inter illos Philippum Melanchthonem cum Iacobo Wimphelingo Beatoque Rhenano ac Nicolao Gerbellio laudaret. Etiam Melanchthonis ad ipsum Reuchlinum cognatum suum Tubingæ ineunte, ut videtur, anno 1518. scriptæ epistolæ<sup>4</sup> hæc tantum verba ad causam Reuchlinianam pertinent: „... expectandæ enim erant sarcinæ Bibliopolarum nostrorum, si quos hi forte libellos Astarothæ [Hochstrati] adferunt, aut alia quorum nostra in re quis usus esset. Nihil afferunt, id ut ægerrime patiar, qui cœpi argumentum quod sum pollicitus ludere *ἐλεγκτικὸν κατὰ τῶν ἀσταροθῶν*. Fortasse coniciis, de amore, studio ac pietate in te mea. Non deseram, ne dubita, signa nostra, *μήποτε δῖψασιν ἐσόμενος*. Excuditur Piscator Bilibaldi cum Nazareni libellis<sup>5</sup>, mittam eum ad te .... Franciscus<sup>6</sup> sese tibi noster &c.<sup>6</sup>“ Sed triginta annos post Reuchlini mortem de eo orationem scripsit Me-

1) Annales eius vitæ, præmittuntur singulis Bretschneideriani, ceterum parum diligenter docteqque compositi exempli voluminibus. — Effigies Melanchthonis, maximam partem ad Lucæ Cranachi picturam factæ, multæ extant, e. gr. in Bruckeri *Ehrentempel* ad p. 167. 2) Quam temere Melanchthoni recentiores non nulli ipsam Schlauraffi epistolam (II. 9.), a Bretschneidero vel inter illius scripta receptam, adscripserint, in commentario ad festivissimum dictamen, quod Huttenum auctorem habet, plenius expositum est. 3) Hutt. Opp. I. p. 131. v. 27. 4) Cf. supra Consp. chronol. p. 145. 5) Librum descriptissimus supra p. 99. Ind. scr. n<sup>o</sup>. xxvii. 2. 6) Cf. infra art. Stadianus.

lanchthon, cuius ad causam cum theologistis actam pertinentem partem \* subicimus.

\*) Melanchthonis de Capnione Phorcensi orationis, recitatæ a. 1552, a Martino Simone Brandenburgensi partem, quæ ad conplures Epp. O. V. locos recte intellegendos optime facit, hic repetendam curavimus. (ex Declamatorium D. Phil. Melanchthonis etc. op. et stud. M. Ioa. Richardii Argentor. tom. I. 8º. p. 627...630. Corp. Reformator. ed. Bretschneider, Hal. 1849. 4º. vol. XI. coll. 1007...1009.) Cf. Ludw. Geiger, üb. Melanthon's Oratio. Ff. a. M. 1868. 8º. „... Venio nunc ad ultimum Capnionis certamen, quod fuit de libris Iudæorum, in quo a Sycophantis Monachis oppressus esset, nisi Deus eum texisset, et fatali quadam conversione rerum tyrannis Monachorum labefacta esset. Cumque palam esset iniuste Capnionem oppugnari a Monachis, et multi homines literati in Germania et in Italia privatis studiis, sententiis et scriptis eum defenderent, non leve odium adversus Monachos accensum est, quod postea etiam nonnihil momenti attulit, ut avidius exciperentur scripta contra superstitiones, quæ nervi fuerunt regni monastici.

Multa sunt autem insignia exempla in hac historia. In primis in Ecclesia hoc crebro accidit, ut iusti et bene meriti calumniis circumventi opprimantur, ut filius Dei, Prophetæ, Apostoli, Stephanus et alii multi interfecti sunt. Nec desunt similia exempla in civili gubernatione, ut Palamedis, Socratis, Phocionis interitus. Et tamen veritas postea emergit, ut dicitur: *ἀγχι δὲ ἐς φῶς τὴν ἀλήθειαν χροῖνος*. Sæpe autem Sycophantæ quasi venti magnas in Republica tempestates excitant, quæ postea mutationes et distractiones infinitas efficiunt. De his malis brevius dico, quia nostra ætas abundat exemplis. Ut autem nihil dicam atrocius, cum iniuste oppugnarent Capnionem Monachi, ut Socratem Anytus et Melitus, texerunt eum tamen propter eruditionem multi boni et docti viri, quorum auctoritas impeditit Monachorum furores apud Imperatorem et Pontificem. Ut autem Iuniores sciant quæ fuerit controversia, dicam veras occasiones eius rixæ.

Fuit in urbe Colonia Agripina Impostor quidam Iudæus, qui simulabat se amplecti religionem Christianam, familiaris erat Monacho inquisitori, ut nominant, Hochstrato, et eius amicis. Hic ostendit magnam pecuniam honesta specie et sine magno negotio Iudæis eripi posse, si edictum Imperator proponat, ut Iudæi libros omnes adferant in curiam, in suo quisque oppido, ut ab inquisitoribus cæteri libri præter Biblia tanquam perniciosi christianæ religioni comburantur. Nec id serio impostor ille agi volebat, sed Iudæos sciebat statim magna pecunia libros redempturos esse. Eo igitur rem deduci volebat, ut Iudæi pecuniam offerrent. Hanc prædam captabat dividendam inter inquisitores et socios huius consilii. Hos fuisse fontes negotii certum est. Petunt igitur Monachi edictum ab Imperatore, et religionem prætexunt. Editur edictum, et Francfordiæ libri in curiam gestantur. Interea ut multi sunt Iudæi non ignari communis vitæ, in aula Imperatoria suos etiam patronos adunt, qui rem eo adducunt, ut Imperator sciscitaretur iudicia eruditorum in lingua Ebræa. Iubet igitur scribere Capnionem quid sentiat. Hic in illo suo hortulo Stutgardiæ latitans, ne suspicari quidem potuit, quomodo hæc res instructa esset. Et tamen metuens linguæ nolebat libros grammaticos et medicos interire. Scribit igitur sententiam longe mitiorem. Discernit libros. Scripta nominatim contra Christum iubet abolere, eaque suis titulis nominat.



Grammaticos vero et aliarum honestarum artium libros iubet conservare, ne lingua necessaria Ecclesiae penitus deleatur. Censet eruditos in lingua adhibendos esse. Hæc sententia æquior cum Imperatori magis placuisset, libri in curiam Francofordianam translati Iudæis restituntur, et elusa fraude discedit inquisitor, ut corvus hians.

Tunc autem Monacho furiis exarserat atro felle dolor. Lecto igitur Capnionis scripto calumniose excerpta dicta, et arte depravat, et edita atroci criminatione accusat Capnionem hæreseos. Maguntiae corrogatis aliquot suæ factionis hominibus comburit librum Capnionis. Hæc belli illius initia fuerunt. Postea Capnio luculentam orationem latinam ad Imperatorem edidit, et provocatione ad iudicia legitima et ad Pontificem se defendit. Pontifex Episcopo Spirensi mandavit, ut controversiam cognosceret. Hic delegit iudices viros sapientes et eruditos, Sualbachium, Truchses, et Theologos Capitonem et Iodocum Gallum, hospitem Erasmi. Hi cum pronunciassent pro Capnione, Monachi rursus ad Pontificem provocant. Capnio Romæ multo præstantiores habuit Patronos, quam in Germania. Iudicio præerat Cardinalis Grimanus Venetus, excellenter doctus in Latina, Græca et Ebræa lingua. Et hic adhibuit Petrum Galatinum, cuius extant scripta. Multum etiam apud hunc cardinalem et apud alios valebat autoritate senex eruditus et suavis, natus in oppido Mysorum Friberga, Iacobus Questemberg, qui summa fide tuebatur Capnionem. Commendavit et Erasmus hanc causam Leoni et præcipuis Cardinalibus. Interea lectis in Germania scriptis Capnionis multi calumniarum odio a Monachis fiunt alieniores. Et quasi classicum canebat suo sodalitis Huttenus. Hic Monachi magis etiam fure re coeperunt, vociferantur in concionibus, contra Capnionem, Erasmum et Huttenum edunt picturas, futilibus argumentis propugnant suas superstitiones, quæ sunt aucupia impii quæstus, denique malam causam stultissime agendo deteriore faciant, et irritant contra se multo plures.

Cum ita accensa essent hominum studia, Tecelius aliud incendium maius excitat, irritat Lutherum, ut imposturas indulgentiarum refutet. Hic explicata doctrina de poenitentia, et taxatis superstitionibus magis etiam labefactata est Monachorum autoritas. Et Romæ occupatis iam animis nova cura, prorsus conticuit causa Capnionis, ut sæpe fit iuxta dictum *λύει δὲ συμφορὰ τὴν συμφορὰν*. Ita periculo tandem liberatus est Capnio, in ultima senecta, propter bella Suevica invitatus a Duce Bavarie Guilielmo, in Academia Ingolstadiensi Græcam et Ebræam linguam docuit, postea et Tubingam accersitus est, sed iam egressus septuagesimum annum morbo icterico laborare cepit, ac paulatim languefactus Stutgardie in sua domo anno 1521. [immo d. 30. Iun. a. 1522.] ex hac vita decessit . . .

MEYER (sive MAYER), Petrus, Francofurti ad Mœnum ad ædem sancti Bartholomæi pastor plebanus, Hutteni, Reuchlini, evangelicorum infensissimus inimicus, cum civibus capituloque iurgiosus rixator, non confundendus cum eo qui anno 1505. nomen in album academice Wittenbergensis<sup>1</sup> sic inscripsit „Petrus meyer de montenivis” (i. e. *Schneeberg*): nam huius, de quo loquimur patria Francia orientalis fuit<sup>2</sup>. hominem satis novimus tum ex epistolarum O. V. locis permultis<sup>3</sup>, tum ex Hutteni

1) Förstemann p. 18.

2) Triumph. Capn. v. 829. in Hutt. Opp. III. p. 440.

3) cf. Ind. verbor. h. v.

Cronbergjique cum ipso faida<sup>1</sup>, atque ex Triumpho Capnionis<sup>5</sup>, tum ex Seckendorffio<sup>6</sup> et maxime ex Ritteri libro<sup>7</sup>, unde discimus mordacem plebanum e Francofurto anno 1525. expulsum neque reversum esse.

4) cf. Hutt. Opp. II. p. 115...122. 5) vv. 799...841, in Hutt. Opp. III. p. 439. sq.

6) Hist. Lutheranismi. Ff. et Lips. 1692. fol. p. 243. 7) *Denckmahl der Stadt Franckf. a. M.* 1726. 4<sup>o</sup>. p. 61...79.

MISTOTHEVS, doctor Ludovicus, dominus et amicus Fornacificis, defensor Ortvi<sup>n</sup>i (p. 59<sup>27-29</sup>), a quo Ortvino 'in Colonia artem epistolandi audiverat' (p. 57<sup>29</sup>) et cui 'ex Witenburgo ex arce apud magistrum Spalatinum' epistolam I. 38. scribere fingitur Padormannus, Croti puto artificio, qui ipse capiti suo Fornacificis personam prætendere videtur<sup>1</sup>, pro doctore Martino Luthero scribitur, ut Ludovici nomine Luderus (ut diversa formæ 'Luther' alia multa exempla præteream), Mistothei nomine, inverso vocabulo *θεόμυστος*, mysticus theologus, indicetur. ipse Lutherus cum Wittenbergæ anno 1516. partem libelli '*Theologia. Deutsch*', qui postea totus sæpissime editus est, subscripsit 'F[rater] Martinus Luder'<sup>2</sup>; mysticum autem theologum fuisse Lutherum his ipsis annis, ad quos hæ epistolæ O. V. referendæ sunt, satis constat<sup>3</sup>; neminem autem nisi plane indoctum forma 'mistothei' pro 'mystothei' posita offendere potest. neque adversari nostræ illius nominis suppositi interpretationi, sed eam confirmare videtur, quod ceteri Fornacificis (i. e. Croti) amici cordialissimi iustis suis nominibus omnes recensentur p. 59<sup>25-29</sup>; Croticissime vero Lutherum, cuius intima familiaritate eo tempore Crotus utebatur, Ortvi<sup>n</sup>i defensorem dici potuisse nemo negabit qui vel unam epistolam d. 5. Aug. a. 1514. ad Spalatinum scriptam<sup>4</sup> legerit, cuius initium est „hactenus Ortvinum istum Coloniensem poetistam asinum æstimavi“<sup>5</sup>. Ceterum id quoque pro nostra nominis Ludovici Mistothei explicatione facit, quod ex decem Ludovicis, qui in album academici Wittenbergensis ab eius initio usque ad annum 1517. inscripti leguntur, nullus est cui istud Mistothei nomen, neque si frigidissime id a *μυσθῶς*, mercede, deduci et 'Misthotes' (*μυσθωτής*) scribi patèremur, aptari possit: sunt autem hi: quattuor eodem anno 1502. cum Spalatio, qui est 'Georius horkhardus de spalt'<sup>6</sup>; ziruwicz de wittenberg, weyssenfelder de monaco, siden de wittenberg, sachs de franckfurt<sup>7</sup>; anno 1503.: gebert de wittenberg<sup>8</sup>; anno 1504.: trutenbul de escharia<sup>9</sup>, qui iterum anno 1511. inscriptus legitur 'Trutenbuell de Aschersleben'<sup>10</sup>; anno 1508.: quo Lutherus quoque et Eugentinus inscripti sunt, 'domnitz de Torgau'<sup>11</sup>; anno 1510.: gantner, amore dei intitulatus<sup>12</sup>; anno 1511.: Lumbergad dioc. Augustinen. Arcium mgr. Erfurdien.<sup>13</sup>; anno 1514.: Mathei de Torgau Misnen. Dioc.<sup>14</sup>.

1) cf. supra art. Kachelofen. 2) Vide præf. exemplorum Theologiæ a Pfeiffero Stutgardiae a. 1851. et 1858. publicatorum. 3) cf. e. gr. *Car. Jürgens Luthers Leben*. III. p. 248. sqq. 4) *Luthers Briefe ed. de Wette*. I. n<sup>o</sup>. vii. 5) cf. supra p. 383. in fine art. Gratius. 6) *Förstemann* p. 5. 7) *ibid.* p. 3. 4. 8) *ibid.* p. 10. 9) *ibid.* p. 10. 10) *ibid.* p. 39. 11) *ibid.* p. 27. 12) *ibid.* p. 33. 13) *ibid.* p. 35. 14) *ibid.* p. 54.

MODVS DICTANDI (p. 60<sup>30</sup>) sive EPISTOLANDI (p. 19<sup>6</sup>)<sup>1</sup>. Non solum ad epistolas O. V. recte æstimandas, sed ad aliarum quoque litterarum monumenta medio ævo exarata prudenter diiudicanda notitia libellorum formularium præcipuum momentum habet. de iis post Palackyi commentationes<sup>2</sup> Rockingeri opuscula<sup>3</sup> laudanda sunt. conspectum edidit Wattenbachius<sup>4</sup>. ad rem nostram iuvabit ex Baumgartenbergensis formularii<sup>5</sup> priore parte non nulla, quæ similia sunt eorum 'notabilium de dictamine' circa a. 1300. scriptorum, quæ Rockingerus<sup>6</sup> edidit, repetere:

„Incipit formularius de modo prosandi.

Ad habendam preclaram dilucidamque formam dictaminis prosaici, ut modernis placuit ususque presentis temporis approbavit, sciendum quod circa principium eiusdem facultatis quinque specialiter sunt notanda: 1<sup>o</sup> quid sit dictare — 2<sup>o</sup> quid sit dictamen — 3<sup>o</sup> quare sic dicatur — 4<sup>o</sup> que sit causa invencionis huius — 5<sup>o</sup> que et quot sint eius species. Nunc de singulis videamus. [1<sup>o</sup>] Dictare est animi conceptionem recta ordinatione explicare. [2<sup>o</sup>] Dictamen est igitur digna verborum et artificiosa congeries cum pondere sententiarum, nichil in se retinens diminutum, nichil continens pene ociosum. [3<sup>o</sup>] Dictamen igitur sic dicitur a dictando, eo quod sit quedam litteralis edicio diversarum personarum capax, venustate verborum egregia, sententiarum coloribus exornata. [4<sup>o</sup>] Causa autem inventionis huius fuit duplex: prima ut per dictamen seu per epistolam amicorum secreta celarentur, unde dicitur 'epistola' ab 'epistolon' grece, quod latine dicitur 'abscondo'; secunda ut melius exprimat que mandantur. Nuncius quidem intricatis sibi negotiis commissis omnium forte commissorum meminisse non potuit: omnium enim habere memoriam, in nullo hesitare potius est divinitatis quam humanitatis. [*Cod. Zwettl. add.*: et secundum hoc epistola potest dici ab 'epy' quod est 'supra' et 'stolon' grece, quod est missio, eo quod supra id quod forte nuncius posset, affectum mittentis declarat.] [5<sup>o</sup>] Sunt autem tres species dictaminum, prosaicum, metricum et rithmicum; invenitur etiam prosaicometricum, quod constat ex metris et prosa, ut dictamen Boetii in quibusdam. sed obmissis aliis de solo prosaico videamus. Unde sciendum quod dictamen, epistola, kartha, littere quantum ad presens opusculum, unum sunt et synonymia, et alterum pro altero indifferenter ponitur. Epistola igitur est libellus absenti vel absentibus destinatus.... Partes epistole quinque sunt, scilicet [1] salutatio, [2] exordium sive benevolentie captatio, [3] narratio, [4] petitio et [5] conclusio. Ad minimum de hiis v partibus ponende sunt due in omni epistola: salutatio cum narratione, vel salutatio cum petitione. Primo ergo de salutatione videamus.

[1.] SALUTATIO est salutis adoptio largo sumpto vocabulo, quoniam licet salutatio non semper salutem in se contineat, ut dum scribit inimicus inimico, tamen salutatio est dicenda quodam modo, dum inimicus alloquitur inimicum. Notan-

1) Cf. etiam articc. Bebelius, Caroli epp., Pontii epp. 2) *Ueber Formelbücher in Abhdl. d. Böhm. Ges. der Wissensch.* V. 2. et 5. 3) *Ueb. formelbücher vom 13... 16. jahrh. München 1855.* 8<sup>o</sup>. 4) *Ueb. Briefsteller u. Formelbücher ... des Mittelalters. München 1861.* 4<sup>o</sup>. 5) *'Ueber Briefsteller des Mittelalters' in Archiv für österr. Geschichtsq.* XIV. p. 29. sqq. 6) ineunte sæc. xiv. a monacho Cisterciensi monasterii Baumgartenberg prope Lincium compositi. *Das Baumgartenberger Formelbuch herausg. u. erl. von Herm. Barwald. Wien 1866.* 8<sup>o</sup>. 6) lib. cit. *über Briefsteller* p. 31...41.

dum autem, quod in omni salutatione verbum tacetur, vel propter nimium affectum scribentis vel propter curialitatem, ita tamen ut aliquod istorum verborum semper subintelligatur 'optat' 'mandat' vel 'mittit' et cetera similia. In salutatione ista sunt considerata: que sit persona mittentis, que recipientis, quoniam salutatio non debet a situ vel a dignitate personarum discrepare, sed debet cuilibet persone additam sibi convenientiam cum debita adiectivorum appositione assignare, ut si scribatur literato ponantur adiectiva de literatura, nobili de nobilitate et sic de aliis. Sciendum quod nomen persone recipientis debet poni in dativo casu, nomen mittentis in nominativo casu et in tertia persona. In salutatione non debent poni verba que pertinent ad laudem mittentis, sed potius recipientis, cum scriptum sit 'Oa te laudet alienum, non tuum'. Item in salutatione semper poni debet nomen persone tam mittentis quam recipientis, quando scitur, nomenque dignitatis, nomen officii... Sciendum quod quatuor de causis proprium nomen recipientis in salutatione tacetur, 1<sup>um</sup> ex eo cum non personæ sed dignitati scribitur, 2<sup>o</sup> quando nomen proprium ignoratur, 3<sup>o</sup> quando duobus equalibus scribitur, ne si unus prius ponatur, alteri fiat iniuria, et tunc dignitas vel officium supplet defectum nominis, 4<sup>o</sup> propter collisionem vitandam, ut quando scribitur congregationi vel multitudini... Salutatio vero diversificatur secundum diversitatem personarum, que triplex est, maior, media et minor, et hoc tam in clero quam extra clerum. Maiores persone in clero sunt apostolicus, patriarche, primates, cardinales, archiepiscopi, episcopi, regales abbates; medie persone in clero, ut abbates simplices, prepositi, priores et omnes clerici habentes dignitates; minor persona in clero, ut simplices plebani, sacerdotes qualescunque et scolastici. Maiores persone in seculo sunt ut imperatores, cuiuscunque sunt conditionis, et omnes reges coronati; medie vero persone ut duces, marchiones, comites, liberi barones, capitanei urbium et omnes layci habentes dignitates, ut milites simplices et cives sollempnes; minor persona in seculo ut mercatores et omnes consimiles carentes dignitatibus... Et notandum quod si par pari scribat, persona recipientis preponitur... si vero maior minori scribat seu minor maiori, maior semper persona preferitur, et hoc tenendum est tam in ordine ecclesiastico quam etiam seculari. Item quidam dicere voluerunt, quod cum minor scribit suo maiori, semper debeat salutatio causa excellentie reticeri, quod non est verum, nisi ille cui scribitur sit summe maior, ut cum episcopus vel alter quicunque scribit domino pape; si autem persona recipientis sit mediocriter maior, ut si aliquis episcopus scribit suo metropolitano, salutatio congrue potest poni; sed inspecta mera veritate papam etiam quisque salutare posset, si non usus solummodo repugnaret. Item si mediocris persona suo minori scripserit, modus isto relinquitur arbitrio dictatoris. Item ubi perfecti sibi scribunt inimici, semper persona mittentis preponitur.. Nota quod maior persona in clero et extra clerum de se et de suo pari debet dicere in salutatione 'Dei gratia', excepto domino apostolico, qui nec de se nec de aliis dicit 'Dei gratia'; quedam tamen consuetudo inolevit, quod fere omnes medie persone tam in clero, ut abbates simplices, prepositi, et extra clerum, ut duces et marchiones, de se scribant 'Dei gratia', sed in hoc consuetudo arti prevaluit. Nunc de formis salutationum singulariter et exemplariter videamus, quas per quinque tabulas invenies hic distinctas. In prima tabula ostenditur, qualiter dominus papa omnibus scribit salutando.. et quomodo eidem ab omnibus scribitur.... Secunda tabula, in qua docetur de salutatione imperatorum, quomodo scil. imperator omnes in clero preter papam salutet et qualiter ipse imperator salutetur ab

omnibus, tam a clero quam a secularibus . . . . . Tertia tabula . . in qua ostenditur 1° scil. quomodo maiores in clero extra papam se mutuo debeant salutare, 2° quomodo iidem maiores cleri maiores in laycis salutent extra imperatorem, . . 3° quomodo iidem maiores cleri inferiores tam laycos quam clericos habeant salutare, 4° qualiter predicti maiores in clero a suis inferioribus tam laycis quam clericis habeant salutari, 5° et ult°. qualiter feligiosi utriusque sexus ad invicem se debeant salutare. . . . . Quarta tabula . . quomodo omnes seculares, . . omnes nobiles eisdem principibus, inferiores usque ad populares mutuo se salutent, 2° . . q. iidem principes et nobiles maiores in clero extra papam salutent. 3° q. inferiores laycos salutent. 4° qualiter ab inferioribus laycis salutentur. 5° . . quedam ponuntur notabilia valde bona. . . . . In quinta tabula docetur, quomodo populares se salutent usque ad servos glebe. . . . .

[2.] DE EXORDIO . . nunc videndum est de epistole parte principali secunda, que est captacio benivolencie, que pluribus nominibus appellatur, dicitur enim aliquando proverbium, aliquando arenga, aliquando prohemium; sed communis usus istam solet particulam dicere 'captacio benivolencie', eo quod ipsa negotium congruum sive commodum faciat et animum auditoris benivolum reddat. Proverbium est quedam similitudo methaphorice continens consuetudinem approbatam, sicut 'Mus in sporta, ignis in sinu, serpens in gremio: hec tria non solent suis prebere hospitibus munera graciosi'. Exordium est principium oracionis, per quod ad audiendum instituitur animus auditoris, v. gr. 'Eius pietas est precipue commendanda, qui prius quam sibi precum instantia porrigatur, digno beneficio prevenit indigentem'. Arenga est quedam proluxa prefacio, que ad benivolenciam captandam premititur, et hac raro aliquis utitur apud modernos, nisi in curia Romana, v. gr. 'Qui scit se aliis prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum: ipsa namque Romana ecclesia, que disponente Domino mater est cunctorum fidelium, ita vires suas aliis ecclesiis disposuit largiendas, ut in partem vocate sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Hinc est &c.' Prohemium est sermo preambulus ad dicenda, sic v. gr. 'Cum tales esse debeamus apud subditos quales nos, cum subditi essemus, nostros esse volumus prelatos, miramur vehementer, quod contra talem clericum rigiditas vestra adeo est effrenata &c.' Captacio benivolencie est quoddam blandimentum, quo recipientis animus benivulus redditur circa personam mittentem, v. gr. 'Vobis regraciari non sufficimus, quod multis beneficiorum impensis effectibus hactenus me respicere voluistis, unde quod per vires meas non valeo, suppleat qui est bonorum omnium retributor'. Notandum vero quod hec particula debet esse consors cum sequentibus in materia, ita quod bene conveniat materie et mittentis affectum exprimere videatur, alioquin magis erit dedecori quam honori. Item notandum quod captacionem benivolencie non est necesse semper ponere, quia quandoque tacetur omnino, quandoque artificiose inseritur narrationi vel petitioni.

[3.] DE NARRACIONE . . Est autem narracio rerum congestarum posicio; narracio est intencionis eius qui scribit explicacio. Notandum eciam si scribas maiori persone inter laicos sic dicas in principio narrationis 'Excellentie vel nobilitati vestre significo'. Item notandum, si maiori in clero scripseris, dicas 'Reverencie vel sanctitati, prudencie, discrecioni vestre significo'. Notandum eciam, quod narracio alia est simplex, alia duplex, alia multiplex. simplex est quando tantum unum narratur negotium, duplex est quando duo narrantur negocia, multiplex quando plura narrantur negocia. Sed maxima cautio est adhibenda in

negociis pluribus, 'Ne primum medio, medium ne discrepet imo'. Ad hanc cautelam quedam sunt vincula adhibenda, hec scilicet: interea, insuper, ceterum, et similia materie conveniencia, quoniam quod facit pix in navi, hoc faciunt coniunctiones, prepositiones et adverbia in literis.

[4.] DE PETICIONE. . . Est autem peticio, qua in epistola rem aliquam desideratam petimus. Et notandum quod septem sunt modi qui cadunt loco petitionis in epistola, videlicet: mandatum, preceptum, consilium, exortacio, supplicacio, voluntatis explecio, facti revocacio. v. gr. ecclesiastici viri scribendo suis inferioribus si sunt clerici, dicunt 'per censuram ecclesiasticam', si vero sunt laici, tunc dicunt eis 'volumus et mandamus, quatenus hoc vel hoc faciatis'. Preceptum magis convenit laicis viris, qui premissa narratione subiiciunt loco petitionis ad subditos, 'precipimus igitur vobis sub obtentu gracie nostre, quatenus ab iniuria talis hominis desistatis'. Consultoria peticio ponitur v. gr. 'Consulo igitur tibi, quatenus laudabiliter inchoatum principium fine commendabili et laudabili prosequaris'. Idem est de exhortacione. Supplicatoria peticio est v. gr. 'supplico tibi, amicorum karissime, quatenus pecuniam tibi per me concessam harum latori non renuas exhibere'. Notandum tamen est quod est differencia inter supplicare et petere: maioribus supplicamus, equales petimus. Item voluntatis explecio loco petitionis ponitur, v. gr. 'volumus igitur, ut nostrum desiderium processum habeat et quod iam factum est pro voto nostro ex nunc et in antea maneat illibatum'. Facti revocacio, que etiam, ut diximus, quandoque cadit in locum petitionis, maxime locum habet in litteris papalibus, v. gr. 'Revocamus igitur talem sententiam, quam contra canonem novimus esse latam'. Notandum etiam, quod in omni petitione unum ex tribus est considerandum, scil. vel honestas vel possibilitas aut utilitas: honestas ideo quod turpia non sunt petenda; possibilitas, nam stultum est petere quod possit iure negari; utilitas videlicet quod rei petite exaudicio utilis esse et non superflua videatur.

[5.] DE CONCLVSIONE. Est igitur conclusio summam oracionis explicans. Notandum vero quod conclusionum alia est deprecatoria, alia mandatoria, alia consolatoria, alia correctoria. Prime tres facile possunt cognosci; consolatoria sic fit v. gr. 'nec vos mors talis persone perturbet, quia speramus ipsum cum Domino perenniter regnaturum'. Correctoria sic fit v. gr. 'quod si statum tuum, satis quidem omnibus suspectum, in melius non mutaveris, scias tibi quantum ad me omnia promocionis genera submota quodammodo et subtracta.' . . .

nunc quedam generales dictaminis regule sunt ponende. Notandum igitur in primis, quod in literis inconsumetum principium poni non debet, nec incompetens finis: quedam enim dictiones sunt quodammodo appropriate ad principia, ut 'liquet, licet, constat pro certo, pro constanti' et cetera similia, et hoc in multis negociis, non tamen in omnibus, ut patet experto notario. Solemus etiam huiusmodi genitivis, accusativis, ablativis uti in principiis maxime rescriptorum, v. gr. 'Tenore literarum tuarum perlecto', item 'Literas reverencie vestre recipimus in hec verba' et similia multa. De fine competenti hoc teneas, quod respondeat principio materie et medio. Item antiqui in epistolis triplici usi sunt distinctione: prima est suspensiva, secunda constans, tertia completiva: sed hec distinctiones apud modernos minus curantur pro tanto, de hiis duxi minime prosequendum. Item nomen loci, nomen persone, nomen dignitatis vel officii semper debet in salutatione apponi, ut 'Petro iudici Wiennensi'. Item nulla dictio semel posita sepius iteretur, nisi sit de natura sermonis et causa necessitatis evidens hoc requirat . . . : nam fastidium generaret dictio sepius iterata . . .

Item in summa nota quod omnis notarius ista debet considerare, scil. ordinem constructionis, debitam adiectivorum et verbotum appositionem, intellectum locutionis, mores hominum et consuetudinem terrarum et satis facere voluntati mittentis et eque recipientis, et que sit fortuna et condicio utriusque, et quod talis sit materia, que conveniat illi cui litera destinatur.“

**MODVS SIGNIFICANDI.** Iterum Fr. Haase<sup>1</sup> quærendi viam nobis præivit. „Liber ille, quo primum tota disciplina [philosophiæ grammaticæ sive metagrammaticæ systema] comprehensa est, inscribitur ‘de modis significandi’, eodemque modo disciplina ipsa dici solebat, cui qui operam dabant, vocabantur ‘Modistæ’. Ac de primo quidem auctore modorum significandi medio ævo non constabat; erant qui Thomam Aquinatem, erant qui alium quendam Thomam, rectorem et artium magistrum Erfordiensem, dicerent; alii Albertum de Saxonia dicebant, qui seculo xiv. innotuit libris astronomicis, philosophicis et aliis quibus Aristotelis opera illustravit<sup>2</sup>, atque eius nomine liber aliquotiens editus est; aliis denique Ioannes Duns Scotus auctor visus est, cuius nomen item quædam habent editiones<sup>3</sup>; plerique sine nomine ‘auctorem de modis significandi appellant. Præterea tres adhuc cognovi commentarios in librum de modis significandi scriptos . . .“ Haasius uti non potuit egregio Caroli Prantli libro<sup>4</sup>, unde discimus librum ‘Tractatus de modis significandi seu grammatica speculativa’ Ioannis Duns Scoti († a. 1308.) esse, ab ipsius tandem scholaribus sic nominatum, Sigerumque Brabantinum s. de Curtraco († ante a. 1300.) reliquisse ‘Summam modorum significandi’. Quid autem hoc ‘significare’ significet infra scripta<sup>5</sup> Prantliana verba explicant.

1) Programm. supra p. 318. art. Breviloquus not. 1. cit. p. 39. 2) cf. Hain. Repertor. n°. 575. sqq. 3) cf. Hain. n°. 424. sq., ubi est ‘Albertus (Eccardus)’. Ipse Haasius commemorat duas edd. Londinenses, unam a. 1515., alteram sine anno, duas Venetas Ioa. Scoto adscriptas, a. 1491. 1499. (apud Hain. n°. 6452. sq.) et tertiam a. 1519., de cuius inscriptione Waddingtonus in Scoti opp. I. p. 41. sic: „Subtilissimus tractatus de modis significandi, qui Grammatica speculativa dicitur atque Doctori Subtili fratri Ioanni Scoto ordinis Minorum inscribitur, licet Alberto de Saxonia ab aliquibus attribuitur“. 4) *Gesch. der Logik*. III. p. 202. not. 83. p. 215. sq. et p. 234. 5) *Insoweit nun auf diese Weise Denkart und Bezeichnung innig miteinander verbunden sind, unterscheidet Scotus zunächst für beide gemeinschaftlich ein ‘abstractes’ Auftreten von einem ‘concreten’ (modus significandi abstractus — concretus) —, insoferne ersteres auf die Wesenheit in ihrer reinen Eigenthümlichkeit, letzteres auf ihre in den Einzelindingen geäußerte gestaltende Kraft gerichtet ist. Sodann aber bemüht er sich Denkart und Bezeichnung selbst wieder zu unterscheiden, und da weist er dem eigentlichen ‘modus intelligendi’ das Gebiet der secunda intentio zu, d. h. jener Momente, welche den bezeichneten Dingen nur durch eine bestimmte Auffassungsweise zukommen (wie z. B. ‘Mensch’ nicht nothwendig als ‘Art’ zu denken ist, sondern auch als ‘dieser Mensch’ gedacht werden kann) und daher nur in äußerlicher Verknüpfung durch ‘est’ mit dem Bezeichneten verbunden werden, wohingegen der ‘modus significandi’ von der Namengebung her dem Bezeichneten einwohne und stets untrennbar mit ihm verbunden bleibe, daher in diesem Modus das ‘principium formale’ der Einheit des Bezeichneten liege. Und diese Betrachtung führt er in der Schrift Tractatus de modis significandi s. grammatica specu-*

— Ceterum erant quoque Modi significandi de singulis orationis partibus, e. gr. 'Modus significandi et regendi præpositionem in, sub et super'<sup>6</sup>.

*lativa, welche in ihrem größten Theile der Grammatik angehört, weitläufiger aus. Nämlich der modus significandi sei entweder activus, insoferne er der Eigenthümlichkeit des Wortausdruckes selbst, oder aber passivus, insoferne er in der Eigenthümlichkeit der bezeichneten Sache liege, und das Wort bekomme durch den Intellectus die doppelte Function, daß es sowol als dictio etwas bezeichnet (significat), als auch gemeinschaftlich mit anderen dieses thut (consignificat) und somit zum Redetheile wird. Dabei aber sei daran festzuhalten, daß jeder modus significandi activus dennoch ursprünglich von einer Eigenthümlichkeit einer Sache herkomme, denn nur durch Objecte ja könne der Intellectus determinirt werden, und auch die erdichteten oder privativen Ausdrücke seien hiegegen kein Einwand, indem dieselben jedenfalls auf einem positiv realen Vorgang in der Seele beruhen. Ja eben darum müsse auch der modus intelligendi als ein activus und ein passivus unterschieden werden, indem letzterer in der Eigenthümlichkeit der Aufassung selbst liege, so daß hiemit der modus significandi activus unmittelbar von einem modus intelligendi activus herrühre. 6) Memming. 1489. 4<sup>o</sup>. Hain. n<sup>o</sup>. 11517.*

MOSELLANVS, Petrus, patrio nomine Schade, Mosellanus dictus a fluvio, ad cuius dextram ripam inter oppidula Zell et Cochem patrius vicus Bruttig (Pruttig hodieque incolæ pronuntiant) situs est<sup>1</sup>, unde Protegensis cognomen idem adsumpsit, quo nomine etiam inter Reuchlinistas venit<sup>2</sup>. Parentes habuit Ioannem et Catharinam, quattuordecim liberos ex vindemiolis ac tabernariis negotiis parce sustinentes. natus est Petrus inter fratres ætate minimus a. 1493. Præcoci ingenii ac mortis vir fuit, qui ab eruditionis ac morum iusta laude inter priores sui temporis literatos altiore sibi locum meruerat, cum vix annum xxxi. egressus Lipsiæ d. 17. Febr. (sec. alios d. 19. April.) anni 1524. animam candidam exhalaret<sup>3</sup>. Postquam Beilsteini, quod vicinum patrii loci oppidulum est, tum Lucilimburgi, Limpurgi, Augustæ Trevirorum litterarum elementa didicerat, avi beneficio Coloniam petiit, ubi d. 2. Ian. a. 1512. sic in matriculam inscriptus est: „Petrus schayde de proythgen ad artes iuravit et solvit“<sup>4</sup>, et præceptorem Cæsarium præcipue habuit, sed et Buschium, Sohium, alios prodcentes audivit. Anno 1513. cum Horgenio Erfurtum migravit. ætate a. 1515. Lipsiæ immatriculatus est, sed ante quam ibi cathedram adscenderet, Fribergi in Misnia in schola ab Aesticampiano instituta per breve tempus præceptoris munere egregie functus est, donec post Richardi Croci discessum Lipsiensem Græcæ litteraturæ cathedram nancisceretur a. 1517., quam, cum in Vitenbergensem ab ipso petitam Melanchthon vocatus esset, ad laboriosissimæ vitæ exitum summam cum laude atque ad frequentissimorum discipulorum summam utilitatem

1) Falso alii *Bertrich*, alii aliorum nominum vicus nusquam terrarum extantes natale Petri solum faciunt. 2) Hutt. Opp. I. p. 131. v. 24. 3) cf. Hutt. Opp. II. p. 361. 4) C. Krafft in *Ztschr. f. preuss. Gesch. v. Hassel. 5. Jahrg. August. Berl. 1868. 8<sup>o</sup>. p. 487.*



tenuit. 'Noviter advenerat' Lipsiam Petrus, cum Irus Perlirus (p. 276<sup>19</sup>) de Mosellano Græco scriberet, et cum Schlauraffum conviciis consecraretur Mosellanus (p. 200. v. 27.). Annis 1519. et 1523. fascēs academicos Lipsienses gessit, d. 3. Ian. a. 1520. magister artium factus. per annos 1521...1524. 'Petrus Schade, al. Mosellanus', collegii principum maioris sodalis fuit<sup>5</sup>. De partibus Mosellano in celebratissima Lutheri cum Eccio habita disputatione Lipsiensi datis huius loci non est disserere. — Vitam viri enarrant Adamus<sup>6</sup>, Seckendorffius<sup>7</sup>, Schultzius<sup>8</sup>, et nuper O. G. Schmidt<sup>9</sup>. Scripta Petri iam Gesnerus<sup>10</sup> recensuit.

5) Zarncke in *Urkundl. Quellen der Univ. Leipz.* in *Abhdl. d. sächs. Gesellsch. der Wissensch.* voll. II. Leipz. 1857. pag. 751. n°. 84. 6) Melch. Adami vit. Germanor. philosophor. p. 57. sqq. 7) Hist. Lutheran. ex ed. Ff. Lps. 1692. fol. p. 88. sqq. 8) Henr. Schultze, *Ausführl. Lebensbeschreib. des Verstorbenen M. Petri Mosellani, Sonst Schade genannt.* Lpz. 1724. 8°. (cum imag. male ære incisa). Schultzius p. 65. laudat etiam Iustinum Goblerum in vita „so er der Edition der *Oration des Mosellani* de variar. lingg. cognitione beygefügt.“ 9) Petr. Mosellanus. Leipz. 1867. 8°. 10) Bibl. fol. 551.

MVRNER, Thomas, die 24. Dec. a. 1475. in oppido *Obernheim* prope Argentoratum patre Matthia natus, postquam in hac urbe in schola Franciscanorum prima litterarum elementa vix didicerat, totam fere vitam quasi fugitivus et erro peregit: Galliam, Germaniam, Bohemiam, Austriam, Poloniam scholastici bacchantis, i. e. vagantis more pervagatur; inter nudipedes ordinis Minorum receptus anno 1494. sacerdos inititur; Parisiensis studii magister liberalium artium factus Friburgi in Brisgovia anno 1499. Iacobo Lochero præcipue magistro usus humanitatis q. v., sed et astrologicis studiis sese dat: mense Maio anno 1499. Argentorati prodiit eius 'Invectiva contra Astrologos'<sup>1</sup>, et mense Octobri eiusdem anni „ex universitate Friburgensi sole in XVII. gradu libræ gradiente“ edidit Tractatum de Phitonico contractu, qui postea in Malleum maleficarum receptus est. Item Friburgi die 26. Mart. a. 1506. promotus est in licentiatum, sequentique die in doctorem sacre theologiæ sub decanatu Heinrici Brun ord. Eremitar. s. Augustini, „et satis fecit facultati et doctoribus“, ibique Vergilium (cuius *dryzechen äneadische Bücher . . durch D. Murner vertütscht* Argentorati anno 1515. fol°. prodierunt) prosodiamque Latinam docuit, eodemque anno WORMATIÆ ab imperatore lauream poeticam accepit. Cracoviæ anno 1507. logicam docet editque Chartiludium logicæ<sup>2</sup>, quæ sunt „cartæ, et qui ludunt in illis cartis, discunt grammaticam et logicam“ (p. 189<sup>18. 19.</sup>), quod chartiludium diversum est a recentiore „ludo scaci, in quo trahuntur quantitates syllabarum“ ibid. p. 189<sup>20</sup>. laudato, ut in commentario ad h. l. ostensum est. Paullo post Murnerus ad generalem Franciscanorum conventum Romæ concelebrandum in Italiam proficiscitur, „Bononiam abi (sic ipse dicere

1) quinque foll. 4°. 2) Chartiludium logice seu logica poetica vel memorativa cum iocundo pictafmatis exercitamento. Cracoviæ 13. kal. Mart. a. 1507. 4°, repet. Argent. 1509. 4°. Bruxell. 1609. 8°. Paris. 1629. 8°. Cf. Panzer Ann. typ. VI. p. 451. n°. 23. p. 43. n°. 146.

fingitur<sup>3</sup>), istic atque in aliis quibusdam Italiæ urbibus commorabar, Tandem Venetias abii, ubi . . . Ephebiæ tamen adeptus sum, atque subrogatus pædagogus iuvenum quorundam, quos . . . docui quæ nunquam ipse didiceram<sup>4</sup>. Valetudinis causa reversus apud Bernenses lector anno 1509. de quattuor hæresiarchis combustis libellos edidit<sup>5</sup>. Anno 1511. Francofurti ad Mœnum prædicat Ludumque studentum Friburgensium (i. e. illum 'ludum scaci' de quo proxime supra diximus), et 'Arma patientie'<sup>6</sup> publicat, et sequenti anno præter alios libellos etiam *die Schelmenzunft*<sup>7</sup>, qui 'versus in teutonic' memorantur p. 189<sup>21</sup>. Sequentia Murnero<sup>7</sup> attributa verba vereor ut Waldauius recte ad annum 1513. et sequentem rettulerit, cum ad primum eius sæculi lustrum referenda sint: „Primum a Francofordia pulsus sum magno cum dedecore, cum Wigando Hessio prædicatorii ordinis, divæ virginis temeratore, cuius exilii causam iccirco non refero, quod hanc iam multis annis tenes. Ea seditione excitata veni Argenteratum, ubi negotium feci viris probis et optimis, docto Sebastianio Brantto et Iacobo Wimphelingo, nec non et toti cohorti huic cehærenti, doctis inquam qui tum florebant Argenterati . . . Extant de ea tragœdia plures epistolæ cruditorum, et Germanicæ libertatis defensio Iacobi Wimphelingi . . .<sup>8</sup>. Deiectus itaque perveni Friburgum, illic contumeliose quædam protuli in Christum et Mariam<sup>9</sup>. Sane annis 1513. et 1514. Murnerus Argenterati Friburgique degisse videtur: in illa urbe a. 1514. prodiit Murneri *Badenfart*, et anno 1515. *die Mühle von Schwindelphœym* et supra memorata Vergilii versio Germanica. A Friburgo concessit Treverim, ubi suas de Institutionibus lectiones iactatorias intimavit die 30. Nov. a. 1515., sed neque hic diu moratus est, iussus abire citissime<sup>10</sup>. Prodiert *die Geuchmat* a. 1519. Basileæ<sup>11</sup>, et Argenterati<sup>12</sup> Germanica Huttenici de guaiaco libri versio<sup>13</sup>, anno 1518. Basileæ 'Utriusque iuris tituli et regule . . . in Alemanicum traducti eloquium'<sup>14</sup>, Argenterati anno 1518. 'Chartiludium Institute'<sup>15</sup>; Basileæ a. 1519. 'Instituten . . . verdüttscht, vnd vff der hohen schul Basel in syner ordenlichen Lectur offentlich mit dem Latin verglichen'<sup>16</sup>; Argenterati anno 1520. 'Der keiserlichen statrechten ein ingang vnd wares fundament . . . vertütschet'<sup>17</sup>. Inde ab hoc anno 1520. incipiunt libelli contra Lutherum scripti, qui Angliæ regi occasionem dederunt, ut Murnerum ad se vocaret: die 26. Aug. a. 1523. Murnerus Londini moratus fuerat *a good while*<sup>17</sup>, et die 11. Sept.

3) in libello '*Murnarus Leviathan Vulgo dictus, Geltzar, oder Genßprediger. Murnarus, qui & Schönnenfelin, oder Schmutzkolb &c.*' s. l. et a. 4<sup>o</sup>. pag. B sq. Cf. supra p. 313. art. 'Bernense scelus' transcriptos versus 57. sqq. de Murnero. 4) cf. supra p. 309. sqq. art. Bernense scelus. 5) Arma patientie cōtra omnes sæculi aduerfitates. 4 foll. 4<sup>o</sup>. 6) *Die schelmē züfft. Ffurt. Batt* [i. e. Beatus, Thomæ frater minor natu] Murner. 1512. 4<sup>o</sup>. 36 foll.; *Straßb.* s. a. 4<sup>o</sup>; *Augsb.* 1513. 4<sup>o</sup>. et 1514. 4<sup>o</sup>; *Straßb.* 1516. 4<sup>o</sup>; et postea sæpius in 8<sup>o</sup>. repetit. 7) in Murnaro Leviathan p. A 4<sup>a</sup>. b. 8) cf. infra art. Wirt. 9) publicata Friburgi 4<sup>o</sup>. sine anno [1502.?). Cf. Rieggeri Amœnitt. Friburg. p. 211... 215. 10) cf. infra Commentar. ad epist. II. 3. 11) Basil. 5. Apr. 1519. 4<sup>o</sup>. 12) *Straßb.* August. 1519. 4<sup>o</sup>. 13) Hutt. Opp. I. p. 43\*. III. p. 399... 496. 14) Argenter. 1518. 4<sup>o</sup>. 15) Basil. 1518. 4<sup>o</sup>. 16) *Straßb.* 1520. 4<sup>o</sup>. 17) Cf. Hutt. Opp. II. p. 381.

eiusdem anni rex Argentoratensibus consulibus illum ut optime suscipiant omnique studio ac favore complecti velint, litteris<sup>18</sup> commendat. Tamen Argentoratum (autumno anni 1523., ut videtur) reversus Murnerus contra reformatores eisque faventem senatum a partibus episcopi stetit, ad cuius causam defendendam etiam ad conventum principum Norimbergensem missus est. die 4. Iul. anni 1524. Lutherus<sup>19</sup> scribit: „Murnarrus habitum suum mutavit egressus<sup>20</sup> cum omnibus monasterium, factus, ut aliqui dicunt, Canonicus regularis vel studentium ordinis in Collegio, sed manet tamen Murnarr, ut fuit“. De Murneri partibus, quas in colloquiis Lucernensi, Badensi, Bernensi, annis 1526...1529. habitis, sustinuit, accuratius exponere historiam reformationis scribentium est: Hottingero ille est *der abenteuerliche und gotteslästerliche Murner*, et Zwinglius affirmat, *er habe von keinem Ort, wo er gestanden, ehrlichen Abschied gemacht*. Medio anno 1531. adhuc vixisse hominem, ante annum 1537. autem expiravisse docet Waldau<sup>21</sup>, quocum conferendi sunt A. Jung<sup>22</sup>, G. Gervinus<sup>23</sup>, H. Schreiber<sup>24</sup>, Car. Gœdeke<sup>25</sup>, Rod. Stintzing<sup>26</sup>. Addimus quæ Ioannis Piemontani MS. Auctar. scr. eccl. fol. 148<sup>a</sup>. habet:

Thomas murm' [sic] cuius patria mihi non occurrit homo studiosus et doctus cuius nonnulla subtilis ingenii sui feruntur composita opuscula e quibus vidi prosaice vnum dudum impressum

De reformatione poetarum li j\*

Alia que scripsit nondum mihi innotuerunt et puto eum adhuc in humanis esse.

Iterum de Murnero idem Auctarium fol. 154<sup>a</sup>:

Murnerus doctor sacre theologie ordinis diui francisci conuentus franckofordensis professor vir certe excellentis ingenii et doctrine varie declamator sermonum dei ad populum famosus et prestans Scripsit quedam (vt audio) pro edificacione anime et iocunde et necessarie lectionis ac sententie opuscula quibus nomen suum longe lateque diuulgatum agnoscitur Ex quibus extat vnum materna lingua ad imitationem sebastiani brant in sua narragonia de variis huius seculi erroribus editum Et forte hoc idem opus latinis etiam donauit litteris quod nondum vidimus Viuit vsque hodie in conuentu supramemorato franckofordensi et plura scribit 1513.

[Ad marginem est: De armis patien li j |

De reformatione hieronimiana et augustiniana poetica li ij ]

18) repetitis ap. Waldau, in *Scheible's Kloster*. IV. p. 517. sq. 19) *de Wette, Luthers Briefe*. II. p. 528. 20) gressus *de Wette*. 21) *Nachrichten von Thom. Murners Leben und Schriften*. Nürnberg. 1775. quo libro ex edit. c. add. Scheiblianis (*Scheible's Kloster*. Stuttgart. 1848. 8°. IV. p. 506...612.) usus sum. 22) *Gesch. der Reformation in Straßb.* 1830. 8°. I. p. 238...272. 23) *Gesch. der poet. Nat. Lit. der Deutschen*. ed. 2. Lpz. 1842. II. 416...429. 24) *Gesch. der Alb. Ludw. Univ. Freiburg i. Br.* 1857. 8°. I. p. 160...169. 25) *Grundr. z. Gesch. der deutsch. Dichtung. Hannover* 1859. 8°. I. p. 200...203. 26) *Gesch. der popul. Lit. des röm. kanon. Rechts in Deutschland*. Leipzig. 1867. 8°. p. 462...470.

\*) i. e. De Augustiniana Hieronymianaque reformatione poetarum. Argentorat. 1509 4°. 72 folior.)

MVTIANVS (*Muth*) Conradus, cognomine Rufus, Homburgi Hassorum dje 15. Octob.<sup>1</sup> anni 1472.<sup>2</sup> natus, patrem habuit 'Ioannem Mudt, decurionem oppidi primarium, matrem Annam von Crutzburgk ex illa nobili familia equitum *der von Crutzburgk*', ut ipse rettulit<sup>3</sup>. Parentis obitum puer 'in gymnasio Daventriensi' audivit, ubi Hegium præceptorem, Erasmus condiscipulum habuit. Anno 1486. cum fratre Ioanne in matriculam Erfurtensem inscriptus legitur; anno 1492. artium magister factus Erfurti inter docentes clarescere cœperat, cum pro more eius temporis iter Italicum susciperet; imprimis Bononiæ Latinis Græcisque litteris ac iuris scientiæ incubuit, cumque summis sui temporis viris consuetudinem amicitiamque contraxit, ibique decretorum doctor factus autumnus a. 1502.<sup>4</sup> domum reversus in aulam principis Cattorum receptus est, „ubi (Adami<sup>5</sup> hæc verba sunt) tum cancellarius erat ipsius Mutiani frater germanus: offensus illo vitæ genere, quo liberius operam studiis philosophiæ et humanitatis, ad quæ natus erat, dare posset, secessit in Turingiam. Ibi auxilio alterius fratris, qui tum res Præsulis Moguntini Erphordiæ administrabat, canonicatum, ut tum erant tempora, Gothæ adeptus [anno 1503.], totum se quieti et studiosæ tranquillitati dedit, contentus annuo reddito vix LX aureorum, relicto cognatis et affinis toto patrimonio, nisi quod liberalitate principum, præcipue Electorum Saxonie, sæpe adiutus et sublevatus est“. Iam 'Cal. Octobr. MDIII. ex Gotha Thuringorum' Mutianus Reuchlino scripserat<sup>6</sup>: „ab humanitate tua peto, ut Mutianum tui nominis atque honoris studiosum in album amicorum recipias“; quantum autem Reuchlini contra theologistas causa virum sollicitum habuerit, multa eius et ad eum epistolæ supra<sup>7</sup> indicatæ ostendunt, atque inter Reuchlinistas decimum tertium locum habet Mutianus<sup>8</sup>; Cocleariligneo quoque „quidam studens Erfordiensis dixit, quod Conradus Mutianus est pessimus omnium illorum qui sunt pro Reuchlin, et est ita inimicus Theologis, quod non potest audire quod aliquis nominat Theologos Colonenses. Et talis studens dixit quod vidit bene viginti Epistolas illius, in quibus ipse rogat quosdam socios quod volunt esse Reuchlinistæ“ (p. 279<sup>14. sqq.</sup>). Scripta Mutiani præter epistolas nulla nobis supersunt: has autem manu sæculi XVI. transcriptas maximam partem codex MS. Francofurtensis continet (nam non nullæ in Hessi epistolis ac Camera-rianis aliisque libellis supersunt), ex quo, adhibitis aliis subsidiis, neque integras neque omnes edidit W. E. Tenzelius<sup>9</sup>. Inter recentiores qui de Mutiano scripserunt, honoris causa nominandi sunt Erhardus<sup>10</sup>, Strau-

1) 'ad meum et Vergilii natalem' ipse Mutianus apud Tenzel. p. 98. 2) anno 1513., quo scripta est epist. CCCXIII. ap. Tenzel. p. 153., Mutianus dicit se esse senem, si XLII. annus senem facit. 3) in epist. ap. Tenzel. n°. CCCXLVIII., qua Urielis episcopi mortem († 3. Febr. a. 1514.) deplorat. 4) Kalendis Iuniis a. 1502. 'ex Bononia' scriptam epistulam memoravimus supra p. 401. art. Iesus. not. 3. 5) Vitæ Germanor. Ictor. Haidelb. 1620. 8°. p. 27. 6) Claror. viror. ad Reuchlin. epp. 1519. pag. i. Illustr. viror. ad Reuchlin. epp. 1519. pag. liii. 7) pagg. 121. sqq. Ind. chronol. ad annos 1511. sqq. 8) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>6</sup>. 9) Supplem. hist. Gothan. Ienæ 1701. 4. pagg. 1...272. et 1...116. 10) *Gesch. des Wiederaufbl. der Wissensch.* II. p. 276...280.

Bius<sup>11</sup> et Kampschulte<sup>12</sup>. Præcipuum ad Mutianum paullo accuratius cognoscendum subsidium est quod de eo Ioachimus Camerarius<sup>13</sup> rettulit: „Cunradus Mutianus Ruffus, qui in sodalitie Ecclesiastico Gothæ degebat. Et cum esset nobili familia ortus, neque non offerrentur occasiones illi amplissimorum honorum, quod et fratrem haberet in principis Catorum aula primo loco, et ipse non modo animi ac corporis donis, sed Italica etiam disciplina commendaretur, splendori et opulentiae fortunam exilem, et infra mediocritatem positam Gothani collegii prætulit. Abest autem Gothæ Erphordia Mil. pass. non multo amplius XII. Ad hunc primum a te Adame [Crato] adductus sæpe prædicavi, ut scis, me illum cognovisse optimum et sapientia ac virtute præstantissimum virum. Dignitas in hoc erat summa, gravitas autem ea, quæ ætatem et locum quem tenebat deceret, commista illa quidem cum comitate incredibili. Mirifice autem lætabatur, cum audiret sedulo operam dare literis iuventutem, et quibus rebus poterat in hoc spacio solebat incitare currentes: Superstitionibus inimicus, et hospitalis in re tenui admodum: Sed erga studiosos literarum tantum. Nam aliorum fere omnium consuetudinem fugiebat, adeo ut nimis fuisse appetens oculi studiorum et tranquillitatis hac in parte videri alicui possit, quam beatam præscripto ædibus titulo se arbitrari, significabat<sup>14</sup>, ubi et hoc visebatur elogium ‘Bonis cuncta patent’. Sed turbarunt hanc tranquillitatem ea tempora, quorum difficultas ac miseria iam inchoata ad eam perducta est tristitiam et calamitatem, quam experitur, et cum qua conflictatur ætas nostra. Qui autem finis futurus sit, nulla coniectura humana potest prospicere. Solebat Mutianus, tum quidem canus, nam annis gravis erat, cum ad eum primum veni, adolescentibus studiosis litterarum, qui ad se visendum accessissent, proponere materiam quam scribendo elaborarent, et scripta postea emendare, et sæpe non admodum digna collaudare, ut hoc pacto ad diligentiam et curam studiorum excitarentur animi illorum. Erat autem festivissimo ingenio, et liberalibus iocis admodum delectabatur. Epistolas ad amicos scribebat libenter. Genus autem erat sententiosum orationis et incisum: Quale est Politianicum, ad quod in Italia erat assuefactus. Rhythmis etiam ludebat interdum, cum quidem versus faceret sat bonos. Divulgati quidam fuerunt de improbitate simulantum religionem. Sed ipse neque edidit suorum quicquam neque reliquit (affirmante etiam hoc optimo et doctissimo Io. Marcello Regiomontano, qui affuit cum moreretur, et in sua omnia illius potestate habuit) quod edi recte posset, et omnino se sua publicari nolle aiebat. Ac mihi perconctanti aliquando causam, quamobrem tam pertinaciter premeret scripta sua, cum omnes arbitrantur, et ego quoque putarem eum scriptionibus operam dare, ita fieri respondit: Quia sua sibi nunquam satis placerent, ideoque malle se frui aliorum stultitia. Erat nimirum ei persuasum non facere sapienter illos qui sua scripta facile emitterent in lucem. Præsertim cum illis temporibus non emitterentur, sed evolarent undique omnis generis libri. Mortuus est Mutianus Gothæ rebus turbulentis in Germania, in dolore, ut

11) *Ultr. v. Hutten. I. p. 42...50.*12) *Die Univ. Erfurt. I. cap. 3.*

13) Nar-

ratio de H. Eob. Hesso. Norimb. 1553. 8°. p. Biiij sqq.

14) cf. Hutt. Opp. I.

p. 45<sup>24</sup>.

apparebat, amissæ dignitatis et diminutæ rei familiaris, Anno Christi Iesu M. D. XXVI. tertio Calen. Aprilis. Vir magnus et probitate, integritate, virtute, sapientia, humanitate excellens, Decus et ornamentum eorum quibuscum vixit, et patriæ, immo Germaniæ totius et seculi sui<sup>4</sup>. Eobani Hessi in funere Mutiani Rufi epicedion non totum supra<sup>15</sup> repetitum est.

15) Hutt. Opp. II. p. 357. sq.

NACHTIGALL *vid.* Luscinius.

NEGELIN, magister Lipsiensis p. 277<sup>32</sup> memoratus, Lipsiensibus litteratoribus fortasse notus, mihi ignotus, certe non idem est atque ille magister Petrus Negelinus, qui epist. I. 18. 'in Treviris' scribere et 'rigmizare' fingitur. neque magister Iohannes Negelin ex Gunzenhausen, qui annis 1510. 1520. 1531. fasces universitatis Viadrinæ gessit ibique a. 1531. defunctus est<sup>1</sup>, in his epistolis memoratus est, ut non tam prænominis (quod interdum consulto permutarunt scriptores) quam domicilii diversitas ostendit.

1) Becmann Notit. univ. Francof. ad V. 1707. fol. p. 47. sq.

NEUENAR, *Graf von* (p. 203. v. 180.), Hermannus comes de Nova aquila (p. 220<sup>15</sup>) sive Næstius, e nobili ab Arari (*Ahr*) fluvio, sive rivo potius, cognominata gente Neuenarii nascitur circa annum 1491. parentibus Wilhelmo II., qui obiit d. 12. Mart. a. 1497., et Walpurgi de Manderscheidt, „ex quibus (Hartzhemii<sup>2</sup> verbis utor) nati præter nostrum heroem fuere Wilhelmus III. et Anna Newenarici. Wilhelmus III. uxorem duxit Annam filiam Wilhelmi comitis Wiedani et Margarethæ Mærsensis: hæc Anna soror erat Hermanni V. archiepiscopi Coloniensis“. Anno 1504. d. 14. Nov. noster in matriculam universitatis Coloniensis sic inscriptus est 'Domicellus hermannus de Newenaro canonicus maioris ecclesiæ pro universitate et rectore nil, quia nobilis dedit bedellis hornensem'<sup>3</sup>; anno 1509. sive 1510. cum præceptore suo Cæsario<sup>4</sup> iter Italicum suscepit<sup>5</sup>. Noster interim (pergit Iosephus Hartzhemius<sup>2</sup>) Hermannus omnium artium et scientiarum genere expolitus magnam sibi editis scriptis nominis commentationem ac famam conciliavit, nullus ut esset nascente sæc. xvi. eruditorum, qui non ambiret amplissimi viri consortium, quemque ipse non complecteretur mirifica humanitate simul ac liberalitate. Domus Hermanni et mensa et opes litteratis omnibus, poetis, historicis, criticis, sophis patebant: Canonicatum ecclesiæ metropolitice Coloniensis primum, dein Præposituram collegiatæ imperialis ecclesiæ Aquensis, ac demum summæ ædis nostræ præposituram adeptus est, cui ecclesiasticæ dignitati annexus est Archidiaconatus ecclesiæ Coloniensis et Cancellariatus Universitatis nostræ (quod munus non tum natalium purpura, quam scientiæ et doctrinæ fama ornavit) 1524. 19. Jan. in locum Bernardi de Lawenborch [Lauenburg] serenissimi Saxonie Ducis Præ-

1) Hermannum anno 1530. ætatis 39. ex epitaphio constat obiisse. itaque error est sive operarum sive Erhardi quod apud hunc legitur „war um 1470. geboren.“

2) Bibl. Colon. p. 137.

3) C. Krafft in *Zeitschr. für preuss. Gesch. von Hassel. 5. Jahrg. Berlin 1868. 8º. p. 481.*

4) Cf. supra art. Cæsarius.

5) Krafft l. c.

positi et Cancellarii Universitatis 3. Ian. 1524. defuncti, et tota Universitate comitante tumulati. Anno 1530. Angustam Vindelicorum comitatus est Hermannum Wiedanum electorem nostrum affinem suum, in cuius splendidissima aula principem locum tenebat noster Hermannus. Illac damnata cum universis . . . proceribus . . . confessione, quam Melanchton a cunis suis Augustanam baptizavit, veluti actu ultimo peracto morte sane immatura [ætatis anno XXXIX.] obiit [die 20. Oct. anni] MDXXX. Funus Coloniam delatum templo Monialium Cisterciensium, quod b. Virginis Hortus nuncupatur, illatum fuit . . . Epitaphium: Generosi et illustris viri D. Hermanni Comitis e præclara antiqua Comitum Newenaricorum familia eiusdemque Præpositi maioris ecclesiæ Coloniensis, qui annum agens nonum et tricesimum fato functus est Augustæ in ipsis comitiis et conventu principum et statuum imperii auspicio Caroli V. Romanorum imperatoris anno a virgineo partu 1530. cuius corpus hic sepultum iacet inter corpora utriusque parentis sui . . .“ Scripta viri non omnia enumerat Hartzhemius, quocum conferendus est Fabricius<sup>6</sup>. Suæ scriptorum Hermanni enumerationi Foppens<sup>7</sup> adicit „Sunt et qui accusant Hermannum Nuënarium tanquam authorem partialem [i. e. partis alicuius] damnati a Leone x. Pont. libri Epistolarum obscurorum Virorum &c. Nec mirum: quippe Nuënarius aliquantisper Lutheri hypocrisi deceptus, ut amicum coluerat atque protexerat: postmodum strenuus illius ac Lutheranorum adversarius fuit“. Reuchlini causam strenue defendentem Nuënarium in his Hutteni operum voluminibus frequentissime legimus, et inter Reuchlinistas post Erasmus primus ei locus datus est<sup>8</sup>. Vix plura quam dedimus de vita compereris, si præter nominatos auctores contuleris Christum<sup>9</sup>, Burscherum<sup>10</sup> et Hartzhemii sequacem Blancum<sup>11</sup>.

6) Bibl. Lat. med. et inf. æt. V. p. 430. sqq. 7) Bibl. Belg. p. 477. voc. Hermannus Nuënarius.

8) Hutt. Opp. I. p. 130.

9) Noett. acad. obs. XIX.

10) Spicileg. xv. Epist. Erasm.

11) Bianco Gesch. d. a. Univ. Köln. I. p. 764.

NIAVIS<sup>1</sup>, Paulus (p. 12<sup>13</sup> 238<sup>16</sup>), Germanice *Schneevogel*, professor artium Lipsiensis, usque ad iniens sæculum xvi. ab Obscuris in magno pretio habitos libellos complures 'in usum parvulorum scolarium, incipientium, beanorum, noviciorum in religionibus, religiosorum et baccalaureandorum' composuit, ex quibus 'senatui Kempizensi' dedicatum Latinum Ydeoma (ideoma, idioma) sive 'Dialogus parvulis scholaribus ad latinum idioma perutilissimus', sive 'pro parvulis editum'<sup>2</sup>, etiam 'pro religiosis' et 'pro noviciis in religionibus' editum est<sup>3</sup>. 'Epistolare' (p. 12<sup>13</sup>), quod p. 238<sup>16</sup> 'Modus epistolandi' appellatur, epistolas ad imitandum continet breves<sup>4</sup>, mediocres<sup>5</sup>, longiores, baccalaureandis utiles<sup>6</sup>. Fortasse ex his epistolis ea hinc inde paullum immutata est, quam sub M. Curionis nomine (I. 44.) legimus. Alia Niavis scripta ab Hainio recensentur hæc: Thesaurus eloquentiæ, Colores rhetoricæ disciplinæ, Dialogus litterarum studiosi cum

1) Fabricius falso 'Nivis'. 2) Hain. Repertor. n°. 11698...11718. Exemplum quod mihi ad manus est, constat 25 foll. 4°. s. l. et a. — De Latino idiomate quod p. 18<sup>7</sup> memoratur cf. supra p. 351. art. Corvinus.

3) Hain. n°. 11719. sq.

4) ibid. n°. 11726...11730.

5) ibid. n°. 11731...11733.

6) ibid. n°. 11734...

11736.

beano imperito, Historia occisorum in Culm, Liber de philosophia Platonis, Declamatio de conceptione intemeratæ virginis Mariæ, Iudicium Iovis in valle amœnitatis habitum, et Compendiosissimus tractatulus attente excerptus libello Maulfett. Fabricius<sup>7</sup> præterea memorat Visionem cuiusdam eremitæ. Quod Conradus Gesnerus<sup>8</sup> adnotat „Vivit usque hodie in Germania varia componens“, vereor ne per negligentiam ex Trithemio<sup>9</sup> transcripserit, apud quem est: „Vivit adhuc in marchionatu Misnensi et varia componit . . . a. 1495.“ Exempla libellorum huius scriptoris Panzer<sup>10</sup> sub his inscriptionibus indicat: Dialogus parvulis scholaribus ad latinum idioma perutilissimus, Latinum idioma pro parvulis editum, Elegantia latinitatis, Thesaurus eloquentiæ, Colores rhetoricæ disciplinæ, Epistolæ breves, Epistolæ longiores, Epistolæ mediocres, Iudicium Iovis in valle amœnitatis habitum e germ. vers. per Paul. Naviis, Historia occisorum in Culm. tum alio loco Dialogus in quo studiosus cum beano loquitur.

7) Bibl. Lat. med. et inf. æt. V. p. 643.

8) Biblioth. univ. 1545. fol. 539.

9) Catalog. illustr. viror. p. 179.

10) Ann. typ. V. p. 327. sq.

11) ibid.

X. p. 538.

NIGELLVS *vid.* Brunellus.

NVRNBERGA, Iacobus de, magister, inter Padormanni Fornacificis amicos et fautores laudatus p. 58<sup>30</sup>, mihi plane incognitus<sup>1</sup>. quidam Georgius de Nurnberga memoratur a Petro Meyer in epistola d. 10. Febr. a. 1512. ad Arnoldum Tungrensem data, quam publicavit Pepericornus<sup>2</sup>.

1) cf. supra art. Hungen.

2) Defens. p. 129<sup>4</sup>. ed. n. Cf. supra p. 122. Consp.

chronol. ad Febr. 10.

OCCAM, Guilelmus, „Minorita Anglus, Ioannis Scoti discipulus, sed eius doctrinæ postea impugnator acerrimus, in Aristotelis disciplina adeo profecit, ut ob logicas meditationes et cætera philosophica et theologica theoremata inventa subtiliter subtiliusque firmata ‘Venerabilis Inceptor et Autor Invincibilis’ appellaretur. Nominalium princeps vulgo habetur, quorum subtilitates et argutias iam pæne obsoletas et emortuas excitavit et in scholas summo cum splendore reduxit. Ad Ludovicum Bavarum imperatorem transfugit et adversus Iohannem xxii. scripsit acerrime, a quo excommunicatus, postea vero pœnitens absolvi meruit [a. 1349.]. Scripsit in iiii libros Magistri sententiarum, lib. i. Quodlibetorum, De fautoribus hæreticorum lib. 7, De sacramento altaris lib. 1, Compendium theologiæ, De actibus hierarchicis, De ingressu scientiarum, De paupertate apostolorum, De potestate pontificum et imperatorum, contra Ioannem xxii. sed hæc opera reponuntur in Indice prohibitorum“. hæc Bulæus<sup>1</sup>. Scripta Guilielmi Ockam sæculo xv. publicata, interque ea non nulla a Bulæo prætermissa descripsit Hain<sup>2</sup>. Apud Fabricium<sup>3</sup> Occam circa a. 1330. claruisse, defunctum autem esse Monachii a. 1347. d. 10. April. dicitur. (Bulæum Fabricius non inspexit.) Quemnam inter

1) Hist. univ. Paris. IV. p. 960. cf. ibid. p. 317. sq.

2) Repertor. n°. 11935...

11953. 3) Bibl. med. et inf. æt. III. p. 465.



scholasticos philosophos theologosque locum vere Occamus optineat, mirabili diligentia doctrinaque nuper exposuit Carolus Prantl<sup>1</sup>.

4) *Geschichte der Logik* III. p. 327...420.

OCHSENFART sive Ochsenfurt *vid.* Dungersheim.

ORTVINVS *vid.* Gratius.

OSTER, Georgius, Frickenhusensis *vid.* Clipeus Thomistarum.

OSTHENII, Hermanni Trebelii discipuli, qui Schlauraffum Francofurti ad Viadrum 'multis cognominibus vexabant in civibus' (p.199. v. 21. sq.), Ioannes et Alexander von der Osthen, quibus Huttenus artem versificatoriam<sup>1</sup> dedicavit, quosque idem in Querelarum ultima elegia<sup>2</sup> poeticis studiis a Trebelio elatos celebrat, ceteris Reuchlinistis Antiscotæisque parum noti fuerunt; itaque eorum commemoratio inter alia multa argumenta docet, Huttenum Schlauraffianæ epistolæ auctorem esse.

1) Hutt. Opp. I. p. 15. n°. vii. 2) II. 10. v. 36. in Hutt. Opp. III. p. 66.

PARATVS. Sermones Parati 'de tempore et de sanctis' (qua libri inscriptione etiam Bernardus Clarævallensis olim usus fuerat<sup>1</sup>, sive 'Paratus continens sermones de sanctis per anni circulum', inertium olim prædicantium usitatissimum adiumentum, cuius prima homilia a prima Petri iv. 5. „Paratus est iudicare vivos et mortuos“ incipit, nescio cum aliis quem auctorem habeant, exempla libri tantum non omnia indicant bibliographi<sup>2</sup>. Etiam p. 47<sup>3</sup>, ubi de 'Fasciculo temporum' iuxta 'Discipulum'<sup>3</sup> inter 'libros autenticos sacræ scripturæ' mentio facta est, puto priorem partem sermonum Parati (quæ incipit 'Paratus de tempore: continens evangeliorum de tempore expositiones: nec non de tempore epistolarum sermones') significari, non Wernerii Rolevinckii Westfali, Carthusiani Coloniensis domus sanctæ Barbaræ, mortui a. 1502., nimis celebratum librum cui inscriptum 'Fasciculus temporum, omnes antiquorum cronicas complectens, admissus ab alma universitate Coloniensi', cuius antiquas editiones vide apud Hain<sup>4</sup>; etiam post sæculum xv. repetitus et in Pistorii scriptores rer. Germanicar. receptus est, nuperque eum denuo edidit Trossus<sup>5</sup>; Germanice quoque et Gallice ac Belgice prodiiit<sup>6</sup>.

1) cf. Hain Repertor. n°. 2842. sqq. 2) *ibid.* n°. 12397...12413. et Panzer Ann. typ. XI. p. 19. 3) cf. supra art. Herolt. 4) Repertor. n°. 6914...6938.

5) Wern. Rolevinck de laude veteris Saxonie nunc Westphaliæ dictæ. *Im Orig. Text nach der 1. Ausg. mit deutsch. Uebers. von Ludw. Tross. Köln 1865.* 8°.

6) Hain. n°. 6939 [non 6959]...6946.

PARVLVS PHILOSOPHIÆ NATVRALIS, in cpp. O. V. semel tantum (p.31<sup>20</sup>) memoratus, paullo ante quam Lucibularius eum tractaret, prodierat „summa diligentia emendatus per Gregorium de Konitz. Liptz. per Iacobum Thanner. 1509. fol°.“<sup>1</sup> et „cum expositione Bartholomæi de Usingen. Basileæ per Iacobum de Pfortzheim. 1511. 4°.“<sup>2</sup>; item „cum comm. eruditissimi magistri Matth. Qualle e gravissimis authoribus decerptis etc.

1) Panzer Ann. typ. VII. p. 166. n°. 285. 2) *ibid.* VI. p. 187. n°. 86.

Hagenaw 1513. 4<sup>o</sup> 4<sup>o</sup>. Iam antea sæpius libellum edidisse Magnum Canem supra<sup>1</sup> vidimus. Sed superiori etiam sæculo Aristotelis Parva quæ vocabant Naturalia Coloniae prodierant „cum commento Ioh. de Mechlinia secundum doctrinam Alberti Magni, annis 1491. et 1498.<sup>5</sup> eademque cum commentariis Thomæ de Aquino erant „impressa Padue per Hieronymum de durantis. Anno dñi. mccccclxxxij. “. Inter libros meos est exemplum sine ullo commentario editum<sup>6</sup>, quo continentur definitiones descriptionesque notionum Naturæ, Materiæ, Privationis, Formæ, Causarum, Fortunæ, Casus, Motus, Quietis, Infiniti, Vacui, Temporis, Elementi, Animæ eiusque potentiarum. — Similis farinæ libri erant ‘Parvulus Logicæ’<sup>7</sup>, ‘Parvulus philosophiæ moralis’<sup>8</sup> aliique non utique parvi libri.

- 3) Panzer Ann. typ. VII. p. 78. n<sup>o</sup>. 88. 4) cf. p. 337. art. Canis. 5) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 1717. sq. 6) Parvulus philosophiæ naturalis. aversa primi fol. pag. incipit Parvulus philosophiæ naturalis in physicam Aristotelis Introductorius. | (n)atura est principium et causa mouendi | et quiescendi &c. In fine ultimæ pag. (fol. 12<sup>v</sup>.) est: fit abstractio deo autem nihil est simplicius | ¶ Finit Parvulus philosophiæ naturalis. 12 foll. 4<sup>o</sup>. (7. 8. et 9. signata sunt BBj, BBij, BBiij) singulæ paginæ 22 versus habent, paucis exceptis versibus 21 constantibus. 7) cf. e. gr. Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 12430. sq. 8) Hain. n<sup>o</sup>. 12429.

PARVVS sive Parvi sive Pepinus (*Petit*), Guilelmus, Coloniensis ac Parisiensis universitatis alumnus, ordinis prædicatorum, Galliæ regi a confessionibus (p. 209<sup>39</sup>), Reuchlini inimicus infensissimus<sup>1</sup>, quem sub persona ficti epistolæ I. 35. scriptoris Guillermi Hackineti (p. 53<sup>13</sup>) latere in commentario ad hanc epistolam docui, a Guilelmo Budæo in epistola d. 5. Febr. a. 1516. ad Erasmum data<sup>2</sup>, magis ut hunc deliniret, quam ut Parvum extolleret, aulicis præconiis sic describitur: „Hæc . . . ad Ioannis Parvi tabernam, nobilis bibliopolæ, offendi Guilelmum Parvum, illi, ut arbitror, gentilem, virum eundem magnum in primis, theologumque eximium, eorum sodalium decus, quos Dominicales appellant, cognomento Prædicatores, qui nunc est a sacrosanctis confessionibus Regi, quod munus sacrum oricularium appellare soleo. haud alio concionatore aula ac regius comitatus in magnis celebritatibus utitur, nec Ludovici regis [† 1. Ian. 1515.] tempore usa est, vir omnino ad ecclesiasticos panegyris exacte a natura concinnatus. Is cum mihi familiariter amicus est, amicosque meos amat, tum eo nomine præcipue eum observo, quod librorum reconditorum conquisitor est atque investigator sagacissimus ac bibliothecarum pene compiler . . . Ad summam, cum eum hominem multis de rebus ac moribus amem, uno tantum nomine odisse possum, dicam enim libere, nihilque aliud ei succensere quam quod Erasmo nimium favet, homini externo, cui ego iam invidere cæpi ob nimiam istam gloriam, qua non modo Germaniam (de reliquis provinciis nunc silebo), sed Galliam etiam nostram ita irradiat, ut gloriolam nostram præradiet, et iam nobis esse obscuris ac videri necesse sit . . . “. Quod

1) cf. supra (p. 133. 135.) citt. epist. Copi et responsoriam Reuchlini ad Copium; Consp. chronol. ad d. 25. Aug. 1514. et ? ? anni 1515. 2) Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. n<sup>o</sup>. xcxcvii.

inter Obscuros nostros receptus est Parvus, bene sibi meruit: nam Dominicanis eum contra Reuchlinum favisse, non unus ille locus p. 209. testatur<sup>3</sup>. Vitam ex Gallicis scriptoribus<sup>4</sup> sic descripsit Löcherus<sup>5</sup>:

Petit, oder Parvi, (Wilh.), ein Frantzose von Montevillar, in der Diöces Rouen in der Normandie, trat zu Rouen um 1480 in den Dominicaner-Orden, studirte darauf zu Paris in dem Gymnasio san-jacobeo, wurde hernach Doctor Theologiä zu Paris, 1508 Inquisitor in Glaubens-Sachen, wie auch königl. Beicht-Vater, ferner 1518 Bischoff zu Troyes, welchen Sitz er aber 1528 wider seinen Willen mit Sentis vertauschen muste; gab Durandi de S. Portiano Comment. in iv libros sententiarum; Sulpitii Severi de vita D. Martini Turonensis; dialogos de S. Martino; it. de transitu S. Martini; Odonis Cluniac. tract. de reversione B. Martini ex Burgundia, und Eiusd. tract. de Martino apostolis æquiparato; B. Martini de individuæ deitatis personarum trinitate confessionem; Fortunati presbyt. carmen de vita Martini; vitam S. Gregorii Turon. und desselben vier Bücher de miraculis S. Martini, ferner dessen opus in gloriam plurimorum martyrum, it. in gloriam Iuliani martyris und epistolam ad B. Sulpitium Bituricensem in vitam SS. VII dormientium zu Paris 1511 in 4 zusammen heraus; weiter Gregorii Turon. opera; historiam Francorum in 10 Büchern; de gloria confessorum, lib. de vitis Patrum; de vita et morte VII dormientium; Adonis Vienn. breviarium chronicorum de sex mundi ætatibus, ebenfalls in einem Bande zu Paris 1512 in 4; Origenis opera; Sigeberti Gemblac. Chronicon; Amonis [sic] opus de regum procerumque Francorum origine et gestis; Pauli Diaconi historiam Longobard. in 10 Büchern; Luitprandi res gestas imperatorum et regum in 6 Büchern; schrieb auch selber Hortum fidei apostolorum et concilii niceni articulos continentem; la formation de l'homme et son excellence; le viat de salut nebst andern ascetischen Werckgen, welche zu Paris 1538 in 8 zusammen gedruckt worden, dabey sich auch noch ein Werckgen von den 7 Worten Christi am Creutz, von diesem Petit oder einem andern befindet; drey Leichenreden ꝛ. und starb 1536 den 8 Dec.“ eodem anno quo Erasmus mortuus est.

- 3) Cf. etiam 'Contra sentimentum Parrhis.' §§ 1. 18. 32. et impr. Comm. ad cit. ep. II. 12. et ad II. 37. p. 247<sup>4</sup>. 4) Echard de scriptorib. ord. Dominicanor. II. pag. 87. la Croix du Maine Biblioth. de France, Verdier Biblioth. francotse. 5) Gel. Lex. III. col. 1429.

PEUTINGER, Conradus, in Epp. O. V. sub Beutingeri nomine bis (p. 201. v. 85. et p. 279<sup>12</sup>) inter antitheologistas memoratur, sed exercitui Reuchlinistarum<sup>1</sup> sic adscriptus est: 'Conradus Peutingerus I. Doc. Consiliarius Augustanus'<sup>2</sup>. Nomen viri tum libris et ab ipso compositis et aliorum ab eo editis, tum præcipue rerum publicarum orandarum gerendarumque dexteritate religiosaque diligentia clari, magis tamen ex eo apud nos celebratur, quod Tabula itineraria, de qua supra<sup>3</sup> diximus, Peutingeriana appellari solet. Natus est Conradus ex generosa familia Augustæ Vindelicorum d. 15. Oct. a. 1465. vix aduleverat, cum (a. 1486.) ex Italia, ubi præcipue Patavi Romæque celebratissimos illius temporis bonarum litterarum iurisque scientiæ doctores audierat, iuris utriusque laurea decoratus

- 1) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>5</sup>. 2) Vide quoque Pentingeri ad Reuchlinum epistolae tres quæ non spectant ad causam Reuchlinianam, in Illustr. viror. ad Reuchl. epp. Hagenoæ 1519. 4<sup>o</sup>. pagg. e iij...f. i. item Mutiani epistolas passim. 3) Vid. supra p. 345. art. Celtis.

in patriam reverteretur, in qua, multorum præstantissimorum virorum, quibus maximam partem ipse supervixit, amicus muneribusque publicis tum civilibus tum aulicis eximie functus, d. 28. Dec. a. 1547.<sup>4</sup> egregios liberos cum coniuge relinquens placide animam efflavit. Vitam et libros viri, cuius filia Constantia<sup>5</sup> lauream Huttano a Cæsare impositam contexuerat<sup>6</sup>, multi descripserunt, tum quos biographos bibliographosque vocamus, ut Gesnerus, Pantaleon, Adamus, Paulus Freherus, Vossius, Iöcherus, Tessierius, Morerius, Nicero, Bruckerus<sup>7</sup>, Erhardus<sup>8</sup>, Eckermannus<sup>9</sup>, et Peutingerianorum sermonum convivalium editor Schubartus<sup>10</sup>, tum peculiarium de Peutingeri vita commentationum auctores, inter quas Lotteri<sup>11</sup> a Veithio emendatam et auctam<sup>12</sup> nominasse sufficit. addo ineditum ex Lo. Piemontani MS. Auctario scriptor. ecclesiasticor. fol. 147<sup>a</sup>. locum hunc:

Conradus peutinger natione bauarus ex augusta ciuitate insigni vindelicorum oriundus homo in litteris secularibus apprime eruditus et sacre pagine non ignarus iuris vtriusque doctor egregius ingeniosus atque facundus orator excellens et historicus vatesque celebris Scripsit vtroque stilo quedam elegantis ac distincte lectionis opuscula quibus eruditionis sue famam apud posteros acquireret laudabiliter E quibus extat ad Mathiam lang ecclesiarum gurcensium administratorem et Augustensem prepositum cesaree maiestatis consiliarium de mirandis antiquitatibus sermones conuiuiales li j Vrbs Augusta ꝛ Cetera eius opera nondum vidi Claret adhuc Augustę ꝛ.

- 4) Diem emortualem alii alium indicant. in epitaphio (ap. Präsch Epitaph. August. p. 17.) est: „... QVI VIX. ANN. LXXXII. MENS. II. D. XII. — — OBIT V. KAL. IAN. AN. MDXLVII.“ 5) cf. Hutt. Opp. II. p. 487. i. f. 6) cf. ibid. I. p. 173. 7) in cuius *Ehrentempel* ad p. 45. imago Peutingeri ab Haidio æri incisa est. 8) *Gesch. des Wiederaufbl. d. W.* III. 394...411. 9) in *Ersch u. Gruber Encycl.* sect. III. vol. XX. h. v. 10) Ienæ 1683. 8°. 11) Lips. 1729. 4°. 12) Lips. 1783. 8°.

PFEFFERKORN, *Pefferkorn*, *Pepericornus*, Iohannes, „qui ex Iudaismo, cum diceretur Ioseph, ad Christianam religionem conversus est“ Coloniz anno 1503. sive 1504.<sup>1</sup>: ipse<sup>2</sup> ineunte anno 1510. id est „septimo anno a baptismo suo“ testatur „se ad annos usque xxxvi. etatis aut non multo secus in errore Iudaico perseverasse“; et in alio libello die 3. Ian. a. 1509. publicato<sup>3</sup> subscripsit *Iohannes pfefferkorn vormals eyn Iud, nun ain crist in dem funfften iar meiner widergeburt.* natus itaque fuit anno 1476., et quidem, ut videtur, non Coloniz (ut *Bianco* habet), sed in Moravia (cf. p. 55<sup>13</sup>), ubi lanium sive macellarium se fuisse negotiationesque nummarias parum honestas exercuisse ipse quidem negat, ita tamen, ut verum esse appareat<sup>4</sup>. Extat effigies hominis ab I[eronymo] H[opfer] sculpta, in qua quasi mento adscriptum est \*I\*P\*AN. 46\*, hoc est Ioan-

1) alii falso a. 1505. s. 1506., *Bianco* (*Gesch. d. alt. Univ. Köln*) a. 1500. 2) in libello 'In laudem et h.' etc. edito d. 8. Mart. a. 1510. cf. supra p. 71. Ind. scr. n°. VII. 3) *wie die Juden yr Ostern halten.* cf. supra p. 64. sqq. n°. v. 4) Cf. comm. ad p. 190. 226<sup>10</sup>. et supra p. 117. et 118. Consp. chronol. ad d. 10. Sept. a. 1506. et d. 21. Ian. 1510.

nes Pfefferkorn anno 46° [ætatis = a. p. Chr. 1513.°?], quæ effigies in Weislingeri Hutteno delarvato sed sine illa adscriptione rudius repetita est. De libellis sordidi hominis, de quibus permulti, Hartzhemium fere secuti parum exacte scripserunt, videndus est supra<sup>5</sup> editus Index scriptorum &c.<sup>6</sup>, ex quo Grætzius<sup>7</sup> quoque quem Iudæum scriptorem de baptizatis Iudæis paullo iniquius iudicare neminem æquum offendet, passim emendari potest. De vita moribusque inamabilis Coloniensium Dominicanorum servitii tædet quæ in commentariis ad Epp. O. V. suo quidque loco proposuimus, in unum locum congerere. Novissimus Pepericorni libellus prodit d. 21. Mart. a. 1521.<sup>8</sup> Quando et ubi lunaticam animam exhalaverit, non constat. — De eo Ioannis Piemontani MS. Auctar. scr. eccl. fol. 106. sic habet:

Iohannes Pfefferkorn natione hebreus dudum apud coloniam agripinam sacro fonte renatus et ante baptismi perceptionem ioseph vocatus homo in lege diuina et in aliis hebreorum secretis ad vngwem (vt aiunt) eruditus rabbi enim eorum[?] in iudaismo adhuc constitutus acutissimus extitit qui modo omnem eorum perfidiam detegens apud imperatorem et cunctos christiane fidei professores mirabiliter confundit et pudefacit. Scripsisse de hac re multa probate fidei opuscula in quibus errores et stulticiam eorum ne dicam insaniam patefacit e quibus hucusque tantum vidi

Op<sup>m</sup> adhortationis iudaice ad christum li iij Omnibus et singulis cum  
De stultissima eorundem confessione li j

Atque alia his similia quamplurima que apud bibliopolas venum exposita reperiuntur ferunt quod dudum ad istius instigationem et ad mandatum Cesaris in ciuitate francfordensi nobili emporio commorantes ibidem iudei a senatu omnibus libris suis spoliati fuerint quid vero cum eis sint facturi aut forte interea temporis peregerint ad aures meas fama nondum pertulit. Viuit adhuc colonie contumaciam et perfidiam te[me]ritatem iudaycam magis ac magis quotidie reserans sub Maxi<sup>o</sup> imperatore victoriosissimo et julio 2<sup>o</sup> papa a<sup>o</sup> 159 [1509].

Uxor Pepericorni, Anna<sup>9</sup>, „bellula quidem (ut Reuchlinus<sup>10</sup> refert), et quæ cum Pepericorno marito soleat vicatim, domesticatim, hostiatim ambulare“, in epistolis O. V. non nisi Ortvinus adulteræ partes agit<sup>11</sup>.

Filium Laurentium ipse Pepericornus laudavit<sup>12</sup>, tum Ortvinus in Lamentationibus O. V.<sup>13</sup>, et novissime pater iterum a. 1521.<sup>14</sup>

- 5) huius vol. pagg. 53. sqq. 6) Pepericorni libelli ibi sunt numm. II. III. V. ... VIII. XII. XVII. XXI. XXII. XXXIII. 7) *Gesch. der Juden*. tom. IX. Lpz. 1866. 8<sup>o</sup>.  
8) cf. supra p. 114. sq. 9) cf. supra p. 117. Consp. chronol. ad d. 10. Sept. a. 1506. 10) *Defens.* 1513. 4<sup>o</sup>. p. B<sup>2</sup>. 11) cf. impr. Comm. ad p. 20<sup>27</sup>. 12) *Defens.* Peper. ed. n. p. 145<sup>31</sup>. sqq. 13) I. 15. ed. n. p. 344. 14) vide Comm. ad p. 218<sup>12</sup>.

PHACCHVS *vid.* Facha.

PHILOMVSVS (p. 39<sup>6</sup> 199<sup>38</sup>), i. e. Iacobus Locher Ehingensis Suevus, circa a. 1470. natus, cuius Latina Navis stultiferæ interpretatio, a. 1497. primum edita, deinde sæpe repetita<sup>1</sup>, Brantiani libri famam inter doctos etiam, ut tum qui Latine legebant vulgo dicebantur, mirum in modum

1) cf. Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 3746...3753.

propagavit. Friburgi Brisgoviae d. 1. Iul. a. 1488. in matriculam universitatis, tum a. 1489. in Ingolstadiensem inscriptus, deinde in Italia Bononiae, ubi Beroaldum audit, Pataviique praecipue humanioribus litteris incubuit; ab anno 1495. Friburgi, tum laurea poetica a. 1497. ab imperatore decoratus inde ab a. 1498. Ingolstadii Celtis successor Latinas litteras magna cum laude docuit usque ad a. 1505., quo simultatibus, quas cum Zinlio theologiae professore, hebetis quidem doctrinae sed contra humaniorum litterarum studiosos acerrimae invidiae homine (qui d. 26. Apr. a. 1508. obiit), exercuerat<sup>2</sup>, Friburgum repetere coactus cum Wimphelingo Zasioque<sup>3</sup>, antea ei amicissimis, inimicitias contraxit, vir ut praecocis ac non contemnendi ingenii, ita rixarum conviciorumque inamabilis amator: Wimphelingus in suo contra Philomusum libello Vilomusi et Mulopoetae nomina ei dedit. Insequenti anno a Bavariae duce *zur Lectur der Poeterei* vocatus Ingolstadtium refugit, ubi d. 4. Oct. a. 1528. vitam exspiravit. De vita scriptisque Locheri vide infra<sup>4</sup> laudatos libros. subicimus ex Ioa. Piemontani MS. Auctario serr. eccl. fol. 7<sup>a</sup>. articulum hunc:

Iacobus locher cognomento philomusus nacione teutonicus patria sueuus vir in fecularibus litteris egregie instructus et diuinorum haud expers scriptorum philosophus rhetor et vates celeberrimus ingenio excellens et eloquio promptus quondam auditor sebastiani brant Scripsisse plurima fertur quibus nomen suum posteritati commendavit e quibus vidi subiecta

Ad sebastianum brant	epl'a j	Si fas est preceptor iucundissime
Ad eundem prolixum et instructum	car j	Si mihi nunc pean sacras
Appologia sui saphicum	car j	Grandibus possunt numeris sonare
In narragoniam	epigr: plura	Nauem stultorum Carmina sint
In eandem prologus	epl'a j	Cum mecum diu multumque cogita;
In eandem prologium hecatostichon	li j	Per cunctas resonat
Translacio eiusdem de teuco in latin	li j	Ad humanam generis felicitatem
Excusacio sui carmine saphico	li j	Vertimus naues fatuas latinis
Ad joannem bergmannum	epla j	Et si non dubito amice
Ad numeros suos carmen prolixum	li j	Ite rudes numeri millenos
De nocte vino et muliere carmen	li j	Nox vinum mulier
Epistole plures et elegantes	li j	
Epigrammata varia	li j	

Et alia diuersa que nondum ad manus nostras peruenerunt Viuere adhuc et componere perhibetur sub maximiliano Imperatore Anno dñi 1528. [i. e. 1508.]

Ceterum adnotandum est a Ioanne Butzbachio in inscriptione quarti libri sui Microstromatis etiam Ioannem Siberti 'Philomusum' appellari. cf. art. Piemont.

2) cf. etiam adnot. ad Hutt. Querelar. II. 10. vv. 225...228.

3) Stintzing, Ulr.

Zasius. Basel 1857. 8°. pag 56...61.

4) Zapf, Jac. Locher gen. Philomusus.

Nürnb. 1803. 8°. A. H. Erhard Gesch. d. Wiederaufbl. d. w. Bild. Magd. 1832. 8°. III. p. 171...199. et praecipue H. Schreiber, Gesch. der Univ. Freiburg i. Br. I. p. 70...82.

PHRYGIO, Germanice *Seidensticker*, Paulus Constantinus<sup>1</sup>, Sletstadiensis Alsatus, peractis Basileæ studiis historiarum theologiæque anno 1513. doctor theologiæ, anno 1529. primus ecclesiæ s. Petri parochus evangelicus, anno 1532. professor veteris testamenti, annis 1533. et sequenti academiciæ rector factus, Ulrici Wirtenbergensis ducis rogatu anno 1535. Tubingæ professoris ecclesiæque repurgandæ præfecti munera suscepit. obiit d. 1. Aug. a. 1543. scriptis non nullis theologicis relictis; Adamus<sup>2</sup> epitaphium quoque ardentissimi contionatoris repetiit. Videatur quoque Schnurrerus<sup>3</sup> et Herzogius<sup>4</sup>.

1) Unde et *Constanzer* s. *Constanzer*, quasi Constantia oriundus fuisset, appellatur. 2) Vit. Germanor. theologor. Ff. 1653. 8º. p. 97. sq. 3) *Würtemb. Kirch. Ref. u. Gel. Gesch.* p. 89. 4) *Athen. Rauric.* p. 18.

PIEMONT (p. 288<sup>1a</sup>) sive potius Piemontanus (alias 'Largimontanus') a patrio oppido Miltenberg (quasi hoc esset *pius* sive *largus mons*) ad Moenum sito nominatus est Iohannes Butzbach, Conradi textoris Miltenbergensis filius, natus a. 1478., qui a. 1498. religionem professus inde ab a. 1503. usque ad extremum vitæ suæ annum 1526. prioratum conventus cœnobitarum ordinis sancti Benedicti ad lacum (*Laach am Laacher See*) gessit. Vitam 'docti cucullatique viri', Trithemii admiratoris ac veneratoris, Langique contra Wimpfelingum, hæretice negantem 'quod omnes artes sunt in cucullatulis' (p. 288), commilitonis stultiloqui, descripsit Oliverius Legipontius<sup>1</sup>. Otto Iahnus<sup>2</sup> pueritiam adolescentiamque Piemontani ex eius 'Hodoeporico' usque ad annum 1498. (quo anno Alexander Hegius vagantem antea mendicantemque scholarem, tum per biennium sarturam inter fratres laicos in Rinckaugia sive in insula Rheni exercentem, tam rudem ineruditumque, ut primum reiecisset, cum commendaticii litteris iterum, ut in scholam Daventriensem reciperetur implorantem, in octavum scholæ ordinem inter pueros novissimum suum discipulum recepit) ita adumbravit, ut quasi Thomæ Plateri prodromum habeamus illum. Ipse Piemontanus in Auctario scriptor. ecclesiasticor. fol. 9<sup>a</sup>. in fine articuli 'Allexander hegius' hæc refert: „sepultus in templo diui lebuini ... Anno dñi mccccxviii. in die sancti Iohannis euangeliste hora vespere occasum iam sole petente Huius ego vltimus discipulus quinque dumtaxat mensibus donec extremum clausisset diem eo usus preceptore sub eius ferula primis grammatices rudimentis in octavo gymnasii loco siue ordine operam impendi“. Opera Piemontani manu scripta, quæ a Francogallis olim amota nunc in pluteis bibliothecæ nostræ academiciæ Bonnensis servantur, quorum vol. III. etiam Legipontius adhibuit, descripsit particulasque non nullas ex eis transcripsit Gieselerus l. c., et novissime non satis exacte descripsit Ant. Klette<sup>3</sup>. Quæ ex Butzbachii

1) in Magnoaldi Ziegelbaueri Historia rei literar. ord. s. Benedicti part. III. p. 335...338. Aug. Vind. et Herbip. 1754. fol., cui commentariolo emendando et supplendo adhibendum est I. C. L. Gieseleri programma Bonnense d. 3. Aug. 1826. 4º. „Symbolæ ad historiam monasterii Lacensis ex codicib. Bonnensib. de promptæ“. 2) eleganti narratione 'Bildungsgang eines Gelehrten am Ausg. des 15. Jahrh. in Grenzboten 1868. p. 481...493. paulo auctius repetita in Eiusd. *Aus d. Alterthumsweiß. Populäre Aufsätze.* Bonn 1868. 8º. p. 403...420. 3) Catalog. chirographor. in bibl. acad. Bonn. servatorum. Bonn. 1858...1865. 4º. p. 97...100.

Auctario (Trithemiani libri) de scriptoribus ecclesiasticis ad nomina in his epistolis O. V. memorata pertinent, ea in hoc indice biographico suo quodque loco exhibui. Ad acerbam de sancti Hieronymi, Gregorii M. aliorumque sanctorum monachatu dissensionem dissidiumque, de quo ridet epistola Ioannis de Schwinfordia (II. 64. app. 1.), ex Butzbachianis libellis præcipue facit 'Clipeus in deliramenta Iacobi Wimphelingii', qui ultimus est tomus III. operum, quorum exactiorem descriptionem subicimus.

*VOL. I.* (in 4<sup>o</sup>. n<sup>o</sup>. 355. [220<sup>v</sup>, b] Cod. membr. 68 folior.; singulæ paginæ 24 aut 23 versus habent.) fol. 1.: Relatio siue peroratio Joannis piemontani prioris lacensis \* de laudibus et virtutibus Jacobi de Fredis | seniois cōmōchi sacerdotis atq; | viceprioris fui... ||||| Argumētū. J. S. E. in librū sequentē |||||

Fol. 1<sup>b</sup>: ¶ Epl'a Joāis. B. piemōtai prioris ī lacu || Deuoto et amātissimo

Fol. 4<sup>a</sup>: ¶ Cōgregatio nra sit... || Sacerdotes eius induam | salutari: et sancti &c. Finit fol. 68<sup>b</sup>: secula seculorum Amen dixi | Finit oīo I. B. P. ī cōmēdatiōe Jacobi mōchi | ad cetū frū tpe minuciois ī loco capl'ari hita | tādēq; frī vale'io ei' dē se'cōi's celle heredi q et | trāscripsit eā ī hāc fo'mā nūcupata mxi, |

*VOL. II.* (in fol<sup>o</sup>. n<sup>o</sup>. 356. [220<sup>v</sup>, c] Cod. chartac. folior. 323, quorum tria vacua a scriptura sunt. diversis manibus scriptus.

Foll. 1...51: (singulæ paginæ binas columnas habent): Fol. 1. V Prologus in triptū | Odeporicon fratris Joānis | piemontani monachi lacen | ordinis diui priis benedci | ad philippū haustulū germanū suū scholasticū monasteriū in westphalia | incipit feliciter 1.5.6<sup>o</sup> [i. e. a. 1506.] Jam dudum postulasti &c.

Fol. 2<sup>a</sup>: Incipit liber primus Odeporici joānis piemōtani monachi lacen ad philippū haustulū germanū | suū amantissimū felicit' | Anno igitur primo natiuitatis meæ qui fuit | septuagesimus octauus supra millesimū quadringentesimū nre salutis Finit fol. 48<sup>b</sup>. Vale | Ex lacu trt ap'lis a<sup>o</sup> dñi. 1.5.6<sup>o</sup> [1506.]

Fol. 49<sup>a</sup>: Epistola fratris Joannis boitzbagij miltenburgij mōchi | lacen ad Aleidem bonarum lrarū studiosan. deoq; deuotissimā virginē sanctimonialē | In Insula Rolandi ordīs diui | Benedicti in opusculū subiectū | pfatoia Incipit feliciter | Religiose deuote x. finit fol. 51<sup>b</sup>: Vale ī cō (Fol. 52. vacuum a scriptura)

Fol. 53<sup>a</sup>: Liber p'm<sup>o</sup> de illustrib<sup>9</sup> seu studiosis doctisq; mulierib<sup>9</sup> incipit | EVA omī nostrū x. finit fol. 91<sup>b</sup>: īfinita secula scloj amē (Fol. 92. a scriptura vacat.)

Fol. 93<sup>a</sup>: Liber 4<sup>o</sup> de doctis fēis | Maria Magdalena finit fol. 130<sup>Ba</sup>. Fol. 131: Epistola joāis piemontani lacen mōchi ad deuotam virginē Getzudem scmoialē | insignē pietricē ī insula rolādi | Cvm aduenienti dujdū finit fol. 138<sup>Ba</sup>: Vale | ex lacu et ora p me deū. 1.5<sup>o</sup>. [1505.]

Fol. 139: Epistola fratris Philipi haustuli piemontani nouicij Brunbacei ordinis diui priis nri Bernardi | de obseruācia vniōne Cisterciē ad studiosū lrarū pēj | Joannē boitzbagiū piemontanū priorem in lacu germanū suū charissimū de situ

et amēnitate mōsterij Brunbacei Incipit feliciter | Precharissimo in | christo finit fol. 144<sup>Ab</sup>: Seruatij statu cupio certior fieri (rec. man. addit:) Vale et p pferera mea deū ora et | cōmēda me frīb<sup>9</sup> tuis 15<sup>o</sup> [1510.] Folia 144<sup>b</sup>...156. (ex quibus 146 vacuum a scriptura est) perperam compacta pertinent post folium 151.

\*) Quæ in cod. MS. rubro colore scripta sunt, lineis subscriptis insignimus.



ex vetere secundæ voluminis partis numeratione, quæ incipit a fol. 2. (quod est novorum numerorum a Fr. Haasio priori voluminis parti adscriptorum 157). Ex primo alterius partis folio quod inscriptioni ac fortasse prologo inscribendis vacuum relictum fuerat, librarius, qui continuationem folii 151. secundæ partis i. e. Auctarii scripsit, ultimum (156.) suæ scripturæ fecisse videtur. Fol. 2. (157.) a Ioa. Trithemio incipiens [cf. infra art. Trithem.] rec. manus suprascriptit: Auctarium joan. Boutzbachii | De Scriptoribus Ecclesiasticis. | Id a 4 aut 5 diuersis manibus non per columnas, ut prioris partis folia 1...144<sup>a</sup>, scriptum decurrit usque ad fol. 151<sup>b</sup> (duo autem folia numerum 112 habent), ubi post ultimum hunc versum 'Vi' adhuc [*Ioa. Schottus Argentinensis*] et plura gponit sub julio papa et Maxiliano cesare ãº dñi 1512' recentior manus adiecit: „Vide Continuationem initio | præfixam hoc Exordio Erlewinus...“ Eadem manus primæ partis folio 144<sup>b</sup> quod ab art. 'Erlewinus' incipit, suprascriptit: „Auctarium jo. Boutzbachii | in librum johannis Trithemii' | De scriptoribus Ecclesiasticis...“ Sex post fol. 151. non numerata folia continent nullius pretii Indicem ad Auctarium, octo ultima codicis folia implet: Syluula carminū fris Jōis Cruellois Vbij de Eufkyzgē cenobite Rynck|augiensis ordinis diui patris Benedicti ad religiosum Irātūq̃ p̃r̃s joannē | boutzbagiū miltenburgiū p̃iozem in lacu studijs optime fauentem | finit fol. ult. pag. r.: Sic erit innocuus quit [sic] fuit ante malus. | finis | *VOL. III.* (in folº. 357. [71]. Cod. membran. palimpsest. ut cod. opp. Siberti, de quo cf. infra art. Siberti. Habet folia recentioribus Arabicis numeris signata 236, quorum 85. a scriptura vacat, 86...217. a manu librariorum primorum signata sunt 'fol. j...fol. 124. Versuum singularum paginarum numeri variant, 26...46.) Inter folia 32 et 33. inserta sunt 8 folia papyracea signata 118...125. quorum singulæ paginæ circiter 55 versus habent. Ante folium 1. tegumento agglutinata est in papyro scripta Trithemii ad Iac. Sybertum epistola, data „ex herbipoli vj. marcij die. Anno christianoꝝ. Mil̃. D. octauo | Mea manū raptiss. jo. triř.“, quam edidit Busæus in Tritemii opp. Mogunt. 1605. fol. p. 977. sqq. et quam 'archetypum Tritemii esse' mihi quoque (contra Klettium) videtur. Fol. 1<sup>a</sup>: Liber beate Marie virginis in lacu | quem scripfere fratres Jacobus et Gregoꝝiº | Euphaliani Valerius meyeñ Joānes linº | et Joseph ʔfluētiº p̃ quo memoꝝ eoꝝ fit deus ||||| Altera eiusd. fol. pagina: „ʔ Hi sūt libri qui in hoc Codice continentur Epistola fratris Joannis Piemontani ad Re. d. Symo|nem de Petra abbate suū de cōmendatione Poesiolum | [foll. 2. 3.] ¶ Ad eundem ʔ ignauos monachos Satirarum car|mine elegiaco libri tres | [foll. 4 ...24<sup>a</sup>.] ¶ Appologia ad eundem Carmen vnum | [fol. 24<sup>b</sup>. 25<sup>a</sup>.] Protrepticon ad nouiciū eiusdem metri. li i. | [foll. 25<sup>a</sup>...29<sup>a</sup>.] ¶ Panegiricō ad Iacobum Siberti Carmē vnum | [foll. 29<sup>a</sup>...30<sup>b</sup>.] Panegiris ad Aleydem virginem Carmen vnum | [foll. 30<sup>b</sup>...32<sup>b</sup>.] ¶ Carmen staurořtichō cuz epl'a Philippi Haustuli | [foll. 32<sup>b</sup>...37<sup>b</sup>.] Ode eiufdē saphica de cafibus Joannis Piemontani | [foll. 37<sup>b</sup>...39<sup>a</sup>.] ¶ Carmē elegiacū eiufdem ad Iacobum Siberti | [Iacobum pistoris est fol. 39<sup>a</sup>.] Panegiris saphica eiufdē de laudibus illustriū viroꝝ | mōřterij nři Lacañ [fol. 39<sup>a</sup> ...43<sup>a</sup>.] ¶ Saphicō ei' dē ad Valeriū meyleneñ de řcta Anna [foll. 43<sup>a</sup>. 44<sup>a</sup>.] [*Inde ab hoc loco hic Index contentorum non conuenit cum ordine opusculorum Codice contentorum. Illum dabimus primum ut fol. 1<sup>b</sup> est:*]

¶ Epithoma metricū in regulā nrā; li. i.

Item de illustribus viris monasterij sui

¶ Elegia eiūsdē ꝓ Zoilos et contemptores poetarum

Epl'a Joannis Piemōtani ad quēdā; ī microstroma suū

¶ Microstroma ei' dē de laudib' Tritemianis. liber vn'

Epl'a Jacobi Siberti ad Joannem Piemontanum

¶ Appologia Joānis Piemōtani ad eundē de laudibus Tritemianis in Septem libris |

¶ Clippus qui et elogium eiusdem ad Gerhardum Baldwin In suggillationes Jacobi | Wympelingij liber vnus [fol. 228<sup>a</sup>... 236<sup>b</sup>.] (In ipso codice fol. 44<sup>a</sup> non nisi 8 versus, 44<sup>b</sup> nullam scripturam habet. Tum)

fol. 45<sup>a</sup>: Microstroma chiliafticon panegiricū epenologicū elegiacum | de laudibus | tritemianis in | cultj | .: .:

fol. 45<sup>b</sup>: Contra Tritemiomastigem fratris Jacobi siberti | de monasterio monogallie alias eyfflie epigramma incultum sed mordax | [6 disticha.]

fol. 46<sup>a</sup>: Ad prestūtissimū medice artis doctorē ph'mq; pitissimū Joannē kytzingiū de milteberga ī curia illustrissimi dñi H'māni archipfulis Colonieñ morā trahentē | cōterraneū suū amantissimū Fris Joīs botzbagij diete | ciuitatis idigene prioris cenobij laceū ī opusculū alterum de laudibus tritemianis epl'ari' p'facio Incipit | JOannes botzbagi' de milteberga prior mōij btō marie Vginis ī lacu ordīs diui Ben. finit fol. 48<sup>b</sup>: Vāle ex lacu decimo septimo kalendas sextiles Anno Christi millesimo quingentesimo octauo.

fol. 49<sup>a</sup>: Fratris Joannis botzbagij miltēburgij prioris in lacu | de laudibus prestantissimi viri Joīs Tritemii ad Joānē | Kytzigū .... Microstroma chiliafticon panegiricū | epenologicum Incipit foeliciter | Carmina mytophili finit fol. 67<sup>b</sup>: Pro timidis pugnax verbis esse velis | Eplicit [sic] deuterostroma chiliafticon .. ||| .. de laudibus Tritemianis

fol. 68...69<sup>b</sup> [prioribus longe minorib. litteris scripta]: Fris Philippi drunek de mild-bergh Index metric' in regulā; diui pīs nři bñdicti ||.

fol. 70<sup>a</sup>...73<sup>b</sup>: [maiorib. litt. scr.]: Ad .. Joannem Boutzbagium de pio monte alias Miltenbergh laceū | cenobij priorum Fratris Jacobi Siberti ... Epistola partim | excusatoria partim exhortatoria | Frater Jacobus syberti &c.

fol. 74<sup>a</sup>...84<sup>b</sup>: Apologia studiofi pīs Joīs boutzbagij piemōtāi | ... ad litteratū frēm Jacobū siberti de mōsterio Euphalie e' dē cenobij iuniorū fratrum instructo'ē pro scribendis laudibus tritemianis Incipit foeliciter | Obsecundationis tue (finit:) ita exordiri iuuat IOANNES TRITEMIVS

Fol. 1...32. (86...117.): Fratris Joannis Boutzbagij piemontani prioris | in lacu de laudibus tritemianis et cōmendatione | phica aduersus Zoilos ac tritemiomastigas: ad studioq; Jacobū Siberti euphalianū ||| IOANNES TRITEMIVS quondam cenobij fol. 32<sup>b</sup>: finit liber primus

fol. 118...126. (papyracea, cursivis litteris minutiorib. scr.): Macrostromatis, i. opis ex Varijs de ph'icis laudib' tritēiāis gtexti liber 2<sup>o</sup> incipit ī q' historia gmedat' p'cipue | Oppido q̄; opepecū fore finit: seculorū secula amē.

Fol. 33. (126.): Macrostromatis id est operis varie contexti de laudib' | Tritemianis liber secundus foeliciter incipit | Optimi atq; doctissimi

Fol. 46<sup>a</sup> (139<sup>a</sup>) i. f.: Fratris Joannis Boutzbagij piemontani . . . | . . . liber | Tercius |

Fol. 46<sup>b</sup> (139<sup>b</sup>): Anteq̃ summe huius

Fol. 65<sup>b</sup> (158<sup>b</sup>): Fratris Jo. B. P. ad fr̃em Iacobū philomofum | de fepe dicti laudibus liber Quartus | Non existimes neq̃

Fol. 76<sup>b</sup> (169<sup>b</sup>): Explicit liber quart⁹ | Sequitur liber quintus de eiusdē dignifimi viri | laudibus | Nemo qui legit

Fol. 89<sup>a</sup> (182<sup>a</sup>): ¶ Fratr̃is Joannis Boutzbagij Piemōtani de laudib⁹ | Tritemianis Liber Sextus feliciter sequitur | Et si q̃ pluria

Fol. 99<sup>a</sup> (192<sup>a</sup>): Prime partis macrostromatis de laudibus Tritemianis Liber Septimus sequitur. | Superiorib⁹ libellis finit fol. 228<sup>a</sup>: ... deo ī oñib⁹ tuis iugit̃ cōmēdare ⁊ iuuare cu|rato. Vale.

fol. 228<sup>a</sup> ... 236<sup>b</sup>: Clipeus ī deliramēta Ja Wýphelingij ad F. G. p I. P. editus | Quia iamdudū amantissime gerarde finit: .... si nullas ad te tuis rñdētes dediffem de hac r̃o lras Vale

*Vol. IIII.* (in fol. 358. [220<sup>v</sup>, f] Cod. membr. palimps. ut proxime supra descriptus. foliorum 4½ non numeratorum, 204 ab ipso librario numeris insignitorum, qui duo folia inter 25 et 26 et post fol. 204. sequentia 32 signare omisit. singulæ paginæ 28...32 versus habent). Primo folio dimidiato inscr. est: ¶ Liber sancte Marie in lacu quē scripsit fr̃ater Valerius meyenſis cum adiutorio fratrum Johannis de lynß et Joseph | de confluentia Anno domini millesimo quingentesimo nono p | quo memor sit eorum de⁹ ||||| :

fol. 2<sup>a</sup>: ¶ Secunda ps Macrostromatis id est opis va'ie ⁊ texti de philosophicis laudib⁹ Tritemianis p studiosū | patrem Johannem botzbagium piemontanum p̃io| rem lacensē charissimo fratri Jacobo Syberti iuni|niorum [sic] fratrum institutori nuncupati Jtem appologia eiusdem ad doctissimum viꝝ | dominum Ioannem Tritemium abbatem peapolitanum pro lucru [sic] | b̃ationibus suis Jtem trac|tatus eiusdem de regimine | clauſtrali ad venerabilē | patrem dominum Fre|dericum abbatem | monasterij diui | Johannis in | Rinckauia | compila|tus ⁊,

fol. 2<sup>b</sup>: Epl'a reuerendi atq̃ doctissimi p̃is dñi Joānis Tritemij abbat⁹ mōſterij ſeti Jacobi Herbipoleñ ad ſtudio|ſū fr̃em Joem Boutzbagium piemōtanū p̃ioꝝ in lacu | amicum et fauorem ſuum ſpecialiſſimum | Joannes Tritemi⁹ abbas

finis fol. 3<sup>b</sup> med. „Ex cenobio meo herbipo|lenſi. xxj. die mēſis octobris Anno chrianoꝝ m.ſ.ig.“ Sequitur (hæc a Busæo in Trithemii Opp. Mogunt. a. 1605. fol. pag. 975. sq. sub n°. xxxiiii. edita epistola): Epl'a fratris Jois piemōtani p̃ioꝝ

laceñ ad p̃eſtatiffimū | p̃em Joem Tritemiū abbatem Peapolitanū doctiſſimum |

Saule p̃i integerrime lras finit fol. 5<sup>b</sup>: Vale ex lacu. ij. die decembꝝ Anno | millesimo quingentesimo nono |

Fol. 1. (i. e. 6 codic.): ¶ Fratr̃is Joannis Boutzbagij Piemōtani p̃ois ī lacu | de laudibus Tritemiāis ⁊ cōmēdatiōe phica adu'f⁹ Zoilos ⁊ | Tritemiomaſtigē ad ſtudioſū fr̃em Jacobū Syberti Eupha|lianū ei⁹fdē mōſterij mōchū Macrostromatis. li. octauus | Tritemij ñr̃ doctri|ne et

Fol. 28<sup>b</sup> med.: Finit liber octauus Sequitur liber | nonus ī quo agitur de commendatione Poetica | Reputanti mihi

Fol. 72<sup>a</sup>: Seqtur liber decimus macrostromatis de philosophicis | laudibus Tritemianis | Johannes tritemi⁹ magno

Fol. 89<sup>a</sup>: Vndecim<sup>9</sup> liber m̃crostromatis de ph̃icj lādib<sup>9</sup> Tritemianis | Tritemius ñr tand' simulat

Fol. 104<sup>a</sup>: ¶ Liber duodecimus macrostromatis | de philosophica cōmēdatiōe tritemij | Etenī multimodas

Fol. 137<sup>a</sup> in fine: ¶ Fratr̃is Jo. B. P. de laudibus Tritemij ... | ... liber Tercius decimus incipit | [fol. 137<sup>b</sup>:] Modo cū per

Fol. 159<sup>a</sup> med.: ¶ Fratr̃is Jo. B. P. .... | .. macrostromatis liber Quartusdecim<sup>9</sup> | Ioannes Tritemius ab̃bs omniū

Fol. 179<sup>a</sup>: ¶ Fratr̃is Joannis Boutzbagij ... | .. liber Quintusdecimus | Vniūſ [Universis] iam ñc de secularib<sup>9</sup>

Fol. 193<sup>a</sup> med.: Liber Sextusdecimus et vltimus secunde partis | macrostromatis de ph̃icis laudibus Tritemianis | Satisfactū ia finit fol. (206<sup>a</sup>): studio meo valde cōueniēte Anno dñi. 1509. (Sequens pagina a scriptura vacua est)

fol. (207<sup>a</sup>) Appologia studioſissimi p̃ris Joannis Bontzbagij | p̃riozis in lacu ad exitium prestantiffimūq; ph̃m | dñm Joannē Tritemiū p̃o lucubracionibus suis | Reuerendo in x̃po finit fol. 221<sup>b</sup> med. iā Vale amice chariffime TELOS | fol. 221<sup>b</sup> med. et sqq. 15 folia habent: Tractat<sup>9</sup> eiusdē ad. R. d. : p̃rem Fredericū nouellū abbatē p modū | familia'is exhortatiois de regm̃e seu cura clauſtrali scriptus | Quōm nullos ad regimē exiens sic: S; his vale ex lacu rap|tiffie 1x kl' nouēbris Anno m. 'ngēteffio d'

PIRCKHEIMER<sup>1</sup>, Bilibaldus, celeberrimus ille 'quidam' (p. 199<sup>40</sup>) et 'nescio quis' (p. 267<sup>20</sup> 278<sup>22</sup>)<sup>2</sup>, Reuchlini amicus ac theologistarum adversarius et doctissimus et strenuissimus, vel ex his Huttenicis operibus notissimus. Natus est Eichstadii d. 5. Dec. a. 1470. parentibus patriciæ gentis Norimbergensis Ioanne et Barbara Löffelholtz, mortuus est Norimbergæ d. 22. Dec. a. 1530. Vitam ab ipso describi cœptam Rittershusius edidit<sup>3</sup>, posteaque tot scriptores descripserunt, ut eos recensere longum sit: sufficiet h. l. Adamum, Bruckerum, Erhardum, Hagenum nominasse et hunc Rueſi<sup>4</sup> locum repetisse: „... præter amplissimos honores, quibus patria et pacis et belli temporibus eum subinde exornavit, .. Maximiliano et .. Carolo V. a consiliis fuit, et quantumvis in maximis versaretur negotiis, summoque Principum esset favore usus, nihilo tamen secius animum nunquam non ad elegantiores litteras applicavit, et veram rectamque studiorum ingressus viam, eloquentiæ vim atque ornatum ad rem publicam æque ac sacram tuendam iuvandamque contulit. Quod de Catone Censorio proditum est, eum et bonum imperatorem fuisse, et senatorem, et patrem familias, idem de Pirkheimerō vere affirmari posse ceuset Conr. Rittershusius ... Aedes eius æque ac Ioannis Dalburgii eruditorum hospitium seu diversorium habitæ sunt. Quanti Reuchlinum

1) In nomine scribendo mire variant æquales inter *P* et *B*, *y* et *i*, *ei* et *ai*, Pirkkenheymer, Birkamer et sim. Mireris Græce aut Latine factum nomen non legi. 2) ex Pepericorni defens. p. 156<sup>20</sup>. 3) in Goldastiano Opp. Pirkheim. exemplo quod Ind. bibliogr. Hutt. n<sup>o</sup>. 59. indicatum est. 4) De vita Celtis op. posth. Klüpfelii etc. Friburg. 1827. 4<sup>o</sup>. p. 133. not. \*.

fecerit<sup>5</sup>, non solum ex . . utriusque epistolis apparet, sed et pulcherrima, quam pro ipso emisit, apologia<sup>6</sup> ostendit . . . Neque verbis solum, sed et rebus Reuchlino inopia in exilio præsertim laboranti et amicorum opem imploranti subvenit<sup>7</sup>. Magnus autem Erasmus Bilibaldo id quod Ciceroni Atticus quondam fuit, extitisse Rittershusio visus est. Quæ porro eidem cum Celte, Cuspiniano, Glareano, Iulio Pflug, Camerario, Petro Mosellano, Zasio aliisque doctis viris [ut Baptistæ Egnatio, Trithemio, Wimphelingio, Peutingero, Rhenano, Nuenario, Hutteno, et cui tum insigni viro non?] intercesserit amicitia, abunde demonstrant epistolæ . . .“ Audiamus tandem Ioannem Piemontanum, in cuius MS. Auctario scr. eccl. fol. 140<sup>a</sup>. leguntur hæc:

Wilibaldus birckammerus natione alemannus patria norimbergensis vir studiosus admodum et eleganter eruditus philosophus et vates non spernende vtriusque lingue latine scilicet et græce peritus ingenio subtilis et sermone clarus: cuius patrie sue tum doctrina tum honestate ingens decus Scripsisse dicitur preclara quedam in vtraque lingua non abijciende lectionis opuscula quibus nomen suum cum laude ad posteritatis noticiam transmisit de quibus hucusque nichil ad noticiam mee lectionis peruenit præter quam grecum et latinum eius epigrammaton in laudem doctissime monialis illius (roswitham loquor) compositum et credo eum adhuc [*vivere*] habet hic eruditam, et eiusdem pene facultatis. [*sororem*] de qua habes in vltimo libro meo de ingeniosis mulieribus.

5) Inter Reuchlinistas sic inscriptus est: „Bilibaldus Pirkaimer Norinbergensis summæ doctrinæ vir“<sup>1</sup>. Hutt. Opp. I. p. 131<sup>12</sup>. 6) Hutt. Opp. I. n<sup>o</sup>. LXXIII. p. 151...153. cf. Consp. chronol. ad d. 2. Oct. 1517. supra p. 144. 7) cf. epistolas in Pirkh. Opp. ed. Ff. 1610. fol. n<sup>o</sup>. XII. XVII. pag. 260. 263. Cf. Consp. chronol. ad d. 18. Febr. a. 1519. et ad d. 3. et 19. Febr. a. 1520. supra p. 146. 150.

PONTII Modus epistolandi (p. 238<sup>16</sup>), nescio cuius scriptoris<sup>1</sup> libellus, ab Hainio<sup>2</sup> indicatur. cuius farinæ etiam hic modus epistolandi fuerit, satis Bebelii<sup>3</sup> verba docent hæc: „Legimus enim nuper quosdam modos (ut ipsi dicunt) epistolandi, Pauli lescherii, Ioannis boridæ, Pontii cuiusdam, et Menellii<sup>4</sup>, a quorum doctrina adeo abhorreo, ut nihil magis existimem adolescentibus nocere, quam horum præceptiones, cum maxime inhærere soleant et pene indelebilia esse quæ in tenera ætate discuntur . . .“ et idem<sup>5</sup>: „Scripsi igitur contra vulgares quosdam modos (ut ipsi loquuntur) epistolandi cuiusdam, qui se Pontium inscripsit, et aliorum quorundam hallucinationes adeo vulgatæ sunt, et tanto in precio habitæ apud quosdam germaniæ literatores, ut non dubitent quidam ad illarum exemplar nova quædam deliramenta eudere . . .“ tum<sup>6</sup>: „Retorica Pontii vel alterius grammaticæ qui se hoc nomine inscripsit . . .“, „Pontius: Circa modum dictandi . . .“ et similiter usque ad pag. xv<sup>b</sup> perstringitur Pontius, tum Paulus Lescherius et Ioannes Borida de Aquilegia. De iisdem tribus

1) an *Brückneri*? nam ex eis Pontiiis, quos Fabricius Iæcherusque recensent, nullus ad locum nostrum pertinere videtur. 2) Repertor. n<sup>o</sup>. 15459. ‘Prestantissimus epistolandi modus’ s. l. et a. 4<sup>o</sup>. Cf. etiam supra art. Niavis. 3) Comm. epistolar. conficiendar. Phorc. 1510. 4<sup>o</sup>. fol. I<sup>b</sup>. 4) i. e. Manneken. cf. supra art. Caroli. 5) l. c. p. vi<sup>1</sup><sup>b</sup>. 6) p. vii<sup>1</sup><sup>a</sup>.

grammatistis hæc habet Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. p. 57.:

PAVLVS LESCHERIVS nacione teutonicus vir in diuinis scripturis eruditus et philosophie professor doctissimus poeta et orator non futilis ingenio prestant et promptus eloquio Scripsit ingenij sui varia opuscula quibus nomen suum notificauit posteritati ex quibus extat opus non spernendum

Rethorica ip̄iō p̄notatū

li ij

Epistole eg [sic] et modus epistolandi

li j

Et alia quedam Claruit in alemania sub frederico 3<sup>o</sup>.

PONTIVS quidam cuius mihi patria vel natio non occurrit vir in secularibus litteris exercitatus et diuinarum scripturarum notitiam habens orator et grammaticus famosus licet secundum henricum bebellium minime bonus Scripsit nonnulla vulgata opuscula in quibus habetur ipsius rethorica de modo epistolandi prenotata. li j. Claruit . . . . .

IOANNES BORIDAS de aquilegia vir secularis philosophie maxime oratorie peritus scripsisse fertur eiusdem facultatis quidem sed magis a doctrina studendi opus quod prenotauit de practica seu usu dictaminis li. i. Claruit . . . . .

PORPHYRIVS, Tyrius, Batanæ natus anno 233., philosophus Neoplatonicus, cuius patrium nomen Malchus fuit, Longini Plotinique discipulus, Christianorum hostis, mortuus est anno 304., itaque non confundendus, quod non nullis olim accidit, cum Publilio Optatiano Porphyrio, Christiano poeta sive mavis frigidorum versuum facticiorum opifice sub Constantino M. ludente, de quo videsis Fabricium<sup>1</sup>. Porphyrii philosophi vitam enarrat idem<sup>2</sup>; ex scriptis autem, quæ tum extantia tum deperdita idem<sup>3</sup> recenset, ab Obscuris (p. 18<sup>76</sup> 70<sup>10</sup>) laudatur Isagoge sive libellus de quinque vocibus sive prædicabilibus<sup>4</sup>, quæ isagoge, inter scholasticos libros permagni æstimata, tam cum ipsis Aristotelis categoriis sive prædicamentis et de interpretatione libris sub Veteris artis nomine, quam seorsim sub nomine Quinque universalium Latine sæpe edita est<sup>5</sup>. Nunc de Porphyrio omnino legendus est Carolus Prantl<sup>6</sup>, qui non solum eius scripta percenset, sed etiam quantæ auctoritatis gratiæque ea apud posteriores fuerint, exposuit.

- 1) Bibl. Lat. med. e. i. æt. V. p. 495. sqq. 2) Biblioth. Græc. ed. Harless. V. p. 725...729. 3) ibid. p. 729. sqq. 4) ibid. 735...740. 5) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 1622. sqq. 13298. sq. Cf. etiam sq. art. Porretonius. 6) *Gesch. der Logik*. I. p. 626...628. II. p. 7. 117. 324. 330...338. et III. passim.

PORRETONIVS, Gilbertus, epistolam II. 56. scripsisse fingitur. Vix crediderim hoc nomine non alludi ad Gilbertum Porretam s. Porretanum s. Porectanum, Pictaviensem episcopum a. 1141...1154., qui a Trithemio<sup>1</sup> nominatur 'vir in diuinis scripturis multum exercitatus, et in sæcularibus litteris magnifice doctus, ingenio subtilis et novitate terminorum confusus eloquio, a beato Bernardo in quibusdam hæreseos argutus'. alia vide apud Fabricium<sup>2</sup>; apud Prantl<sup>3</sup> ipsa Gilberti præcepta philosophica eximie exponuntur. Porretonii Sex principiorum liber cum Magni Al-

- 1) de scriptorib. eccl. pag. 273. 2) Bibl. Lat. med. e. i. æt. III. pag. 167. sq. 3) *Gesch. d. Logik*. II. p. 215...227. III. passim.

berti commento post Aristotelis Prædicamenta sæpius editus est<sup>4</sup>. item 'Copulata omnium librorum Veteris artis Aristotelis etiam Porphirii et Gilberti Porretani (Porritani) secundum processum magistrorum Colonie bursam montium regentium in via clarissimi doctoris scī Thome de Aquino' &c.<sup>5</sup>. Cf. etiam supra p. 394. art. Hispanus.

4) cf. Hain Repertor. n°. 1661. 1663. 1665. sq. 1672. 5) Hain. n°. 1673. 1674.

PRANDIUM ARISTOTELIS (p. 3<sup>20</sup>). Ex libris Actorum facultatis artium Lipsiensis<sup>1</sup> huc pertinet hic locus: „Prandium Aristotelis sub decan. m̃gri Konitz. 1520 . . . Cum autem magistrandi tempore prandii Aristotelis a collegiatis dictis plus quam quinquaginta et forte 60 cantharos cerevisiæ Torgensis accepissent, illos omnino dono dederunt, nihil pro illis accipientes. Quoniam quidem magistrandi non plures quam quinque essent, ordinatum fuit prandium Aristotelis sine ipsorum gravamine, non minus tamen solemniter, hoc pacto: sex enim fercula, pulmentum connumerando, data sunt: primo gallinæ cum carne; 2º pisces, ita tamen, ut ii non centussim sed privatim empti sint; 3º assatura; 4º caro condita et nigra; 5º pulmentum ex prunis, et sexto ex carne maturina adiectis bellariis et caseo. Fuerunt autem sex mensæ principales, exceptis servitoribus, qui dehinc comedebant. Data autem est ad quamlibet mensam una media scopa, uti dicimus, dulcis vini, quod Revolium nuncupant, atque de vino Renensi et terrestri quantum expetebatur; cerevisiæ autem amphoris ex civitatis cellario afferebantur, sicut et vinum Renense et terrestre ex cellariis vinariis. Et hac forma: supra dicas, ut cuiuslibet ferendi una dica foret scissa in tres partes, quarum unam caupo vel pincerna, secundam servitor afferens, terciam vero Magister ad potagia ordinatus haberet. Quo sic in cuiuslibet potus allacione tres conscii forent et signarent. Coco dedimus unam sexagenam antiquam et 1 gr. ad lotionem, tantundem procuratori et qui invitavit per singulos dies quatuor gr. et feminæ lavanti scutillas tres gr. Et supputatis solvendis quilibet magistrandorum quinque dedit fl., exceptis iis quæ in secundo prandio liberaliter in vino et cerevisia emerunt et solverunt“. Secundum Statuta fac. art. Lips. de a. 1499...1522. VI. 14.<sup>2</sup>. 'Prandium Aristotelis principaliter pertinet ad decanum et facultatem arcium' et sequens § 15. accuratius 'de prandio Aristotelico ordinando' statuit. similia præcepta aliarum quoque universitatum statuta habebant. — Eiusmodi prandia facile publicæ offensioni iam tum fuisse cognoscimus ex libello formulari univ. Lips. a. 1495. scripto<sup>3</sup>, cuius cap. 54. hoc est: „Mandatum de ministris prandii Aristotelis non impediendis vel offendendis. Mandat [rector] omnibus &c. Quatenus crastina luce post actum recommendationis dominorum Magistrandorum in collegiis ac bursis suarum habitationum sive stantiarum sese contineant, nec convivas prandii Aristotelis ac ipsorum ministros in vel extra locum, ubi dictum habebitur prandium, quovis modo impedian, molestent, conturbent, sese verbis aut factis iniuriose quomodolibet offendant, nec etiam

1) *Adhäll. der hist. phil. Cl. der sächs. Ges. d. Wissensch.* II. p. 848. sq. 2) *Die Statutenbücher der Univ. Leipzig.* 1861. p. 449. 3) *Zarneke Die deutschen Universitäten im Mittelalter.* Leipzig, 1857. 8º. p. 177.

dictis ministris inter apportandum et deportandum cibaria et potagia aliquid e manibus seu poculis violenter tollere rapereque præsument. Sub poena unius floreni &c.“

PRATO FLORIDO, de *vid.* Hugo.

PRIERIAS *vid.* Silvester.

PRISCIANVS, grammaticus Cæsariensis, qui Constantinopoli sæculo quinto docuit, in epistolis O. V. semel tantum p. 261<sup>16</sup> cum Diomede tanquam 'modernus et novus grammaticus' memoratur: scilicet veteres grammatici magis magisque 'antiquos grammaticos, Alexandrum et alios' (p. 261<sup>15</sup>) ex usu scholarum expellebant, quod maxime dolebat Obscuros. Iam sæculo xv. Prisciani multa exempla publicata sunt<sup>1</sup>; ante medium sæc. xvi. expressa indicat Panzer<sup>2</sup>, recentiora Schweiger<sup>3</sup>; recentissimam editionem debemus Martino Hertz<sup>4</sup>.

- 1) Hain Repertor. n°. 13353...13366. Panzer Ann. typ. V. p. 372. 2) Ann. typ. XI. p. 65. 3) *Handb. der class. Philol.* II. 2. p. 822. 4) *Grammaticor. Latinor. ex rec. H. Keilii voll.* II. III. Lips. 1855. 1859. 8°.

QVENTEL sive Quentell, Henricus, Argentoratensis, qui ducta Helmanni civis Coloniensis filia ab anno 1479. Coloniæ typographicam artem industrie exercuit, officinamque Quentellianam, primum in domo ad palatium prope ecclesiam cathedrallem (quæ domus hodie *Domhôtel appellatur*) condidit, quæ Henrico a. 1503. mortuo etiam sub eius heredibus inter celebriores fuit. ibi Ortvinus Gratius correctoris munere diu functus est<sup>1</sup>. Libri Quentelliani, quorum multos passim memoravimus<sup>2</sup>, cum præsertim in bursarum Coloniensium usum destinatos repeteret librarius, magnam partem rudî iconæ xylographica studiosi ante pulpitum, in quo apertus liber est, sedentis ornantur. In his epistolis O. V. domus Quentelliana maxime propter stupra memoratur, quæ in ancillam tum Arnoldus de Tungris tum Ortvinus commisisse ferebantur. cf. præcipue ep. I. 45. app. 4.

- 1) cf. supra p. 381. art. Gratius. 2) cf. etiam *L. Ennen Catalog der Incunabeln in der Stadt-Bibl. zu Köln.* s. a. (1868.) 8°.

QVESTENBERG, Iacobus (Aurelius), Fribergæ Misniæ natus, primum (ut p. 204<sup>7</sup> docet) fuit 'studens Coloniensis et stetit in bursa montis'; post peracta linguæ Latinæ et, ut tum tradebatur, philosophiæ studia Lipsiensia sub Alexandro PP. VI. Romam venit, ubi 'propter καλλιγραφίαν et Latinitatem puriorem', a Melanchthone etiam laudatam, favente cardinali Veneto Marco de s. Marco Argyropulum Græcum præceptorem nactus est, in cuius schola Thucydidea Reuchlinus primam cum ipso consuetudinem habere cœpit, quæ iam a. 1489. in arctiorem familiaritatem amicitiamque creverat, ut veterem eam appellaret Questenbergius in epist. ad Reuchlinum Romæ a. 1498. scripta<sup>1</sup>. Maius<sup>2</sup> de eo hæc: „Cum hoc Iacobo Reuchlinus familiaritatem contraxit, atque ab eo aliquot codices Græcos emit: inter quos fuerunt Aeschinis Demosthenisque orationes contrariæ. Dedit quoque illi mercedem, ut Dalburgio, Vangionum epi-

- 1) *Illustr. viror. ad Reuchl. epp.* 1519. 4°. p. k ii. 2) *Vit. Reuchl.* p. 214. sqq.



scopo, aliquot Græcos libros describeret, qui in huius bibliotheca custoditi sunt. fuit in his etiam Athenæus et Procli commentarius . . . Extant aliquot huius literæ ad Nostrum [Reuchlinum] perscriptæ, humanitatis plenæ . . . Hanc cum Questenbergio coniunctionem consuetudinemque admodum utilem et salutarem sibi Noster expertus postea est, cum Colonienses Theologi litem ei gravissimam intendissent. Memor enim Iacobus veteris amicitiae magna fide apud Leonem Pontificem, apud Cardinalem Venetum Grimanum, et alios eum tuebatur, ac plus ei huius unius viri autoritas profuit, ne crudelitate monachorum deleteretur, quam Regum Principumque literæ, quibus eum Leoni commendaverant<sup>4</sup>. Quantum faverit Reuchlino eiusque causæ, et olim ex aliis et ex epistolarum O. V. (p. 204<sup>12</sup> 270<sup>19</sup>, quibus addendum est p. 230<sup>13</sup> „officialis curiæ qui est singularissimus fautor Ioannis Reuchlin“) testimoniis notum fuit, et nunc apertius constat ex Reuchlini ad Questenbergium litteris, annis 1513. 1514. 1515. 1518. 1519. 1520. datis, quas Friedländerus<sup>5</sup> ex manu scriptis in regia Berol. univ. bibliotheca hodie adservatis exemplis edidit. Liberalitatem munificentiamque viri summis laudibus effert Burckhardus<sup>4</sup>. — Hæc fere ad ea quæ supra<sup>5</sup> de Q. scripsimus addere visum est; cf. etiam art. 'Aesticampianus' et videsis Fabricium<sup>6</sup> et Iøcherum h. v.

3) *Beitr. z. Ref.gesch.* 1837. 8<sup>o</sup>. p. 47. sqq. 60. sq. 70. sq. 72. 77. sq. 86. (de Reuchlino misso Triumpho Capnionis, repetitam Hutt. Opp. II. p. 458. num. cv<sup>\*</sup>.) 88. sq. Cf. supra Ind. scriptor. pagg. 124. 128. 131. 134. 138. 147. 153. 4) de L. L. fatis I. p. 340. sq. not. 5) Hutt. Opp. I. p. 461. 6) *Bibl. Lat. med. et inf. æt.* VI. p. 65. sq. Is refert ad Petrum Albinum in Misnia p. 342. qui liber mihi ad manus non est.

#### RATIONALE DIVINORVM *vid.* Durandus.

RAVENNAS, Petrus (sive Petrus Franciscus Tomai sive Tomasi), qui ab insigni qua fuisse ipse gloriatus est<sup>1</sup> vi memoriæ (scripsit etiam 'Phœnicem sive ad artificialem memoriam comparandam introductionem') ipse 'a memoria' nomen adeptus est, in epistolis O. V. p. 220<sup>7</sup> 265<sup>31</sup> memoratur tantum modo ad depingendam sollicitam Hochstrati invidiam<sup>2</sup>, quæ Petrum ex Colonia, ubi primariam iuris cathedram anno 1506. adscenderat<sup>3</sup> ingentique adplausu per annum fere et sex menses tenuerat, excludi feliciter machinata est vere anni 1508.<sup>4</sup> Vita huius docti peregrinatoris<sup>5</sup>,

1) cf. Schelhorn *Amœnitt.* XI. p. 16. sqq. 2) cf. *Conciliabul. Theologistar.* § 10. (Hutt. Opp. IV. p. 578.) „... sic enim ego [Hochstratus] odi . . . Petrum Ravennatem, . . . quia invidia stimulavit me . . .“ 3) A. 1506. D. Petrus Ravennas I. V. D. egregius, 3. Aug. iuravit et ob reverentiam personæ nomine Universitatis pecuniam intitulandorum remisit. *Bianco die alte Univers. Köln.* I. p. 146. 4) cf. Agrippæ a Nettesheim epist. supra pag. 335. art. Cæsarius repetitam. 5) Ipse de se in 'Vælete' p. 1. „Legi“ ait „ego in multis universitatibus et Italiæ et Alemanniæ et sub doctrina mea multi viri floruerunt. doctrina mea lecta est et legitur in nonnullis universitatibus me adhuc vivente. est igitur approbata. Serenissimus enim princeps Elector Fredericus in sua universitate [Wittenbergensi] statuit salarium legenti mea Compendia. Et in universitate Lypsensi fuit lecta certo tempore, licet aliqui de universitate invidia forte moti impedierint legentem . . .“

qualem illo tempore, ut maxime in Buschio vidimus, præstantissimi doctores in primis agebant, parum accurate nobis tradita, sed neque tota satis diligenter a recentioribus scriptoribus perquisita est. ita cel. Savinius<sup>6</sup> hæc tantum: „Petrus Ravennas (Petrus Tomai, oder auch Petrus Franciscus Tomai oder Tomasi) mit Unrecht von Mehreren in zwei verschiedene Personen zerlegt, geboren zu Ravenna, Schüler des Tartagnus [Alexandri de Imola], Prof. zu Ferrara, Padua, Pisa (von 1477...1480.), Bologna, Pavia, Greifswald (i. J. 1496.), Wittenberg, lette auch geraume Zeit [1½ Jahre] zu Cöln. Berühmt besonders durch sein gutes Gedächtniß. † gewiß nach 1502. (Stiftungsjahr von Wittenberg).<sup>7</sup> Viele Lebensumstände finden sich am Schluß seines Alphabetum aureum<sup>8</sup> und seiner Artificiosa memoria“ [addo und eigene des Petrus in seiner nicht zu Lübeck, sondern zu Ff. a. d. Od. 1499. fol. gedruckten Schrift de immunitate ecclesiarum]. Plura et non nulla certiora dari poterant ex Fabricio<sup>9</sup> et Hartzhemio<sup>10</sup>, ubi scripta quoque Ravennatis sed non omnia enumerata sunt. ea quæ usque ad annum 1500. prodierunt, exactius quam Panzerus descripsit Hain<sup>11</sup>; omnia recenset Muther<sup>12</sup>. Kosegarteni egregio libro<sup>13</sup>, in quo multa de Petro docte exposita sunt, Savinius<sup>6</sup> uti non potuit, sed eo usi sunt Th. Muther<sup>12</sup> et Rod. Stintzing<sup>14</sup>; Butzbachii autem notitiam quam infra exhibemus, nec hi potuerunt adhibere. Natus est Petrus circa annum 1448.<sup>15</sup>; eum iam anno 1472. iuris utriusque doctorem et militem prædicat eius Oratio pro patria, Venetiis mense Febr. a. 1472. publicata<sup>16</sup>. ‘Patavii (Panciroli<sup>17</sup> incomposite scribentis verba sunt) non sine omnium admiratione ICTus creatus ibi ius pontificum vespere est interpretatus. Mox Bononiæ, deinde Ticini, Ferrariæ quoque [a. 1474.], Pisis et Pistorii a Florentinis congrua mercede accitus docuit, ubi a Pistoriensibus civitate, immunitatibus et peramplis honoribus est auctus. Demum Witiburgum [a. 1503.] conductus... utrumque ius magna nominis gloria explicuit’ et q. s. Venetiis Petrum invenit Boguslaus X. Pomeraniæ dux<sup>18</sup> eumque (una cum uxore Lucretia et filiis Vincentio et Ioanne Baptista ac filia Margaretha) tanquam insignem ornamentum academici Gryphiswaldensis secum duxit hieme a. 1497. 1498., in quo itinere Oenoponti morbo temptatus Maximilianus Cæsar,

6) *Gesch. des R. R. im Mittelalt.* VI. p. 491. sq. 7) Ad hæc citantur: Fabrucci bei Calogerà T. 40. p. 144.; Ginnani Scrittore Ravenn. T. 2. p. 419...439.; Tiraboschi T. 6. L. 2. C. 4. § 27...31.; Fabroni Vol. I. p. 227. 384. 385.; Hugo civil. *Gesch.* 3. Ausg. S. 182. 8) [d. h. in der beigegeführten Criticomastix des Ortvinnus Gratius.] 9) *Bibl. Lat. med. et inf. æt.* VI. p. 161...167. 10) *Bibl. Coloniensis*, p. 280. sq. 11) *Repertor.* n°. 13691...13700. 12) *Aus dem Univ. u. Gelehrtenleben im Zeitalter der Ref.* Erlang. 1866. 8°. pagg. 95...128. „Ausgang des Petrus Rav.“ 13) *Gesch. d. Univ. Greifsw.* 1857. 4°. p. 154. sqq. 14) *Gesch. d. popul. Lit. des röm. kan. R.* Lpz. 1867. 8°. p. 147. sqq. 15) Ipse in Phœnice: „Dum essem iuris auditor, nec vigesimum vidissem annum, in universitate Patavina, dixi me totum codicem posse recitare...“ et in Valette: „videram (tres doctores), antequam (Hochstratus) exiret de ventre matris...“, Hochstratus autem anno 1485. iuvenis magister artium factus fuerat. 16) Hain *Repertor.* n°. 13700. 17) De claris LL. interpp. Lips. 1721. 4°. p. 250. 18) cf. Hutt. *Opp.* III. p. 30.

cuius pater in Petrum equitis aurati honorem olim contulerat, cum eo e grabato colloqui eumque de iure disserentem audire delectatus est. Annis 1498. (a die 3. Maii) et 1501. Petrus Gryphiswaldensem rectoratum gessit. præmatura filię Margarethæ morte (defuncta est d. 25. Oct. a. 1502.) oppressus in patriam rediturus vere anni 1503. a Saxoniciis ducibus, ut Wittenbergæ doceret, blandissime compulsus est, ubi idibus Maii 'de potestate summi pontificis et Romani imperatoris' habita lectione novum munus adiit<sup>19</sup> atque utrumque Compendium, iuris civilis anno 1503., iuris canonici anno 1504. edidit. Filius Vincentius ibi d. x. kal. Iun. a. 1504. rector electus est<sup>20</sup>. Wittenbergæ peste correptæ mense Iulio anni 1506. Petrus tergum vertit Coloniam petens, in qua sequenti anno Compendium iuris canonici iterum et Alphabetum aureum edidit, sed doctrina sua Theologos et Artistas Colonienses ita offendit, ut in congregatione universitatis d. 6. Mart. a. 1507. habita admonitus ac fere accusatus bona verba dare cogeretur<sup>21</sup>. Etiam in hac causa, ut paucis annis post in Reuchliniana<sup>22</sup>, cardinalis sanctæ crucis Hochstrato favit<sup>23</sup>. In libello<sup>24</sup> 'Valete cum perpetuo silentio ad . . . Iacobum de alta platea . . . Petri Ravennatis iuris utriusque doctoris de bassa platea . . .' (Coloniæ) Anno m.d.vij. edito inter alia sic Petrus: „Et nunc doctor ipse Iacobus de Alta platea . . . nomini meo detrudere sit conatus, nec ego solus doleo, sed omnes amici mei quorum est magnus numerus Coloniæ. Doleo etiam quod cum ego et merito et ex debito extulerim doctrinam et bonitatem dominorum Theologorum universitatis Coloniensis in meo Alphabeto Iuris, quia hic repperi consummatissimos Theologiæ professores, Ego autem ab uno ex ipsis fui laceratus . . .“ scilicet Petrus defenderat sententiam de sepultura nec punitorum furcaque suspensorum cadaveribus denegandam, contra quam Hochstratus suis invidiæ arrogantique ineptiis dimicaverat<sup>25</sup>, quæ ipsæ illo vale dicente Petri libello perdocte ac multo quam Hochstratus scribere potuit urbanus ac modestius refelluntur: „Snadeo (est in fine illius libelli) suæ paternitati quod pacem diligat, quia si cupit bellum, illud inveniet, licet inter ipsum et me erit longum chaos interpositum“. „Hinc“ [i. e. ex Colonia expulsus], dicit Fabricius<sup>26</sup>, „incertis sedibus vagatus est, unde Ortwinii Gratii Criticomastix peregrinationum Petri Ravennatis Lugduni 1511.

19) cf. Muther l. c. p. 70. sqq. 20) Förstemann Alb. Viteberg. p. 13. 21) Latius hoc refertur in Annalib. Colon. apud *Bianco die alte Univ. Köln*. I. p. 404... 406. repetitis. 22) cf. ep. O. V. p. 220<sup>2. 24.</sup>, et in Hochstr. ov. §§ 30. 38. (Hutt. Opp. VI. p. 472. sq.) Hochstratus de se gloriatur „superior sum viribus disputandi, . . . cuius argumentum extat in Petro Ravennate, meorum argumentorum telis fuso“. 23) cf. supra p. 307. art. Bernardinus de Caravajal. 24) cf. Hartzheim Bibl. Col. l. c. Muther, l. c. p. 386. sq. num. XIII. Est etiam inter meos libros. 25) 'Defensio scholastica principum Alemanniæ in eo, quod sceleratos detinent insepultos in ligno contra Petrum Rav. Ad calcem quæstiones alias duas de eodem Ravennate adiecit, Prima, an pro simplici furto licitum sit hominem occidere? Altera, an de iure concedendum sit, quod Scholares Itali absque meretricibus vivere non possint. Coloniæ Ioannes Landen 1508. in quarto'. Sic Hartzh. Bibl. Colon. p. 144. 26) Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 162. ed. Hamburg. 1746. 8º.

prodiit, in quo [libro] teste Val. Andrea in Bibl. Belgica p. 709 multa de laudibus Petri Ravennatis et Academiæ Coloniensis continentur. De morte nihil constat“. unum quod de huius mortis tempore habemus testimonium Hochstrati est, qui in Defensione principum Almanie a. 1511. edita post multas suæ contra Ravennatem sententiæ approbationes hæc adiecit: „Et nota quod actor [? auctor] presentis opusculi plures aliorum clarissimorum de aliis universitatibus in testimonium veritatis signaturas sibi procurasset sed quem [? quum] obitum sui adversarii audierat substitit, cogitans vanum esse contra mortuos certamen assumere“. <sup>27</sup> Memorat quidem Wimphelingius in epistula kal. Nov. anni 1512. scripta <sup>28</sup> Petrum Ravennatem, sed ita ut de vita morteve hominis nihil inde colligere possis. Reuchlinus in epistula die 1. Nov. a. 1518. scripta <sup>29</sup> ‘divum Petrum Ravennatem . . hoc hominum monstro Aschthrata [Hochstrato] interiisse præ mærore’ dicit, ubi verba ‘præ mærore’ ex sua potius quam ex Petri animi sententia adiecisse videtur pavidus Phorcensis. Notabile videtur quod Petrus Merssæus [i. e. Mørsensis] Cratopolius sive Opmer-sensis, qui Minorita theologus et historicus Coloniæ obiit anno 1605. <sup>30</sup>, ubi „de quibusdam viris doctis et celebribus, qui sub Hermanno Coloniæ claruerunt“ agit <sup>31</sup>, his verbis rettulit: „Petrus Ravennas, qui una cum sua uxore Lucretia relictis omnibus habitum D. Francisci assumpsit et Regulam publice professi sunt. Anno Domini 1507. Petrus Ravennas Doctor I. V. eruditissimus Coloniæ Iura illustravit, et toto biennio in celebri Academia publice magna laude ac frequenti auditorio publice docuit: ad hæc et festis quibusque diebusque sacras ad auditores studiosos conciones (quod et iocundum et religiosum erat) non modo habuit, sed et rara miraque vehementia declamavit. Contulit hinc Colonia sese Wormaciam ibique in fata concessit“. Colonia die 27. Apr. a. 1508. relicta Petrus Moguntiam concessit <sup>32</sup>, ubi docebat cum Ioannes Piemon-tanus scriberet, ex cuius MS. Auctario scr. eccl. fol. 87<sup>a</sup>. . . 88<sup>a</sup>. totum de illo locum repetimus:

Petrus Rauennas natione italicus terciæ regule sancti francisci vna cum vxore et filia sua professor religiosus vtriusque iuris doctor et iureconsultus celeberrimus ac omni hoc tempore facile doctissimus et ob hoc legum privilegio gaudens eques auratus splendidissimus in secularibus litteris nobiliter doctus et diuinarum scripturarum sciencia apprime eruditus philosophus orator et poeta insignis ingenio acutus et subtilis eloquio facundissimus sensu profundus consilio cautus et stabilis memoria quoque admiranda preditus quippe qui omnes homines Italie copia rerum absque cartarum reuolutione superare voluit in sacris scripturis iure cano-nico civilique et alijs multarum rerum auctoritatibus dum esset adolescens ut

27) *Fortgesetzte Sammlung von Alten und Neuen Theol. Sachen . . Auf das Jahr 1750. Leipz.* 8°. p. 176. Cf. Cremans de Jac. Hochstrati vita. Bonn. 1869. 8°. p. 15. 78. n°. v. 28) in Rieggeri Amœnitt. Friburg. p. 418. 29) Hutt. Opp. I. p. 457. verss. 21. sqq. 30) a. 1603. secundum Foppens Bibl. Belg. p. 968. sed sec. Hartzh. Bibl. Colon. p. 270. obiit 1. Aug. 1605. ‘in conventu suo nativo’. 31) in ‘Electorum ecclesiasticorum Coloniensium, Mogunt. ac Treverens. . . Catalogo, qui sec. Hartzhem. prodiit primum Coloniæ 1580. 8°. , sec. Foppens. a. 1578. 8°. Nos locum damus ex edit. Colon. 1786. 8°. p. 147. 32) Muther l. c. p. 116. sq. ex Petri Compendio in materia feudor. p. K iij.

ipse testatur centum milia sibi locorum memoria parauit et nunc ipsis decem milia addidit [sic] in quibus sibi dicenda posuit quatenus in promptu sint quando memorie vires experiri cupit et cum paternum solium relinquit ut peregrinus Italie vrbes mentalibus oculis conspiciens dicere possit omnia mea mecum porto sed nec quidem adhuc indies fabricare cessat in hijs germanie nostre partibus constitutus in diuersis ecclesiis atque monasterijs alijsque ad hoc aptis locis sibi plura pro reponendis facultatum suarum suppellectilibus quas cotidie ei recitare conuenit vt sunt argumenta rationes historie fabule carmina inductiones allegationes predicationes sermonesque et collationes quarum promptissimus atque disertissimus habetur orator sicuti ipse ego hoc anno [1508.] colonie apud sanctum Martinum maiorem ordinis nostri monasterium in eo sum expertus dum solempnissimum in refectorio in die beati Mathie apostoli ad fratres de huius mundi contemptu faceret sermonem cuius plane facundia doctrinaue intantum tunc fui oblectatus ut postea auditorium illius intrans atque inter alios suos auditores studiosissimos qui de diuersis terre regionibus fama ipsius allekti illuc ad audiendum eum confluxerant aperto ut aiunt ore sitibundus residens quo plus super vtriusque iuris compendio quod tunc in lucem ediderat disserentem audiendo bibebam eo magis eius facundiam eo plus audire sitiebam tunc etenim doctrine thesaurus et ornate dicendi torrens ab eo presto manabant quod equidem nobile ac prope diuinum donum apud nonnullos eiusdem ciuitatis theologos non paruam inuidie fomitem in eum exscitauit quorum tandem oblatratus floxipendens emulationique cedens inde sese ad maguntiacum contulit vbi honorifice susceptus publicoque legendi salario et merendi stipendio donatus quam plurimos acquisivisse ad erudiendum discipulos perhibetur qui et si vxoris vinculo extat colligatus semper tamen in bonarum litterarum studio versans multa in vtroque iure et alijs facultatibus opera cotidie elucubrando conscribit quibus nominis sui famam cum gloria ad posteritatem transmittit E quorum numero mihi hactenus dumtaxat subiecta sunt visa que ad instantiam auditorum suorum hoc anno apud Coloniā calcographice mandari et in lucem venire est passus scilicet

Compendium iuris ca:	li jji	Cum paulus ille Vergerius
Addiciones in idem	li j	In rubrica de anc et vsu
Addiciones in 6 <sup>o</sup> li compend.	li j	De clericis non residentibus
Addiciones super decreto	li j	A prelato non seruante
Compendium iuris ciuilis	li j	Rogauerunt me nonnulli au:
De aureis dictis iuris ciuilis	li j	Fui interrogatus de occasu
De artificiosa memoria sua	li j	Cum etatz nostre paucos
Ad sinodum caminēsem (?)	li j	Si vllō unquam tempore congratula:
Soluciones questionum iuridicarum	li j	Quia pulchrum semper et honorabile
Copia multarum allegacionum	li j	Equitabamus semel ad mo:
Repetio [sic] cā Int' alia	li j	Inter alia reg criminis
De potestate pape et Impera	li j	Titulus lectionis presentis
Clipius contra cam doctorem	li j	Redemptoris nostri spg inuocato
De decimis contra graūū summenharti	li j	Vidi et legi tractatum quem
Sermones ad auditores suos	li j	In nomine dñi nři ihū chrī
Orationes quam plures	li j	[Alphabetū vtri9 iuris li. j.]
Epistolas plurimas ad diuersos	li j	[In vñb9 feudorū 2mē. li j.] rec. man.
Carmina multa	li j	
Ad maximilianum regem	car j	O decus eternum mundi
Ad hermannum coloniensem archiep.	car j	Te nunquam vidi sed amaui

Ad senatum coloniensem	car J	Bis quater estatem
Ad beatam Virginem Mariam	car J	Virgo decus celi
Ad matronas lubicenses	car J	Sum memor ex vestris
Ad senatum hamburgensem	car J	Retulit ut legimus
Ad sanctum Rochum	car J	Salve roche sacer
Ad auditores suos	car J	Nobilis has voces audi
Ad filium suum	car plurima	
Et alia multa		

Viuit ad huc apud Moguntiam magno in precio habitus sub Maximiliano Imperatore et Iulio papa eius nominis secundo Anno domini quo hec scribimus millesimo quingentesimo octauo.

REGVLÆ GRAMMATICALES *vid.* Exercitium puerorum.

REISCH, Gregorius, in Pirckheimeri epistola Luciani Piscatori præmissa<sup>1</sup> scribitur 'Georgius Reyst Friburgæ Carthusianus prior', sed in Ioa. Fabri oratione funebri in depositione Maximiliani imp.<sup>2</sup> legimus 'Carthusiensem, ex Friburgo Brisgaudiæ, dominum Gregorium Reisch, magnæ famæ ac doctrinæ hominem'. In epistolis O. V. nomine suo non legitur, sed est inter tres viros p. 218<sup>23</sup> ex Pepericorni Defensione allegatos. De eo ex Schreiber<sup>3</sup> hæc damus: Anno 1487. Gregorius Rusc de Balingen, cleric. Constant. Dioeces. 8. kal. Novembr. matriculæ univ. Friburgensis inscriptus, sequenti anno baccalaureus, tum a. 1489. magister artium factus est. De eo in Mortuario Carthusiæ Friburgensis fol. 128. legitur: „Venerabilis Pater Gregorius Reysch de Balingen, Prior domus nostræ et principalis Visitator Provinciæ Rheni, autor Margaritæ Philosophicæ, vir doctissimus et expertissimus, cuius fidelitas et industria domui nostræ ac toti ordini permaxime profuit, ædificavit quinque novas cellas circa montem, item Molendinum in horto, item Refectorium et Ecclesiam etc. Obiit a. 1525. Et auditum est ab eo semel se circiter octingentos florenos (quos de Margaritis sæpe impressis et statutis ab eo per ordinem totum diuenditis, et apud Imperatorem Maximilianum lucratus est) ad domum nostram per partes attulisse. Obiit autem in tumultu rustico Friburgi et sepultus apud nos, anima ad cœlos evolante“. — Ioannis Piemontani MS. Auctarium scriptorum ecclesiasticorum fol. 53<sup>b</sup>. de Reischio articulum hunc habet:

„Gregorius reisch monachus ordinis Carthusiensis et prior domus sancti. N. prope friburgh vir undecumque doctissimus philosophus orator poeta celeberrimus et diuinis scripturis nobiliter exercitatus sacrarum [sic] quoque canonum non ignarus ingenio excellens et disertus eloquio vita et conuersacione deuotus fecit et contexit de spolijs egypti id est secularium litterarum ac omnium facultatum pro vtilitate ingenuarum artium studiosorum adolescentum totius philosophiæ epitoma magnum quidem et insigne quo certe omnium doctorum hominum iudicio nullum vtilius efficacius preciosiusque et ad omnem tam diuinarum quam secularium litterarum noticiam compendiose tendere volentibus conducibilis munus ad edificationem sancte ecclesie hoc tempore offerri potuisset quod ex diuersis tam

1) Hutt. Opp. I. p. 153<sup>12.24</sup>.

2) Hutt. Opp. V. p. 280<sup>34</sup>.

3) *Gesch. d. Alb.*

*Ludw. Univ. zu Freiburg i. Br. Freib. 1857. 8<sup>o</sup>. I. p. 63...67.*

secularis quam ecclesiastice scripture auctoribus collectum miraue subtilitate contextum prenotauit margaritam philosophicam in qua de omni ferme scibili tractans tocius rationalis naturalis et moralis philosophie principia dialogice in duodecim libris breuiter sed non iniocunde inter discipulum et magistrum disputando complectitur:

De grammatica	li j	Quid est quod te iam dudum estuanti
De logica	li j	Amanti et volenti nihil esse dif.
De rhetorica	li j	Iam deo auspice et generaciones (?)
De speciebus Aritmetrice	li j	Quid homines fili et cur ab ymo
De musica	li j	Inter cetera que hēmq torquetur aīq
De geometrica	li j	Duas hesterno vesperi
De astronomia	li j	Non perfunctorie que accepi
De principiis rerum naturalium	li j	Aliquot iam Incubrationibus
De origine rerum naturalium	li j	Miro breuitatis ordine
De anima et eius potenciis	li j	Salue preceptor colendissime
De nature origine et immort. anime	li j	Intellectus quem et mentem dic:
De principiis philosophie	li j	Salue fili d.

Et alia plura que ad manus nostras ad huc minime venerunt Viuit adhuc prefato [sic] domui vigilantissime preexistens et varia scribit sub Maximiliano Imperatore Anno dñj 1.5.8. [1508.] quo hec scribimus.“

REISZ *vid.* Reyß.

REMIGIVS. Huius nominis complures in Epp. O. V. memorantur: 1) Liber ‘Remigius’ (p. 12<sup>12</sup>. 243<sup>31</sup>) ex iis est quos inscriptos ‘Remigius per figuras, Regulæ s. Regula puerorum, Fundamentum scholarium, Commentarius in Donatum maiorem’ Haini repertorium<sup>1</sup> indicat. Auctor fortasse fuit Remigius Clarus Florentinus ord. prædicatorum, mortuus a. 1312., quem etiam Quæstiones theologicas per alphabetum, De modis rerum, Opus metaphysicum, Quodlibeta, Sermones de tempore et sanctis ac Quadragésimale scripsisse Fabricius<sup>2</sup> ex Quetifio aliisque rettulit. Haasius<sup>3</sup> Remigium magna per totum medium ævum auctoritate fuisse testatur; „scripsit commentarios in Marcianum Capellam, Commentum super Donatum, glossas in Donatum et glossulam, Prisciani libros in compendium contraxit, et feruntur ‘Regulæ Remigii emendatæ correctæque’ aliquotiens typis descriptæ sæc. xv., veluti in ‘Fundamento scholarium. Colon. H. Quentell. 1492. Sed is libellus Donati exemplo per orationis partes descriptus sitne genuinus an forte multo usu interpolatus et varie mutatus, dubium mihi est“. — 2) Remigius magister noster, ‘Straußfederii olim præceptor singularissimus’ (p. 10<sup>16</sup>. et 18<sup>35</sup>. 29<sup>13</sup>. 240<sup>19</sup>) procul dubio est Remigius de Malmundario, theologiæ licentiatus, qui a. 1498. universitatis Coloniensis rector fuerat<sup>4</sup>. eum neque Foppensium neque Hartzhemium memorare miror. — Quæ Münchius et Rotermundus de Remigio S. Germani Antissiodorensi ex Iæchero transcripserunt, ad Epp. O. V. omnino non pertinent.

<sup>1</sup>) Numm. 13850... 13864. Cf. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 187. n°. 12. Panzer Ann. typ. V. p. 283. <sup>2</sup>) l. c. p. 188. <sup>3</sup>) De med. ævi studiis philol. p. 26. not. 45. <sup>4</sup>) Bianco *Die alte Universität Köln*. I. p. 829.

RESCH, Thomas (p. 237<sup>30</sup>), Cremisiensis Austriacus, Latine Velocianus<sup>1</sup> sive Roscius<sup>2</sup> adpellatus, theologiæ baccalaureus, poeta laureatus manibusque Maximiliani I. imp. coronatus<sup>1</sup>, annis 1504. 1509. 1513. decanus ordinis philosophorum, annis 1509. et 1511. rector universitatis Vindobonensis. obiit a. 1520. Cf. Eder<sup>3</sup> et Denis<sup>4</sup>.

1) cf. Hutt. Opp. I. p. 145<sup>4</sup>.

2) ap. Denis Wiens Buchdruckergeschichte p. 58.

3) Catalog. rector. Viennens. 1559. 4<sup>o</sup>. p. 52. sq.

4) Wiens Buchdr. p. 44.

REUCHLIN, Ioannes (Capnio, apud theologistas nonnunquam Fumulus dictus), Phorcensis, natus d. 22. Febr. a. 1455., mortuus d. 30 Iun. a. 1522. 'Nomen inter eruditos celebrius est, quam ut pluribus de vita illius narrare debeamus'. Hæc Fabricii<sup>1</sup> verba iure meo mea facio. descripserunt vitam non solum qui syllogas onomasticaque biographica composuerunt, ut Adamus, Nicero, Bruckerus<sup>2</sup>, et qui historiam litterariam exposuerunt, e quibus Schnurrerum<sup>3</sup>, Meinersium<sup>4</sup> et Erhardum<sup>5</sup> h. l. nomino, sed et qui peculiaribus commentariis de Reuchlino scripserunt, ut Maius<sup>6</sup>, Mayerhoff<sup>7</sup> et melius Lamey<sup>8</sup>, ac nuper Oehler<sup>9</sup> et Geiger<sup>10</sup>. Ex Melanchthonis de Capnione oratione supra<sup>11</sup> particula ad has Epp. O. V. pertinens repetita est. placet h. l. addere quæ eodem fere tempore, quo Erasmus Apotheosin Reuchlini finxit, Angallensis Keßlerus in Sabbatis<sup>12</sup> rettulit

Von doctor Ioann Rochli.

Ioannes Rochli, Doctor von Pfortzen, welchen ich von wegen seiner furtrefflichen gelehrte und kunst billich och alters halben voransetzen sol [i. e. ante eos quos præter Lutherum 'Gott furnemlich zu offenbarung der warhait anfangs zu unser zit verordnet hatt']. Diser ist in unserem Tutschen land der erst so die Hebraischen sprach von ainem Juden erlernt hatt und so wil underricht, sam er by den Juden geboren und erzogen were. Demnach hatt er die anderen gelert und zu lernen durch bucher offentlich verschaffet, das wir Gott hochlich dancken und unsere nachkommen, dem Rochli zu eren, nimmer vergessen sollen. Das ist die hailige sprach, durch welche Gott selbst mit den vällern Mosen und propheten geredet und Jesus Christus in sinem leben gebruchet hat. O wolte Gott, das wir zum tail die arbeit so wir im Latin zu lernen bißhar an die hailige sprach verwoendt hätten, wir haben also müssen bliben, biß uns Gott disen Ioann Rochli erweckt hatt. Wie aber ahweg gotselige anfang müssen anstoß

1) Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 192.

2) Ehrentempel p. 41...45., ubi effigies

Reuchlini ab Haidio excusa (cum falsa dierum natalis supremique subscriptione) addita est.

3) C. F. Schnurrer Biogr. u. litt. Nachr. v. ehemall. Lehrern der hebr. Litt. in Tübingen. Ulm 1792. 8<sup>o</sup>. p. 6...66.

4) Lebensbeschreib. Zürich 1795. 8<sup>o</sup>. I. p. 44...212.

5) Gesch. d. Wiederaufbl. d. Wissensch. II. p. 147...460.

6) Io. Henr. Maii Vita Ioa. Reuchlin. Durlaci 1687. 8<sup>o</sup>.

7) Reuchlin u. seine Zeit. Berlin 1830. 8<sup>o</sup>.

8) Ioh. Reuchlin. Pforzh. 1855. 8<sup>o</sup>. iterum postea edit. — c. Reuchlini effigie, quam Hutt. Opp. III. p. 448. VI. p. 80. repetendam curavimus.

9) Art. 'Reuchlin' in Encycl. des Erzieh. u. Unterr. Wesen herausg. v. K. A. Schmidt. Gotha 1867. Heft 61. folg.

10) Ueber Melanths or. cont. hist. Capnionis. Ff. a. M. 1868. 8<sup>o</sup>. — Ex hoc libello Reuchlini diem natalem esse

22. Febr. a. 1455. scripsi, cum alii d. 28. Dec. a. 1454. vel 1455. et vel a. 1458. vel 1459. dedissent.

11) p. 414. sq. art. Melanchthon.

12) Keßlers Sabbata herausgegeben von Goetzing. Thl. I. St. Gallen 1866. 8. p. 162. sq.



liden, also ist och dißem doctor widerfaren, besunder aber von monachen zû Leuen [immo Köln], furnemlich durch den Hochenstrat mitt sollicher verunglimpfung gegen menigklichen, sam der genannte Rochli der Juden globen pflantzen und uffrichten welle, und derhalben von den monachen ain abtrüniger und ketzer geschullen und verdampft worden, ja wo nitt allen gelerten und hohe schülen, desglichen gemainen stenden des rich sin kunst und wißhait, die Tutscher nation fruchtbar, zû dem sin christentlicher ersamer wandel kundtbar were gewesen, was zû besorgen, er were durch der monachen vergiftung und hochste vertumbdung am leben gestrafft worden, Gott aber wist wol, wor zû sin gnad und ewige fursehung dißen man bruchen wolt, er hatt ie mült an fur an ze blasen. Derhalben wie wol er den nammen Rochli von dem gschlecht ererbt, doch ist er nitt on sin haimlich dutung; dann eemal das fur der euangelischen warhait entbrunnen, ist er ja on zweiffel das rochli gewesen, das von den verlusten glüenden kolen uff gerochen ist. Was er aber sunst geschriben und gewurckt hab, ist denen nitt onwisent und verborgen, so Latinischer zungen bericht sind. Diser hochgelert doctor ist im vergangen XIII jar in sinem tubgrawen alter nitt on groÙe clag und truren viler gelerten mitt tod abgangen.

REYSZ, Ioannes, Rays ap. Pirckheimerum<sup>1</sup>, apud Motschmannum<sup>2</sup>, „Ioannes Rhest, de Herbipoli A. 1505. d. 2. Iun.“ inter doctores theol. Erfurti promotos legitur; Erhardus<sup>3</sup> dat *Reß* s. *Reys*. Wirceburgensis fuit, Erfurti a. 1476. immatriculatus, a. 1491. decanus philos. ordinis, a. 1505. theologiæ magister factus est. in patriam reversus ‘prædicator in summo’ (p. 254<sup>10</sup>), i. e. cathedralis ecclesiæ, et canonicus ecclesiæ collegiatæ s. Iohannis factus bonorum morum ac litterarum promotorem tam strenuum egit, ut sibi nomen alterius Augustini et Ciceronis mereretur. commode virum nobis depingit Flerßkirdrius<sup>4</sup> — Huttenus sine dubio cum viro Wirceburgi aliquotiens commemoratus non nullam consuetudinem habuerat —. Decessisse fertur bonus vir exeunte a. 1517.

- 1) Hutt. Opp. I. p. 152<sup>39</sup>. 2) Erfordia liter. contin. I. p. 25. n°. 103. — Maderi Centuria scr. nunc mihi ad manus non est. 3) *Gesch. des Wiederaufbl. der Wissensch.* III. p. 461. 4) Epp. O. V. II. 43.

RHAGIVS *vid.* Aesticampianus.

RHENANVS, Beatus. Huic Rhinovia, *Rheinau*, Alsatiæ inferioris vicus, qui postquam Rhenus antiquiorem eiusdem nominis vicum absumpserat, ab hoc flumine paullo remotius conditus erat, vitam cognomenque dedit, ipse vero vicus, cum Beatus vigintiquinque annos natus esset, flammis commissus est. „Natus ibi (Schoepflini verbis utor) anno 1485. ex Antonio Bildo et Barbara Kegelia parentibus, Selestadii nutritus, Argentorati defunctus est anno 1547. Falluntur ii qui Selestadii natum esse scribunt“, id quod post alios etiam Bruckerus<sup>2</sup> fecit, apud quem imago viri, ad Iobini<sup>3</sup> ut videtur exemplum expressa est. Vitam Rhenani post ipsum ac Sturmium multi scripserunt. Sletstadii, Parisiis, Argentorati, Basileæ litteris studuit; Basileæ degens intimam cum Latinis Græcisque litteris ac litteratoribus doctisque typographis, quos in edendis veterum scriptis egregie adiuvasse constat, consuetudinem habuit; unde domus,

- 1) *Alsat. illustr.* II. p. 155. 2) *Ehrentempel. Augsp.* 1747. 4°. p. 10. 3) *Icones s. imagines etc.* Rec. Nic. Reusnerus Cur. B. Iobino, Argentor. 1683. 8°. pag. H5. *Librum I. Mühly, Beatus Rh. v. Schlettst. Mühlhausen* 1857. non vidi.

ex qua Schnarholtzius epistolam (I. 30.) dedit, Frobeniana, 'zum Luft', intellegenda est, in qua 'sunt multi pravi hæretici' (p. 202. v. 147.), inter quos etiam Erasmus ibi habitans fuit. Tum Sletstadii inter Schlauraffomastigas offendimus virum (p. 202. v. 131.), quem alias placidos clementesque mores habuisse scimus. Inter Reuchlinistas hunc quoque doctissimum virtum fuisse<sup>4</sup> etiam Schnarholtzius (p. 47<sup>17</sup>) et Cocleariligneus (p. 279<sup>3</sup>) satis aperte dicunt. De eo Ioa. Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. p. 150<sup>a</sup>:

„Beatus rhenanus natione germanus patria heluetus homo studio litterarum et eruditione humanitatis preclarus versu et oratione soluta plurimum notabilis plura fertur eudisse opuscula quibus ingenii sui uiuacitatem ostendens tam futuris quam presentibus laudabilis erit Nichil tamen eorum que scripsit ad meam deuenit hucusque noticiam preter epistolas quasdam et carmina ornatissima quibus aliorum vt ludouici bigi Vatis christianissimi atque similium sinthemata illustrat Viuit adhuc.“

4) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>24</sup>.

RIARIVS, Raphael, Savonensis, Antonii Sansonis et Violanthæ de Riariis filius, die 3. Maii anni 1460. sive sequentis natus, cum Pisis esset studiorum causa, ex protonotario apostolico anno ætatis suæ xvii. purpuratis patribus a Sixto iii. adscriptus est et inter nepotes adnumeratus Riariorum agnomen adsumpsit. Præfuit primo diaconus ecclesiæ sancti Georgii in Velabro, postea presbyter sanctæ Sabinæ, tum sanctorum Laurentii et Damasi, sanctæque ecclesiæ camerarii munere ac legatione in Ungaria, in Marca Anconitana ac Perusiæ in Umbria functus est. A fundamentis extruxit anno 1495. basilicam sanctorum Laurentii et Damasi et proximas ædes [prope Campum Floræ, unde Cardinalis prope Campum Floræ appellatur p. 292<sup>30</sup>], quas sanctæ Romanæ ecclesiæ Camerarii habitant. Sub Leone X. socius coniurationis Alphonsi Petruccii cardinalis in carcerem coniectus die 22. Iunii anni 1517. bonis omnibus et dignitatibus ecclesiasticis ipsaque purpura denudatus est, sed capitis pœnam intercedentibus cardinalibus solutione aureorum 100000 effugit; palatium a se apud d. Laurentii in Damaso constructum hac lege redditum est, ut, dum ipse viveret, habitaret, post mortem vero in eiusdem basilicæ titularis sanctæque ecclesiæ Camerarii usum in perpetuum esset; ceterum ad munera omnia pensumque revocatus. Obiit Neapoli die 7. sive 9. mens. Iul. anni 1521. Plenius vitam viri scripsit Ciaconius<sup>1</sup>, unde hausimus. Erasmi ad Raphaelem huiusque ad illum epistolæ anno 1515. datæ extant inter Erasmi<sup>2</sup>.

1) Vitæ pontific. III. p. 70...76. 2) Erasmi epp. L.B. 1706. fol. n°. CLXVIII. CLXXX.

RICHARDVS *vid.* Mediavilla.

RICIVS, Paulus, inter doctos theologos qui intelligunt scripturas, medium inter Erasmus Reuchlinumque locum optinens (p. 207<sup>19</sup>. cf. 279<sup>11</sup>), Iudæis parentibus natus, Hebraice, Græce Latineque bene edoctus, cum adulesceret, ad Christianorum castra transiit, naturalium rerum pariter atque theologiæ peritissimus fuit. In Italia diutius moratus Papiæ philosophiam publice docuit, ubi Erasmo valde placuit, qui sub idem fere tempus, quo hæ epistolæ O. V. prodierunt, ad Richardum Bartholinum „Paulus

Ricius "scripsit" „sic me proximo colloquio rapuit, ut mira me quædam sitis habeat cum homine sæpius ac familiariter conferendi sermonem. Præter Hebrææ linguæ peritiam quantum ille tenet philosophiæ, quantum theologiæ; tum quæ animi puritas, qui dicendi ardor, qui docendi candor, quæ disputandi modestia! Mihi sane vir ille primo statim gustu placuit olim Papiæ, cum illic philosophiam profiteretur: nunc propius intuitu magis etiam placet. Is demum vere mihi videtur Israelitam agere suoque cognomini pulchre respondere, cuius omnis voluptas, omnis cura, omne otium ac negotium in divinis est literis". Similes ipsi Ricio eiusque libello cabalistico postea laudes scripsit Erasmus<sup>1</sup>. Iam pridie Idus Febr. a. 1516. ex Friburgo Zasius scripsit<sup>2</sup> „egregio et præstantissimo viro, Domino Paulo Ricio, utriusque medicinæ doctori, Cæsareæ Maiest. Physico, divinarum humanarumque literarum cultori et ornatori . . .“ de eius filio Hieronymo Ricio, 'non tam [tantum] morum integritate conspectissimo, sed et eruditione literarum imprimis ornato', et idem Hieronymus Ricius epistola d. 20. Aug. a. 1516. ad Reuchlinum scripta nomen suum Capnioni devovet. Antea itaque Paulum Ricium Maximilianus Cæsar in numerum medicorum suorum adlegerat. anno 1518. in Peutingeri domo Hutteno ille familiariter innotuit<sup>3</sup>, a quo inter viros recte medicos dicendos sæpius honorifice memoratur in libro de guaiaco<sup>4</sup>; et Pirckheimerus quoque Ricio medico usus est. Oratoriam quæ viri fuerit vim ostendit superstes eius pro Turcico bello habita oratio<sup>5</sup>. Cetera scripta Ricii indicat Gesnerus<sup>6</sup>, neque omnia continentur editione Augustæ Vindel. a. 1541. publicata. De obitu viri nihil mihi constat, neque Gesnero, Pantaleoni, Adamo, Frehero, Bælio, Iöcher. Ex Grætzio<sup>9</sup> hæc enoto:

„... Ricio, ein deutscher Jude, . . . brachte aus dem Judenthume einige nicht allzu bedeutende Kenntnisse des Hebrätschen mit hinüber und verwerthete sie unter den Christen. Viel Geist hatte er nicht; wenigstens verrathen ihn seine Schriften nicht. In der Talmudfrage hatte ihm der Kaiser . . . den Auftrag gegeben, ihn [!] neu ins Lateinische zu übersetzen. (Pauli Ricii opuscula varia in talmudicæ traditionis farraginem...). Sein ganzes Leben beschäftigte sich P. Ricio damit, ohne jedoch etwas Vollständiges zu liefern, und dem Außenstehenden auch nur einen ahnenden Begriff [!] davon zu geben. Er machte aus diesem und jenem talmudischen Traktat und aus diesem und jenem rabbinischen Buche Auszüge und verfälschte [!] oft dabei auf sein Steckenpferd: Jesu Messianität daraus beweisen zu wollen. P. Ricios Uebersetzungen sind 1) de 613 mosaicæ legis mandatis; 2) Farrago ex talmudico; 3) Aegyptii R. Mosis . . . proœmium; 4) Compendium s. Mischna . . . Ricio soll auch Auszüge aus Traktat Berachot gemacht haben.“

De eo, quod 'conversi Iudæi in maximo odio apud olim suos versantur' scriptores nominat Wolfius<sup>10</sup>. Idem septem Ricii libros recenset<sup>11</sup>.

1) Erasmi epp. L. B. 1706. fol. col. 191. 2) ibid. coll. 593. sq. 3) Riegger. Epp. Zasii p. 464. sq. 4) Illustr. viror. ad Reuchl. epp. [1519. 4<sup>o</sup>. p. A 4. 5) cf. Hutt. Opp. I. n<sup>o</sup>. LXXXIII. sq. 6) e. gr. cap. XIII. cap. VI. § 5. 7) AD PRINCIPES, | MAGISTRATVS, | populofq; Germaniq; | in Spirensi cōuentu, | PAVLI RICII, | Oratio. | ☞ MDXXX. | Prodiit 'Augustæ Vindelicorum in officina | Alexandri Vveiffenhorn. | foliis 10 in 4<sup>o</sup>. 8) Biblioth. univ. fol. 539<sup>b</sup> sq. 9) Gesch. der Juden. Lpz. 1866. 8<sup>o</sup>. IX. p. 119. 10) Biblioth. Hebr. II. p. 1058. 11) ibid. I. p. 966. sq.

RIGA, Petrus de, non expresso quidem nomine memoratur p. 242<sup>12</sup>, Schnierckium autem manifestum est de eodem libro scribere, de quo Trithemius<sup>1</sup> „ego vidi“ inquit „opus tantum metricum insigne super Bibliam, quod ‘Auroram’ prænотavit“. De Petro eiusque Aurora ex Leysero<sup>2</sup> hæc enotamus: „Petrus de Riga. Anglicus Magister Remensis ecclesiæ clericus, vel Canonicus ecclesiæ quæ vulgo dicitur S. Dionysii de Besturne<sup>3</sup>. Vnde et nomen eius in cod. quodam MS. hoc offendi: OETRVS DE REMES. Siquidem is fuerit Petrus, quem vixisse memorat Aegidius Parisiensis tempore Cœlestini III. Papæ, qui sedi Romanæ præfuit ab a. 1191. ad a. 1198. vel ad finem seculi XII. vel ad ipsum seculi XIII. initium erit referendus . . . Non itaque aberrare puto auctorem . . . qui Petrum a. 1170. claruisse vult . . . Aliis diem obiisse creditur a. 1263“. Bulæus<sup>4</sup>: „eodem anno 1209. obiit Remis M. Petrus de Riga cognomento ‘Bibliotheca’, versificator, et apud scholares ac studiosos opinione celeberrimus, inquit author Chronici Belgici Magni“. Scripsit Petrus (secundum Leyser. l. c.) „Heptateuchum, duos libros Regum, Evangelia etiam metricè, non solum historicum sensum, sed etiam allegoricum, in quantum potuit, breviter exprimens . . . In codicibus MSS . . . inscribitur liber memoratus ‘Aurora’, item ‘Bibliotheca’. Inde factum forte, ut auctor quidam haberetur Petrus de Aurora, qui super Biblia metricè scripserit. Continere Auroram paraphrasin T. V. et N. usque ad epist. ad Romanos inclusive perperam tradit Catal. bibl. Bodlei. Totam historiam biblicam a Genesi ad Apocalypsin in Aurora enarrari non minus falso perhibet Catal. libror. MSS. collegii univers. in Oxonia. Versus numerantur in Aurora 15056. Non solum Petrum nostrum agnoscit auctorem Aurora, sed interpolatorem insuper Aegidium quendam, quod sequentia quæ in Guelpherb. cod. MS. leguntur declarant:

Scire cupis lector, quis codicis istius auctor. Petrus riga vocor cui Christus petra rigat cor.“ Prologus illius, qui hunc librum correxit et suppletiones de suo apposuit, et ubicunque invenitur obelus inter duos punctos per totum librum ibi sunt dicta et versus illius.

Et paulo post in eodem MSto hæc adduntur:

Scire cupis lector: quis codicis istius auctor

Audi quid breviter ad ista dicat liber.

Petrus et Aegidius me conscripsere: sed ille

Auctor. Corrector ultimus ille fuit.

Ille Prior Remis; Hic Parisiensis alumnus<sup>5</sup>:

Hic Levita gradu; Presbyter ille manens.

Simplex Clericus hic; sacri ordinis ille Professor:

Ambo graves annis: Hic vir, et ille senex.

1) de scriptorib. eccl. num. 388. 2) Polyc. Leyseri hist. poetar. med. ævi. Hal. 1721. 8°. p. 692. 3) quem ne confundas cum Petro Remensi ordinis prædicatorum, qui glossas super Bibliam totam composuit. cf. Fabric. Bibl. Lat. m. e. i. æt. V. p. 815. 4) Hist. univ. Paris. III. p. 52. Bulæo consentit Fabric. l. c. p. 816. „defunctus a. 1209.“ 5) „sicut enim Aurora terminum nocti imponit . . .; sic et libellus iste tenebras umbrarum et veteris legis obscuritates discutiens veritatis fulgore et allegoriarum scintillulis micantibus totus refulgeat. Vel etc. Fabric. l. c. p. 818.

Alter adinvenit operam, sed in ordine peccans  
 Omnia dimisit sensibus ire vagis.  
 Alter acu typica distinctis versibus unum  
 Consuit in corpus, atque revinxit opus. .  
 Alter abundantis studii; sed auctior alter,  
 Quis proponendi debuit ordo geri.  
 Dulcius ut saperet modulamine condita metri  
 Incipit hic Rigæ Bibliotheca Petri.

Hæc ex Leysero, quem interrompo, ut observem Schnerckium p. 242<sup>11</sup>, sqq. proprie de Aegidio correctore, non de Petro auctore Auroræ, de Parisiensi alumno, non de Priore Remensi loqui, cum dicit „quod unus antiquus Magister qui habitavit in collegio Montis, componeret totam Bibliam metricæ“. de eo Fabricius<sup>6</sup>: „Aegidius Delphensis, Clericus Parisiensis ... circa a. 1198. interpolavit ac supplevit Auroram Petri de Riga ..“. Nunc ad Leyserum redeo: „Gaudent libri Scripturæ ab auctore (Petro de Riga) translati carmine elegiaco, exceptis Cantico Canticorum, Lamentationibus Ieremiæ, Libro Iobi, et Actibus Apostolorum, qui carmine hexametro, eoque rythmico, scripti sunt. Non ergo satis accurate dicitur Auroram gaudere versibus hexametris et pentametris ... aut versu elegiaco, aut versu heroico [aut ‘cum istis metris’ ut p. 242<sup>13</sup> Schnerckius dixit] ... Typis edita nondum est integra Aurora, quam .. se editioni paratam habuisse testatus est Oudinus. Estheræ liber evulgatus est a Casp. Barthio (Adversar. lib. xxxi. cap. 15.) ..“. Tum Leyserus<sup>7</sup> particulas ipsius Auroræ ex codd. MSS. exhibet, et superesse quoque memorat Petri de Riga Speculum ecclesiasticum et Carmina.

6) Bibl. Lat. m. e. i. æt. I. p. 54. Polyc. Leyser. l. c. p. 736...742. qui tamen et prologum epilogumque Aegidianum aliosque eiusdem versus ex MSS. libris exhibet. 7) p. 736...742.

RILLA. ‘Bononiæ est unus civis qui habet spiritum qui vocatur Rilla, et ille spiritus mirabilia dicit ei de rege Franciæ et imperatore et papa et de fine mundi, ego legi prophetias eius’ p. 268<sup>6</sup>. Non definio utrum nomen ex Cyrilla factum sit an aliud quid significet: illud quidem, si Rillo scriptum esset, certius adfirmarem, cum Cyrillus ille Constantinopolitanus, qui tertius Carmelitarum generalis fuit ab anno 1197. usque ad 1225., Soldanumque Iconii ad Christiana sacra adduxisse atque ut Græci ad Latinam ecclesiam retraherentur operam impendisse fertur, inter alia scripta librum ad abbatem Ioachim<sup>1</sup> de oraculo angeli ac librum prophetiarum reliquerit<sup>2</sup>, idemque Cyrillus cum Methodio, abbate Ioachimo, Brigitta, Sibyllaque in prophetiarum etiam sæculo XVI. circum latarum auctores laudentur, e. gr. in carmine Germanico a. 1522. publicato<sup>3</sup>:

*Als dann Methodius auch erklet  
 Ioachim und Cyrill der werdt  
 Birgitt, Sybill und noch vil mee  
 geben beyspil vil der alten Ee*

1) De hoc Ioachimo diximus Hutt. Opp. III. p. 199. 2) cf. Fabric. Bibl. Lat. m. e. i. æt. I. p. 1262. sq. 3) *Von ainem Waldbrüder wie er vnderriecht gibt Bapft Kaifer Künig vnd allen ständen etc. prodiit a. 1522. s. l. in 4<sup>o</sup>. pag. 4.*

Ceterum ex Cyrillanis prophetiis apud rude vulgus eo facilius Cyrilla et Rilla fieri potuit, quod nomini Sibilla (quod sæpius Sybilla quam recte Sibylla scribebant) adsonaret.

- ROTBURGENSIS, magister, qui 'composuit unum librum bene in triplo ita magnum sicut est Virgilius in omnibus suis operibus' (p. 27<sup>22</sup>), non est Ioannes Brand Rotenburgensis, theologiæ professor, qui a. 1478. rector universitatis Lipsiensis, a. 1482. decanus ordinis philosophorum fuit mortuusque est a. 1493.<sup>1</sup>; neque Rotenburgensis Iohannes Spieß, M. theol., qui a. 1470. rectoratum Lipsiensem gessit; sed hic magister noster est Ioannes Matthias Tyberinus, Tuberinus Erythropolitanus, i. e. *von Rotenburg an der Tauber*, liberalium artium et medicinæ doctor, auctor libelli de Simone puero Tridenti a Iudæis trucidato a. 1475.<sup>2</sup> et poematis illius Vergilium magnitudine superantis, cui inscripsit 'Musi-thias de Cælitibus et sacris historiis, in Musas novem digesta, adiecto Argumentorum appendice aliquot Christi oracula et evangelia &c.' prodiitque Lipsiæ apud Melch. Lotther. a. 1514. 4<sup>o</sup>.<sup>3</sup> Alia eiusdem carmina scriptaque memorat Panzerus passim. Vulgare huius viri nomen Rotenburgensis fuisse docent etiam Acta Lipsiensia<sup>4</sup> ad a. 1512. „Ioannes Tuberinus Erythropolitanus, vulgo Rotemburgensis.“

1) cf. Köhler *Fragm. z. Gesch. Lpz.* I. p. 120. 2) Hain. n<sup>o</sup>. 15648...15661. cf. supra p. 409. art. Luscinius. 3) cf. Panzer. *Ann. typ.* VII. 183,454. 4) Index in *Abhandl. der hist. phil. Cl. d. sächs. Ges. der Wissensch.* II. p. 812. n<sup>o</sup>. 207.

ROTERODAMVS *vid.* Erasmus.

ROTGER SICAMBER (p. 288<sup>12</sup>) nescio an idem non sit atque ille p. 7<sup>35</sup>. 29<sup>13</sup>. 240<sup>21</sup>. memoratus 'licentiatus theologiæ in bursa montis, propediem magister nostrandus', id est idem "Rotgerus de Venloe, Theol. Licent., Canon. s. Gereon. et. s. Urs.", qui anno 1519. rector universitatis Coloniensis factus est<sup>1</sup>. In Foppensi Hartzhemique bibliothecis prætermittitur, sed in Trithemii Catalogo illustrium virorum legitur „Rutgerus Sicamber de Venray, patria Gelrensis, ordinis canonicorum regularium s. Augustini, cœnobii divi apostoli Petri Dumetensis, vulgariter Heynensis, non longe a Wormacia, vir in divinis scripturis studiosus et eruditus, et in secularibus literis egregie doctus, ingenio acutus, sermone disertus, vita et conversatione devotus, metro excellens et prosa. Scripsit tam carmina quam oratione soluta multa commendanda opuscula, quorum lectio non minus utilis est quam iucunda. ex his legi subiecta: Dialogum — — Hymnorum de s. Maria . . . qui continent ferme 12000 versuum, Dialogum — — Panegyryn ad me — — — Contra fratrem ordinis prædicatorum<sup>2</sup> . . . purissimam conceptionem dei genitricis impugnantem epistolas multas edidit et versus. et quædam alia quæ adhuc in manibus eius imperfecta versantur. ['Opus dialogicum fratris Rutgeri Sycambri de syllabarum quantitate prosa camenaeque bellissime disputans omnibus arti metrificaturæ accentibus insudare volentibus perutilissimum' prodiit 'Coloniæ ap. H. Quentel a. 1502. 4<sup>o</sup>.'] Vivit adhuc annos ætatis habens ferme 44 in

1) *Bianco Gesch. der alten Univ. Köln.* I. p. 831. 2) i. e. Wigandum Wirt. cf. infra art. Wirt. 3) cf. Panzer *Ann. typ.* VI. p. 350. n<sup>o</sup>. 25.

coenobio Heynensi Wormaciensis diœceseos, sub Maximiliano rege, anno dñi quo hæc scribimus, 1495. indicatione xiii. Cf. eundem Trithemium de scriptorib. ecclesiasticis<sup>4</sup>, et huius quæ non paucæ supersunt ad Rogerium Rogerique ad Trithemium epistolas, in quarum unius, a. 1506. datæ, inscriptione est 'Rogerius Sycamber canonicus claustralis in Hegen'; in alterius, a. 1507. scriptæ, 'Rogerio Sycambro Dumetensi canonico'<sup>5</sup>. Idem est Rudigerus canonicus, qui quamvis Trithemio familiarissimus, Wimphelingi libellum de integritate a. 1505. primum editum calculo suo comprobavit epistolio repetitæ editioni adiecto<sup>6</sup>, quod cum ad epist. O. V. II. 36 [App. 1.] explicandam pertineat, atque illud exemplum perraro haberi possit, transcripsisse iuvabit:

Rudigerus Vuimphelingo. S. D.

¶ Venias obsecro ad nos dulcissime Iacobe: gratissimus | eris omnibus hospes: Tutus eris ab infidijs emulorū tuo|rum. Auditurus es vnū ex Cōcanonicis nostris/ qui tibi | ad oculū demonstrabit/ sermones istos ad heremitas qui | sancto Augustino inferibūt alterius esse/ nō illius Augustini: qui vnus ex quattuor est eccl'ie cardinalibus/ atq; | colūpnis. Ceterū intelleximus doctissimū dñm Thomā | phedrā canonicū. S. Io. lateranen. bybliotecariū papę p | oīa tecū sentire: idq; in abditis bybliotece reppisse quod | a te de sanctissimo p̄re nro Augustino scriptū est. Ne sis | igit̄ animo cōsternatus: sed ad nos quantocius aduola. Ex Dumetis.

Nec præterierim Celtim litteris a. 1499. datis Rutghero, Sycambro, Sponhemii, testificari dignum eum esse qui amicorum et sodalium albo adscribatur, eumque laudare a studio litterarum, præcipue artis poeticæ<sup>7</sup>. Ioannes Piemontanus in MS. Auctario serr. ecclesiasticor. fol. 4<sup>a</sup>...6<sup>b</sup>..

„Rutgerus de Venray natione teutonicus patria sicamber ordinis canonicorum regularium sancti Augustini monasterij Dumetensis quod non longe ab wangionum vrbe distans vulgariter Heynigen nuncupatur vir in diuinis scripturis admodum studiosus exercitatus et in secularium litterarum disciplinis ingenio excellens subtilis et acutus sermone facundus atque difertus vita et conuersatione singulariter denotus metro profaque pollens ingenuorum studiorum amator ardentissimus cultorque precipuus et hunc Trithemius noster in vtroque cathalogio suo cum paucis quibusdam opusculis que tunc ediderat annotauit quem et ego tum ob plurima ac pene infinita alia eius opuscula ab eodem studiosius elucubrata tum ob singularem ipsius ergo trithemium nostrum amicitia qua familiariter ei afficitur sicut quondam dum eum cum trithemio visitarem experimento didici hinc nostre prostesi inserere non indignum iudicavi Afficio et ego ei quod plurimum ac vehementer diligo propterea vel maxime quod tam sedulo feruentique scribendi studio interea temporis exemplo hortatuque nostri trithemii prouocatus infundauit Scripsit enim varias materias cogitationes suas simpliciter et manifeste stilo designans cupiens legentibus magis vtiliter prodesse quam inaniter placere potiusque exoptans a simplicibus intelligi quam a curiosis commendari Nec solum prosa sed et multis metrorum generibus oblectare suos conatus est lectores Nam si paruos versus cum maioribus supputes manes [sic] ferme centum milia versuum dempta prosa que in duplo vel in triplo quantitatem excedit camenarum quorum enim

4) pag. 394. sq. 5) Trithemii Opp. Ff. 1601. fol. part. II. pagg. 523. 537.

6) pag. G iiii exempli, quod in Comm. ad p. 286<sup>11</sup> accuratius descripsimus.

7) cf. Klüpfelii Celtis II. p. 154.

lectio non minus vtilis est quam iucunda De huius itaque studiosissimi viri opusculis mihi cuiusdam calchographi indiculo innouere subiecta et in primis ad petitionem religiosorum patrum Gerhardi baldewin de fredis olim prioris in limpurch et Tilmanni de bona alias Verona economi ibidem huius nostri monasterii monachorum in mortem venerabilis domini joannis de dedeshem abbatis lacensis [Sequuntur CX opusculorum q. v. tituli totidem versibus indicati, quorum opusculorum LXXXVI binis libris constant, reliqua singulares libri sunt. Tum pergit Butzbachius:]

Et quedam alia que adhuc in manibus imperfecta versantur. He sunt ediciones huius studiosissimi ac doctissimi patris quas hactenus post edicionem tritemiani cathalogi studiosis lucubracionibus infra tredecennium composuit. Diuifisse autem omnes libellos suos in tres partes perhibetur tria fecisse volumina vnique triginta quatuor opuscula assignans. O virum plane quouis laudis et honoris preconio dignissimum qui exemplo tritemij nostri nocte dieque scripturis immorari dulcissimum iudicans tot ac tanta pro vtilitate studiosorum elucubrauit vt post ipsum hac nostra tempestate parem habeat neminem. Quocirca quique bonarum litterarum studiosi nouo queso fauete poete vestrisque plausibus eum inuitate quatenus plura componat et eleganciora qui simplicioribus quibusuis condescendens lecturis maxime laborauit vt omnes facile que fabricauit intellerent siue versibus sit vsus siue profa quare si animus est elegendi concedendum est bone voluntati credo tamen quod plures oblectabit si quidem non minus iocundum [sic] et facetus interdum quam instructiuus et religiosus. Viuit adhuc annos natus tres de quinquaginta in cenobio Dumetensi quod situm est in vasta solitudine loco quidem religione aptissimo in comitatu liningensi wormaciensis diocesis vbi et varia conscribit indies sub maximiliano imperatore serenissimo et Iulio papa 2<sup>o</sup> Anno dñi quo hec scribimus Millefimo. 5. 8<sup>o</sup>. [i. e. 1508.]

RVBEANVS s. Rubianus. *vid.* Crotus.

RVCHRATH *vid.* Wesalia.

RVSERVS, Ioannes, Sletstadiensis, ut videtur, Wimphelingi discipulus ac fautor (p. 286<sup>15</sup>. 288<sup>17</sup>), quem Erasmus in ep. ad Wimphelingum d. 21. Sept. a. 1514. data<sup>1</sup> 'optimæ spei iuvenem, nostri, ut visus est, studiosissimum' salutat<sup>2</sup>. Ottomarus Luscinus<sup>3</sup> laudat „Ioannem Ruserum, Thesea meum, qui labori nostro non mediocres suppetias tulit", ac floruisse iam in sua pueritia Græcæ linguæ studium in schola Argentoratensi idem testatus est. Iacobus Bruckerus<sup>4</sup> ex illis Nachtigalli verbis Ruserum huius præceptorem fuisse coniectavit, contra vero C. C. am Ende<sup>5</sup>, non præceptorem sed adiutorem laborumque socium Luscinio Ruserum fuisse, utriusque ætati convenientius statuit. Sodalitatis litterariæ Wimphelingianæ socium fuisse Ruserum, ex Wimphelingi<sup>6</sup> Erasmi<sup>7</sup> epistolis constat.

1) Amœnitt, Friburg. p. 374. 2) cf. etiam Erasmi ad Volzium ep. d. 14. Aug. 1518. datam, in Epp. L. B. 1706. fol. col. 347. B. 3) in præfat. Collectaneor. SS. Græcæ discere cupientibus necessarior. Argentor. 1515. 4) Miscellan. historiæ philos. liter. criticæ. Aug. Vind. 1748. 8<sup>o</sup>. p. 305. 5) *Leben u. Schriften Ottomar Nachtigalls* in Strobelii Miscellan. IV. p. 7. 6) cf. supra p. 317. art. Brant. 7) cf. ad ipsum Ruserum d. 24. Aug. a. 1517. Lovanii scriptam Erasmi epistolam. L. B. 1706. fol. append. n<sup>o</sup>. CLXVII. coll. 1625. sq.



RVTGERVS *vid.* Rotger Sicamber.

RVTH heremita. *vid.* Lichtenberger.

SAMVEL poeta (p. 21<sup>22</sup> 37<sup>35</sup>) idem est, ex quo 'Barbaralexis Samuelis ex monte rutilo in discretos procos' Iacobi Hartliebi Quæstioni 'de fide meretricum' adiecta est<sup>1</sup>; 'carmen' autem 'ad clerum'<sup>2</sup>, cuius tres priores versiculos transcripsit Conradus de Zuiccavia (p. 21<sup>23...25</sup>), Pauli Olearii Quæstioni 'de fide concubinarum' adicitur. Etiam hunc Bebelianum locum<sup>3</sup> recepit Zarnckius: „SAMVEL DE MONTE RVTILO<sup>4</sup>. Vagatur etiam hincinde per Germaniam quidam Samuel ineptiarum plenus multos barbarismos seminans, nihil docens, præter incultos rhythmos (quos dicimus) facere, et reliquas latinæ linguæ calamitates, a quibus precor caveas, tanquam ab aspidum venenis<sup>5</sup>, et calamitates, de quibus Bebelius queritur, hunc librum esse opinatus est: 'Sinonima partium indeclinabilium', sic incipientem: „Partium indeclinabilium cum suis exemplis sinonima, quæ epistolari normæ loquendique dissertationi minorem in modum conducere pernoscuntur, ex Samuele de monte rutilo conserta“, sic finientem: „Partium indeclinabilium sinonima per magistrum Samuelem de monte rutilo congesta feliciter finiunt“. Sed neque ad epistolas O. V. respexit Zarnckius, neque de magistro Samuele archisynagogo Hierosolymitano, qui nescio an ab illo de monte rutilo diversus sit, quidquam adnotavit. huius 'Versus reperti Hierosolymis in capella sepulchri dñi nostri iesu christi in quodam muro antiquissimo cum prophetia sequenti, sub anno dñi 1470. die prima mensis thebeth id est Ianuarii' anno 1492. 4<sup>o</sup>. editi memorantur apud Hain<sup>6</sup>. In Gothani gymnasii bibliotheca, ut ex Habichio<sup>6</sup> discimus, codex chartaceus in 4<sup>o</sup> exeunte sæculo xv. scriptus extat, cui præter libros Boethii de scholarium disciplina, Basilii Magni ad iuvenes, Philippi Beroaldi carmen de fortuna, foliis 53...57. inest 'Dialogus Samuel Haroch ex monte rutilo inter virum, adolescentem et virginem', cuius in fine legitur 'Explicit dictamen Samuelis ex lichtenburck australi'. Sequuntur in cod. Goth. glossæ Germanicæ, poetæ Veronensis de Alda virgine carmen elegiacum, magistri Rheneri Fagifacetus s. Thesmophagia, aliaque ex quibus hic memorandi sunt: Floretus Bernardi Claravallensis cum glossis (foll. 181...205.) et Facetus c. vers. Germanica et glossis (foll. 256...262.). novissime denique in illo codice est 'Samuelis de monte rutilo epistola missiva et petitoria omnes pæne scholarium miseras lucide declarans' (foll. 297...300). Apud Schwabium<sup>7</sup> nullam Samuelis mentionem factam inveni, sed Ioa. Piemontanus in MS. Auctar. scrr. eccl. fol. 83<sup>a</sup>. hæc de eo habet:

Samuel ex monte rutilo liberalium artium apud heydelbergam professor insignis ingenio subtilis et eloquio facetus ligata oratione præstanter exercitatus

1) edit. F. Zarncke p. 84. sqq. in libro *Die deutschen Univv. i MA. Lpz.* 1857. 8<sup>o</sup>.

2) a Zarnckio eidem quæstioni adiectum p. 87. 3) Commentaria epistolar.

conficiendar. Phorce 1510. 4<sup>o</sup>. fol. II.

4) Ex inferioribus apparet hunc montem rutilum esse *Lichtenberg* (puto id oppidum Franconicæ superioris, quod non longe a *Naila* est, aquilonem versus), non *Rothenberg* aut *Rothenburg* s. *Rotenberg*.

5) Repertor. n<sup>o</sup>. 14277. 6) Programma gymn. Goth. 1860. 4<sup>o</sup>. p. 2. sqq.

15. sq. 7) quatuor seculorum syllabus rectorum acad. Heidelberg. 1786. 4<sup>o</sup>.

atque soluta scripsit vtraque nonnulla ingeniosa sintagmata quibus nomen suum longe lateque diulgavit de quibus nil adhuc vidi præter barbaralexim contra indiscretos amatores miror hominis petulantiam quod nobile ingenii donum tam vilibus leuibusque studiis accomodat audio eum tamen nobiliora quedam scripsisse quibus priorem leuitatem debitam grauitatem [sic] honestius recompenset 1.5.9. [i. e. 1509.]“

SAPIDVS (Germanice *Witz*), Ioannes, Sletstadiensis, Wimphelingi sororis filius, natus a. 1490., ante annum 1514. Sletstadiensis scholæ in locum Hieronymi Gebwileri, Argentoratum abeuntis, rector factus ad tantam celebritatis eam euexit, ut anno 1517. nongentos discipulos haberet, inter quos Thomas Platterus tum fuit. Anno 1520. Sapidum inter sodalitatis litterariæ socios legimus, in qua tum erant ‘Paulus Volzcius abbas Hugonicæ curiæ, Iacobus Wimphelingius, Paulus Phrygio doctor theologus, Iacobus Wolphius secretarius reip. Selestadiensis, Beatus Rhenanus, Martinus Bucerus, Io. Sapidus, Beatus Arnoaldus, Io. Guntherus, Lazar. Schurerius, Io. Restatius, Martinus Egerinus, Io. Maius, Lazar. Igerinus et Io. Priscus’. Cum liberius Lutheri doctrinam prædicaret Sapidus, proptereaque cum avunculo Wimphelingo ecclesiæ Romanæ tenacius adherente discordaret, magistratus autem, maxime post rustici belli deuationes, ecclesiæ reformandæ studium quantum poterat inhiheret, Sapidus Argentoratum migravit, ubi a. 1538. professoris munus et decennio post canonicatum ad sancti Thomæ ædem adeptus est. obiit d. 8. Iun. a. 1561.<sup>2</sup> Sapidum describit Volzcius<sup>3</sup> ‘hominem qui citra maliciam linguam habet liberam et mordacem et qui cum amicis tum inimicis iuxta utatur, plus mellis habentem quam fellis’. Audiamus etiam Platterum<sup>4</sup>: „Do mier nun in die statt [Schletstadt] kamen, . . do giengen wir zo minem lieben herren præceptore sælig, herr Iohannes Sapidus, batten in, er solt uns annæmen. Fragt uns, wannen wir wærin. Als wir sagtend: uß dem schwitzerland von Walles, sprach er: Do sind liden pöß puren, iöikind [jagen] all ire bischoff uß dem land. So ier weidlich wend studierren, dörfend ier mier nütz zgen [braucht ihr mir nichts zu geben], wo nit, so miessend ier mich zalen oder ich will tich den rock ab dem lyb zien. Das was die erst schull, do mich ducht, das recht zugieng. Zu der zyt giengen die studia und linguæ uff, ist in dem jar gsin, do der richstag zu Wurms ist gsin [1517.]. Sapidus hatt eins mals 900 discipulos, ettlich sin glerte gsellen; do was do zu mall Doctor Hier. Gemusæus, Doctor Iohannes Huberus und sunst vill ander, die sidhar doctores und verriempte menner worden sind. Als ich nun in die schull kam, kond ich nüt, noch nit den Donat läsen, waß doch 18 jor schon alt, satz mich under die kleinnen kind, was üben wie ein gluggerin under den hünlinen. Uff ein tag laß Sapidus sine discipulos, sprach: ich hann vill barbara nomina, ich muß ein mall ein wenig latinisch machen. Hernach laß ers aber, do hatt er mich uffgeschriben erstlich Thomas Platter, min gsellen Antonius Venetz; die hat er vertiert Thomas Platerus, Antonius Venetus, und sprach: wär sind die

1) Rieggeri Zasii epp. Ulm. 1784. 8º. I. p. 220. cf. Amœnitt. Friburg. p. 534. sqq.

2) cf. Röhrich *Mittheilungen aus der Gesch. d. evang. Kirche des Elsasses*. II. p. 99 ... 106. 3) ap. Röhrich. l. c. III. p. 210. 4) Thomas Platter ... herausg. von

Fechter. Basel 1840. 8º. p. 32.

*zwen? Do wir uffstunden: pfüdic sind das so zwen rüdig schützen und hand so hüpsch namen! . . .*

SARTORIS *vid.* Langschneider.

SCHADE *vid.* Mosellanus.

SCHVRERIVS (*Schürer*), Matthias (p. 49<sup>14</sup>), 'qui est pinguis socius' (p. 201. v. 107.), Sletstadiensis, artium doctor, Thomæ Wolfii familiaris, cum Branto Wimpfelingioque etiam societate litteraria Argentoratensi coniunctus, in Erasmicis epistolis passim laudatus, auctor grammaticæ novæ<sup>1</sup>. ipse in aliorum typographiis Argentoratensibus, ante quam propriam officinam librariam exerceret, recognoscendis libris adsidue egerat, ut e. gr. ex Panzero et ex Hirschii millenariis colligi potest<sup>2</sup>. iam anno 1506. (non demum inde ab anno 1508.) ex propriis 'ædibus Schurerianis' prodierunt libri<sup>3</sup>; postea ex eius officina, Gerbellii etiam eruditione diligentiaque celebriore facta, magna pars ab amicis suis, inter alia non pauca a Wimpfelingio et Erasmo scriptorum librorum prodiit, et quater quidem annis 1513. et sequenti Erasmi libellus de duplici copia verborum ac rerum<sup>4</sup>, quorum exemplorum duo<sup>5</sup> etiam Erasmi epistolam responsoriam ad Wimpfelingium de laudibus societatis litterariæ Argentinæ, cuius nomine prius ille scripserat Erasmo<sup>6</sup>, continet, scriptam Basileæ xi. Cal. Oct. m.d.xiv.<sup>7</sup>; ex qua repetimus hæc: „Ad hæc Matthiam Schurerium, virum cum aliis multis nominibus egregie charum mihi, tum hoc etiam chariorem, quod tunc quoque fertilis illa tot eruditorum hominum, tot felicium ingeniorum edidit Selestadium, cui et Beatum Rhenanum et Ioannem Sapidum debeo, et ipsum denique Wimpfelingum. Matthiam igitur, nisi vehementer amem, merito dicar ferrum et adamantem gestare in pectore, adeo me prior et officiis suis et beneficiis ad amicitiam provocavit, neque committam, ut animo certe studioque superatus videar, etiamsi ille priores occupavit. Assequar aliquando et officiis, si modo non desint animo vires<sup>8</sup>“. Post annum 1521. a Schurero editum librum nullum invenio; secundum Panzerum prodiit Terentius Argentorati apud Matthiam Schurerium 1521. postridie Calend. Septemb. 4<sup>o</sup>. Neque quo natus neque quo mortuus est, annum definire possum. Ioannis Piemontani MS. Auctarium de scr. eccl. fol. 101 B<sup>b</sup> de eo hæc:

„Matthias Schurerius [sic] patria argentinensis vir in diuinis scripturis nobiliter eruditus atque secularium litterarum et bonarum artium professor insignis ingenio promptus eloquio tersus maximus studiosorum fautor scripsisse nonnulla dicitur sed nichil eorum adhuc ad manus nostras peruenit Cura huius plures ex officina argentinensi propediem nobis speramus auctores prodituros Viuit adhuc.“ *In marg. ad v. scripsisse additum est:* preter quasdam non inelegantes epistolas in quorundam auctorum laudes editas.

1) Matthiæ Granarii, vulgo *Schürer*, Grammatica nova. *Argentina: ex officina Martini Flach iunior.* 1501. 4<sup>o</sup>. Sic Panzer Ann. typ. VI. p. 27. n<sup>o</sup>. 4. 2) Ex Hirsch. Mill. IV. 5. repeto: Quarta pars operum *Ioh. Gerson* prius non impressa ... (*Argent. ex offic. Martini Flacci iun. opera Matthiæ Schurer Sletstatini consobrini eius.* 3. kal. Mart. a. 1502.) 3) e. gr. „Aemilii Probi vitæ ... *Argent. in ædib. Schurerianis* 1506. d. 12. kal. Apr.“ Hirsch II. n. 13. 4) Panzer Ann. typ. XI. p. 322. 5) i. e. id quod m. Ian. et id quod m. Dec. prodiit. 6) cf. supra art. Brant. 7) Riegger, Amœnitt. Friburg. p. 369...378. 8) Ann. typ. XI. p. 365. n<sup>o</sup>. 600.

SCHNEEVOGEL *vid.* Niavis.

SCHWAN, Adularius, clericus Moguntinensis ecclesiæ, nobilis, qui habet Calicem in clypeo; pater eius fuit campanifex. et est subtilis disputator in via Scotistarum, et facit bona argumenta. Præter hæc a Gricio (p. 273<sup>19</sup>.<sup>sqq.</sup>) relata nihil de hoc nobili ignobilis patris filio compertum habeo. Quidam 'Wolfgangus Schwan de Bricenaw' inter eos est qui in alb. acad. Viteb. (Förstemann p. 39.) anno 1511. intitulati sunt.

SCOTVS, Ioannes DVNS, ordinis Minorum, non confundendus cum cognominibus sæc. VIII. et IX. scriptoribus<sup>1</sup>, Dunstoniensis Anglus, quamvis, ut Bulæus<sup>2</sup> inquit „sicut Homerum olim septem urbes, sibi vindicant Angli, Scoti et Iliberni, Oxonii primum studuerat, collegii Merthonensis alumnus sive bursarius“, anno 1304. a Consalvo Minoritarum præposito generali summopere commendatus Parisiis in theologia lauream adeptus docuit scholæque Scotistarum auctor factus 'Doctoris subtilis'<sup>3</sup> ac 'Realium facis tubæque' nomen adeptus est. dogma de immaculata beatæ virginis conceptione fervidissime defendit. Coloniam eum venisse anno 1308., ætatis 63., apoplexique correptum vivum pro funere elatum atque apud Minores conventuales in medio choro sepultum esse, quamvis hoc ab Hartzhemio<sup>4</sup> eiusque sequaci<sup>5</sup> repetatur, alii rectius, ut videtur, recentiorem fabulam esse existimant<sup>6</sup>. Doctrinam Scoti nuper egregie explicavit v. cl. C. Prantl<sup>7</sup>. Scripta Scoti Lugduni a. 1639. curante Waddingo duodecim tomis fol°. prodierunt; ea quæ sæculo XV. publicata sunt, descripsit Hain<sup>8</sup>. hæc tantum h. l. nominanda sunt: Scriptum in III libb. Sententiarum, quod etiam sub nomine 'Scoti pauperum' in brevius contractum prodiit, Quodlibeta quæstionum s. Quæstiones quodlibeticæ, Quæstiones super universalibus et super Prædicamentis et Peri hermeniis Aristotelis, De modis significandi seu grammatica speculativa<sup>9</sup>, Sermones de tempore et de sanctis.

- 1) de quibus *vid.* Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. IV. 397...407. 2) Hist. univ. Paris. IV. p. 70. 3) cf. Hutt. Opp. I. p. 177. ad v. 7. et Epp. O. V. p. 18<sup>19</sup> 235<sup>20</sup> 297<sup>25</sup>. 4) Biblioth. Colon. p. 168. 5) *Bianco Gesch. d. alt. Univ. Köln.* I. p. 61. *sqq.* 6) Cf. Bulæi Hist. univ. Paris. IV. p. 970. Fabric. Bibl. Lat. m. et i. æt. IV. p. 407. *sqq.* *Buhle Gesch. der Philos.* V. p. 498...542. 7) *Gesch. d. Logik.* III. p. 201...232. 8) Repertor. n°. 6416...6457. cf. Panzer Ann. typ. V. p. 188. *sq.* X. p. 300. 9) de quo libro supra p. 421. art. Modus significandi dictum est.

SEIDENSTICKER *vid.* Phrygio.

SEPTIMELLENSIS *vid.* Henricus pauper.

SETZER, Secerius, Ioannes, Lauchensis<sup>1</sup>, 'qui vix est bacclarius' (p. 202.

1) Libellum de literis græcis „dicavit Ioannes Secerius Lauchensis Vito Aegidermo, decano Surburgensi. Ioannes Secerius Lauchen. excudit formulis Thomæ Anshelmi Badensis Hagenowæ MDXIX. 8º.“ Panzer Ann. typ. VII. p. 88. n°. 166. — Ecclesiæ afflictæ Epistola ad Lutherum Eobano Hesso viro pio ac docto auctore. *Hagenow, ex Neacademia Seceriana.* In fine: *Hagenow ex ædibus Iohannis Seceri Lauchensis. Anno. M.D.XXIII. Insigne typogr.* 4º. Panzer VII. p. 93. n°. 202. — Reuchlini Apologiæ Socratis Xenophontæ (a. 1520. ex off. Anshelmiana) præfatio ad Ioa. Secer. præmissa est. Panzer VII. p. 90. n°. 180.

v. 127.), Hagenœ post Thomam Anshelmum Phorcensem clarus typographus librorumque editor, in cuius officina (nomen eius ab hoc fere epistolarum O. V. tempore usque ad alteram sæculi xvi. partem inter bonorum librorum redemptores legimus) inter alios etiam Melanchthon correctoris munere aliquamdiu functus est. Lutheri partibus favens Setzerus Argentoratensium Sletstadiensiumque doctorum consuetudine utebatur, Lutherianaque scripta multa, præcipue de sacramentis polemica, item Melanchthoniana aliorumque æqualium non pauca edidit<sup>2</sup>.

2) Cf. Hutt. Opp. II. p. 446. vv. 20. sqq. et Ind. bibliograph. Hutten. n°. XLVIII. pag. 88\*.

SIBERTI, Iacobus, quem non nossem, nisi inter Antiwimphelingianos doctos cucullatosque viros laudaretur (p. 288<sup>12</sup>) et in Ioannis Piemontani MS. Auctario scr. eccless. fol. 103<sup>a. b.</sup> hic locus legeretur:

„Iacobus fiberti Natione Monogallus alias eufianus ex oppido quod monasterium nuncupatur oriundus monachus nostri monasterij lacensis ordinis diui patris benedicti Arnoldi quondam Embricensis gymnasiarche doctissimi cuius supra memoriam habuimus in liberalibus disciplinis auditor et predicti cornellonis condiscipulus Lamperti vero ipsius Arnoldi iam defuncti in regimine successoris cuius itidem superius mentionem fecimus in ludo litterario ad tempus coadiutor utputa 6<sup>i</sup> eiusdem gymnasii loci siue ordinis scholasticorum lector ac tandem ad religionem conuersus [a. 1503.] in monastica et regulari disciplina discipulus meus acceptissimus homo certe in sanctis scripturis studiosus et secularis philosophie omnisque bone litterature ac artis ingenue disciplinis imbutus ingenio prestans subtilis et acutus eloquio clarus atque compositus et purioris rhomane lingue omnisque antiquitatis indagator et cultor solertissimus grece quoque lingue oppido studiosus vita et conuersatione deuotus metro excellens et prosa cuius studij suauitate et dulci cohabitatione instar corculi mei partis cum inconditate fruor, dignus profecto magisterio suo iuuenum est enim fratrum magister quippe cui ob docile mentis sue ingenium feruensque iuge studium eius noticiam habentes quique docti afficiuntur viri quem et Tritemius noster hac nostra tempestate omnium bonarum litterarum princeps suis in litteris quam plurimum commendat et amat De quo quia presens superest meum iudicium in presentiarum subtraham ne vel in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas Scripsit vero studiosissimus vir tam carmine quam oratione soluta multa pro eruditione legentium et deuotione viuacissimi ingenij sui commendanda opuscula quibus se et presentibus vtilem et posteris prebuit memorabilem ex quibus extant subiecta

Variorum carminum ad me	li j	Sepenumero demiratus sum princeps
Bucolicorum carminum	li j	Lentule tue summo sterilis
De bello inter Cliuenfes et gelrenses	li iij	Quis non miretur felicia secula
De bello inter pal. et lantgrau.	li j	Bella per allæmanos
In panepistemon fratris Crisanti	li vj	Cum nuper mihi iubendo
Meditacionum post completorium	li j	Cum diui bernhardi
De veneracione. f. virginum Ca. et bar	li iij	Reuerendo in christo patri
De vtilitate silentij	li ij	Si pithagorice forem institutus
De compassione beate Marie	li j	
In Regulam metricæ	li j	Exigit vtilitas
Ad beatam virg. Ma. Eucharisticon	li j	Alma dei genitrix superum
Genetliacon saluatoris	li j	Criste qui fontem superfluentem

De sancto Benedicto	li j	Stirpe preclare satus
De sancta Scholastica	li j	Votinis celebrent annua
De sanctis Crifancto et Daria	li j	Crifanctum et Dariam triplici
Allegoria de fundatione lacu	li j	Anno ab initio mundi
De sancta Anna rofarium	li j	
Panigiricon ad me	li j	Gesta virum vates
Didastolicon ad Phi <sup>m</sup> . haustulum	li j	Si cupis insignis
Panigiricon ad doctorem bensrot	li j	Splendide virtutum cultor
Panigiricon ad Rodol <sup>m</sup> . langium	li j	Quem genus approauis
De commendatione humilitatis	li j	
Meditatorium dominice passionis	li ij	[ <i>Hi tres versus a rec. manu scripti sunt, postque eos quinque lineae u scriptura vacuae relictæ sunt</i> ]
De calamitatibus huius temporis	li j	
De fñs (?) fide spe et cha <sup>to</sup>	li j	

Et quedam alia que tam ad me quam ad diuersos alios de variis rebus edidit et materijs tempore suo in lucem emergenda Viuit usque hodie in lacu studiorum meorum vnicus et amantissimus mihi comes et varia conscribit Annos natus 5. de trīginta A<sup>o</sup>. d. quo hec scribimus 15 nono [1509.] sub Maximiliano et Iulio papa 2<sup>o</sup>."

De scriptis Siberti hæc dicenda habeo:

Est in bibliotheca univ. nostræ Bonnensis volumen scriptorum non omnium Iacobi Siberti [359 (220<sup>v</sup>, g), in fol.], cuius singulæ paginæ plenæ 26...28 versus habent, ante membranacea folia 103 deleticia quæ Siberti opuscula continent, compacta sunt duo folia non abrasa, quæ unum folium efficiebant eius lectionarii sæc. xv. exeunte, ut videtur, scripti, quod abrasum ad superscribenda Sibertiana adhibuerunt. Priora 23 folia numeros adscriptos non habent, posteriora 80 ad dextram superiorem marginem numeris q. v. arabicis insignita sunt. Fol. 1: rubricam habet: „Fratri Jacobi syberti ex mōsterio eyphlie alias mono|gallie cenobite laceñ ordīs diui Bñdicti ad itegerrimū | doctissimūq; Joēz Tritemiū abbatē in suburbio her|bipolenfī apud sañ Jacobū prefacio incipit feliciter i | epitoma metricum regule sancti Benedicti Abbatis|“ Incipit: „Cogitanti mihi“ finit fol. 2<sup>b</sup>: „Ex lacu quarto kl octobres anno xpiano|zum sesquimillesimo octauo“. Sequitur „Coziābiez ad eūdē“ 8 versuum. Fol. 3. v. 5. sqq.: „Altera prefacio in sequens opusculū [60] exametris constās“ &c. Fol. 4. med.: „Epitoma metricū i regulā diui Bñdicti abbatis|“ Fol. 15<sup>a</sup> med.: „Explicit Epitoma metricum in regulam | diui Benedicti ABBATIS | ¶ Hexastichon frīs Ioannis curuellonis vbij cenobite montis diui Ioannis in Rinckauia ordinis | sancti Bñdicti in epitoma metricū suū descriptū|“ Fol. 15<sup>b</sup>: „Frater Jacobus Siberti euphalianus cenobita laceñs confratribus suis..“ finit 17<sup>b</sup>: „Ex lacu 18 kl Jañ 1509 [tum rubrica:] Prefatio in canonē ifagogica |...“ Fol. 18<sup>b</sup> med.: „Canon sequentis carminis quo singulis binis versibus exámetro videlicet et pentámetro: materia ac distinctio | caploꝝ singuloꝝ sancte regule nr̃e memoriter teneatur | per viginti lras secundū ordinem alphabeti q̃drifarie ordīnatas“ Fol. 23<sup>b</sup> versus 11 habet, quorum ultimus est: Conſuetudo mala peccandi fit duodeno — Sequentia folia numerata 1...80<sup>a</sup> continent Siberti librum „de calamitatibus huius temporis“, cui rubricæ inscribendæ locus in codice vacuus relictus est; „incipit Reuerendo in christo patri prestantiq; Joz|anni tritemio...“ finit: „...super|na componitur: quāto ab illicitis corpus arctius e|domatur;. Hunc librum, omissis tamen multis eis locis quos ex aliis transcripsit auctor, edidit I. E. L. Gieseler in „Kirchenhistor. Archiv v. Stäudlin, Tzschirner u. Vater für 1826. Halle 1826. 8<sup>o</sup>. p. 113...211. Extant etiam nonnulla Sibertiana in operibus Butzbachianis. cf. art. Piemont.

SIBVTVS, Georgius (s. Georius p. 7<sup>12</sup>), iuuenis poeta Viennæ Austriæ, discipulus Cunradi Celtis, sed qui nunc [a. 1516.] est in Wittenberck maritus vetulæ (267<sup>1</sup>), unus ex poetis sæcularibus (7<sup>12</sup>) in Saxonia Schlauraffum docuit logicam et est in medicina imbutus (199. v. 7.). Iam a. 1506. d. 20. Apr. 'ex Berlin' Trithemius<sup>1</sup> Georgio Sibuto poetæ laureato litteras dedit, ex quibus, ut ex Cantrifusoris (Epp. O. V. I. 4.) et Fornacifidis (I. 38.) epistolis, rixatorem fuisse Sibutum cognoscimus: initium illarum est „Audivimus te cum Hermanno Trebellio iniisse certamen, quod non fecisse melius iudicarem: tuæ non convenit ætati scriptis lacessere senes . . . magis te iuvenem decet audire seniores et discere ab eis, non contemnere aut invidere melioribus, etiamsi melius sapias“. Huttenus quoque Querelar. II. 10. v. 61. sq.<sup>2</sup> inter poetas Germanos Sibutum Thuringum a Cæsare laureatum salutatur. Sibutus (quod nomen utrum corruptum Germanicum an ex eo quod Græce est *συβότης* deductum sit nescio) ipse Daripinum sese cognominare solebat<sup>3</sup>, quod ita interpretor, eum ex Wimariensi oppidulo Tannroda<sup>4</sup> oriundum fuisse: inter Sibuti carmina Panegyrico statim describendo adiecta unum est 'Ad Iacobum Iacobi Decanum Daripinum laus musicæ artis', et Piemontanus<sup>5</sup> Marschalcum Thurium, i. e. Thuringensem, quem ipse Sibutus<sup>6</sup> 'conterraneum suum' e 'Thuria' appellat, aperte 'Daripinum' cognominat. Circa a. 1507. Colonix rhetoricam, ab anno autem 1511. Wittenbergæ docuisse scribunt Iöcherus et sequaces: falso, opinor: nam a. 1500. Colonix prodiit (cum Buschii epigrammate 14 versuum) 'Panegiricus'<sup>7</sup> et a. 1506. Lipsiæ 'Sil-

1) Trithemii Opp. Ff. 1601. fol. part. II. p. 488. sqq. 2) Hutt. Opp. III. p. 67. Est quoque Thuringus, cui fama urgente, Sibutus Cæsareæ lauros imposuere manus. Cf. infra Gerardi Fausti, Hutteni amici, elogium. 3) cf. e. gr. Hutt. Opp. I. p. 14. 4) *Δήρεν* et pinus in unum nomen cogere tum doctum videri poterat. Sic quoque ex album et *ἄρος* Wittenbergam Albiorum ipse Sibutus sæpe nominat. Scilicet Celtis discipulus fuerat Sibutus. cf. supra art. Celtis. 5) in MS. Auctario scriptor. eccl. fol. 64<sup>b</sup>. 6) pag. C<sup>1</sup><sup>b</sup> Panegyrici not. seq. descripti. 7) *De diui Maximiliani Cæsaris aduentu in Coloniā | deq; gestis suis cum admiranda virtute et Maiestate Georgij Sibuti Daripini Poete Laureati. | Panegiricus* etc. Panzer VII. 233, 937. Hain. n°. 14716. Idem libellus sec. Panzer. VI. 356, 85. et IX. 420, 85. prodiit etiam 'Colonix in ædibus Quentel m. dv. 4°. in Iohannis Heumanni Documentis literariis. Altorf. 1758. 8°. p. 116. legitur: „Georg. Sibutus, medicus et poeta. Rhetoricam docuit Colonix et Vitebergæ carmenque panegyricum de Maximil. Cæs. aduentu in Coloniā condidit. Poematum hoc iam opera Pirckh. p. 327. exhibent, sed nec totum [solum 67 versus], nec accurate descriptum. [Totum hecatostichon dedit Heumann. l. c. p. 338...341.] In iisdem ep. p. 350. Christoph. Scheurlo, Icto, acad. Viteberg. rectori G. Sibutus poeta et orator laureatus versiculos [12] quosdam cecinit. Illi carmini, nescio unde deprompto sic inscripsit Heumannus „Præstantissimo humanarum artium auctori, uiroque iuris consultissimo VILBRANDO PIRCKMER, Senatori Nurmbergensium in primis Consulari GEORGII SIBVTI, Daripini, hecatostichon, ob honestatem, doctrinam aduentumque suum comitumque suorum in urbem Coloniensem.“

vulā in Albiorim'<sup>8</sup>. certe 'Carmen ad Saxoniae principem' Wittenbergæ a. 1508. impressum est. et a. 1505. secundo loco post Kilianum Reuterum de Mellerstat<sup>10</sup> (in albo Wittenbergensi<sup>11</sup>) legitur „Georgius Sibutus daripinus poeta laureatus“. Eum 'legere in universitate propter suam luxuriosam artem' impedivisse Wittenbergenses magistros, in epistola Fornacificis (I. 38.) narratur, si modo recte de Sibuto narrare interpretatus sum. Sibuti 'Ars memorativa Concionatoribus et Iurisperitis multum utilis et fructuosa' primum Lubecæ a. 1497. cum Matthæi Lupini carminibus de quolibet Lipsiensi a. 1. 4. 97. disputato &c.<sup>12</sup> prodiit. de

8) descriptam Hutt. Opp. I. p. 14. cf. Hain. n°. 14716. Rotermundus quidem scripsit „Silvula ... 1508. 4°.“ additque „auf dem Titel nennt er sich einen Thüringer“, sed neque hoc verum est. Exemplum (bibl. Ienens.) quo usus sum (cf. Hutt. Opp. I. c., a Panzero I. 503, 330. leviter indicatum est), sic inscriptum est: Georgij Sibuti Daripini | Poete et oratoris laurea:ti: Silvula in Albiorim illustratam. | (xylogr. radia.) 28 foll. 4°. In fine „Impressum Giepr per Baccalaureum | Martinū langberg Gerbipolitanū: | (arma impressoris). s. a. Aversa primi folii pagina habet: Georgij Sibuti Daripini | poete et oratoris imperatoris manibus laurea:ti ordinarij lectoris humaniorū litterarū in famosissima academia Albiorena.“ Foll. 19<sup>b</sup>. 20<sup>a</sup>. „Gratiarū actis ad illustrissimū principem Fridericū sacri Romani imperij | electorem. Saxonie ducem.

Jam tibi me princeps toto cum corpore vatem  
 Offero cōmitto presento iugiter unum  
 Sub te sum natus modica de stirpe creatus  
 Infans in pago vidi cunabula prima  
 Conradus sacro lauit me flumine Celtis  
 Induit et primā phebæ murice vestem  
 Post ubi me diuus cognovit Maximilianus  
 Imposuit sacram regali pollice laurum  
 Carmina et in totum iussit me spargere mundū  
 Hoc tibi nunc lusi princeps doctissime carmen  
 Nil ego quero tuus: dici q̃ posse poeta  
 Et q̃ vius diu geminus me nutrice albis.

9) 'Ad Illustris. Saxonie Principem: Magnificen:tif. ducis Ioānis Filium: pro primo suo aduētū | in urbem Albiorenā Georgii Sibuti Poetæ & | Oratoris laureati: Carmē & deprecatoriū pro | prospera valetudine fertum' (6 foll. in 4°.) est „Impressum Albiburgii per Ioannem | Gronenberg. Anno Millesimo quingentesimo octauo“. — Maximam partem libelli implet Carmen in vitam sanctæ Annæ. 10) ad quem fortasse referendus est Sibuti libellus de Musca Chiliana. Eundem primum celebrat panegyrico in Silvula in Albiorim. pag. a ij<sup>b</sup> a iij. 11) Förstemann p. 18. 12) altera ed. sec. Panzer. VI. 355, 73. prodiit Colonie in penatibus Quentell vi. kal. Apriles. 4°, tertia, a Panzero VI. 353, 104. non exacte descripta hanc inscriptionem habet: Ars memoratiua Georgij [sic] Sibuti daripini cōcionatorib<sup>9</sup> et iurisperitis multum utilis et fructuosa. | 2c. 4°. in fine sic ut cum suis mendis dabimus habet: ¶ Arti memoratiue (cui Carmina nōnulla in fronde pri|mi folij notata. appendent) pet virū haud mediocriter in | artib<sup>9</sup> humanitatis eruditū Georgiū Sibutū daripinū | evite: hac tēpestate Otatoriā expale apud nos alios | pfitentē finis imponi peroptatus Colonie in penatib<sup>9</sup>. | Quentell Anno a natali dñico. M. quinquiesq<sup>3</sup> centesi mo. sexto. Septimo Idus Augustij.



aliis eiusdem libri infra adnotatum est<sup>12</sup>. Alios Sibuti libellos mihi non visos recenset Panzer, sed ipse ex aliis fere librorum catalogis, hos quattuor: 1) Carmen de Musca Chiliana<sup>13</sup>, 2) Carmen, ut videtur, fescenninum<sup>14</sup>, 3) Saxonie principum torniamenta decantata<sup>15</sup>, 4) Panegyricus ad Ferdinandum Hungariæ regem<sup>16</sup>. Plures indicat Ioannis Piemontani MS. Auctarium scr. ecclesiasticor. p. 9<sup>b</sup>..

„Georgius sicut natione teutonicus poeta regius iam pridem ab inclito rhomanorum rege Maximiliano laurea coronatus vir latine lingue eruditissimus et in cudendis omnifarijs carminibus tum facillimus tum exercitatissimus puta ex cuius promptuario muse canore eructuant ac propterea nomine et fama celebris scripsit multa tam oratione soluta quam varij generis carmine e quibus precipue extant In domini Maximiliani cesaris aduentum in urbem agrippinam et poetica coniectura de iride que in eadem apparuit hora per quam caesar ad bellum contra ducem sicambrie descendit

Pannigiricum heroicum	li j	Arma tremenda cano
De eodem saphicum	car j	Iam suum flaccus dñm
Ad georgium ducem saxonie	li j	Te princeps fortis
Ad tritemium	car j	Tantalus etherea pransus
Variorum carminum	li j	Hunc tibi iam librum
Ad Theodericum Vlceum	car j	Vlcei nostris charus nunc aduena
Ad Petrum bononium [bonomum]	car j	Cum potum presul celestem
Epistole multe et elegantes	li j	
Orationes varie	li j	

Et alia multa Viuit adhuc in curia Imperiali et varia componit.

Agmen claudat Gerardus Faustus Confluentinus, qui 'de Georgio Sibuto' in Periandri Germania p. 236. hoc dubium elogium scripsit:

Adiecit vatis tibi Maximilianus honorem,  
Qui raro indignis præmia tanta dedit.

- 13) Georgii Sibuti Daripini Carmen de Musca Chiliana, et alia eiusdem carmina Liptzck per Martinum Herbipolensem. 1507. 4<sup>o</sup>. Panz. VII. p. 159. n<sup>o</sup>. 208.  
 14) Georgius Siputus Daripinus Poeta et Orator Imperatoris manibus laureatus astipulatur puella, que hesterna luce summam felicitatem in matrimonio dixit: gaudium vero in Studentibus. In fine: Finit Carmen Georgii Sibuti. Impressumque Liptzck per Baccalaureum Martinum Lanßberg Herbipolensem Anno a natali christiano 1507. Insigne typogr. 4<sup>o</sup>. Panzer IX. p. 486. n<sup>o</sup>. 208<sup>b</sup>.  
 15) Friderici et Ioannis, Illustris, Saxonie principum, torniamenta, per Georgium Sibutum, Poetam et Oratorem, heroica celebritate decantata. Insignia Duc. Saxon. In fine: Impressum Wittenberge per Ioannem Gronenberg. Anno dni m<sup>o</sup>xi. Effigies G. Sibuti ligno incisa. 4<sup>o</sup>. Panzer IX. p. 68. n<sup>o</sup>. 16.  
 16) Ad Potentissimum atque Invictissimum Ferdinandum Hungariæ, & Bohemiæ — Regem — Georgii Sibuti Medici et Oratoris Panegyricus Insigne Reg. Eiusdem Exhortatio in Thurcum. Eiusdem confutatio in Anabaptistas. Eiusdem illustratio in Olomuncz. *Hæc in fronte fol. I. a.* In fine: Impressum Viennæ Austriæ per Io. Singrenium, Anno etc. m<sup>o</sup>d. xxviii. a reconciliata divinitate. Decima sexta die Martii. 4<sup>o</sup>. Panzer IX. p. 51. n<sup>o</sup>. 290.

SICAMBER *vid.* Rotger.

SILVESTER PRIERIAS, 'magister sacri palatii, qui est vir notabilis et

magnæ reputationis dixit quod vult probare quod Erasmus ille est hæreticus, quia in quibusdam passibus reprehendit doctorem sanctum et nihil tenet de theologis' (p. 263<sup>11. sqq.</sup>). Hochstratus etiam vehementer probat fautorem suum reverendum patrem fratrem Silvestrum<sup>1</sup>. Silvester Mazolinus de Prierio, villa prope Cevam sita, fuit monachus Dominicanus, professor Patavinus, prior Mediolanensis, Veronensis et Comensis, vicarius generalis, anno 1515. Magister sacri palatii; obiit generalis ordinis sui Romæ peste correptus anno 1523. Scripsit inter alia Errata et argumenta Lutheri *etc.*, De iuridica et irrefragabili veritate Romanæ ecclesiæ Romanique pontificis, quæ scripta Romæ a. 1520. prodierunt<sup>2</sup>. Lutheri theses Prierati calamo Thomistico stringendo occasionem dedisse vix est quod admoneam<sup>3</sup>, neque machinationes, quibus callidus prædicatorum fautor ad suppressendum perdendumque Reuchlinum in Romano iudicio usus est, hoc loco denuo enarrare libet. De eo Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 113<sup>b.</sup>:

Silvester de prierijs natione italicus ordinis fratrum predicatorum vir in diuinis scripturis studiosa lectione nobiliter exercitatus veterum lectione diues et cultum ipsius ingenium et secularis philosophiæ haud ignarus in declamandis ad plebem sermonibus excellentis facundie sermone erudito quedam non aspernende eruditionis composuisse de quibus etiam post mortem ecclesiæ dei prodesse voluit De quibus tantum mee lectioni hucusque occurrit postillarum sua

Sermonum super ewan dñica	li j	Opus hoc auream rosam ob
Sermonum super epl̃as	li j	Preciositatem inscripser
Sermones de s̃ctis	li j	

Alia quo scripsit nondum videre potui Claruit in brevi adhuc et puto quod viuitt.

- 1) Hochstr. ov. § 25. Hutt. Opp. VI. p. 471<sup>13</sup>. 2) cf. Fabric. Bibl. Lat. m. e. i. æt. VI. p. 520. sq. 3) cf. impr. Seckendorffii Hist. Luther. Ff. et Lps. 1692. fol. lib. I. sect. 15.

SINTHEN, Iohannes (p. 258<sup>21</sup>), Sinthis sive Synthis (p. 296<sup>30</sup>), Fabricio<sup>1</sup> „Sinthemius, congregationis sancti Hieronymi Daventriæ, præceptor Erasmi, inter grammaticos nomen ætate sua consecutus commentariis in Doctrinale Alexandri“. Erasmus in epistolis nomen hominis non memorat, nisi forte 'Ioannes grammaticus', quem in proluxa ad Dorpium data Morie apologia<sup>2</sup> laudat, Sinthis est. Ex scriptis Sinthis in epp. O. V. non memoratur 'Glossa super quatuor partes Alexandri'<sup>3</sup>, sed memorantur (p. 258<sup>21</sup>) 'Dicta' super prima et secunda parte Alexandri<sup>4</sup>; p. 12<sup>13</sup> 'Composita verborum'<sup>5</sup>; p. 243<sup>21</sup> 'Verba deponentalia'<sup>6</sup>. De Ioanne Sinthen, apud Foppensium, Iöcherum, Saxium, alios, neglecto hæc in Ioa. Piemontani MS. Auctario scr. ecclesiasticor. p. 56<sup>a</sup> leguntur:

Iohannes cognominatus synthis frater domus florentij in dauentria ordinis eorum qui se fratres de communi vita nominant vir tam in diuinis quam in humanis scripturis et maxime in grammatica doctissimus ingenio subtilis eloquio scho-

- 1) Bibl. Lat. m. e. i. æt. IV. p. 424. 2) Erasmi epp. L. B. 1706. fol. p. 1911 E. 3) Hain. n°. 14759. cf. Fabr. l. c. 4) Hain. n°. 14760... 14765. Ex Dietis Sinthis super prima parte Alexandri (ed. a. 1487.) exordium repetiit Zarncke, Brants Narrensch. p. 351. sq. 5) Hain. 5573... 5580. 6) ibid. n°. 14770... 14791. Cf. Panzer Ann. typ. V. p. 408. X. p. 121.

lasticus vita et conuersacione deuotus vtriusque lingue perdoctus qui solario publico domus clericorum ibidem multis annis prefuit vbi tam in virtutibus quam in bonarum litterarum sciencijs claros discipulos vsque hodie adhuc in diuersis gymnasijs ecclesijs et cenobijs degentes erudiuit<sup>7</sup> Collegit et scripsit cum supremo hegio cui in componendis commentarijs super doctrinale allexandri galli socius erat familiarissimus et comes indefessus et hoc sub tali condicione vt qui prior altero vita defungeretur illius et nomine liber intitularetur quod et factum esse liquido constat extat siquidem illa ipsius egregia

Glosa super prima parte allexandri	li j	Omnia nomina quibus latina
Glosa super secundam	li j	Grammatica est ars recte scriben
In composita verborum commentum	li j	A fipo compofita
In verba deponentialia	li j	Vescor cum potior

Et alia nonnulla que ad noticiam meam non venerunt Claruit sub frederico 3<sup>o</sup>.

7) Ipse Piemontanus modeste se quoque Sinthis discipulum fuisse significat.

SLETSTADIENSIS. *vid.* Hugo.

SOLMS, Wigandus de, „iuuenis, sed ita doctus, quod potest aquivalere unum magistrum nostrum: ipse dicit quod vellet cum Reuchlin disputare pro decem florenis. et nuper superdisputavit Ioannem Huttichium ita quod fuit conclusus et nihil scivit respondere“ p. 273. i. f. 274. init. Hæc sunt quæ de hoc nobilis stemmatis surculo mihi nota sunt: nam filium eum comitis de Solms-Braunfels Bernhardi III., qui a. 1492. Margarethæ Hennebergensi nupserat annoque 1517. decessit, Philippique, qui a. 1571. iudiciariam legem (*der Grafschaft Solms etc. Gerichts- und Landordnung*) publicavit, fratrem fuisse, nonnisi incerta coniectura mea est.

SOTPHI, „magister noster in bursa Kneck [Kuijk], qui composuit glosam notabilem super IIII [sive potius duas priores] partes Alexandri“ (p. 7<sup>31</sup> 10<sup>11</sup>) et „nunc pro dolor est mortuus“ (p. 29<sup>32</sup>), est Gerardus de Zutphania (ex quo nomine istud ‘Sotphi’ corruptum est, ut hodieque Zutphanie nomen in Germania inferiore quasi *Söfpen* pronuntiatur), theologiæ professor, qui a. 1505. rector universitatis Coloniensis fuit, non confundendus ille cum Gerardo Magno Daventriensi, mortuo a. 1384., neque cum eo Gerardo de Zutphania, quem Trithemius<sup>1</sup> circa a. 1400. claruisse scripsit, libri de reformatione virium animæ<sup>2</sup> auctore; sed nec cum eo Gerardo Zutphaniensi, quem a. 1598., ætatis 31. obiisse Desselus<sup>3</sup> scripsit, — in quos omnes simul errores vereor ne Hartzhemius<sup>4</sup> inciderit: de prioribus duobus conferatur Fabricius<sup>1</sup>, qui hunc nostrum præterit. Ab his omnibus diversus videtur is de quo Ioa. Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 39<sup>a</sup> hæc habet:

Gerhardus de zutphania alius a primo coloniensis gymnasii fundatus [sic] et sacre theologie baccalarius formatus vir doctus et valde venerabilis ingenio subtilis et disputator questionum difficilium acutissimus scripsit quedam non inutilis lectionis opera e quibus extant

Super sententias	li IIIj
Questiones quodlibetarias	li j

1) Opp. Ff. 1601. fol. I. p. 149.      2) Hain. n°. 16291. sqq.      3) Hartzheim. Bibl. Colon. p. 101.      4) Bibl. Lat. med. et inf. æt. III. 117. 127.



De vita insignis viri, quam multi<sup>2</sup> scripserunt, hæc ex Liebio<sup>3</sup> et Burschero<sup>4</sup> enotavi. Natus est Georgius Burckhard anno 1482. in oppido Spalt dioceseos Aichstadiensis; prima litterarum elementa in patrio oppido et in schola Sebaldiana Norimbergensi edoctus anno 1499. Erfurti studia adiit, ibique sequenti anno baccalaureatum meruit. Wittenbergæ inter primos qui magisterio philosophiæ ornabantur primus fuit anno 1502. summos in utroque iure honores petere dehortabantur dissuadebantque amici; itaque anno 1505. sacerdotio initiatus pastor pagi Hohenkirchen prope monasterium Vallis sancti Georgii factus est anno 1507. et sequenti præceptor noviciorum eiusdem monasterii. tum anno 1509. educationem principis Ioannici Friderici sibi commissam suscepit, et inde ab anno 1511. Lunæburgensium ducum Ottonis et Ernesti studia rexit Wittenbergæ, ubi a Friderico Sapiente a sacris et a secretis, et anno 1515. canonicus ecclesiæ Altenburgensis factus, publicam bibliothecam, quæ postea Ienam translata est, ære principum coemptis libris auxit. tum 'adfuit electori in comitiis anno 1518. Augustæ, anno 1519. Francofurti ad Moenum in electione Caroli V. Cæsaris, anno 1520. Colonix et Aquisgrani in coronatione eiusdem, anno 1521. Wormatiæ. Postquam circa annum 1523. evangelicam Lutheri diu sibi cogniti doctrinam publice profiteri ac propugnare cœpit, et uxorem anno 1525. Altenburgi duxit, a Ioanne Constante electore Saxonix superintendens Altenburgensis vicinæque provinciæ et Voigtlandiæ electoralis constitutus est. Adfuit huic electori in comitiis anno 1526. Spiræ et anno 1530. Augustæ Vindellicorum habitis, ut et eius filio Ioanni Friderico Magnanimo anno 1531. Colonix, quum eligeretur Ferdinandus I. rex Romanorum, et anno 1532. in conventu Suinfurti pacis sancientiæ caussa habito. Eidem ab anno 1532. d. 26. Aug. Saxonix electori adfuit anno 1534. Cadani in Bohemia, annisque sequentibus aliis in locis tractatum et negotiorum, fœderis maxime Smalcaldici occasione . . . Visitationibus ecclesiarum Saxonicarum in ditionibus electoris et Henrici Pii ducis interfuit, cum aliis theologis et politicis. Obiit Altenburgi d. 16. Ian. anni 1545. ætatis 63. "tredecim fere menses ante Lutherum. Scripta Spalatini quæ edita sunt (nam multa adhuc inedita iacent) maximam partem in collectiones Schardii, Menckeni, Schelhorni, Kappii, recepta sunt; h. l. memoro tantum eius Annales reformationis<sup>5</sup>.

2) cf. Adami Vitæ Germanor. theologor. Ff. 1653. 8º. p. 99...101. Iöcherum IV. p. 708. et quos hi laudant. 3) *Lebens-Beschreibungen der Vornehmsten Theologorum, . . . Welche an. 1530. den Reichs-Tag zu Augspurg besucht.* Gotha 1730. 4º. 4) Spicileg. XIII. Autographor. ill. rat. quæ intercessit Erasmo Rot. cum aulis et hominib. etc. Lips. Oct. 1791. 4º. 5) Georgii Spalatini Annales Reformationis *Oder Jahr-Bücher von der Reformation Lutheri, aus dessen Autographo ans Licht gestellt von Ernst Salomon Cyprian, D. Leipz. 1718. 8º.*, quibus præmissa est brevis descriptio '*das Leben Georgii Spalatini von Friedrich Hortledern*'.

SPICVLI, Gregorius, qui 'est valde declarativus de modo supponendi' (p. 293<sup>26</sup>). Spiculi nomen, quamvis in titulis Romanis legatur et etiam ad Spiegelium referri possit, hic tamen aperte fictum est ad luxuriosos hominis rebus venereis dediti mores indicandos: ita 'hasta' quoque

penem significat. ceterum Gregorium quendam quondam Wimpinensem discipulum suis coloribus hoc loco depingi non est quod dubitemus.

SPIEGEL, Iacobus, Selestanus 'i. e. Schletstadiensis p. 201. v. 113. p. 288<sup>16</sup>'), iuris utriusque doctor, Cæsaris secretarius', ut inter Reuchlinistas inscriptus est<sup>1</sup>. Fuit Wimphelingi<sup>2</sup> ex sorore nepos<sup>3</sup>; natus est patre homonymo circa annum 1482.<sup>4</sup> Puerum avunculus Iacobus Wimphelingus Selestadiensis litteris atque moribus optimis erudit, qui, ut ipsius Spiegelii verbis<sup>5</sup> utar, „. . . nepotum suorum curam gerens: id quod alienis etiam præstitit, rectæ institutionis vigilantissimus adhortator, statim ab obitu patris mei, Iacobi Spiegelii, trigesimo tertio ætatis suæ anno vita functi, Selestadio novennem iam me, Spiram ad se vocat, in æde maiori tum<sup>6</sup> concionatorem agens: ubi loci, propter indoctam sed receptam eius temporis institutionem, quæ non respondebat ei, cui sub Cratone Hoffmanno in patria assueveram, nullo profectu accepto, mittor ad vicinam Heydelbergam, barbarioribus Dialecticæ atque Philosophiæ præceptoribus operam daturus. Nam qui tum ubique ferme ludis præerant, nihil tenebant cultioris literaturæ, ex æquo linguarum imperiti: . . . Sophistæ erant, atque vix hoc nomine digni . . . Certe contractam tum atque imbibitam barbariem, quamlibet conatus, totam excutere nequivi . . . Ioannem Maium fratrem meum literis initiari quum iussisset Wimphelingius avunculus, decimo ætatis meæ anno natum, quum mater delabente re familiari, pertæsa viduitatis, in qua tot annis perseveraverat, alteri marito nupsisset, accidit ut tum magis florerent studia, ac præceptores iuventutem doctius instituerent, non tam in ludis civitatum minoribus, quam in ipsis academiis. Utrobique ergo non mediocrem magni profectus spem nobis pollicitum fratrem, velut e medio cursu abrupui ego, tum in aula divi Maximiliani Cæsaris agens, et sacris Seriniis præfectus, quum forte fortuna subadiuva sive exceptore egerem [enarrat, ut fratris instituendi causa Lexicon iuris civ. contexere coeperit]. Quum igitur a me peteret de his edoceri, quem sciebat olim in academiis Germaniæ celebrioribus Tubingæ et Friburgi legibus operam navasse, Viennæ Austriæ etiam publice professum: coepi in gratiam amantissimi fratris . . . aliquot voca-

1) Hutt. Opp. I. p. 131<sup>4</sup>. 2) sic Riegger Amœnitt, Friburg. p. 479. et ipse Spiegelius Wimphelingum avunculum suum nominat, ut etiam ap. Adamum (Vitæ Germ. Ictor. etc. 1620. 8<sup>o</sup>. p. 67.) et Burscherum (Autographor. spicil. VIII. Lips. 1787. 4<sup>o</sup>. p. XVI. sq.), iidem autem Adamus et Burscherus initio vitæ Spiegelii habent '*Beati Rhenani ex sorore nepos*'. Omne, si quid superesset, dubium tollunt Erasmi verba „egit Sletstadii in ædibus Magdalenæ sororis, ex qua nepotes duos . . . relinquit. quorum Iacobus Spiegeliius etc.“ quæ in epistola infra (art. Wimpheling) repetita leguntur. 3) i. e. *Neffe*, non *Enkel*. 4) Burscher, l. c. „circa a. 1493.“ Adam, l. c. in marg. „Sub annum 1483. vel paulo post“. Ex eo quod Spiegelius de se novenni dicit, fecerim 'circa a. 1487'. Sed scribendum esse 1482. docet subscriptio monumenti a Denisio (*Wiens Buchdr. gesch.* p. 326. sq.) repetiti hæc: Iacobus Spiegel Selestadiensis dicauit, ætatis suæ ann. LVI. Salutis. M.D.XXXVIII. Tecum Habita“. 5) præfationis lexi iur. civ. post locum infra (art. Wimpheling. not. 1. i. f.) transcriptum. 6) „ab anno 1494.“ Burscher. l. c. p. XVI. ex Adamo.

bula ICTorum . . colligere“ *etc.* Non eundem enarrationis ordinem sequitur Burscherus, sic: „Deinde [Heidelberga relicta] Friburgi Brisgoiæ secundum humaniorum litterarum studium et historiarum studium, operam dedit iuris scientiæ, audiens in primis Ulricum Zasium, quem postea per omnem vitam et præceptorem et amicum summum agnovit coluitque. Idem fecit Tubingæ, quo venit Magister iam creatus, anno 1511. Itaque eruditione varia et rara, in primis vero iuris prudentia clarus, primum Maximiliano I. imperatori, et post huius mortem Carolo V. Cæsari, mox Ferdinando I. regi fuit ab epistolis et consiliis, atque Argentorati magna floruit auctoritate . . . Lexicon iuris civilis . . congeßit Spiegelius. Richardi Bartholini Austriados libros XII et Güntheri poetæ [sive Conradi Celtis potius] opus de rebus gestis Cæsaris Friderici scholiis illustravit. Antonii Panormitæ etiam libris IV de dictis et factis Alphonsi regis Arragoniæ scholia adiecit. Scripsit præterea explanationem in progymnasmata Ioannis Reuchlini [‘enarravit carmen Ioa. Francisci Pici de mysteriis Dominicæ crucis, nuper in Germaniam delapsis’ (sic) *Adamus.*], expositiones in Prudentii hymnos, notas in Io. Ioviani Pontani librum de immanitate &c. Vid. præfatio Lexici Spiegeliani ab ipso auctore scripta, Melch. Adami Vitæ Germanor. ICTor. et Politicor. p. 31. ed. Ff. ad M. 1706. fol. p. 31<sup>7</sup>. . quibus addendæ sunt Erasmi epistolæ“. Ea Spiegelii ad Erasmus epistola, ad quam illam adnotationem scripsit Burscherus, data est Argentorati d. 23. Nov. a. 1531. — Anno 1513. præfationem ad epistolam Emanuelis regis ad Leonem X. scripsit „Iac. Spiegel Selestensis Leg. Lic. Cæs. Secretarius et archiducalis ab epist.“<sup>8</sup>; a. 1514. nominat sese „iurium in studio Viennens. professorem“<sup>9</sup>; idib. Febr. a. 1514. prodiit inter alia ‘Epistola liminaris . . mire erudita ad Maximilianum Ro. Regem’<sup>10</sup>; m. Oct. a. 1517. ‘Excellentiss. Domino Iacobo Spiegel I. V. Doctori, ac Cæsareæ Maiestatis a secretis’ Ursinus Velius dedicat suum ad Mariam virginem votum“. De morte nihil mihi constat, nisi quod non ante annum 1538. secuta est. — Ioannes Piemontanus in MS. Auctar. serr. eccl. p. 65<sup>a</sup> de eo hæc:

„Iacobus de speculis Nazione teutonicus patria sletstadinensis diui Maximiliani Imperatoris secretarii homo in studiis humanitatis exercitatum habens ingenium et diuinarum scripturarum non ignarus et vtriusque iuris professor ingenio clarus et eloquio cautus metro prosaque potens Qui et si pleraque ingenii studii facultatisque sue professionis eum scripsisse credam nil mihi q& de eis assignē hactenus occurrit legi eius

Ad Sibutum *metro elegiaco* ep̃lam j Quo me laurigera  
Viuat adhuc varia conscribens sub Maximiliano Imperatore“.

Tum idem Butzbachius fol. 150<sup>a</sup>:

„Iacobus spigel nazione germanus cesaree maiestatis hoc tempore ab epistolis homo sane in omni humanitatis litteratura et aliis quibusvis ad officium suum pertinentibus scientiis optime imbutus poeta et orator logistaque insignis ingenio promptissimus et eloquio tersus atque facundus Scripsisse eum tradunt quedam elegantis doctrine (preter epistolas innumeras in persona cesaris) compi-

7) ed. Haidelb. 1620. 8<sup>o</sup>. p. 66. sq.

8) Denis Wiens *Buchdruckergesch.* p. 82.

9) *ibid.* p. 109.

10) *ibid.* p. 114.

11) *ibid.* p. 178.

lata sinthemata sed nihil eorum adhuc videre potui hunc superius semel assignaui folio 65“.

In sequenti articulo dicitur „Ludowicus helianus... predicti jacobii fautor et amicus singularis...“.

SPIESZHAMMER *vid.* Cuspinianus.

SPINA, Alphonsus a, *vid.* Fortalitium fidei.

STADIANUS. Theologum Franciscum, qui sua cavisatione Schlaurauffum portavit ex regione Tubingensi (p. 201. vv. 97. sq.), Stadianum esse, quem inter Tubingenses professores in primis et coluisse et dilexisse Melancthonem Camerarius<sup>1</sup> rettulit, mihi persuaseram ante Eichstadii<sup>2</sup> adnotationem lectam, quam Bretschneiderus<sup>3</sup> ita corripit „Quis Theologus fuerit, incertum est“; Eichstadius autem sic scripserat „De Francisco theologo res incerta est. Dubium est enim, utrum intelligendus sit Franciscus ille Stadianus, Melancthonis præceptor et amicus summus, philosophiæ omnis novæ ac veteris probe peritus (ita eum vocat in Græc. Gramm. instit. plag. 0<sup>3</sup>) an alius Tubingensis Professor, theologus potius quam philologus. Nisi forte etiam Stadianus Baccalaurei theologiæ honoribus ornatus fuit. De hoc adde Melancth. epist. ad Bernard. Maurum<sup>4</sup>“. In Melancth. præf. Græc. gramm. plag. p5<sup>a</sup> est „Franciscum Stadianum, ut ingenio ad omnia studia habili, ita iudicio accurato et incredibili diligentia in philosophorum sententiis excutiendis“. Etiam in Melancthonis epist. ad Reuchlinum ineunte a. 1518. aut exeunte a. 1517. scripta<sup>5</sup> solum prænomen legitur: „Franciscus sese tibi noster nexum scribit, et vindicari vult, non ceu in gregem tuum immissus aries, ut Iuris consultus inquit, sed ceu arbuscula quæ in agrum aliquando tuum radices egit“. Secundum Crusium<sup>6</sup> ad a. 1518. „war der 71te Rector zu Tübingen Petrus Brun, den 1ten Maji, und der 72te M. Franciscus Stadian, den 18. Octob. erwählt“. — Hæc scripseram, cum ad manus mihi veniret Rudolphi Roth libellus<sup>6</sup>, qui p. 4. habet: „Rector war nach der Matritel im Winterhalbj. von Luca (18. Oct.) 1518. bis Philippi und Iacobi (1. Mai) 1519. der Magister Franciscus Stadianus, über welchen wir sonst nichts wissen. Er ist ohne Zweifel Franciscus Kircher aus Stadion [Wirtenb. Ob. Amt Ehingen, Donaukreiß], der am 3. März 1509. bei der Univ. eingeschrieben, 1510. Baccalaureus wurde und damals, da er den Magistertitel führt, der Artistenfacultät angehörte“. Et idem infra p. 38. sq. „Ueber den ... damaligen Rector der Tübinger Univ. Franciscus Stadianus, von dessen Lebensumständen sonstige Nachrichten fehlen, sind mehrere sehr ehrenvolle Zeugnisse Melancthons erhalten. ‘Amicus mihi quispiam est non vulgaris, sub quo primum puer præceptore in Suevis Tübingæ dialecticis merui annum unum aut alterum, hactenus ut fratre semper familiariss.

1) Cf. infra comm. ad p. 201. v. 94.

2) Cf. Comm. ad p. 198<sup>9</sup>.

3) in Stro-

bels Neuen Beytr. III. 2. p. 1. sqq. et in novo Corpore Bretschn. p. 24.

4) in Illustr. viror. ad Reuchl. epp. Tub. 1519. 4<sup>o</sup>. pag. Cijj<sup>b</sup>.

5) Schwäb. Chronick v. I. I. Moser. Ff. 1733. fol. II. p. 189.

6) Verzeichniss der Doctoren etc. Beigefügt ist: Beiträge zur Gesch. der Univ. Tübingen. I. Aus d. J. 1519. Programma. Tübingen 1867. 4<sup>o</sup>.



usus, Franciscus Stadianus, eruditione ac uitæ genere tali, ut a bonis ac doctis omnibus certatim diligi mereatur. Is Analytica posteriora Suenicæ iuventuti anno superiore prælecturus, a nobis Themistii libellos, quos latine reddidit Hermolaus, accepit, addidi quædam e Philopono transscripta, neque enim Græca omnia satis mihi probantur. Admonui insuper illheic ab Aristotele Rhetorica doceri. Legit, relegitque, et quo est iudicio, protinus ad scopum aduortit animum, ibi re penitus cognita, et pro felicitate ingenii sui aucta illustrataque, tot notabilibus acceptio-nibus, distinctionibus exauctoratis, caussam integram, ueluti recuperatorio iudicio restituit, scholæ simpliciter ac candide summam rei το αλφα και ω traditurus. Ad hæc male precatus nugis, obnixæ a me contendit, Aristoteli purgando socias manus adiicerem, conaturum omnia sese pro uiribus, uti artium elementa uindicta Barbarorum liberarentur, Primi nominis studia a sordibus recipi non posse, nisi purgatis adolescentiæ rudimentis, Id fere quenque in summis posse, quod in infimis assueuerit, In summa, omnia sibi de grandioribus polliceri, si exercendæ iuuentæ ratio melior iniretur. Placuit amici consilium et negotium una literarium suscepimus. Dii reliqua secundent. Nunc quæso vos, quanti facitis huius viri iudicium, cum in aliis disciplinis οὐ παρρησιως, tum in hoc genere summa cum laude annos opinor decem versati'. Melanchth. sermo de corrigendis adolescentiæ studiis. Basileæ m. Ian. a. 1519. p. 13. 14. . . . *Ich vermuthē, dass der Franciscus Sūpplinger ex Stadion, welcher 1512, magistrirt und 1521. (ipse Rothius manu sua correxit in exemplari humanissime mihi misso: 1517 und 1519) gleichzeitig mit dem M. Balthasar de Wiltperg d. h. Balthasar Käufelin, dem nachmaligen Professor, den (R. correxit: die Vorstufen zum) theologischen Doctorgrad erwirbt (R. corr. durchläuft), niemand anders ist als Franciscus Kircher, da sonst seine Promotion in der vollständigen und genau geführten Matrikel der Artisten ganz fehlen würde. Sein Vater mochte neben dem Familiennamen die Bezeichnung Sūpplinger führen, nach dem am Bodensee gelegenen [badischen] Dorf jetzt Sipplingen, so wie Plücklin sich Ebinger nannte*".

STAPVLENSIS vid. Faber.

STORCKIVS (p. 202. v. 119.) inter Sletstadienses Misoschlauraffos memoratus certe alius est quam ille Wilhelmus Storch Daventriensis, a quo epistola II. 27. scripta fingitur, et quam is Ciconia, quem legimus in epistola Zasii<sup>1</sup>, et iam Förstemannus<sup>2</sup> vidit illum esse Iohannem Storckium, quem Wimphelingus<sup>3</sup> inter eos doctos utilesque viros recenset, quibus curtisani aut beneficia illis conferenda intercipiunt, quosve ab importunis molestiis et vexationibus securos ac tutos non esse sinunt. „Exemplum“ sumatur a Petro Wackero, qui licet doctissimus et integerrimus, cum xxiii annos Heidelbergæ in utroque iure legisset, ex gratia expectativa nihil prorsus, nec vicariam quidem in cathedrali consequi potuit. Possent

1) ap. Rieggerum, Zasii epp. II. n°. cclxvii.

2) ap. Eichstadium in Pro-

gramm. Ienensi de poesi culinaria. 1832. 4°. p. 15. sq. 3) in Pragmaticæ sanctionis medulla Selestad. a. 1520. 4°. edita (cf. Panzer Ann. typ. VIII. p. 207. n°. 7.), repetita a Rieggero de Iac. Wimphel. in Amœnitt. Friburg. 1779. 8°. p. 479. sqq. 4) Riegger. l. c. p. 511. sq.

et huc adduci Iacobus Rackenspurger in sacris et pontificiis litteris doctissimus, et Ioannes Collaurus Ictus . . . et præclarus iuris interpres Heinricus Colherus . . . Taceo hic Othmarum Luscium, quem sacræ et pontificiæ, immo etiam Græcæ litteræ commendant. Taceo Iacobum Landesbergium nobilem et eruditum. Taceo IOANNEM STORCKIUM et Ioannem Mannium, municipes meos [Sletstadiensis], Romæ diu conversatos, quibus coniicio perspectam integritatem, et innocentiam, metumque vulnerandæ conscientiæ, quo difficilius et tardius sacerdotia nanciscerentur, obtitisse“. „Taceo (in adnot. Zasii legitur) Iacobum Sturmium ingenio, eloquentia, et genere nobilem, qui voluit aliquando in ecclesiasticorum haberi numero, sed cum videret, nulli aliter quam per sordes patere aditum, subito mutavit sententiam. Taceo tandem Nicolaum Gerbellium Ictum et in utraque lingua doctissimum, qui Argentorati et alibi amicorum usus est opera, qui illi sacerdotium impetrarent: sed nihil effecit primum, deinde poenituit ipsum propositi.“

STURM, Iacobus, ex nobili Offenburgica gente de Sturmeck sive Sturmneck (p. 286<sup>1)</sup>), Argentoratensis, natus a. 1489., d. 27. Iul. a. 1504. in album academix Friburgensis relatus et iam d. 18. Ian. a. 1505. Magister artium factus, Wimphelingi Keisersbergiique discipulus, doctrina moribusque clarus, muneribus publicis patriis et in comitiis atque apud reges Cæsaremque oratorio sæpius per ardua negotia periculorumque plena tempora laudabiliter functus, moritur d. 30. Oct. a. 1553. Primum per aliquot annos de Aristotelicis libris publice legit, tum anno 1508. inter theologos intitulatus est; postea Leodii Parisiisque etiam iuris studio incubuit, et in patriam reversus sodalitatis litterariæ Argentoratensis socius fuit. Honorificentissime eum memorat Wimphelingus<sup>2</sup>, qui ei etiam de integritate libellum a. 1505. primum editum inscripsit, et Erasmus<sup>3</sup> quoque eum laudibus extollit passim. Ioanni Sleidano Germanicarum rerum historiæ scribendæ materiam Sturmium suggessit. Iudi litterarii Argentoratensis a. 1538. conditi præfectus primarius fuit. Vitam viri plures enarrant; videatur e. gr. Pantaleo<sup>4</sup>, Melchior Adamus<sup>5</sup>, Bælius<sup>6</sup>, quibus-

1) Erasmi epp. L. B. 1706. fol. col. 1141. „... nec gravatus est [Wimphelingus] amore pietatis agere pædagogum aliquot magnæ spei adolescentibus, quorum præcipuus, nunc [a. 1529.] inter nobiles, doctrina, sinceritate, candore, prudentia nobilissimus Iacobus Sturmus, cuius consiliis plurimum debet tota pene Germania, non solum inclyta civitas Argentoratum.“ 2) loco supra art. Storckius transcripto. 3) e. gr. in præced. not. 1. et in ep. ad Mosellanum a. 1519. scr. (Erasmi epp. L. B. 1706. fol. col. 407.) „Vixdum prodierat N. T., cum Argentoratensis prædicator quispiam . . . in corona studiosorum plena, ut aiunt, tibiis detonabat in opus illud. Aderat Iacobus Sturmus, iuvenis ingenio faceto, summo iudicio, doctrina non vulgari, ac nostri cum primis studiosus. is passus est hominem ad satietatem usque deblatere. cum nihil iam non dixisset, atque ut ipsi visum est feliciter, rogavit hominem Sturmus, an opus vidisset. negavit. Qui potes igitur, inquit, tam multa prædicare de opere, quod nec legeris nec videris? Risere cuncti, nec tamen puduit illum impudentiæ suæ.“ 4) Prosopogr. III. p. 370. 5) in vitis Germanor. Ictor. Haidelb. 1620. 8°. p. 91 ... 96. 6) Bayle Dict. v. Sturmus, Jaques.

cum conferatur Burckhardus<sup>7</sup>, Rieggerus<sup>8</sup>, Raumerus<sup>9</sup>, Schreiberus<sup>10</sup> et imprimis Iungius<sup>11</sup>.

- 7) Iac. Burckhard de ling. Lat. in Germ. fatis novi Comm. Wolfenb. 1721. 8°. p. 492. sq. 8) Amœnitt. Friburgens. p. 163. sq. 9) Car. Raumer *Gesch. d. Pädagog.* ed. III. vol. I. p. 260. sq. 10) H. Schreiber *Gesch. d. Univ. Freiburg.* p. 93. sq. 11) A. Jung *Gesch. der Reformal. in Straßb.* 1830. 8°. I. p. 185...193.

STVRNVS (p. 200. v. 79.), Iohannes, vulgo *Staar*, Smalcaldensis, litterarum Latinarum callentissimus Bohemici iuvenis Christophori de Weitmühl in Italia studiorum dux, cum in patriam rediret, Vindobonæ cum Celte amicitia inita societatis litterariæ Danubianæ socius factus est<sup>1</sup>. Sturni etiam cum Buschio contractæ amicitiae non nulla huius ad illum illiusque ad hunc carmina præbent testimonium, quæ legimus in Buschi Epigrammatum libro tercio<sup>2</sup>. Tum apud Bohuslaum Hassensteinium a Lobkowitz familiariter vixit Sturnus, non nullaque egregii huius viri scripta edidit, post cuius mortem (a. 1510.) Annæbergæ, ubi Schlauraffo dedit alapam (p. 200. v. 80.), Latinas litteras docuisse fertur<sup>3</sup>.

- 1) cf. not. 3. i. f. 2) Lipsiæ a. 1504. publicat. pagg. C i § 3 sqq. 3) Cf. *Erhard Gesch. d. W. d. W.* III. p. 320. — De 'Iodoco' Sturno s. Sturlino Aschbachius (*Sitzungsberr. d. kais. Akad. d. Wfen. Philos. histor. Cl. Jahrg. 1867. Mai.* p. 35.) „... *Er erzog die Söhne des ... Bohuslaus von Hassenstein, mit denen er Italien berietste (um 1500.) und führte daher auch die Benennung Pädagogus. Später, wohl erst nach 1504 kehrte er nach Sachsen zurück, wo er in Annaberg und Leipzig für die Verbreitung des Humanismus wirkte.* (Mencke de Græc. et latin. litt. in Misnia restaurat. § 11.) *Er schrieb mehreres und gab auch Dichtungen heraus, von denen man behauptete, daß sie nicht seine eigenen gewesen, sondern daß er sie aus den nachgelassenen Papieren des Bohusl. v. Hassenst. entnommen habe.* vgl. Schier de sodal. Danub. fol. 53. (MS.). *Dieser gibt nur wenig; mehr Kaltenbäck, Oest. Ztschr. für Gesch. 1837. III. 86. und Klüpfel [Vit. C. Celtis] II. 154.* [Apud Klüpf. l. c. nihil est nisi hoc: „A. 1500. Vincentio Eleutherio, in Italia moranti, scribebat (Celtis), vehementer sibi placere Ioa. Aesticampiani lucubratiunculas. Idem per litteras significavit Ioanni Sturno, eodem tempore apud Italos peregrinanti.]

SVLPITIVS (cuius 'de quantitativibus syllabarum' in Lyptzick auditur Straußfederius, p. 9<sup>24. sq.</sup>), Verulanus, Ioannes, post medium sæculum xv., imprimis sub Innocentio PP. VIII. Romæ Latinas litteras docuit, ac primus<sup>1</sup> musicam in theatra induxit. idem primus Vitruvium publicavit et<sup>2</sup> scripsit commentarios in Lucanum (ed. Venet. 1505. fol.), ac Vegetii, Aeliani et Frontini de re militari opuscula edidit. Eiusdem 'de syllabarum quantitate librum excusum in 4<sup>o</sup>.' Gesnerus<sup>3</sup> memorat, idemque liber cum aliis eiusdem auctoris 'De versuum scansione, de heroici carminis decoro et vitiis, de pedibus et diversis generibus carminum præcepta &c. sæpe prodit<sup>3</sup>. Cetera Sulpitii opera memoranda sunt hæc. Opus grammaticum s. de octo partibus orationis<sup>4</sup>; De componendis et ornandis epistolis<sup>5</sup>, cui in ed. Rom. accessit Priscianus grammaticus de

- 1) Bayle, *diction. v. Sulpitius.* 2) Gesner. *Bibl. univ. v. Ioa. Sulpitius.* 3) Hain. *Repertor.* n°. 15160...15164. 4) *ibid.* n°. 15139...15156. 5) *ibid.* n°. 15157. sq.

preexercitamentis Rhetorice ex Hermogene translatis<sup>6</sup>; De carminis et syllabarum ratione<sup>7</sup>; Commentariolus in Quintilianum de compositionis parte<sup>8</sup>; De moribus puerorum carmen iuvenile<sup>9</sup>. Panzerus<sup>10</sup> sæculo xvi. repetita Sulpitiana scripta indicat; sunt: Grammatica c. textu Ascens. recognito, De regimine et constructione libellus, De figuris constructionis, Carmina, De epistolarum compositione, De moribus puerorum in mensa carmen elegiacum, Instituta moralia, Iudicium dei supremum de vivis et de mortuis.

- 6) Hain Repertor. n°. 15159. 7) ibid. n°. 15165. 8) ibid. n°. 15166. 9) ibid. n°. 15167. Prodiit etiam Leydis per H. I. de Woerden [a. 1497.] 4°. 10) Ann. typ. XI. p. 134. sq.

SULS, 'Magistrum nostrum Petrum, qui tempore meo [circa annum 1506?] regebat in bursa Kück' (p. 240<sup>20</sup>), alium non esse puto quam Petrum Suls s. Sûls de Colonia: nam Petrum Ravennatem ICTum, non theologum, neque actu fuisse Coloniæ anno 1516., neque bursam Cucanam umquam rexisse satis constat. Hartzhemius<sup>1</sup>: „Petrus Suls de Colonia ad gradum baccalaurei ex domo Cucana, sacræ theologiæ doctor decanus eligitur anno 1512. ultima Iunii, sub quo decano iniuriæ illatæ sunt facultati Coloniensi per Ioannem Reuchlin legum doctorem ex quodam libello famoso edito“ [*Augenspiegel*]. „Fuit scholasticus illustris ecclesiæ sancti Gereonis, pastor ecclesiæ sancti Laurentii, canonicus sancti Severini. Anno 1520. erat inter magistros regentes sacram facultatem theologicam, et regens domus Cucanæ, obiit 1525. Frater an cognatus fuerit sequentis scriptoris, dubitatur. *Ioannis Moirs Sultze Coloniensis MS. habemus . . . in fol. de anno 1455. Der Seelen Trost. Exempla in Decalogum . . . Passio Christi rythmice. Omnia Germanice in Bibl. Coll. Colon. S. I.*“ — Inter rectores universitatis Coloniensis legitur<sup>2</sup>: „1510. Petrus Sûls de Colonia, Theol. Licent.“ „1518. Petrus Suls de Colonia, Theol. Prof. *Scholast. an St. Gereon.*“ „1519. Rutgerus de Venlæ, Theol. Licent., *Canon. a. St. Gereon u. Urs.*“

- 1) Biblioth. Colon. 1747. fol. p. 284. 2) *Bianco Gesch. der alten Univ. Köln. I. p. 830. sq.*

TANNSTETTER, Georgius, Collimitius i. e. ex oppido Rayn s. Rain Bavaricæ superioris<sup>1</sup>, 'pro nunc medicus, olim mathematicus' (p. 237<sup>29</sup>), astronomiæ professor, anno 1512. rector universitatis Vindobonensis fuit (p. 199. vv. 25. sq.)<sup>2</sup>. Ad ea quæ supra<sup>3</sup> de Collimitio adnotavi, ex Denisio, qui eius scripta Vindobonæ fere omnia publicata recenset<sup>4</sup>, epitaphium<sup>5</sup> adscribo: „Georgio Tannstetter a Thonnau Medico et Mathematico sui temporis Principi. DD. Maximiliani ac Ferdinandi Nepotis Rom. Regis, liberorumq; Eius. Itemque Panno. Reginæ Mariæ a Curatione et Consiliis absolutiss. Martha pudiciss. uxor Amantissimo Marito, Christianus, Elisa-

- 1) Interdum etiam nominatur *Tannstetter a Thonnau* s. *Thannau* (e. gr. ap. *Denis Wiens Buchdr. gesch.* p. 65. 66.), interdum *Lycoripensis* (ut ibid. p. 237. 338.) 2) *Eder Catal. rector. Vind.* p. 54. 3) *Hutt. Opp. I. p. 22.* ubi adde *Denis Wiens Buchdr. gesch.* p. 64. sq. 4) cit. *Wiens Buchdr. gesch.* 1782. 4°. passim. 5) lib. cit. p. 65. sq.

betha et Martha Dulcissimi Liberi, suavissimo et carissimo Patri. Q. V. A. LIII. Ob. MDXXXV. Die Martii XXVI.“

TARTARETVS sive Tartaretus sive Tateretus (p. 285<sup>16</sup>), Petrus, artium liberalium magister Parisiensis regens, Scotista, Bruliferi<sup>1</sup>, ut videtur, discipulus, floruit etiam altero sæculi xvi. decennio: nam inter deputatos ab universitate Parisiensi ad examinandum Reuchlini speculum oculare a Theodorico de Gauda in epistola d. 13. Aug. a. 1514. scripta<sup>2</sup> nomen eius legimus. Bulæus<sup>3</sup>: „Petrus Tartheret Diœc. Lausan. de Nat. Ger. qui Procurator fuerat a. 1480. 15. Dec. 1490. rector Paris. suffectus est“. Libri Tartareti secundum Hainium<sup>4</sup> sunt: Expositio in summas Petri Hispani secundum subtilissimi doctoris Scoti doctrinam atque conformiter ad mentem Stephani Pruliferi fidelissimi Scoti interpretis; Commentationes in libros totius logicæ Aristotelis; Questiones admodum subtiles et utiles cum medulla totius materie artium quattuor librorum sententiarum et quodlibeti doctoris subtilis Scoti in suis locis quotate; Quæstiones super sex libros ethicorum Aristotelis; Expositio totius philosophiæ nec non metaphysicæ Aristotelis. Illa priori loco memorata 'Expositio' idem liber esse videtur atque is qui in Accessionibus ad histor. litterar. Cavei<sup>5</sup> ad a. 1507. indicatur<sup>6</sup>. A Panzero hi Tatereti indicantur libri: Expositio in summulas Petri Hispani; Prælecta in universam Aristot. Philosophiam; Expositio super textu logices Arist.; Expositio philos. ac metaph. Aristot.; Quæstiones morales in lib. Ethic. Aristotelis.

- 1) cf. supra art. Brulifer. 2) cf. supra p. 133. Consp. chronol. ad ill. d. 3) Hist. univ. Paris. V. p. 923. cf. ibid. p. 794. 4) Repertor. n.º. 15333...15345. 5) ed. Basil. 1746. fol. vol. II. p. 12. 6) sic: Petrus Tartaretus Parisiensis theologus scripsit Comment. seu Reportata in sententias et quodlibeta Scoti. Venet. 1607. II voll. fol.º.

TEXTORIS, Iohannes (p. 296<sup>22</sup>). Epistolæ II. 68. scriptorem fingi puto eum, de quo Herzogius<sup>1</sup> hæc habet: „Ioannes Mœrnach sive Ioannes Textoris de Mœrnach<sup>2</sup>, Basileæ laurea philos. a. 1474; corona vero magistrali a. 1477. cinctus, iuri operam dedit et in utroque iure licentiat<sup>3</sup> a. 1499., doctor vero creatus fuit a. 1508. Ordinis philos. decanus sæpius, iuridici vero sextum exstitit a. 1515. 19. 22. 25. 26. et 1528. Pontificii iuris fuit ordinarius iam a. 1504. De eo in matricula theol. hæc exstant: A. 1484. venerabilis vir M. Ioh. Mœrnach admissus est ad lectionem bibl. adsignati sunt eidem libri Iob et ep. Pauli ad Rom. Dispensavit facultas cum eodem super defectu natalium, intuitu singularium virtutum eius . . . dispensavit itaque usque ad Licentiam inclusive, quia nondum xxx. annum compleverat. Anno 1488. admissus fuit . . . ad lecturam Sententiarum. Præfatus Mœrnach duxit uxorem completo primo sententiarum a. 1489. et dimisit studium suum cum ridiculo<sup>4</sup>. Ceterum Textoris nomen etiam Ioannes Ravisius Nivernensis gessit<sup>5</sup>.

- 1) Athen. Rauric. p. 107. sq. 2) Mornach Alsatiæ superioris? 3) de quo dixi Hutt. Opp. III. p. 554. ad v. 168. Idem Hutteni Aulam cum præf. et carmine commendaticii edidit Paris. 1519. 4º. cf. infra Addenda ad hoc vol. VII.

THOMAS Aquinas sive de Aquino (quod Iuvenalis quoque patrium oppidum fuit), natus a. 1227., obiit a. 1274., beatus (p. 17<sup>19</sup> 71<sup>40</sup>), 'propter eminentiam vocatur sanctus' (p. 260<sup>12</sup>), 'sanctus' (p. 18<sup>25</sup> 70<sup>29</sup> 205<sup>32</sup> 210<sup>23</sup> 235<sup>21</sup>

260 septiens), 'his sanctus' Hutteno<sup>1</sup>, ad quem locum etiam adnotavimus, ab eo sancto Dominicanos Thomistarum nomen habere. Uberrimus ecclesiæ doctor, Alberti magni maior discipulus, inter scholasticos 'Angelicus' celebratur, sed Prantlio<sup>2</sup> locuplete teste minime fuit *ein selbstständiger Denker*. Vitam iam olim multi scripserunt, quos laudat Fabricius<sup>3</sup>. Librorum permagnam copiam reliquit, quæ ex quarta, Parisiensi a. 1660. editione tomis xxiii fol<sup>o</sup>., ex quinta, Venetiis a. 1760. absoluta, tomis xxviii in 4<sup>o</sup>. continentur<sup>4</sup>. Ex his libris in epp. O. V. nominatim laudantur 'Cathena aurea quæ vocatur Continuum<sup>5</sup> beati Thomæ' (p. 71<sup>39</sup>), qui liber dedicatus est Urbano PP. IIII.<sup>6</sup>; 'beatus Thomas contra gentiles' (p. 17<sup>19</sup>), sive 'Summa Thomæ contra gentiles' (p. 274<sup>3</sup>), i. e. De veritate catholicæ fidei contra errores gentilium<sup>7</sup>; 'liber doctoris sancti de ente et essentia' (p. 210<sup>23</sup>), 'seu de quidditatibus rerum intitulatus', sive 'de esse et essentiis tum realibus tum intentionalibus'<sup>8</sup>, qui liber diversus est ab eo quem Thomas 'de quidditate et efficacia eucharistiæ' composuit. Commentaria in Aristotelem<sup>9</sup> sunt quæ laudantur p. 18<sup>23</sup>; Commentarii in sententias Lombardi non memorantur in epp. O. V.; antiquissima 'Tractatus de universalibus et de natura accidentis' exempla indicat Hain<sup>10</sup>; hoc tantum adicio, Thomam etiam Quæstiones quodlibeticas<sup>11</sup> sive 'de duodecim quodlibet' sive 'Placita' sive 'Quodlibet Thomæ' scripsisse<sup>12</sup>. Libri p. 18<sup>27, 29, 34</sup> laudati sunt 'De prædicabilibus et prædicamentis' et 'Tractatus de universalibus'; p. 18<sup>30</sup> ad Ethica respicit<sup>13</sup>.

- 1) Hutt. Opp. I. p. 177<sup>7</sup>. 2) *Prantl Gesch. der Logik*. III. p. 107. sqq. 3) Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 660. sqq. 4) cf. Fabric. l. c. p. 663. sqq. 5) i. e. in quattuor evangelistas. 6) cf. Fabric. l. c. p. 674. et Hain. Repertor. n<sup>o</sup>. 1328 ... 1336. 7) Fabric. l. c. p. 668. sq. Hain n<sup>o</sup>. 1385 ... 1390. 8) Fabric. l. c. p. 666. Hain n<sup>o</sup>. 1500 ... 1507. 9) cf. Fabric. l. c. p. 664. 10) n<sup>o</sup>. 1511 ... 1514. quocum cf. Panzer Ann. typ. V. p. 38 ... 44. X. p. 101 ... 104. 11) Fabric. l. c. p. 668. Hain. n<sup>o</sup>. 1400 ... 1409. 12) cf. Hain. n<sup>o</sup>. 1492.

THOMAS DE WALLEIS *vid.* Walleis.

TORRENTINVS (p. 70<sup>34</sup>), i. e. Hermannus *van Beek*, Zuollanus, Hegii Daventriæ discipulus, frater vitæ communis, aliquamdiu Groningæ rhetoricam docuit, Doctrinale Alexandri correctum (immo corruptum) edidit Argent. 1516. et præter misera commentaria in Vergilii eclogas et georgica, sæpe edita<sup>1</sup>, etiam commentarium in Sabellici carmina<sup>2</sup>, grammatica scripta et Elucidarium poeticum, Orationes ex Ovidii libris formatas, Scholia in evangelia aliaque edidit. obiit circa a. 1520. Cf. Foppens<sup>3</sup> et Panzer<sup>4</sup>, quibus ex Ioa. Piemontani (novissimi Hegii discipuli) MS. Auctario scriptor. ecclesiasticor. codic. Bonn. fol. 57. hæc addo:

Hermannus Torrentinus Zuollensis oppidi civis natione teutonicus vir in secularibus litteris eruditissimus et diuinarum scripturarum non ignarus ingenio subtilis et difertus eloquio philosophus clarus orator facundus et poeta insignis qui licet vxoris et rei familiaris cura sit necessario districtus incredibili tamen amore

- 1) cf. Panzer Ann. typ. XI. p. 175. sq. 2) ab Erhardo (*Gesch. d. W. d. W.* III. p. 304 ... 306.) prætermissum. 3) Biblioth. Belg. p. 478. 4) Ann. typ. XI. p. 151. sq.

feruet litterarum multa indies utroque stilo magnæ utilitatis pro studiosa iuven-  
tute maxime grammaticæ institutionis scribens et componens opera quibus nomen  
suum cum ingenti gloria vbique diuulgat E quibus extant subiecta

Super bucolica Virgilij commentum	li j	Virgilius maro latinorum poeta:
Orationes familiares ex ouidio	li j	Liber ipse est tanti quanti:
In georgica Vir. commentum	li iiij	Georgica vocantur quatuor li:
Commentum optimum in verba deponen: <sup>a</sup>	li j	Vt aiunt nonnulli Ioannes ger- landi:

In eglogas anthoniij fabellici q̃	li j	
Super prima parte alexandri g̃m̃e: op:	li j	Tot extant edita iam pridem
In euā <sup>a</sup> 4 epistolas dominicales cō:	li j	In hac epistola secundum pau- lum mo:

Super ymaos commentum	li j	Ymnus grecum nomen est
In sequentias commentum	li j	Anno Imperij cesaris Augusti
Super alex. <sup>um</sup> commen: breue	li j	Septem sunt capitula illius
Appologia sui ad fratrem suum	li j	Audiui frater nonnullos eorum
De natiuitate domini ad pasto <sup>a</sup>	eglo j	
Epigramma sine certo numero	li j	

Viuit adhuc Zuollis varia componens studiosis quandoque profutura sub Maximiliano

TREBELLIVS, Hermannus, qui 'cum suis poematibus Schlauraffum, Franc-  
furdia, quæ iacet apud Oderam, multum infamavit et audacter blasphemavit'  
(p. 199. v. 18...20.), etiam a non personato Hutteno<sup>1</sup> cum discipulis  
Ostheniis uno quasi ore laudatur, iterumque in Querelis<sup>2</sup>. De Trebelio  
eiusque scriptis dixi in adnot. ad hos Huttenianos locos. adicio eum teste  
Becmanno<sup>3</sup> in matricula primorum Viadrinorum ICtorum non comparere,  
neque in chartis eius academice aliam viri inveniri mentionem, quam quod  
anno 1511. rectore æstivo Ioanne Pistoris nomen dedisse legatur hoc  
modo: 'Hermannus Trebelius de Ysenach Poeta'. Anno 1506. Trebe-  
lium iam senem fuisse Trithemii ad Sibutum epistula probat<sup>4</sup>; Petrei  
Aperbacchi anno 1512. ad eum scripta epistula supra<sup>5</sup> repetita est.  
ceterum ut natale, ita vitæ supremum tempus accuratius definire nescio.  
Ioannes Piemontanus in MS. Auctario scr. eccl. fol. 148<sup>b</sup>. [a. 1509.?] sic  
scripsit:

Hermannus Trebellius natione almanus homo in secularibus litteris studiosus et  
egregie eruditus poeta et orator insignis et ob hoc apud superiores germanos  
multo in precio habitus qui quotidie ingenium suum laudabilibus studiorum in-  
genueorum exercitiis refricans plura amene lectionis sinthemata cudere perhibetur  
que tempore suo in lucem sunt producenda legimus eius nonnulla in quosdam  
auctores commendaticia epigrammata Viuit adhuc

- 1) Opp. I. p. 16. 2) Querelar. 11. 10. v. 31...36. in Hutt. Opp. III. p. 65. sq.  
3) Notitia univ. Ff. ad Viadr. p. 60. 4) cf. supra p. 469. art. Sibutus. 5) Hutt.  
Opp. III. p. 545. sq.

TRITHEMIUS (Ioannes), ut ipse in Chronico Sponhemensi<sup>1</sup> ad annum  
1461. rettulit, „anno 1461. post horam xi., minuto 28. in nocte post me-

1) Trithemii Secundæ partis Chronica insignia duo ex bibl. Marq. Freheri. Ff.  
1601. fol. p. 374.

ridiem, Cal. Februarii h. e. in ipsa nocte festum purificationis b. M. V. præcedente natus est in villa Trittenheim, quarto a Treviri in descensu Mosellæ miliario<sup>4</sup>. sed exactius idem in Chronico Hirsaugiensi<sup>2</sup> ad annum 1462. „Anno Bernardi Abbatis II. Indictione Romanorum die mensis Februarii prima, hora undecima, minuto xxxiii. post meridiem in nocte Ego Ioannes Trithemius compilator huius operis, Abbas postea in Spanheim, ac deinde apud S. Iacobum in suburbanis Wirzburgensium, Ordine D. P. Benedicti, patre Iohanne de Heidenberg<sup>3</sup>, matre Elisabeth de Longovico<sup>4</sup>, in peccatis natus sum, sed in Christo regeneratus fonte baptismatis in villa Trittenheim diocesis Trevirorum iuxta littus Mosellæ, tribus in descensu a civitate Treverica milliaribus, anno Pii Papæ II. quarto, Regni autem Friderici Imperatoris xxii.“. Ingratus ipse et erga Ioannis Alb. Fabricii et erga popularis mei Ioannis Trithemii, litteratissimorum virorum, summa de litteratoribus merita essem, nisi illius<sup>5</sup> de hoc verba mea quoque facerem, de hoc, „cui mecum tam multa debent et debebunt qui quotquot historiam litterariam post eum tractare vel aggredientur vel aggressi sunt. Ille nobis Gesnerum dedit, cuius Bibliothecæ liber Trithemii de scriptoribus ecclesiasticis totus insertus primas lineas duxisse merito est existimandus. Eius viri tot sunt etiam in historiam civilem et ecclesiasticam, Germaniæ præsertim nostræ, merita, ut grati hoc eum animi officium præstare velim libenter, scriptorumque eius notitiam . . . tradere. Nomen ei a villa Trittenheim, . . . in qua patre Ioanne de Monte (Eidenberg sive Heidenberg) natus fuit A. 1462.<sup>6</sup> Cal. Febr. Inde [postquam puer quindecim annorum prima litterarum elementa didicerat, tum duro vitrico Treverim Heidelbergamque studiorum causa effugerat, die 21. Nov. anni 1482.] monachus ord. Bened. et mox a. 1483. [die 9. Nov. benedicitur] Abbas S. Martini Spanhemensis, diocesis Moguntinæ, denique [, cum huic monasterio supra xxiii annos præfuisset, novemque menses a mense Augusto anni 1505. Berolini apud marchionem Ioachimum moratus esset,] postremis decem annis Abbas S. Iacobi apud Herbipolim. diem obiit [die s. Lucie, 13. Decembr.] a. 1516. . . . Vir eximie staturæ, et valde humanus dicitur . . . Iconem eius descriptam ære, et elogium exhibet Laurentius Crassus II. 18.<sup>7</sup> . . . A magiæ crimine . . . defenditur . . . Circa antiquiora tempora sane honor apud Trithemium quoque pro capto illius ætatis non raro est fabulis . . . poteratque addi semper laudare Trithemium libenter, et commendare studium scriptorum quos refert: id quod longe mihi videtur æquius et præstare ignavo ingratoque silentio, vel acerbis et inhumanis indignisque aliorum censuris . . . Corrumpendo nomine, quoties de Britannis scriptoribus mentionem facit, toties fere peccare arguitur a Lelando cap. 340. quo viro nescio an quisquam frequentior est in transformandis locorum hominumque nominibus. Anno 1505. ad Io. Nutium I. ep. 32. Trithemius: ‘amplius quam duo millia voluminum’ (cum vix xLvi reppe-

2) S. Galli. 1690. fol. tom. II. p. 450.

3) *Heidenburg* viculus in Treverensi est.

4) i. e. *Longvich*, item viculus Treverensis (non *Longoy* s. *Lungwich*, oppidum munitum Francogallicum).

5) Bibl. Lat. m. et inf. æt. IV. p. 451. sqq.

6) Errore fortasse operarum Paulus Freherus habet 1442.

7) item Opp. histororum Trith. exemplum quod prodiit Ff. a. 1601. fol.



risset) ‘... in bibliothecam Spanhemensem comportavi...’.“ Tum Trithemiana scripta (utinam epistolæ familiares non tantum ad annos 1505 ...1507. pertinentes publicatæ essent) Fabricius suo more diligenter recenset, quod etiam fecit qui nuper post hanc meam notitiam scriptam Trithemii vitam scripsit, Silbernagel<sup>2</sup>. neuter vero Butzbachii Miltenbergensis sive Piemontani notitiam infra repetitam noverat. Equidem non nulla quæ ad epistolam II. 63 [app. 1]. explicandam faciunt, in commentario ad eam exposui, de controversia autem inter Trithemium et Wigandum Wirt acriter agitata dixi ad inferiorem articulum ‘Wirt’. — A Trithemio incipit Piemontani MS. Auctarium (Trithemiani libri) de scriptoribus ecclesiasticis sic:

„Iohannes tritemius quondam spanhemensis magnus abbas nunc herbipolitanus monasterii sancti Iacobi apostoli maioris in suburbano extra muros ciuitatis siti et ad scotos dudum nuncupati Ordinis diui patris nostri Benedicti natione tentonicus patria mosellanus ex villa tritenhem treuerensis diocesis oriundus libri sui de scriptoribus ecclesiasticis vltimus et huius nostre prostasios [secundi libri *lineis traductum est*] primus atque precipuus Vir arte in diuinis scripturis eruditissimus ac plane omnium doctorum hominum hac nostra tempestate facile princeps In secularibus quoque litteris et omnium liberalium scibiliumque facultatum disciplinis ad perfectum instructus nullique secundus Philosophus summus et consumatus siquidem diuinarum humanarumque rerum sufficientem certamque noticiam habens cum tramite bene viuendi coniuncta dici philosophus debet vtriusque iuris leguleius peritissimus orator facundissimus historicus celebris opinionis poeta preclarus medicine ac omnium naturalium secretorum expertissimus omnisque antike philosophiæ litterature indagator et cultor solertissimus Diuinarum quoque scripturarum amator et enucleator disertus Trium principalium linguarum [hebraice scilicet *ad marg.*] scilicet et chaldaice (*et*) grece pariter et latine interpres clarissimus ingenio prestans excellens subtilis et acutus ac prope diuinus Eloquio clarus dulcis disertus apertus nitidus idem atque tersus promptus et ornatè compositus ac multarum rerum experientia conditus Nec minus vita et conuersatione quam doctrina preclarus et maturus mente singulariter deuotus Salutis animarum sincerus et feruentissimus amator incessu grauis progressu exemplaris practica strenuus studio scripturarum continuus fons canonum sciencia profundus sententia stabilis consilio cautus ac promptus experientia variis dubiorum presto certusque decisor Declamator sermonum facundissimus indefessus et impertesus In philosophia aristotolica [*sic*] disputator acerrimus promptus ac prouidus Viciorum omnium hostis zelosissimus Animi constancia semper idem et immutabilis Honestorum quoque laborum ac quarumvis aduersitatum undecunque accidencium patientissimus Persona egregius statura mediocris capitis pergrandis vultus angelici aspectu seueritatem iocunda et amenissima facilitate conditam ostendens Cuique sinceritate nihil [*auerat mihi*] incundius iocunditate nihil seuerius Porro medius fidius nihil illius cum latine ac grece tum hebraice et chaldaice ac etiam vernacule nostre polioris lingue castitatis et eloquencie principis ingenio mirabilius: ad eius virtutes explicandas cicero-niane facundie etiam fluuius exsiccari posset qui nihil vnquam attigit quod non incredibili quadam felicitate luculentum prestiterit et illustre Vnus hic sane non tam mihi quam cuique doctissimo et equasse omnes quaque re videtur et

8) Ioh. Trithemius. Landshut 1868. 8º. p. 235... 245.

superasse Quique demosteni grece et tullio latine eloquencie principibus preripuit ne soli oratores essent facileque de arte facundie sue claua detruxit vt haut immerito lux mundi ab alexandro hegio et Ioannes magnus ab henrico bebellio sit vocitatus Dignus profecto quouis honore reuerencia et dignitate qui hebreorum grecorumque secreta plurimis iam annis enixissime penetrans germaniam nostram magnifice illustrauit Cui genus scribendi facillimum quidem sed et sonorum dictis et sententiarum grauitate illustrissimum in primis refertum et memorabile et quoq; docto viro dignissimum Qui vtinam tam litteris usque sine obstaculi alicuius intercapedine vacare posset atque publicis occupationibus cogitur parem certe erudicione et librorum edicione etas nostra haberet neminem Hic in cenobio suo spanhemensi adhuc constitutus plurima excellentis ingenii sui elegantissima conscripsit opuscula et nonnulla deuocioni ac compunctioni adeo congenia vt me nunquam similia legisse meminerim Totus enim ardet feruet incendit suadet instruit monet corripit Nec quorundam more superuacaneis allegacionibus tempus inutiliter insumit sed rhetorice veterum more ornatissime per cola et comata [sic] distinctus incedit nec superficialiter sed ex corde loquens tam erudite et rationabiliter tam deuote et diserte vt lapidea corda posse mouere videatur Hinc est quod ad illius scripta quique studiosi et deuoti perdiscenda sentenciosis dictis trahantur et ornatu Qui sic litteris et doctrina sic dictis et sententiarum vtilitate sic instruendi beniuolencia et bene viuendi consilio omnibus viribus geniali quadam gratia ceteros nostri seculi homines excellit vt plane omnibus perspectum sit illum numeris absolutissimum nobis a natura ad miraculum etatis istius proditum esse Quippe qui tantum mundi stuporem de se prebet et admirationem vt demirari satis nequeat ullus vnum scilicet a natura esse proditum cuius ingenium et capere omnes disciplinas posset et in singulis reliquos mortales antecellere Cui nec germania similem habet nec ytaliam tenet equalem Tandem vero offensus improbitate monachorum suorum qui eum nimium studiis intentum esse dicebant temporalia quoque negligere agente id in eis inuidie auctore multiplicesque passiones et displicencias contra eum accipientes scandalizati sunt in eo quo maxime debuerant edificati fuisse Dans igitur locum ire nec cum ignauis ignarisque et ingratis diucius manere consensiciens monasterium cui iam viginti tribus annis laudabiliter prefuera cum habitatoribus dereliquit et ad eum quo iam degit habitacionis locum transmigravit Vbi et in magno precio habetur scripsit itaque in prefato monasterio suo adhuc constitutus gemino stilo multa preclara ac pene infinita ingenii sui sintagmata quibus nominis sui immortalitatem et gloriam cum magna laude et reuerencia apud posteritatem semper obtinebit Quorum lectio deuotis et eruditis viris ac etiam cuiusuis status hominibus non minus utilis quam iucundissima comprobatur E quibus extant subiecta

Abbreuiacio statutorum ordinis	li j	Qm̃ volenti singula
De modo celebrandi capitulum	li j	Qm̃ in celebrandis capitulis
De visitacione monachorum	li j	Fratres tuos visitabis si recte
In regulam sancti benedicti	li ij	Venite filii audite me
Exhortacionem ad monachos	li ij	Milicie christiane conuenit
De tentacionibus religiosorum	li ij	Humanum genus per
Ad nicolaum presbyterum de vita sacer	li j	Petis a me nicolae frater
De vicio proprietatis	li j	Omnes ad vitam eternam sine
De miseria huius vite	li j	Cum m̃ sit vita p̃s superne
De ruinā ordinis nostri	li j	Cum ordinis nostri pristinum de

De illustribus viris ordinis nostri	li iiij	Cogitanti mihi ac crebrius animo
De laudibus ordinis carmeli	li ij	Precibus et instantia quorundam
De laude scriptorum	li j	Venerabili patri dño gerlaco
De scriptoribus ecclesiasticis	li j	Consueuerunt reuerendissime
De laudibus sancte anne	li j	Voti compellit necessitas et
De conceptione marie	li j	Ioannes tritemius abbas
Officium de sancta anna	li j	Gaudeamus omnes
Rosarium de sancta anna	li j	Aue dei genitricis mater vene- rabilis anna
De eadem	sequencie ii j	Exultent in hac Ihū celorum
Oraciones de eadem	li j	Salve anna mater nobilissima
Epigrammata et ymnos	li j	Virginis annifice mater
De triplici regione claustralium	li iij	Cum vite monastice statum
Exercitium spirituale eorundem	li j	Qm̄ opusculum de tri.re.
Compendium exercicii	li j	Et si formula exercicii
De vera conuersione mentis in Domi- num	li j	Si mihi sine obediencie iniuria
De gu vulpibus claustralibus	li j	Cogitanti mihi ad hoc stadium
De operatione diuini amoris	li j	Maxime vellem patres reuerendi
De cura pastoralis oratio seu	li j	Accedenti mihi hoc stadium
De lau. Ruperti abbatis tuiciensis oratio	oñ	Maxime optarem rel. fratres
Super illud videns ihesus civitatem	oñ	Venerabiles ac reli. patres quam
Steginographia [sic]	li iiij	Diu fateor bosti silui nec
De luminaribus germanie	li j	Qm̄ sunt nonnulli iacobe

[Sequentium xxi opusculorum initialia verba addita non sunt:]

Rosariorum et orationum de di- uersis	li j	De laudibus sancti ioseph	li j
De grecis questionibus	li j	Rosarium officium et orationes de eodem	
De miseria prelatorum	li j	Laudes vite cenobitice	li j
Cronica sui cenobii	li j	De laude penitencie	li j
Cronica hirsaugien	li j	Soliloquium hominis ad animam	li j
Historia sancte Irmine virginis	li j	De lau. am. et studio scriptura- rum	li j
De laudibus sancti Andree	li j	De miraculis sancte anne	li j
De laudibus sancti benedicti	li j	Cronica ducum bavarie	li j
De laudibus sanctorum	li xx	Ad patres prose apologia	ep̄ta j
Poligraphie ad imperatorem	li viij	Sermones varii	li j
Odoeporicon suum	li ij	Omelle plures	li j
Intelligentiarum	li ij	Collaciones sine numero	li j
De demonibus contra artes pro- hibitas	li xij	Epistolarum ad diuersos	li ii j

[Fol. 3<sup>b</sup> vacuus relictis 5 lineis sic pergit:]

Alia insuper quam plura conscripsisse putatur indies publicanda que nondum ad noticiam meam peruenerunt E greco transtulit dialogum Maxī abbatis de incarnatione domini Anatheam sancti Cirilli Alexandrini contra hereticos in 3<sup>a</sup> synodo ephesina promulgata et quasdam eiusdem synodi epistolas Quod autem de micro-mancia accusatur in vulgo friuolum atque fictitium est si vero qua miranda dicitur scripsisse non maleficio sed occultis nature eidem [lacuna 4 fere litterar.] tamen patientibus rebus id fieri posse non dubito Multa enim stupenda fieri possunt naturaliter occultaque denudari futura predici que omnia ab inexpertis supra

naturam indicantur Sed de hiis latius in libro nostro vbi de laudibus ipsius egi disseruisse me memini [*cf. supra art. Piemont*] quamobrem hic supersedendum puto Viuit usque hodie apud Herbipolim et varia componit annos etatis habens duo de quinquaginta sub Maximiliano inclito rhomanorum rege et summo pontifice Iulio Anno domini quo hunc cathalogum incepimus Millesimo quingentesimo octauo."

TVNGERSHEIM *vid.* Dungersheim.

TVNGRIS. „Arnoldus Luydius sive a Lude Tungris familia patritia natus, unde Coloniae notior Arnoldus de Tongris aut Tungaris sive Thungaris. Licentiatius creatus 1489. Decanus facultatis Artium 1494. sacros. Theologiae Doctor, serenissimi Cardinalis et Episcopi Leodiensis Erardi a Marca, dum in studiis ageret, paedagogus, a quo praebendam in cathedrali Leodiensi consecutus, renuntiavit ei, quam ab Universitate Coloniensi acceperat in B. M. V. ad gradus ecclesiae, praebendae: quia et gratiam Principis spernere non audebat, et duo beneficia simul habere tutum non credebatur. Gymnadiis Laurentianae Regens primarius post 1494. fundavit tres Bursas consanguineis suis. Canonicus ecclesiae metropolitanae Coloniensis creatus repetiit caram Coloniam, et convivio primum a facultate theologica, dein artium uti optatissimus hospes exceptus fuit; nempe de utraque praeclare meritis. Legata sua bibliotheca Canonicis saecularibus [Tungrensibus] obiit Leodii *ciō. ci. xl. die xxviii. Augusti*, toleratus sat diu calculi doloribus“. Hæc Hartzhemius<sup>1</sup>, qui ex Foppensio<sup>2</sup> etiam exscribere poterat, Arnoldum fuisse unum e septem in aede metropolitana Canonicis sacerdotalibus. Quæ ille scripta ‘typo vulgata’ esse dicit, partim typis vulgata non sunt, ut sqq. numm. 4...6., partim, ut numm. 1...3., unius operis Coloniae a. 1512. 4<sup>o</sup>. publicati, quod supra<sup>3</sup> recte descriptum est, tres partes sunt. itaque, pro suo more, indiligenter Hartzhemius hæc sex (a Foppensio sine numeris atque omisso Hartzhemiano n. 2. indicata) scripta typis vulgata enumerat: 1) Tractatus propositionum ... 4<sup>o</sup>.<sup>4</sup>; 2) Tractatus propositionum ... 4<sup>o</sup>.<sup>5</sup>; 3) Responsio ad argumenta ... quinto kalendas Septembris<sup>6</sup>; 4) Prælectiones sive explanationes in Ioannem opus magnum *MS.*; 5) In Evangelium Matthæi; 6) In Iuvenalem. (Foppens: ‘Commentaria in Iuvenalem, et Carmina nonnulla, quæ partem Tungris apud Regulares, partim Coloniae MSS. adservantur’.) Epitaphium in claustro cathedralis ecclesiae Leodiensis ex opposito aræ B. V. ad Gradus:

Arnoldi pia Tungrensis lapis hic tegit ossa,

Eximia quondam religionis senis.

Qui sacrae Doctor Sophiae venerandus, et ingens

Urbis Agrippinae luxque decusque fuit. *e. g. s.*

1) Bibl. Col. 1747. fol. p. 25.

2) Bibl. Belg. 1739. 4<sup>o</sup>. p. 98.

3) p. 78. sq.

Ind. scrr. n<sup>o</sup>. xi.

4) i. e. pars prima Articulorum s. proposit. fol. 3i...f<sup>ult.</sup>

5) i. e. altera eiusd. libri pars, fol. 6i...f<sup>ult.</sup>



6) i. e. XVII ultima eiusd.

libri folia.

TYBERINVS, Matthias. *vid.* Rotburgensis.

URBANVS BELLVNENSIS. Huius fratris ordinis Minorum Institutiones

Græcæ grammatices (p. 10<sup>33</sup>) Venetiis apud Aldum a. 1497. 4<sup>o</sup>. prodierunt<sup>1</sup>; Glareanus etiam edidit eas Basileæ a. 1534. 1535. 4<sup>o</sup>. Huius editionis exemplo<sup>2</sup> meo æqualis manus superscripsit „φιλιππος μελανθων | Solus Urbanus dignus ē q̄ vocet<sup>3</sup> grāmaticus grecus“. Libro primo, ut iam Gesnerus<sup>3</sup> notavit, tractantur quæ ad simpliciorum octo partium orationis rationem pertinent, secundo vero quæ ad accuratiorum earundem explicationem, varias dialectos, et regulas generales spectant.

1) Hain Repertor. n<sup>o</sup>. 16098. 2) Inscriptum est:  VRBANI  | BEL-  
LVNENSIS, OLIM D. FRAN- cisci familiæ institutionū in linguam | Græcam gram-  
maticarum, | LIBRI DVO. | Quorum primo quæ ad simpliciorum octo partium  
orationis rationem, secundo vero quæ ad | accuratiorum earundem pertinent  
explicationem, continentur. | (*In armis avis oleam rostro tenens.*) | BASILEÆ |  
In officina Ioannis Valderi | Anno M.D.XXIV. | Cum priuilegio Cæsareo in tres  
annos. | 4<sup>o</sup>. Continet præter primum folium 472 numeratas paginas triaque  
folia, i. e. Indicem Errataque. 3) Biblioth. p. 627.

URBANVS, Henricus (p. 59<sup>20</sup>), intimus Mutiani Spalatinique amicus, illo paulo iunior, maxime ex eiusdem Camerarianisque de Eobano Hesso scriptis notus, cum Erfurti theologiæ studeret, in Mutiani, iam tum doctrina ingenioque clari, consortium venit, quocum etiam postquam Urbanus Cisterciensis monachus et œconomus monasterii Vallis sancti Georgii factus est, arctissimo animorum ac studiorum fœdere coniungebatur. De studiorum genere ex multis Mutiani testimoniis hoc unum ex eius ad Urbanum epistola<sup>1</sup> profero: „Urbanus, Spalatinus, Mutianus poetæ sunt, Græce loquuntur, de rebus divinis impie sentiunt: talia iactantur: ultima criminatio falsa est et ementita: quis enim Urbano religiosior, Spalantino sanctior, Mutiano sincerior? Si vero poetæ sumus, doceo nos non esse magnos poetas, quales sunt Baptista Mantuanus et consimiles. Illud perquam ridiculum est loqui nos Græce. ita aiunt: nam Græcum esse putant id omne quod nesciunt; auditus est qui propalam diceret ‘Nos hactenus Latine scripsimus; exorti sunt novi literatores, qui græcissant’ . . . Mutianus ille, qui cum Urbano et Spalantino poetatur et græcissat et impie sentit; qui viginti annorum lucubrationes, exilia, peregrinationes, incommoda multa literarum amore sustinuit, et nunc inter barbaros quasi in utroque latere vulneratur indignis convitiis . . . Ex Urbani scriptis, quæ omnia tersa, limata et ad regulam composita esse Mutianus iudicat, equidem neque ab hoc laudatum<sup>2</sup> ‘Marulum’ (Carmen de doctrina . . . Iesu Christi . . . per modum dialogismi Christi et Christiani Erford. per Ioann. Cnapp. 1514.) vidi, neque equidem scio quo tempore Urbanus e vita decesserit.<sup>3</sup>

1) n<sup>o</sup>. XXVII. in Tentzelii Suppl. hist. Goth. Ienæ 1701. 4<sup>o</sup>. p. 32. 2) Tentzel l. c. num. CXXIV. 3) cf. Erhard in vita Euricii Cordi in *Ersch und Gruber Encyclopædie*. XIX. pag. 289. *Kampschulte Geschichte der Universität Erfurt*. I. p. 80. sqq.

URSINVS, Caspar, patrio nomine Vel s. Velius, Suidnicii Silesiæ natus a. 1493. vix pubes factus Latina Græcaque carmina composuit (p. 278. i. f. 279. init.). Romæ, Bononiæ et in aliis Italiæ urbibus non solum I. V. D. gradum, sed tantum sibi meruit nomen, ut a Cæsare in aulam adscitus

poetica laurea donaretur<sup>1</sup>, et in curia cardinalis Salisburgensis Matthæi Lang, ubi eum Reuchlinistam se professum esse Cocleariligneus refert (p. 278<sup>34</sup>), ab epistolis secretisque consiliis esset, Richardo Bartolino familiarissimus. Anno 1517. de Velio hæc Rudolphus Agricola iunior: „Præter hoc quod iuvenis est (annum enim 25. nondum agit), quod reverendissimi Cardinalis Gurtzensis a secretis, quod longa doctissimorum hominum Romæ et in tota Italia familiaritate usus est, idque Thursonis Episcopi Vratislaviensis auspicio: quod suis expensis suoque stipendio longam musarum castris militiam addixit: illud eum unice commendat, quod integer vitæ scelerisque purus, et qui tantæ ingenii gratiæ fidem, comitatem, mansuetudinemque adiecerit. Sunt complusculi qui facti doctiores, humilitatis obliviscuntur“. Salisburgensis secretarii consiliarii que munere Velius anno 1518., cum Erasmo de genethliaco in eum composito, postea celebratissimo<sup>3</sup>, scriberet, fungi desierat. Ut Erasmus sibi deditissimum Ursinum omnibus laudibus multis epistolarum et Ciceroniani locis evexerit, Buschius quoque<sup>4</sup> et alii æquales multi Veliana carmina admirati sint<sup>5</sup>, ut Velius Ferdinandi regis historici Maximilianique II. præceptoris locum optinuerit, a. 1529. uxorem duxerit<sup>6</sup>, denique ut infelix maritus d. 5. Mai. a. 1538. evanuerit, Danubii undis, ut ferunt, suffocatus<sup>7</sup>, huius loci non est accuratius exponere. cf. Burekhardum<sup>8</sup> Iæcherumque<sup>9</sup> et quos hi laudant. Scripta Ursiniana, quæ nullo ordine observato enumerat Iæcherus<sup>10</sup>, ex Denisii accuratiore descriptione ea quæ Vindobonæ in 4<sup>o</sup>. prodierunt, digeram: [D. = Denis pag.]

- 1) D. 178. (kal. Oct. 1517.): Casparis Vrsini Velii ex Germanis Silesii Doctoris Oratoris et Poetæ Lau. ad Mariâ uirginem... uotum.
- 2) D. 332. (1519.?) Casparis Vrsini Velii Doctoris et Po. Lau. in Dium Maximilianum Cæsarem Epicedion. (cardinali Matth. Lang dedicat.)
- 3) D. 336. kal. Ian. 1520. In Dium Cæsarem Maximilianum. Casparis Vrsini Velii Doc. et Poe. Lau. Nænia Anniversaria.
- 4) D. 224. Mart. 1521. Sancti Cyrilli .. de Animæ decessu .. Sermo C. Vrsino Velio interprete. Eiusdē Vrsini Tomos quidā Euangelij Lucani in uersus redactus. Eiusdē oratio ante sacrā corporis dominici communionē dicenda.
- 5) D. 225. 10. cal. Iun. 1521. De Nuptiis ... D. Ferdinādi ... et .. D. Annæ Reginæ Hungariæ ... Casp. Vrsini Velii. Carmē. Eiusd. de reditu Imp. Caroli quinti in Germaniam. Carmen.

---

1) cf. Hutt. Opp. I. p. 145<sup>12</sup>. 2) Denis *Wiens Buchdr. gesch.* p. 323. 3) repetitum est etiam in Erasmi epp. L. B. 1706. fol. coll. 223... 227. 4) cf. e. gr. epigramma in Periandri Germania p. 89. sq. 5) Vid. etiam Hutt. Opp. II. p. 52. adnot. 6) Denis I. c. p. 693. 7) Eder Catal. Rector. Vienn. p. 74. „Casparus Ursinus Velius Schuëmnicensis Poeta insignis, Orator celebris, Græce et Latine doctissimus, Regis Ferdinandi liberorum Præceptor et Historicus, 5. Maii mane sub horam 6. subito amissus fuit. Quem alii in Danubium deiectum, alii meditabundum ut assolebat in ripam delapsum, alii veneno sublatum existimabant“. 8) de L. L. fatis I. p. 408. 9) *Gel. Lex.* v. Vel. 10) Sylvas, Elegias, Epigrammata, Panegyricos, Epitomen chronicor. mundi, Luciani epigrammatum Lat. interpretationem, Epistolarum librum, De rebus Austriacis.

- 6) D. 243. Mai. 1524. ... Oratio Dominica in uersus adstricta C. V. V. auctore. Aurea Carmina Pythagoræ græce, ac deinde latina eodem Vrsino interprete. Eiusd. Epistola ad D. Erasmū Rhoterodamum. Eiusd. varia Epigrammata.
- 7) D. 252. 6. Mart. 1525. De mirabili Victoria Cæsarianorum aduersus Gallos, ac .. Regis captiuitate. C. V. V. Ode. Eiusd. in laudem diui Cæsaris Maximiliani et Henrici VIII. Britanniae Regis Carmen.
- 8) D. 256. 1. kal. Apr. 1526. Nenia ... Mariæ Reginæ Pannonioꝝ de obitu ... Elisabethæ Reginæ Danorum .. C. V. V. auctore. Eiusdem ad Diuersos diuersa Epigrammata.
- 9) D. 346. (1526.?) Elegia ad Germaniæ Principes. (post Cuspiniani orat. protrept.)
- 10) D. 348. 3. Non. Nov. 1527. Casp. Vrs. Vel. Oratio habita in Alba Regali die .. coronationis .. Ferdinandi Vngarię Bohemięq; Regis.
- 11) D. 267. 1528. Epigramma Casp. Vrsini Velii (7 disticha, post Ioa. Fabri Sermones).
- 12) D. 269. Mart. 1528. ... Monosticha Regum Italiæ, Albanorum, Romanorū et virorum illustrium, tum Cæsarum vsq; ad nostram ætatem: Monosticha summorum Pontificum Rom. a Petro usq; ad Clementem Septimum. C. V. V. Auctore. Eiusd. Carmen ad Adrianum Sextum P. M. Adiuncta sunt præterea Epigrammata quædam selectiora.
- 13) D. 353. (20. Oct. 1528.) Disticha Cæsarum Romanorum a Iulio Dictatore usque ad nostram memoriam. Gaspare Vrsino Velio, Regio Historico, auctore.
- 14) D. 396. 1539. Gasparis Vrsini Velii Epistola ad Lazarum Bonamicum. Lazari Bonamici Responsum, item carmine.
- 15) D. 612. 1560. Casparis Vrsini Velii Poetæ et Historiographi Regii Leopoldus seu Pæan in Diuum Leopoldum Austriæ Principem et tutelare numen. (post Viti Iacobæi .. de Dino Leopoldo .. Panegyricum.)

VADEMECVM. Sub hoc barbaro nomine diversarum doctrinarum elementa tradentes libri prodierunt. qui p. 224<sup>9</sup> et 258<sup>20</sup> memoratur, aperte grammaticus fuit vel parvus vocabularius, quem tamen ipse non solum non vidi, sed ne memoratum quidem inuenio ab aliis. cuius farinæ fuerit, satis ex uno exemplo inde desumpto (p. 224<sup>2...9</sup>) patet. Similis argumenti sunt Exercitium puerorum, Grammatellus pro iuvenum eruditione, Parvulorum institutio, Dominus quæ pars, Es tu scolaris, Pappa puerorum, breues vocabularii s. vocabulistæ et innumeri alii. is Vademecum quem Ioa. Cerdonis<sup>1</sup> testamento reliquit, cum post Sermones discipuli<sup>2</sup> positus legatur, fortasse theologicus, non grammaticus libellus fuit: Norimbergæ a. 1507. 4<sup>o</sup>. prodiit 'Vademecum. Missale Itinerantium seu Misse peculiare valde deuote'. Quasidoctoris Antonii N. 'Vademecum in medicina' (p. 63<sup>25</sup>) liber quidem non fuit, sed capsula ex eadem causa, quæ libelli nomen fecit, sic appellata. Hodieque ista inscriptio 'Vademecum', præ-

1) Hutt. Opp. VI. p. 457<sup>25</sup>.

2) cf. supra p. 390. art. Herolt.

cipue ad significanda naturalium disciplinarum elementa sive principales regulas inductis tradendas destinatos libros, in non nullo usu est, sed parvis lexicis inscribere solent *Taschenwörterbuch*, *Pocket-Dictionary*, *Dictionnaire de poche*, *Dizionario portatile*, *Diccionario portatil* e. q. s. s.

VADIANVS (*von Watt*), Ioachimvs, Sangallensis, 'poeta qui est unus ex Reuchlinistis'<sup>1</sup>. quomodo in contubernio Vindobonensi Huttenum humanissime exceperit huiusque ad Maximilianum Cæsarem exhortatorium carmen ediderit, supra<sup>2</sup> vidimus. Rector universitatis Vindobonensis (p. 237<sup>28</sup>) fuit anno 1516.<sup>3</sup> ceterum de vita viri, ingenii corporisque dotibus eximii, sed a moribus non pariter laudandi, a multis et nuper a Presselo<sup>4</sup> scripta hæc tantum adnotare libet: Natus S. Galli d. 30. Dec. a. 1484. senatorio patre Leonardo, prima litterarum elementa domi didicit; tum ab a. 1502. Vindobonæ imprimis sub Quado, Tannstettero, Camerte bonis litteris studuit, quarum publicam professionem post itinera Polonica et Hungarica ibi ab a. 1507. per decennium exercuit (cf. p. 199. vv. 28. sqq. 237<sup>28</sup>. 278<sup>33</sup>). Ab imperatore Lincii d. 12. Mart. a. 1514. lauream accepit<sup>5</sup> et d. 19. Nov. 1518. medicinæ doctor creatus relicta Vindobona, tum pestilentia laborante, in patriam reversus ibique evangelicorum partibus favens, postquam poeticas et geographicas (quarum causa longiores etiam peregrinationes fecerat) et medicas artes diligentissime coluerat, etiam theologiæ incubuit et cum anabaptistis dimicavit ac colloquiis de rebus theologicis publice habitis interfuit. Anno 1526. primum et postea septiens consummatum Sangallensem gessit. Testamento librorum suorum thesaurum rei publicæ reliquit ea lege, ut in publicam utilitatem senatus eum adservaret. Mortuus est d. 6. April. a. 1551. ætatis sexagesimo septimo. Scripta viri recenset Presselus<sup>6</sup>.

- 1) p. 237<sup>28</sup> et Hutt. Opp. I. p. 131<sup>14</sup>.      2) Hutt. Opp. I. p. 21. sqq.      3) Eder Catal. Rect. Vienn. p. 60.      4) *Theod. Pressel Ioachim Vadian. Elberf.* 1861. 8°.      5) Hutt. Opp. I. p. 145<sup>11</sup>.      6) not. 4. cit. p. 100... 103.

VELIVS *vid.* Ursinus.

VEREANDER, Paulus, qui p. 201. v. 95. inter Tubingenses Schlauraffomastiges post Bebelium Brassicanumque senioremem memoratur, aperte idem est atque Paulus Geræander Saloburgensis, Græce Latineque doctus, cui Melanchthon a. 1516. Terentium, quem Geræandri opera castigationem prodire affirmat, dedicavit<sup>1</sup>, et qui inter Reuchlinistas novissimo loco memoratur 'Paulus Gereander Saltzburgensis'<sup>2</sup>. neque vero opus est neque licet, ubi scriptum est 'Vereander' corrigere 'Gereander' s. 'Geræander': nam in hoc nomine ut in aliis a G incipientibus pro hac littera promiscue V utebantur. Tubingæ eum docuisse unum testem habeo Schlauraffum (cit. p. 201.); anno autem 1517. Romæ Reuchlino scribit de pontifice cardinalibusque huic faventibus<sup>3</sup>; tum 'Saloburgi 8. Idus Ianuarii M.D.L.' Ioachimo Camerario cum vini rosacei lagæna epistolam elegantissimam misit<sup>4</sup>. Num in cardinalis Matthæi Langi officiis me-

- 1) Corp. reformatior. ed. Bretsch. I. p. 9. sqq. num. 3.      2) Hutt. Opp. I. p. 131.      3) cf. supra Consp. chronol. p. 144.      4) Tert. libell. Epp. H. Eob. Hessi ed. aut. Ioach. Camerario. Lips. 1561. 8°. foll. O<sup>111</sup>. P.



ruerit Geræander (*Altmann?*), equidem nescio; miror autem alto silentio hominem certe non obscurum apud omnes quos consului vitarum scriptores premi.

VERNEVS (p. 47<sup>14</sup>). Falsum hoc nomen et pro eo scribendum esse 'Herveus' puto, ut h. l. Hervei Natalis Britonis (Narbonæ a. 1322. s. 1323. defuncti) prædicatorum ordinis, magistri in theologia, Commentarius in quattuor libros Sententiarum significetur<sup>1</sup>, qui in Conciliabulo theologistarum § 5. similiter laudatur<sup>2</sup>. Herveus scripsit etiam Quodlibeta, Logicam, alia<sup>3</sup>. Nuper v. cl. Prantl<sup>4</sup> hunc Semithomistam eiusque libros percensuit eumque inter æquales præcellere demonstravit. — De Verno (Wernhero) de Laer tum ex aliis causis, tum quod is commentaria in Petrum Lombardum non scripsit, ad cit. p. 47<sup>14</sup> non est cogitandum, neque de Ioanne Verno, Danubianæ a Conrado Celtis conditæ sodalitis socio. cf. etiam inferiorem art. Wernherus. — De Herveo Natali locus est in Ioannis Piemontani MS. Auctario scr. eccl. fol. 148<sup>b</sup> hic:

„... Erneus quidam doctor et professor diuine pagine cuius quedam habentur que vidi quodlibeta vir certe acuti ingenii et in philosophia aristotelica satis studiose exercitati sermonis quoque scolastici cuius nec tempus nec patria sed neque status eius michi modo occurrit“.

- 1) cf. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. III. p. 726. sq. *Buhle Gesch. der Philos.* V. §§ 795. sqq. 2) Hutt. Opp. IV. p. 577<sup>1</sup>. 3) vid. Hain. n.º. 8530. sqq. Panzer Ann. typ. V. p. 244. X. p. 401. *Buhle* V. p. 287. 4) *Gesch. der Logik*. III. p. 264... 273.

VERSOR (p. 285<sup>16</sup>) s. Versoris s. Wersor, Ioannes, Parisiensis doctor, etiam inter præceptores gymnasii Montani, deinde in domo Cornelia<sup>1</sup>, per multa in Aristotelem et Petrum Hispanum, de ente et essentia seu quidditatibus s. Thomæ de Aquino (p. 210<sup>23</sup>), 'doctoris angelici ordinis fratrum prædicatorum', quæ a magistris bursæ Corneliæ eximie laudata sæpius edita sunt, Commentaria, Dicta, Quæstiones, Quæstiones librorum prædicabilium et prædicamentorum et posteriorum, de octo partibus orationis, super Donatum minorem, et Notabilia in tertiam partem Alexandri reliquit<sup>2</sup>, ut mireris de scriptore recentiores fere silere. nam quod Iöchierus habet *Versor, Ioh., ein Deutscher, hat 1492. Commentaria in Arist. ethica ... heraus gehen lassen*<sup>3</sup>, quamvis et Bianco<sup>4</sup> dicat „nach dem Zeugnisse älterer Literarhistoriker ein Deutscher von Geburt“, nihili fecerim. Normannus fuit, familiæ *Tourneur*, ut puto; Bulæus<sup>5</sup> quoque in catalogo rectorum Parisiensium habet: „Io. Versoris Normannus. 23. Iunii 1458.“ et idem<sup>6</sup> „Die 23. Iun. [a. 1458.] in Comitibus San- Julianensibus ... in Rectorem electus est M. Ioannes Versoris Normannus, vir doctus et de Academia bene meritus, qui paulo post, h. e. 25. Sept. supplicavit Nationi suæ cuius vices erant, pro lectura Ethicæ: illique libenter concessa est“. Secundum Hartzhem. l. c. Versoris floruit circa a. 1490. De eo hæc habet Ioa. Piemontani MS. Auctarium scriptor. ecclesiasticor. fol. 80<sup>a</sup>:

- 1) Hartzheim Bibl. Colon. p. 206. *Bianco die alte Univ. Köln*. I. p. 796. 2) cf. Hain. Repertor. n.º. 16022... 16063. 1669. 1769. 1773. 764. 3) Hist. univ. Paris. V. 922. 4) *ibid.*, pag. 630.

Ioannes versor vir in divinis scripturis excellenter eruditus et in philosophia quam aristotelicam vocant apprime exercitatus philosophus et sacrę theologie professor eximius ingenio acutus et subtilis sermone disertus nec minus vita et conuersatione quam doctrina preclarus Scripsit pro vtilitate et commodo in philosophicis disciplinis studentium quedam egregia facultatis illius documenta quorum vsus apud modernos celebris habetur De quorum numero dumtaxat ego vidi subiecta

In petrum Hispanum tractatus	li j	
In parua naturalia Aristotelis	li vj	Circa initium paruorum naturalium
In eiusdem de celo et mundo commen	li iiij	Circa initium libri de celo et mundo
In eiusdem de generatione et corrupt	li ij	
In eiusdem Metheororum commen	li iiij	
Et in multos alios atq; alia scripsit	Claruit temporibus	

VERVLANVS *vid.* Sulpitius.

VILLADEI s. Villadeus *vid.* Alexander.

VOCABVLARIVS EX QVO est vocabularium Latinoteutonicum ex Catholico Ioannis de Ianua<sup>1</sup> compilatum, incipiens 'Ex quo vocabularii varii autentici videlicet hugwicio<sup>2</sup> katholico'. prodiit primum 'in Altavilla' a. 1467. 4<sup>o</sup>., tum ibid. a. 1469. 1472., Moguntię a. 1477., item s. l. et a. 4<sup>o</sup>., quod exemplum Panzerus<sup>3</sup> Colonię ex officina Quenteliana prodixisse putat.<sup>4</sup> aliud exemplum a. 1495. 4<sup>o</sup>. editum indicat Panzer<sup>5</sup>. Is vocabularius 'est (ut Ducangii verbis utar) ex insulsis istis lexicis, a quibus barbaries ipsa fovebatur', quę tamen ad historiam linguę Latinę recte cognoscendam magni momenti esse magis magisque apud nos cognoscitur. Agmen eorum qui generalia dictionaria composuerunt, Papias ducit, Lombardus qui circa a. 1163. lexicon celebratissimum<sup>6</sup> composuit<sup>7</sup>.

- 1) cf. supra p. 399. art. Ianua. 2) i. e. Hugutio. 3) *Zusätze zu den Ann. d. ält. deutsch. Lit.* p. 28. n. 117. 4) cf. *Ebert Bibl. Lex.* n. 23864. sq. 5) *Ann. typ. IX.* p. 311. n. 428<sup>b</sup>. 6) *Hain Repertor.* n. 12378...12381. 7) Cf. *Diss. de lexicis Latinis Gesneriano quoque Thesauro præmissam h. v. et Du Cange præf. Glossar. Lat.* § XLIV.

VOCABVLARIVS IVRIS VTRIVSQVE (p. 214<sup>4</sup>), incerti cuiusdam compilatoris, Bononiensis puto, post Eugenii PP. IV. in apostolicam sedem evectionem (a. 1424.)<sup>1</sup> composita 'terminorum qui in utroque iure maxime frequentantur' alphabetica descriptio, 'tam ex Summis Azonis quam et Goffredi quam aliunde collectorum'. Incipit ab Ulpiani<sup>2</sup> verbis: 'Quoniam iuri operam daturum'. De libro docte nuper tractavit Rodericus Stintzing<sup>3</sup>, qui exempla quoque typis evulgata recensuit, triginta tria, quibus alia addenda sunt<sup>4</sup>. Liber hodieque frequentissime in bibliothecis reperitur, sed rarius quam par est ad doctorum studia adhibetur. eum cave ne confundas cum dictionario iuris civilis et canonici Alberici de Rosate

1) cf. *Vocabularii art. Papa.* 2) L. 1. Dig. de iust. et iure I. 1. 3) *Gesch. der popul. Lit. des röm. kanon. R. in Deutschl. Leipz.* 1867. 8<sup>o</sup>. p. 129. sqq. 4) ut post num. 21. „Mediolani apud Uldericum Scinzenzeler. 1492. fol.“; post num. 26. „Parrhisius 1506. 4<sup>o</sup>.; post num. 33. Lugduni 1530. 8<sup>o</sup>."

s. Rosciate s. Roxate, 'probatissimi iuris utriusque monarchæ'<sup>5</sup>, qui Albericus Ricardi Malumbræ Oldradique de Ponte discipulus, iuris doctor, Bergami advocatus et aliis publicis muneribus functus obiit anno 1354. de vita scriptisque eius adeatur Savinius<sup>6</sup>, meus ante hos quinquaginta annos præceptor.

5) Hain Repertor. n. 13997...14001. Vide Stintzing l. c. p. 144. 6) *Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter*. VI. cap. LII.

VOLZIVS, Paulus (p. 288<sup>11</sup>), natus circa a. 1480. Offenburgi Ortenaviæ, cum Sletstadii sub Cratone Hoffmanno primis litteris incubisset, cœnobium Schutteranum intravit, litterariæque sodalitatæ Sletstadiensis a Wimpelingo conditæ socius<sup>1</sup> humanioribus quoque litteris studuit, quapropter abbatia Hugonis villæ (*Hugshofen, Honcourt*) Benedictini, tum Bursfeldensis ordinis anno 1513. ei demandata est, quam tamen litterarii otii desiderio motus abdicare cupiverat iam antequam rusticano bello cœnobium dirueretur, quod ille, cum anno 1526. rediisset, brevi post Lutheranis partibus aperte favens reliquit, Argentoratque studiis maxime historicis vacavit. post, anno 1530., prædicator a confessionibus in monasterio virginum Nicolaitarum factus, cum Schwenckfeldianismi et anabaptismi argueretur, ineunte anno 1537. ecclesiastico munere ei interdictum est. tum a Calvino in huius partes traductus anno 1539. publice errorum suorum confessionem recitavit, rursusque munus parochi ad ædem s. Nicolai in undis et magistri scholarium in monasterio ad Willhelmitas suscepit, quo functus est usque ad vitæ exitum, d. 6. Iun. a. 1544. Quanti Erasmus Volzium fecerit, imprimis ex epistula, qua d. 18. Aug. a. 1518. Militis Christiani exemplum iterum adscripsit<sup>3</sup>, et ex legato quod testamento eidem reliquit, cognoscimus. Volzii ad Erasmum epistulas tres edidit Burscherus<sup>4</sup>. Et Zasius Volzium 'inter nostræ ætatis abbates facile doctissimum' appellat<sup>5</sup>. Vitam viri enarrat Bælius<sup>6</sup>), quocum cf. Burscherum l. c., et accuratius Röhrich<sup>7</sup>.

1) Cf. supra p. 464. art. Sapidus. 2) cf. Erasmi epp. L. B. 1706. fol. Append. n. cccxxxii. 3) Erasmi epp. ed. cit. n. cccxxix. 4) Autographor. Spicileg. XXIII. Lips. 1796. 4<sup>o</sup>. 5) in ep. quam v. kal. Dec. a. 1518. Henrico Canali scripsit, in Rieggeri Zas. II. p. 418. n. ccl. 6) *Bayle Diction. v. Volse*. 7) *Mittheilungen etc. Straßb.* 1855. 8<sup>o</sup>. III. p. 203...230.

VRATISLAVIA, Ioannes de, (p. 12<sup>5</sup>) sæculares poetas commendat, „quod discimus bona dictamina facere ex talibus poetis“. Certam quidem viri notitiam non habeo, sed aut fallor aut is est „Ioannes Borscus vratislavius nostri amantissimus qui nuper in edibus nostris Episcopo Swericensi præsentem te suum discipulum fuisse, nunc autem præceptorem esse dicebat“, ut verba sunt Petri Ravennatis in epistola Colonice ineunte anno 1508. ad Ortvinum Gratium scripta, quæ hunc fere immodice laudans eius 'Orationibus quodlibeticis periucundis' præmissa est<sup>1</sup>.

1) In fine habent 'Impfsum est hoc opus egregiū Colonie per honestum ciuem | Henricum de Nucia. Anno domini. M.CCCC.viii. Inscriptum autem est huic libello, foliis 36 in 4<sup>o</sup>. constanti, magis molestæ congestæque doctrinæ pleno, quam iucundo, sic: *Orationes quodlibeticæ periucunde Ortviini Gratij Dauentriensis Colonie bonas litteras docentis. Quarum | prima diuine philosophiæ preconia per*

multas partes | complectitur : et diuum Albertum (quē vere magnū appellamus) ceteris  
phis antepōnit. Reliquē vero de septē libera|libus disciplinis ⁊ poetica. miro quodā  
artificio. adiunctis [sic] etiā quibuscūq; facetijs in ordine subsequuntur. Tum sequitur  
Gualtheri Tangherij Busciducensis et viri docti | Epigramma in cōmendationē operis  
perelegans. duodecim versuum. Secunda pag. et priores sex versus tertiæ  
habent illam Petri Ravennatis epistolam, sic exeuntem „Et cura vt tue  
orationes quotlibetice primis edantur die|bus vt mecum in Italiam profici-  
fcanť, Iterum vale“. Ipse Ortvinus præfationi ad Rotgerum de Venloe scrip-  
tæ, in qua se suumque opus ipse putide laudat, subscripsit: „Colonie ex  
gymnasio nostro p̄celebri qđ Kuyck | vocant Decimo Kalendas Martias. Anno a  
natali christi|ano. M.CCCC.viij. Gothicis q. v. litteris impressus est libellus.

WALLEIS s. Walleys, Thomas de, sive Gallensis, „magister noster Angli-  
cus de ordine nostro (p. 42<sup>sq.</sup>), i. e. prædicatorum sancti Dominici,  
doctor theologiæ, quam Parisiis Oxoniique professus est. Ioannem PP.  
XXII. (a. 1316...1334.) Avenione coram hæreseos accusasse ob idque in  
vincula coniectum, sed paullo post liberatum esse ferunt. mortuus est  
circa annum 1340. Bulæus<sup>1</sup> et Fabricius<sup>2</sup> circa annum 1330. claruisse  
scribunt. Thomæ ‘Moralizationes in Ovidium, de formis veterum deorum’,  
qui est ‘liber super librum metamorphoseos Ovidii, exponens omnes fa-  
bulas allegorice et spiritualiter’ (p. 42<sup>sq.</sup>), Gallice prodiit Brugis a. 1484.  
fol.<sup>3</sup> et Parisiis a. 1493. fol.<sup>4</sup>, Latine Parisiis annis 1509. 4<sup>o</sup>, 1511. 4<sup>o</sup>,  
1521. 8<sup>o</sup>.<sup>5</sup>; ut Ovidianum opus, ita et Thomæ explanatio quindecim libros  
habet. Dantem Aligerium († 1321.) aut ipsum legerat Thomas, aut certe  
quales hic Galensis monachus protulit allegorias rudes et cucullum olentes,  
tales Florentinus vates sublimi artificio adhibebat, ut Christianas ima-  
gines figuris ex mythologia veterum descriptis ingeniose exprimeret. Ita  
sine naso erant theologistæ canes, præcipue stolidissimus vates Ortvinus,  
ut ne id quidem, quod Dollenkopfius aperte dicit, se mirabilem suam  
scientiam ex Dominicani monachi opere haurire, senserint<sup>6</sup>. — Inter

- 1) Hist. univ. Paris. IV. p. 993. 2) Bibl. Lat. med. et inf. æl. VI. p. 742. sq.  
3) Apud Hain n. 12164. sic: fol. I<sup>a</sup>, icon xyl. *Infra*: Cy commence Ouide | Sal-  
monēn son liuz jntitule Méthamorphose, Conte|nant. xv. liuzes particuliers |  
moraliste par maistre Tho|mas waleys docteur en theologie de lordre saint  
domi|nique Tranflète et Compi|le par Colard manfion en | la noble ville de  
Bruges. *Ult. f. b.*: Faict et imprime en la no|ble ville de Bruges en flan|dres  
par Colard Manfion | citoyen de jcelle au Mois de | May lan de grace. m. quatre  
cens. iij.xx. et iij. [i. e. 1400 et quatre vingt quatre]. fol. gr. ch. 2 col. 33 lin. cum  
figg. Cf. Panzer Ann. typ. V. p. 339. 4) Ap. Hain. n. 12165. sic: Metamor-  
phose d'Ovide moralisée par Thomas Waleys appelée la Bible des Poetes de  
metamorphoze. Paris par Antoine Verard 1493, ce premier de Mars. fol. Cf.  
Panzer l. c. 5) Panzer Ann. typ. XI. 11., ubi de Parisino 1509. per error.  
est ‘fol.’ pro ‘4<sup>o</sup>’: ipso hoc exemplo utor, quod inscriptum est Metamorpho-  
fis Ouidia|na Moraliter a Magistro Thoma Walleys Anglico de profes|sione  
p̄dicatorū sub sanctissimo patre Dominico: explanata. | (Prēlū Ascensionū.) Ve-  
nundatur in ædibus Ascensionis | & sub pellicano in vico sancti Iacobi | Pari-  
sijs. in fine: .. in ædibus Ascensionis: anno domini Millefimo quingentesimo |  
nono. ad Idus Iulias. (Continet 12 non numerata et xciiii numerata folia.)  
6) cf. infra Comm. ad p. 42<sup>6</sup>.

alia scripta multa, quorum pars non huius Thomæ Galensis, sed aut Thomæ Iorzii Anglici cardinalis anno 1310. defuncti, aut Thomæ Aquinatis sunt, ex Hainio<sup>7</sup> hic memorentur: Liber propugnatorius super primum sententiarum contra Iohannem Scotum, et Repertorium seu expositio in libros de civitate dei sancti Augustini. Alia et de vita Thomæ scriptores vide apud Fabricium<sup>2</sup>.

7) Repertor. n. 15508. sq.

WARMSEMMEI, magister, Scotista subtilissimus, inter Lipsienses magistros insignis (ep. I. 1.). Fictum procul dubio est hoc paniculi silignei recentis Germanicum nomen, sub quo, nisi noster Warmsemmel 'lansmannus' Langschneideri<sup>1</sup>, qui Gorlicensis fuit (p. 4<sup>3</sup>) ac pro honore Slesitarum fortiter bibisse diceretur (p. 5<sup>4</sup>), magistrum Ioannem Rogge Brunopolitanum, qui a. 1515. universitatis Lipsiensis rector fuit<sup>2</sup>, latere opinarer.

1) cf. supra p. 406. art. Langschneider. 2) cf. *Abhdl. d. philol. hist. Cl. d. sächs. Gesellsch. der Wissensch. Leipz.* 1857. II. p. 595. n. 212.

WEIDMANN vid. Weydmann.

WERDEA, Iohannes de. Plures huius nominis satis obscuri scriptores de palma, quæ scriptori epistolæ II. 5. debeatur, certare posse videntur. eam tribuerim Suevo 'Ioh. Fabri, alias Obermayr de Werdea, M. leg. ac. decr. B.', qui a. 1486. Lipsiensis universitatis rector fuit. eius 'Libellum formularem universitatis studii Lipczensis' a. 1506. editum nuper repetiit Zarncke<sup>1</sup>, et 'Liber statutorum collegii principis' inter documenta universit. Lips. adhuc servatur<sup>2</sup>. Plura de homine dedit Zarncke<sup>3</sup>, qui tamen eum inter Epp. O. V. scriptores esse non observavit. — De antiquiore quodam Iohanne de Werdea, a patrio oppido Sueviæ cognominato, legimus apud Fabricium<sup>4</sup>, eum post suscepta tria vota Hieronymi nomen adsumpsisse et ab a. 1463. Priorem Monseensem s. Lunælacensem ordinis s. Benedicti factum scripsisse Tractatum de profectu religiosorum. — Alius 'Ioannes Werdea Constancien. dioc.' a. 1519. in album acad. Viteberg. inscriptus est<sup>5</sup>. — Cave denique, ne, quod Leysero<sup>6</sup> accidisse videtur, Ioannem de Werdea confundas cum Ioanne de Werdena Coloniensis dioceseos minorita, auctore Sermonum de tempore et de sanctis, qui dicebantur Dormisecure. de quo vide Hutt. opp. VI. p. 451.

1) *Die deutschen Univ. im M.A.* 1857. 8°. p. 155...209. 2) Cf. *Abhandl. d. hist. phil. Cl. der sächs. Ges. d. W'ften.* II. p. 755. sqq. 3) cit. lib. *Die deutsch. Univ.* p. 258. sqq. De scriptis viri a Zarnckio p. 261. nominatis adnoto Proverbiorum editionem 'Augustæ. 1504. 4°.' a Panzerp Ann. typ. VI. 134, si. indicari, alium autem libellum 'De conditionibus' etc. in Marburg. biblioth. (Miscell. XVI. B 134) extare. inscriptus est *Tractatus de cognomen, tis additionibusq; boni studentis p Ioannem fabri de werdea Art mgram | In studio Gypsenfi compositis.* (Sequuntur sex disticha *Ad Rectorem*) *Hec werdea.* Libellus constat 10 foliis 4°. (a 4, b 6 foll.) s. l. & a. postrema pag. a scriptura vacat. 4) *Bibl. Lat. med. et inf. æt.* III. p. 743. 5) Förstemann p. 87. 6) *Hist. poetar.* p. 2091.

WERNHERVS, dominus, qui est mirabiliter cursivus in Summa Thomæ contra gentiles, et scit mente tenus Formalitates Scoti (p. 274<sup>3</sup>), est doctor Wernherus Prior Basiliensis ordinis prædicatorum, quem anno 1506.

in capitulo Wimpinensi elegerant, ut Bernardini de Busti Franciscani Mariale, i. e. de immaculata beatæ virginis conceptione libellum adulteraret, ut in libris de Bernensi scelere<sup>1</sup> narratur, unde hæc repetenda esse videntur:

*Wider disen Bernhardin | Sol doctor Wernher schriben fin  
Seine geschriften felschen gar | Domit thündt wir vernügen zwar  
Den gelerten allen mit ein | Dann achtet man sein bücher klein  
So man höret das widerteil | Daruß entstodt vns etwas heil  
Wann er beweret sein geschrift | Was wunderzeichen antrifft  
Der wöllendt wir erdichten vil | Verschwigen in heimlicher stil  
Vnd auch vns nit förchten dorab | Jetzt wie Maria geredt hab etc.<sup>2</sup>*

ex Valerii Anshelmi libro<sup>3</sup>:

*In ehgemeldtem Capitel uf Doctor Wigands Handel, hat Doctor Wernher von Selden by Arow, Prior zu Basel, an einem Abend zur Collatton in sine Kammer geladen etlich Fürnehme des Capitels Väter, Prior, Lesmeister, und namentlich den Prior zu Wimpfen, Peter Bannern, den Prior von Ulm, Ulrich Köllin, den Prior von Stutgarten, Wigand Wirt, den Prior und Lesmeister von Bern, und Andere nit genempt, und da angehaben zu reden von Mariü Empfängknuß, wie daß Noth wäre ze brächtint, Widerstand ze suchen, das sines Bedunkens nit kommlicher möchte beschehen, wann durch Wunderzeichen und Offenbarung, so durch ein Gedicht eines Geists wol zuwegen bracht möchte werden. Dise Meynung gefel ihnen, und daß semliches zu Bern ange-richt wurde, da wenig Gelehrter, und ein schlecht Volk wäre, aber, so das beredt wurd, mächtig und handfest, die Sach ze schirmen und zu erhalten. Hienach nach dises Capitels Usgang, als die Väter von Basel und Bern mitenandern sind gan Basel kommen, da haben sie daselbs obgenannten Prior und sin Subprior mit dem Prior und Lesmeister von Bern andermals berathen, wie vor angeschlagen, die Sach ze handeln. Demnach als der Prior und Lesmeister von Bern sind heimkommen, han s' der Sach nit vil gedacht, bis sie in nachgehendem Jahr [1507.], durch geschickten Anlaß ihres thornitzigen Jätzers, ihre vorangeschlagne Bosheit an d' Hand ze nehmen sind bewegt worden . . . . .*

- 1) eos indicavimus supra p. 308. sqq.      2) *Histry von den fier ketzren* (p. 313. n<sup>o</sup>. 4.) p. B2<sup>b</sup>.      3) *Berner Chronik* (p. 314. n<sup>o</sup>. 5.) tom. III. p. 372. sq.

WESALIA, Ioannes (Burchardus) e gente *Rucherath* s. *Ruchrath* [*Rauh-rode*, sed secundum alios *Richrath*], a patrio oppido Vesalia superiore ad Rhenum infra Bingium sito cognomen habuit (itaque cavendum ne confundatur cum Ioanne Wesselo Groningensi Frisone, qui inter prodromos reformationis celebrius quam noster nomen adeptus est). Erfurti artibus theologiæque studuit, ibique anno 1445. magister artium, anno 1456. theologiæ doctor factus est: 'Iohannes Ruchard de Wesalia a. 1456. feria 2. post Martini'<sup>1</sup>. docendo et scribendo non parum, ut Wimpelingus testatus est<sup>2</sup>, scholam Erfurtensem illustravit. Inde Moguntiam prædicator in summo, id est ecclesiæ cathedralis, vocatus, postea, ut Ortvinus Gratio Victor de Carben, „cum achillice adhuc valeret“, sæpius rettulit, pestis metu Wormatiam se contulit, „atque ibidem cum

1) *Molschmann Erford. literar. Forts.* I. p. 33. n. 66.      2) Cf. Wolf lection. memorabb. II. p. 865.

Iudæis Christi inimicis frequentem habuit conversationem et ab illis deceptus in putidam errorum sentinam corruit“. Scilicet non a Iudæis deceptus Wesalia inter aliâ docuit indulgentias nihil nisi pias fraudes deceptionesque Christianorum esse, neque glossæ neque doctorum scriptis credendum esse; mandata ecclesiæ non ligare ad peccatum, sola dei gratia salvari electos, ac si nullus unquam papa fuisset, tamen salvati fuissent hi qui salvati essent; si sanctus Petrus instituisset ieiunium, forte ideo id fecisse, ut eo melius pisces suos venderet; sacrum oleum esse sicut aliud oleum; peregrinantes Romam fatuos esse, quia hic invenissent quod alibi quæsisset, sanctam ecclesiam non esse catholicam, *ich veracht den bapst, die kirch und die concilia, ich lob Christum*, verbum Christi habitet in nobis abundanter. Itaque nihil mirum quod (ut Tritheimii<sup>3</sup> verbis utar) „Iohannes Ruchard de Wesalia superiore, sacræ theologiæ doctor, et ad revocationem quorundam articulorum, quos in ecclesia Wormatiensi publice prædicasse ferebatur, per doctorem et inquisitorem coactus est; cuius volumina ipso inspectante omnia igni tradita et combusta sunt, et ipse pro pænitentia peragenda ad conventum fratrum Augustinensium ibidem relegatus mærore consumptus in brevi obiit“ [anno 1481. sive secundum alios 1482.], „omnes articulos anno præscripto [1479.] in dominica Estomihi publice revocavit“. Humanius iudicavit Wimpheilingus<sup>4</sup>: „Atqui si cum hereticis deinceps procedendum est sicut cum veterano magistro Ioanne wesaliensi nuper in Maguntiaci processum fuit, non erit opus multa divorticulorum, et Enthimeumatum concertatione, ab illo enim non nisi importune ac cum multo fervore querebatur Crederet? nec ne? . . . . . facile contra hereticos per inquisitionem (qualis cum magistro Ioanne de wesalia habita est) non per ampullosas disputationes, processus institui potest. Et quoniam de magistro Ioanne wesaliano memoria incidit, suspicari cogimur: optimo illi viro non nihil obfuisse, quod secularis doctor, quod modernus, quod Marsilianus, quod non indissolubiliter solius Thome dictis inherens iudicaretur. Si cucullatus, si Thomista fuisset, credo ego mitius, humanius, tardius et modestius cum eo actum fuisse. Si saltem inquisitus fuisset, nihilominus: quia grandævus, quia decrepitus, quia infirmus, quia memoriæ et ingenii viribus destitutus, quia bonæ vitæ, non ita obruendus fuit, ut quasi quidam vehementer gauderent triumphare se posse contra secularem, contra nominalem, contra non Thomistam: dignus erat profecto cui longiores darentur inducie, cui amici et consultores adhiberentur, priusquam in subselliis palam cum pudore collocaretur. Etas sua maiorem honorem, infirmitas maiorem pietatem, vitæ honestas maiorem compassionem merebatur. Vtinam vllus fuisset locus relictus humanitati, benivolentiæ, pietati. In eum quem sua grandis infirmitas potius quam oratio debuit excusare, quamvis plurimos articulos ab emulis sibi iniunctos se unquam predicasse negaret, quosdam tamen creditur neque fidei, neque bonis moribus adversari. Modernus hodie archiepiscopus Maguntinus Bertoldus Hennenbergensis . . . talem processum tam precipitem, tam inhumanum, minime pateretur . . .“. Leguntur apud Ortvinum

3) Chronic. Sponh. ad a. 1479.    4) Concordia curatorum | : fratrum mendicantiũ |||| s. l. et a. [1503.] 4º. pag. bij.

Gratium<sup>5</sup> 'Paradoxa Io. de W. damnata per magistros nostros hæreticæ pravitatis inquisitores de ord. prædicatorum M. N. Gerhardum Elten de Colonia et M. N. Iacobum Sprenger a. 1479. Moguntiæ' et „Examen magistrale ac theologicale doctoris Io. de W. concionatoris Wormaciensis &c.“. Cf. Bælius<sup>6</sup> et Gieselerus<sup>7</sup>. Ioannem de Wesalia anno 1461. Basileæ professorem sacrarum scripturarum factum fuisse, quo tamen munere per breve tantum tempus functus est, discimus ex Vischero<sup>8</sup>. Addimus vitam viri a Ioa. Piemontano in Ms. Auctario scr. eccl. fol. 79<sup>b</sup> sic descriptam:

„Iohannes de wesalia superiori patria reneū vir in diuinis scripturis egregie doctus et in philosophia scholastica exercitatum habens ingenium sacre theologie professor insignis et in declamandis ad populum sermonibus (pastor enim fuit) promptus atque famosus sermocinator ingenio acutus eloquio disertus nec minus vita et moribus quam doctrina excellens Scripsit hic plures in diuinis scripturis commentarios atque alios de diuersis materiis tractatus quos ob quosdam eisdem insertos errores contra catholicam fidem existentes publice Moguntiq̃ assistantibus pluribus cum archipresule Dithero doctis et nobilibus germanie viris post reuocationem eorum solenniter factam vulcanus consumpsit Quos iam a doctoribus condemnatos ad ignem deferri conspiciens memor multorum bonorum que cum maximo elucubrationis studio conscripserat resolutus est in lacrimas ita cum fletu amarissimo fertur dixisse O pie deus numquid bona cum malis perdentur Nunquid infinita que bene scripta censentur plecti debeant quicquid mala et quidem perpauca delirauerunt Non tuum plane hoc est iudicium qui etiam infinite multitudini propter decem iustos ad preces abraham parcere presto fuisti, sed hominum nescio quo zelo in me candescentium x̄ Ferunt hunc a quodam docto viro bohemo fuisse seductum qui cum ad bohemiam inuitans ibidem erroribus hussitarum a joanne wickleff quondam confictis imbuit et infecit Sunt qui eum tanquam heresiarcham multo vituperio afficiunt ut wigandus ille [Wirt] Sunt qui eum eciam laudant Claruit a<sup>o</sup> 1480.“

- 5) Fascic. rer. expetendar. foll. CLXIII. sqq. Edit. Lond. II. p. 325. sqq. 5) Bayle Diction. h. v. 7) Gieseler Kirchengesch. II. 4. p. 481. edit. 1835. 8<sup>o</sup>. 8) Vischer Gesch. der Univ. Basel. 1860. 8<sup>o</sup>. p. 69... 72.

WEYDMANM, Conradus, Basiliensis, (non confundendus ille cum aliquo Italicorum Ictorum nomen Salicetorum gerentium, Bartholomæo, Iacobo, Ricardo, quamvis et hunc Conradum alicubi sub Saliceti nomine me legere meminerim), cum Hutteno discipulus Rhagii Aesticampiani<sup>1</sup>, tum Udalrici Zasii Friburgi discipulus et amicus, 'noviter [a. 1516. s. 1515.] promotus in doctorem iuris' (p. 273<sup>10</sup>), et legum ordinarius Moguntiæ, ubi Schlauraffo 'pugnum dedit' (p. 203. v. 165. sq.).<sup>2</sup>

- 1) cf. Hutt. Opp. vol. III. p. 563. sq. Addend. 2) Cf. etiam Stintzing Ulr. Zasius. Basel 1857. 8<sup>o</sup>. p. 169.

WICK, Joannes de<sup>1</sup>, quem Reuchlinus Vanderbicum scribere solebat,

- 1) Quid sit quod in epistolis a Friedlændero (Beitr. z. Ref. gesch. Berl. 1837. 8<sup>o</sup>. p. 28. 29. 33) editis legitur 'Caspar Wikt' sive (ut in MSS. epistolis et p. 45. est) 'Wirt' scriptum est, explicare nequeo. Sed in epist. d. 9. Nov. a. 1518. ad Questenbergum scripta Reuchlinus ipse „egregius procurator noster Ioannes Vanderbicus“.



Monasterii Westfalorum ex patricia familia 'de Wich', nescimus quo anno, natus est. Dum<sup>2</sup> Hochstrati ac Reuchlini causa Romæ ventilaretur, ubi patrocinium Reuchlini suscepit, et ipsius actionem defendit Buschii amicus, Doctor I. V. Ioannes a Wick (qui postea a. dom. 1533. in Vastennow, ut sanctus martyr, tyrannice est occisus a Canonicis Monasteriensibus, propterea quod ibi promovisset evangelii doctrinam) cadit causa Hochstratus<sup>4</sup>. Quanta sollertia fideque Reuchlini procurator officio suo functus sit et aliunde constat et præcipue p. 263<sup>21</sup> et Schluntzigii epistola (II. 53.) docet. Iam a. 1528. in Bremensi syndicatu Wickius publice reformationi ecclesiæ favit, quam in patria quoque civitate, paucis annis post syndicus factus, strenue tueri conatus, ab episcopo ad ignem damnatus, sed canonicorum dolo in carcere decollatus est<sup>3</sup>. Seckendorfius<sup>4</sup> memorat consultationem Vici, 'in qua multis rationibus demonstrat, Pontifici et clero Romano iudicium et decisionem in Concilio deferri non debere, sed arbitris committendum esse'; et eiusdem 'Consilium quo Cæsari resistere licere probatur', quod Georgius Spalatinus Germanice vertit, apud Hortlederum Lünigiumque repetitum est. De Monasteriensi Wicki syndicatu a. 1533. suscepto egregie rettulit Cornelius<sup>5</sup>, ediditque non nullas Wickianas epistolas Germanice scriptas, quibus subscriptum est '*Io. von der Wick, der rechten doctor*', '*Io. von der Wigk, der rechte doctor, sindicus der stette Bremen und Munster*', '*Io. von der Wick, der rechte doctor, sindicus der stette Munster und Bremen*', '*Io. von der Wigk, der rechten doctor, sindicus der stette Bremen und Munster*'.

- 2) Verbis utor Hamelmanni Narrat. de Herm. Buschio pag. 297. sq. 3) cf. Hamelm. l. c. p. 1189. sqq. et, cuius apud me fides perparva est, Rotermundi præf. epp. O. V. 1830. p. xcvi. sqq. 4) Histor. Lutheran. edit. 1692. fol. III. p. 44. 5) *Gesch. des Münsterschen Aufruhrs.* tom. II. Leipzig. 1860. 8°. p. 170. sqq.

WIMPHELING, sive, ut ipse scribere solebat, Wypmfeling sive Wimpfeling, Iacobus, Sletstadiensis, Nicolai filius, natus est die 27. Iul. a. 1450., mortuus est d. 17. Nov. a. 1528. in eodem oppido, ubi lucem primum adspexit. Vitam viri inter suos æquales et apud posteros merito celebris multi descripserunt<sup>1</sup>. Reuchlinistis Wimpfelingius, quamvis Reuchlini

1) Præ omnibus nominandus est Ios. Ant. Rieggerus, eq. Ictus Friburg., qui postquam de Zasio optime meruerat (Udalr. Zasii Epp. Ulmæ 1774. II. 8°.), 'de Iac. Wimpfelingii theologi vita et scriptis' diligentissime quamvis parum composite in libro nunc rariore cui inscripsit 'Amœnitates literariæ Friburgenses' (Friburgi Brisg. 1779. 8°. p. 161...582) ita egit, ut singula viri scripta recenseret exciperet, aliorum epistolis, carminibusque suaque adnotatione illustraret. Ipse Rieggerus p. 173.: „Varia de W-ii vita et scriptis habent:

Io. Trithemius de scriptorib. eccl. et catal. de illustr. Germ. vir.

Conr. Gesnerus in Bibl. univ. p. 366. c. Ios. Simlero, et Io. Frisio.

Henr. Pantaleon prosopograph. her. et vir. illustr. III. p. 20.

Melch. Adam. de vit. theol. Germ. p. 10. [ed. Ffurt. 1653. 8°. p. 21...25.]

Paul. Freher. in theatr. vir. erud. clar. p. 103.

Henr. Wharton addit. ad Guil. Cavei histor. script. eccles. literar. ad a. 1494. pag. 220.

amicus<sup>2</sup>, huiusque laudes in scriptis suis passim seruerit, neque in catalogo eorum<sup>3</sup>, neque in epistolis O. V. accensetur: in harum tribus prioribus exemplis<sup>4</sup> omnino non memoratur, in novis quidem epp. O. V.<sup>5</sup> bis, p. 200. v. III. et p. 279<sup>3</sup>, sed ita nominatur, ut appareat eum non nisi 'medium Reuchlinistam' (ut vocatur p. 285<sup>25</sup>, in prima appendicis, novarum epp. O. V.<sup>6</sup>) fuisse; primariæ demum Wimphelingio partes dantur in huius appendicis epistolis 1. 3. (II. 63. 65.), quæ neque a Croto neque ab Hutteno, sed a nescio quò ipsius Wimphelingi discipulo in ipsa Alsatia scriptæ esse videntur. Ad quas explicandas vitamque Wimphelingii plenius cognoscendam optime facere ipsius et Erasmi Roterodami quæ sequuntur verba ratus sum:

Wimpheling ad Iac. Spiegel ... expurgatio contra detractores<sup>7</sup>:

... Infamastis inter alia, me uno in loco more vestro consistere non posse, qui in domo paterna sub magistro Heidelbergensi Ludovico Dringenbergio apud scholas

Iac. Burckhard de fat. ling. Lat. in Germ. p. I. et II. c. 4. etc.

Io. Nic. Weislinger in armament. cathol. præcipue p. 615. sqq.

P. Niceron memoires des hom. illustr. T. 38. p. 4. sqq. alique plures.<sup>44</sup>

Addo: Grandidier Essays histor. et topogr. de l'église cathedr. de Strasbourg. 1782. 8°. p. 67. sq.

Iöcher Gel. Lex. IV. coll. 2001...3.

Schwab Quatuor sæc. Syllabus Rector. Heidelb. 1786. 4°. p. 73...75.

Erhard Gesch. des Wiederaufbl. d. Wißensch. Magdeb. 1827. 8°. I. p. 428...467.

Röhrich Gesch. der Reform. im Elsass. Strassburg. 1830. I. p. 73. sqq. 393. sqq.

Strobel u. Engelhardt Vaterländ. Geschichte d. Elsasses. Straßb. 1851. III. p. 516. sqq. edit. 2.

Raumer Gesch. der Pädagog. Stuttg. 1857. ed. 3. tom. I. p. 113. sqq.

Häusser Die Anfänge der klass. Studien in Hdlbg. 1844. 8°. p. 44...47. Eiusd.

Gesch. der rhein. Pfalz. Hdlb. 1845. I. p. 448. sqq.

Wiskowatoff: Jac. Wimpheling. Sein Leben u. seine Schriften. Berl. 1867. 8°.

Wimphelingi libros editos describunt Hain Repertor. n°. 16162...16196. Panzer Ann. typogr. XI. p. 191...193.

De Wimphelingiana familia hoc ex Iac. Spiegelii, Wimphelingi ex sorore nepotis, præfatione quam præmisit suo Lexico iur. civ. (Bas. 1577. fol. pag. a2) repetendum esse videtur: „... in mentem subit incomparabilis ille literarum et virtutis antistes, Iacobus Wimphelingius, avunculus noster cui tam ego, quam frater meus [Ioannes Maius], omnem fortunam nostram acceptam semper tulimus, institutionis ergo, quam in literis illi totam debemus. Equidem Wimphelingiorum familiam oppido quam vetustam, origine materna attingimus, ex Brocomago . . sive Breucomago oriundam . . , quam hodie Germani corrupte Bromatum [*Brumpt*] appellant, in vicum redactam: ubi quem locum Wimphelingia gens quondam tenuerit, agrorum adhuc tituli testantur... Ergo Iacobus Wimphelingius . . qui paternam familiam primus, editis etiam non in una disciplina tantum monumentis domi forisque nobilitavit nepotum suorum curam gerens: . . Selestadio novennem iam me Spiram ad se vocat, in sæde maiori tum concionatorem agens“ et c. ut supra p. 476. art. Spiegelius dedimus. 2) cf. supra p. 128. Consp. chronol. ad d. 30. Nov. a. 1513. 3) Hutt. Opp. I. p. 130. sq. 4) i. e. edd. 1...3. supra p. 1...4. descriptis. 5) i. e. ed. 4. supra p. 5. sq. descripta. 6) i. e. ed. 5. supra p. 7. sq. descripta. 7) Viennæ Austriæ 1514. 4°. apud Rieger. Amœnitt. Friburg. p. 411. sqq. n°. 77.

triviales, ab infantia in duodecimum ætatis annum permansi. Mortuo tum patre (a. 1464.) Friburgum missus .. philosophiam quadriennio audiui. Mox .. Erfurdiam .. adii. Post multos menses [a. 1469.] a patruo [,parcho Sulzensi] .. per literas vocor, qui mihi de beneficio ecclesiastico providere cogitabat. videns autem, me teneris adhuc viribus et statura imperfectiore, iubet ut Erfordiam repetam, quoad denuo me vocet, ac viaticum præstat. Ego in ipso itinere gravi morbo laborare cœpi, vix Spiram vehiculo .. perveni. accerseo chyrurgicum; is me a fine autumnii usque ad medium decembris mederi frustra tentabat; ... vir quidem doctus .. sedulo suadet, ut .. Heidelbergam proficiscar .. obsequor ... Philosophiæ studium prosequor. magisterii lauream nanciscor (a. 1471.) ... Baccalaureus tandem post solitos labores (uti vocant) formatus evado [a. 1481.]<sup>9</sup>. Grassari cœpit atra lues Heidelbergæ [a. 1491.], pellit et præceptores et discipulos, datur venia cunctis quo velint abeundi. Ego patriam invisio, illic sententias .. finiturus. Interea temporis vacat munus concionandi Spirense. Andreas Brambachius, insignis theologus neotericus, ex magna in me caritate mei apud Nemetensem antistitem .. facit mentionem. Pestis ubi in septimo mense deferbuit, Heidelbergam ex iure iurando collegii .. revertor. Andreas iubet, ut secum Spiram ad Præsulem pergam. Metuebam ego, me tantis cathedræ laboribus in tam spatiosa sacra sede imparẽ fore, cui fragile corpus vocemque gracilem natura dedisset. Andreas instat, ut saltem ad tempus labores illos subeam ... Cum adhuc vacillarem, Andreas ut verus fautor ait 'Obsecro te, mi Iacobe, ut munus hoc pro tuo saltem honore amplectaris, quippe qui a competitoribus, ut tibi impedimento forent, infamatus es te non ex legitimis parentibus, sed sacerdote natum esse'. Rumori huic causam dedisse reor, quod patruo sæpe (quod et nepoti meo ad me familiare est) scribens ob. amplissimam largitionem suam patrem ipsum in epistolarum mearum superscriptionibus vocarem. Ego aliquantulum stomachatus, ad matris meæ honestissimæ famam integritatemque defensandam ac maculam mihi falso inustam eluendam Spiram pergo ... sæpe, fateor, animo volvebam, quonam pacto ad Heidelbergensem academiam reverti possem, sed tum Ludovicus præsul, tum Georgius Gemmiger præpositus Spirensis in decimum quartum annum me distinebant. Hoccine est una in urbe diu manere non posse? Venit interea [a. 1497.] Spiram Christophorus Utenhemius, a me sciscitans, si secum ad solitudinem quandam secedere possem ... adstipulabar cum gaudio .. atque subiiciebam, similis vitæ cultores haud procul a Moguntiaci in valle Mariæ una conversari. Audiens id Christophorus rogat, ut omnem illorum conversationis tenorem experirer. Descendi, et a patre illorum ... quæcunque de somno, de vigilia, de alimentis, de re divina, de laboribus, de lectione post prandium et aliis id genus sciscitabar, fidelissime imbuebar. Spiram vix reversus sum, et ecce Philippus princeps elector mansuetissimus decreverat in suo Gymnasio lectiones novas in oratoria, in poetica, in Græcis literis (cum legistarum collegio) instituere, persuasus me .. ad eam rem inchoandam non nihil efficere posse. quamobrem .. Iacobus (Merboldus) ore, et Io. Vigilius .. litteris mihi persuadebant, ut Heidelbergam .. redirem ... Heidelbergam revertor [id. Sept. a. 1498. et ad regentium et ad artium facultatem rursus receptus est W.] ... Cum Heidelbergæ divum Hieronymum ac alia quædam in tertium annum palam interpreter,

9) A. 1481. Iacobus Wimpelingus de Sletztadt, Rector ccv. Art. Magist. Pagn. bacal. in vigil. S. Thom. electus. *Schwab* Syll. Rectt. Heideb. p. 72. et Act. univ. Heidelb. III. fol. 235. ap. *Hausser*. p. 46.

Christophorus promissi me commonefacit, litteris vocat, omnia ad solitudinem esse parata scribit. Argentinam vado ... cumque apud Io. Keiserspergium paucis diebus delitescerem, scribit utrique nostrum Christophorus, se Basiliensem episcopum esse designatum, me, ut ad se ascendam, vehementer exhortans. Keiserspergius ... me obsecrat, ut Argentinæ maneam ... facile potui gerere morem carissimo præceptori ... Multis postea Christophori præsulis litteris accersitus Basileam ascendo [circa med. a. 1503.] statutaque synodalia<sup>9</sup> .. colligo. Quibus vix finitis procuratores mei ex Argentorato scribunt, me ex gratia apostolica (de cuius efficacia iam dudum desperaveram) summissariam quandam adeptum esse. Descendo, chorum visito, paucis tamen diebus, communis enim omnium fama volabat Ioannem Burchardum<sup>10</sup> eiusdem ecclesiæ decanum, in ea præbenda quietem et pacem mihi nequaquam concessurum. memor adhuc ego, quid præstantissimis Ictis Ioanni Simler ac Hieronymo Weiblinger ab isto viro contigisset, simul enim [? etiam] a Ioanne Schutizio fidelissimo meo contra bonos Augustinianos defensore præmonitus, sponte templum exeo, patienter cedo iniuriæ, vindictam divinæ censuræ relinquo<sup>11</sup>. Ortum fuit eo tempore Bavaricum bellum timebaturque Heidelbergensis obsidio [medio fere a. 1504.] ... Revocantur ephebi [Sturmi Paulique filii], qui ne otio aut lascivia perirent, ego ipse eos .. Friburgum adduco<sup>12</sup> [ineunte anno 1508. Ibi duos fere annos mansit Wimphelingius, tum Argentorati ineunte a. 1510. rogatus, ut nobilium quorundam filios adduceret Heidelbergam, unde, 'cum ad hyemandum ibi se aptasset', a Cæsare per litteras Ueberlingæ d. 18. Sept. a. 1510. datas Argentoratum evocatus est, ubi de sanctione pragmatica gravaminibusque Germanicæ nationis scripsit.] Quo ... completo Basiliensis antistes .. litteras mittit, .. ut in cœnobio .. sanctimonialibus præsim. Argentina itaque deserta .. hunc locum .. accessi ...<sup>13</sup> Hanc suam expurgationem Wimphelingius ex sorore nepoti Spiegelio disseminandam misit cum epistula, data „ex heremo kal. Nov. 1512.“

Societatem litterariam Argentinensem condidit Wimphelingius<sup>12</sup>, idemque sodalitiū Sletstadiensis, cuius socios supra<sup>13</sup> nominavimus, 'caput ac ornamentum' dicitur a Spiegelio in ep. Selestadii data cal. Mai. a. 1520.<sup>14</sup> Per ultimum vitæ decennium multum olim iactatus vir in patrio oppido resedit, ubi fere octogenarius decessit, ut præter alia ad rem nostram egregie facientia Erasmus in epist. ad Ioa. Vlattenum data Basil. nono

9) edita Basil. s. a. fol°. Riegger, Amœnitt. Friburg. p. 230. sqq. 10) cf. supra p. 401. art. Iesus, doctor. 11) De eadem re Wimphelingius in expurgatione contra Franc. Schatzer. a. 1506. 4°. edita (ap. Riegger. Amœnitt. Friburg. p. 282.) „... curialibus interea familiariter adhæsi et bene volui: quin et ego ipse duas gratias expectativas sub duobus summis pontificibus impetravi, licet steriles et inanes, propter præsumptum cuiusdam N. ad summissariam (cuius possessionem obtinui) regressum, aut propter subtilitates, qualibus etiam ante me Io. Symler victus est, tulit ille modeste, et ego feram. Sed hoc vix ferendum esse videtur, quod neque præbenda in ecclesia Argentinensi saluberrimo prædicationis officio annexa, tuta esse potest, quin eam non nulli post moderni eius possessoris obitum, vigore litterarum apostolicarum se iactent acceptaturos ...“ 12) cf. supra p. 403. art. Kirherus. Riegger. Amœnitt. Friburg. p. 427. 13) p. 464. art. Sapidus. 14) ap. Riegger. Amœnitt. Friburg. p. 534...538.

kal. Febr. a. 1529., cuius ad Wimpelingi vitam spectantem partem hic repetimus<sup>15</sup>:

„... dum amicos recensemus, unum non postremi loci amisimus, Iacobum Wimpelingum Sletstadiensem, qui quidem inter felices numerari poterat, nisi senectus illius in hoc seculum multo turbulentissimum incidisset. Nam a teneris usque annis educatus est in honestissimis literis, primum Sletstadii sub Ludovico Dringenbergio Wesphalo, deinde Friburgi, mox Heydelbergæ, pontificii iuris peritiam cum theologiæ scientia non infeliciter coniunxit, et alioqui nullius honestæ disciplinæ rudis. Eloquentiæ vero tantum præstitit tum in carmine tum in oratione soluta, quantum vel a theologo vel ab illorum temporum homine possit requiri. Ascitus Spiram ecclesiastæ munus non sine laude gessit. Inter hæc vir pius ardens amore rerum cœlestium, eoque pertæsus seculi, quod teste Ioanne totum in malitia positum est, de secessu cogitavit. Eius propositi consortem habebat Christophorus ab Vtenheim, doctum pariter et castissimæ integritatis virum. Atque ut nudus ad nudum Christum confugeret, quod erat Ecclesiastici census, erat autem quod ad vitæ mundiciem sufficiebat, resignavit. Cæterum hoc consilium abruptit Christophorus ad episcopi munus retractus, amicis ita suadentibus, futurum, ut si ad mentem tam piam accessisset autoritas, plures Christo lucrifacere posset, quam si se abdidisset. Ille tamen sua paupertate lætus pergebat quod instituerat agere, rursus Heydelbergæ sacros autores enarrans, et in his Hieronymum. Ad hæc libellis editis et adolescentiam instituit, et sacerdotes ad pietatis castimoniamque studium excitavit. Nec gravatus est amore pietatis agere pædagogum aliquot magnæ spei adolescentibus... Nec invidia caruit hominis sancta libertas, Romam excitus est homo et senio et hernia tardus, monachorum Augustinensium opera, quod alicubi scripsisset<sup>16</sup>, Augustinum non fuisse monachum, aut certe non talem, quales nunc habentur Augustinenses, quum hi tamen illum in tabulis ac libellis exhibeant promissa barba, nigra cuculla et zona coriacea. Hoc incendium ex minima scintilla latius evagaturum Iulii secundi pressit autoritas<sup>17</sup>, idque bonorum omnium applausu. Præter alias adversitates, quibus hominis virtus exercita fuit, hoc fatale totius ecclesiæ dissidium vehementer illum affixit, ac tantum non ad vitæ tædium adegit. Itaque solitudinem ac secessum frustra tentatum ingravescentibus annis egit Sletstadii in ædibus Magdalensæ sororis, ex qua nepotes duos, quos paterno semper affectu complexus fuerat, reliquit, moribus ac litteris eleganter institutos. Quorum Iacobus Spiegellius iuris prudentia clarus, prius Maximiliano Cæs. mox regi Ferdinando fuit a Consiliis: Apud quem nuper Io. Maius, natu minor, in fratris locum successit,

15) ex Op. epistolar. Des. Erasmi Rot. Basil. fol. p. 966. In Erasmi epp. L. B. 1706. fol. hæc ep. est n. XVIII. 16) De libello De integritate et inde exorta

cum Trithemianis lite cf. Comm. epist. II. 63. et supra pag. 404. art. Langius. 17) Iulii PP. II. pro Wimpelingio sententiam memorat idem Erasmus in epist. d. 31. Mart. a. 1515. ad Raphaellem cardinalem s. Georgii data, hoc modo: „Quanto præstiterat hunc hominem [Reuchlinum] quod operæ, quod sumptus, quod temporis his litium tricis impendit, honestissimis literis impartisse. Multis hic gratiosior est Iulii secundi memoria, quod Iacobum Wimpelingum, virum præter eruditionis et sanctimoniam commendationem iam senio quoque venerabilem, sua ipsius voce ab huius modi litibus absolvit et calumniatoribus silentium indixit. Crede mihi innumeros mortales sibi devincturus est quisquis Ioannem Reuchlin Musis et literis restituerit...“.

aulæ primoribus indolis elegantiā ac dexteritate morum optimo iure gratissimus. Nondum tamen statui, utrum Wimphelingi mors gratulatione dignior sit, an exploratione. Annum attigit pene octogesimum, diutius etiam victurus, si corpusculi deficientis rationem ullam habere voluisset: et subductus est huic seculo, quo nihil fingi potest inquinatius. Postremo nihil addubito, quin vitæ innocenter actæ præmiis iam fruatur apud cœlites . . .“

WIMPINVS. *vid.* Angelinus.

WIREKER *vid.* Brunellus.

WIRT, Wigandus<sup>1</sup>, ordinis prædicatorum de observantia s. Dominici et theologiæ professor Francofurti ad Mœnum (p. 74<sup>2</sup>, 196<sup>11</sup>), scriptis et fraudibus contra immaculatam virginis conceptionem, et contra Wesalium<sup>2</sup>

1) Ipse prænomen quasi esset *Wiegand* in 'pensantis manus' vocabulum pervertit potius quam vertit, et *Cauponis* Latinum nomen etiam propter improbitatem, quamvis non eam quam prætoris edictum reprimere voluit, satis bene ei convenit. 2) Ipse Trithemius in Chron. Spanhem. ad a. 1494. (ed. Freher. Ff. 1601. fol. II. p. 405. sq.) se a. 1494. scripsisse librum *de laudibus S. Annæ* refert, „in cuius 7. cap. de purissima conceptione Dei genetricis facit mentionem. Huius occasione surrexit quidam de ordine prædicatorum, Wigandis Cauponis nomine, prædicator conventus Franckfordiensis, homo quidem satis doctus, sed nimium temerarius et superbus, opus ['Dyalogus Apologeticus adversus Trithemium de Conceptione Virginis Mariæ. Oppenheimii 1494. 4<sup>o</sup>. Hain. n<sup>o</sup>. 16219.], quantum ad puritatem conceptionis pertinet, impugnare voluit, literas contra Trithemium (occultato scribentis nomine sub fratris Pensantis-manus vocabulo) per nuncium incertum ad illum misit, et quasi male de conceptione scripserit, satis timide increpavit. Cui Trithemius in hæc verba rescripsit: *Aegre ferrem convitia tua et opprobria, lector innominate, nisi te gravi morbo animi laborare intelligerem, qui usque adeo in te prævaluisse cernitur, ut experientia medicorum principis Æsculapii necessaria ad tui curam videatur.* in fine autem sic epistolam conclusit: *Si religiosus es, si fraternæ charitatis amator, a convitiis et maledictis te modo cohibere non negligas, neque in tua prudentia contra immaculatam Dei genitricem temere confidas, nisi hoc feceris, erit tempus, quo scripta tua, irrisione dignissima, in caput tuum reiecta dolebis.* Cum his literis et aliis latioribus Trithemius misit virum quendam et eruditum ad Franckfordiam (erat autem in adventu Domini) qui apud prædicatores exploraret, quis esset ille frater Pensans-manus. Is cum illo venisset, industria usus, comperit esse præfatum lectorem Wigandum Cauponis. Hoc cum ad Trithemium retulisset, ortum est grande literarium inter eos bellum, quod ferme per biennium inter eos duravit. Mox enim adversus Wigandum plures viri doctissimi, defensores Marianæ puritatis, metro scripserunt et prosa, librum Trithemii et sensum eius de conceptione eius purissima defensantes. Biennio tandem elapso concordia inter Trithemium et Wigandum facta est per rectorem Universitatis Coloniensis Udalricum Kreitwys de Eslingen . . . ac per Thomam de Scotia alios s. theologiæ doctores, ita quod Wigandus opinionem suam contrariam purissimæ conceptionis Mariæ et Trithemii opusculo abiuravit, veniamque temeritatis suæ petere ab ipso Trithemio compulsus fuit, et quod remissis iniuriis omnibus alter in

et contra Trithemium famosus, minoritarum infensissimus hostis inpotentis iræ, idemque inmodestus eorum a quibus auxilium sperabat adu-

alterum a modo invectionem non scriberet. Nihilominus prædicatores postea in Curia Rom. sub Alexandro Papa VI. contra Trithemium impetrare aut laborare subdole conati sunt, sed nihil profecerunt...<sup>4</sup>. neque abiurationi suæ stetit Wigandus. Ad hanc Trithemianam et ad Wesalianam causam pertinet quod Hartzhemius in Prodro-mo hist. univ. Colon. (qui nunc infrequentior libellus Colonæ a. 1759. 4<sup>o</sup>. prodiit) p. 10. ad a. 1496. ita rettulit, ut fere in ipsas Epp. O. V. recipi dignum videatur. „A. 1496. Octava Assumptionis sub Decano Lamberto de Monte, conclusum fuit [ut conclusum est etiam Parisiis annis 1497. et 1499. et nuper, centum fere post Hartzhemium annis, etiam Romæ], quod promovendis in futurum iniungeretur: ut supra conclusum fuit (A. 1495. xii. Sept.) quod intemerata Virgo fuerit ‘De Materia conceptionis Beatissimæ Virginis sub pœna resecationis a Facultate, et voluerunt Magistri nostri istam Conclusionem extendi etiam ad omnes de Facult. Theolog. Coloniensi promotos et ad singula membra Facultatis’. ... Sed ab anno 1492. ad 1499. sæpius instauratum hoc edictum: Et Wigandus Wirt, qui *Dialogum* Oppenheimii in 4<sup>o</sup>. ediderat 1499. [immo 1494.] eumque abbati Trithemio aut MS. sub nomine *pensantis manus* misit, iussus est hanc conclusionem admittere. Trithemius qui Universitates Parisiensem, Coloniensem, Tubingensem Academiam et totum Ordinem Carmelitarum, Minorum, tum Ss. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Cœtum, maiorem Ecclesiæ Clerum ac viros doctos innumeros pro Conceptione immaculatæ Deiparæ consentientes habebat, post detectum verum nomen *pensantis manus* nempe *Wigandi Wirt* ferme litterarium Bellum cum eodem habuit. Intercessit demum Uldaricus Kreitweis de Eslingen Doctor S. Theologiæ et Colon. Universitatis Rector, Metropolitanæ Coloniensis Canonicus, et Archiepiscopi Consiliarius, Thomas [Lyell] de Scotia, aliique Ss. Facultatis nostræ Doctores. Fuitque 1495. xii. Septembris conclusum, quod inhærendo prioribus ordinatis et observatis per Facultatem Theologicam Colon. et venerandos Prædecessores Nostros Theologiæ Facultatis Professores Eximios hodie Fr. Wigandus promittere deberet se in antea non aliter locuturum, prædicaturum seu disputaturum, aut sentire, seu tenere velle, et alios ad similia inducturum, quam quod intemerata Virgo sine Originalis peccati macula concepta fuerit nisi forte disputationis gratia; prout Facultas Nostra Theologica usque modo solide tenuisset, et in antea tenere statuerit, et in posterum ordinet, atque statuât firmiter observandum. (*Liber I annalium MSS. Facult. Theolog. Colon. Bulæus Tom. V. Histor. Univers. Parisinæ Pag. 811. Trithemius.*)“ Tum inaccurate Hartzhemius describit inscriptionem Wirti contra Wesalinum libelli, quam veram, cum ap. Hainium non extet, hic exhibeo: *Dialogus Apologeticus fratris wigandi wirt sacre theologie professoris Cœtra wesalianicam p̄fidiam: atq; diuini ordinis fratrum prædicatorum persecutores. Ac demum contra eos qui de conceptione immaculatissime virginis Marie male sentiūt | studiosa operatio In laudē eiusdē gl'iose v̄ginis Marie | Ad lectorē Hērastichon | fratris wigandi wirt. | Percere diuinis / et debellare prophanos | Hoc vnum vidici fertilitatis opus | Nil mihi cum faleris fucata loquētia pictis | Est satis in culto famine vera loqui | Sancta placēt superis Stygiæq; prophana paludi | Cartareis fastus / simplicitasq; deo; | | Constat libellus foliis 44 in 4<sup>o</sup>. (A et G quaternis, B C D E F et H senis foliis constant.) In inferiori prænult. pag. est Impressum Oppenheim.*

lator<sup>3</sup>. „Videtur (verba sunt Ioannis<sup>4</sup>) Dietherus, cum iterum archiepiscopus Mogunt. factus esset, et ipse esse archiepiscopus, qui tumidum, dicacem et contumeliosum concionatorem Wigandum quendam Francofurti coercuit, quique nequissimis et vanissimis illis, quos anno postmodum 1509. Berna combussit, Mirabiliariis (sancti enim Augustini verbo uti placet) formidini fuisse traditur“. Homini rixæ Francofurti in ipsis sacris ædibus concitata, convicia Heidelbergæ contra fratres Minores, Sebastianum Brantum, seraphicum Bonaventuram, irrefragabilem Alexandrum subtilemque Scotum acerbissime facta, propter quæ Romam citato ne quid funesti decerneretur, in capitulo Wimpinensi (a. 1506.) fraudes falsaque miracula excogitata sunt, quæ, cum Francofurtum Norimbergæ minus apta theatra visa essent, Bernæ ineunte a. 1507. agi cœperunt, coniuratis inter se conventus Bernensis sociis Iōanne Vetter, Stephano Bolshorst, Francisco Ulschio, Henrico Steineckero, adhibito instrumento facinoris fatuo sed satis locuplete sartore Zurzacensi Ioanne Ietsero (*Jetzer*), cuius manui virgo, ‘in originali peccato sese conceptam’ professæ, vulnus infixit, quod postea detexta Vetteri fraude eidem in genu cultro retribuit societatem veteratorum relinquens, — hæc et similia spurca facinora, eorundemque pro moribus illorum temporum condignum finem, rogum dico, fusius enarrant picturisque inlustrant Murnarus et alii, de quibus supra art. ‘Bernense scelus’ dictum est.<sup>5</sup> De exitu Cauponis nihil mihi constat. Addimus ex Ioa. Piemontani MS. Auctario scr. eccl. fol. 67. hæc:

Wigandus wirt ordinis predicatorii de conventu franckfordensi homo in diuinis scripturis eruditus et in seculari philosophia egregie doctus ingenio acutus et eloquio promptus ligata oratione exercitatus et soluta scripsisse fertur multa studii sui vtroque stilo sintagmata quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit de quibus ego duntaxat vidi hactenus subiecta scilicet contra wesalianicam ut ipse prenotauit perfidiam et sui ordinis persequutores

Dialogum apologeticum	li iij	Merito nunc thura persoluo
Patheticum in Se: brant	car j	Brant nimium insontes cornuta
In librum suum Elegiacæ	oŕo j	Perge liber tandem ceptum q̄j

Is septimum capitulum tractatus Tritemii de sancta Anna vesana loquacitate impugnans contra eundem scripsit longam et procacem epistolam in qua se pensante manu subscripsit et nomen suum fraudulenter subticuit: cuius temeritati per Ioan-nem palionidorum: Rutgerum sicambrum: Gresemundum minorem: Iacobum wim-phelingium: Philippum alberti et alios quam plurimos viros eruditos satis responsum est Ipse quoque Tritemius ne per silentium consentire et conceptionem purissimam dei genitricis impugnanti et basiliense concilium contemnenti ac penitus proijcienti videretur vnas duntaxat litteras firmissimus respondens instructas in eum rescribens noluit diucius cum batthologo contendere verbis Sciendum etiam quod prenomatus eius dialogus dudum publico instrumento per totam diocesim moguntinensem ab ipso reuerendissimo domino Iacobo eiusdem ciuitatis archipre-

3) Talem vel una eius epistola ad Reuchlinum, ut is a partibus maculistarum stare vellet, ‘Ex Francofordia. Anno m.d.xiii. xv. Calend. Maii.’ data ostendit, cf. *Illustr. viror. ad Reuchl. epp. Tubing. 1519. 4<sup>o</sup>. pagg. p<sup>b</sup> pii.* 4) *Rer. Moguntinar. II. p. 792.* 5) Cf. etiam Echard *Serr. ord. prædicat. II. p. 13. et Gieseler Kirchengesch. II. 4. (ed. 1835.) p. 342.*



sule iam pridem felicitis recordacionis defuncto sub pena excommunicacionis late sententie legi prohibitus fuit ast ipse auctor per dominum apostolicum ad curiam citatus quomodo aut qualiter ibidem ei successerit nondum mihi plene innotuit erant qui dicebant eum tigris [sic] ebibiturum esse pro temeritatis sue mercede si quidem oppido ut aiunt presumptuosus est homo et plus quam suam decet religionem aut par extat inanis eloquentie folle tumescit et premitur Viuit adhuc ut audio in supramemorato conuentu predicator famosus et insignis pluraque conscribere dicitur prope diem in lucem futura sub Maximiliano et julio 2<sup>o</sup>. a<sup>o</sup> 159 [i. e. 1509].

WITZ *vid.* Sapidus.

WÜSTENFELT, Arnoldus (p. 277<sup>19</sup>), Lindaviensis, in Lipsiensi matricula inter rectores ter legitur<sup>1</sup>:

a. 1507<sup>a</sup>. Arnoldus Woestefeldes Lindauiensis ing. art. M. th. B.

a. 1519<sup>a</sup>. Arnoldus Woestefeldes Lindauiensis.

a. 1533<sup>a</sup>. Arnoldus Woestefeldes Lindauiensis M. th. B. forma C. (tertium); et inter collegiatos collegii maioris principum sic<sup>2</sup>:

ann. 1520...1540. Arnoldus Westenfeldes, Lindau. March.

antea fuerat collegii minoris principum sodalis, inter quos sic inscriptus est<sup>3</sup>

a. 1519...1520. Arnoldus Woestefeld, Lindaviensis Marchicus, in coll. maius receptus *discessit*.

Seckendorffius<sup>4</sup> viro nescio per quem errorem Wessenfelder nomen dedit. Nonnullos Ciceronis libros edidit Wüstenfeldus; a. 1540. vita functus est<sup>5</sup>.

- 1) Zarncke in *Abhdl. der philol. hist. Cl. der sächs. Ges. d. W. II. Bd. Leipz.* 1857. p. 594. n. 196. p. 595. n. 220. p. 527. n. 248. 2) *ibid.* p. 751. n. 83. 3) *ibid.* p. 765. n. 70. 4) *Hist. Lutheranismi. Ff. et Lips.* 1692. fol. p. 90. 5) Cf. Köhler *Fragm. zur Gesch. Leipz.* p. 145.

WYNSZHEIM, Iodocus, magister (p. 58<sup>36</sup>), mihi ignotus<sup>1</sup>. fortasse de „Ioanne Sawr ex Winssheim art. ac phil. M. th. B.“<sup>2</sup>, qui a. 1528. ante Ludovicum Sartoris Gorlicium<sup>3</sup> Lipsiensis rector fuit, cogitare licet; sed Wittenbergensis, non Lipsiensis fuit ille Iodocus. De seniore Vito Winshemio sive Ortelio Winshemensi Franco<sup>4</sup>, Wittenbergensi professore ex Lutheri epistolis noto, etiam ætatis ratio ne cogitemus facit.

- 1) cf. *supra* art. Hungen. 2) cf. Zarncke not. 1. ad *superior.* art. cit. p. 596. n. 238. sq. 3) Hic Sartorius in epp. O. V. prænominem mutato est Thomas Langschneyder. cf. *supra* h. art. 4) de quo *vid.* Pauli Freheri *Theatrum* p. 1264. et Iöcher v. Vitus.

ZASIVS (Germanice sive Suevice *Zäsi*), Ulricus, Friburgensis ICTus et doctor merito celeberrimus, „ille antiquus iurista“ (p. 202. v. 136.), quippe a quo purioris iuris Romani per Germaniam studium pervulgari cœpit, cuius vitam Fichardus<sup>1</sup> olim ac Rieggerus<sup>2</sup>, et nuper Rodericus Stintzing<sup>3</sup> ac Schreiber<sup>4</sup> descripserunt. Constantiæ anno 1461. natus ibi primis Latinis litteris imbutus est, maxime scholis ludimagistri Wenceslai Brack,

- 1) Ioa. Fichardi Vitæ recentior. ICTor. in Hoffmanni ed. Panziroli de claris II. interpp. Lips. 1721. 4<sup>o</sup>. p. 429...434. 2) Udalr. Zasii Epistolæ ... comm. de illius vita præmis. I. A. Rieggerus Ulmæ 1774. tomi II. 8<sup>o</sup>. (c. Zasii effigie). 3) *Ulr. Zastus. Basel* 1857. 8<sup>o</sup>. 4) *Gesch. d. Univ. Freib. i. Br.* 1857. 8<sup>o</sup>. I. p. 190...210.

„artis professoris et examinitoris Constantiensis“<sup>5</sup> usus; vicenarius Tubingense studium quattuor annos ante conditum adiit, quo relicto in patrio oppido notarii actuariiue apud curiam episcopalem aliisque pragmaticis muneribus functus est, donec Friburgum exeunte anno 1491. transmigraret, ubi protonotarius primum causarumque patronus ac Latinæ linguæ præceptor factus iuris quoque studio, præcipue Paulo de Cita-  
dinis Angeloque de Besutio<sup>6</sup> præceptoribus usus diligentius incubuit. abdicato deinde ludimagisterio anno 1499. scholaris studii Friburgensis, rhetoricæ poeticæque lector, denique anno 1501. legum (non utriusque iuris) doctor Institutionumque professor, et anno 1506. ordinarius legum lector, anno 1508. imperatori a consiliis factus cum inlustribus eius temporis doctis viris Basiliensibus, Sletstadiensibus, Argentoratensibus, Augustanis, aliis amicitiam contraxit, sed simultates quoque cum non nullis acerbiores suscepit. obiit Friburgi d. 24. Nov. a. 1535. ætatis a. 74. municipes hoc epitaphium ei posuerunt: „Huldricho Zasio, Iureconsulto suorum temporum toto orbe celeberrimo, huius Academiæ ornameto singulari et reipublicæ Friburgensi in restaurando iure municipali iam olim strenuam operam navanti, aliisque multis nominibus de se bene merito Magistratus officii memor fieri iussit. Concessit naturæ anno MDXXXV. VIII. Calend. Decembr.“. Scripta Zasii, præter epistolas omnia fero ad iuris prudentiam pertinentia, quæ singula recensent Erhardus<sup>7</sup> et Stintzing<sup>8</sup>, sæpius collecta edita sunt. De lectionibus a Zasio habitis non nulla accuratius ex archivo academico enotavit Schreiber<sup>9</sup>, idemque quomodo primum ille reformationi reformatoribusque faverit, deinde eos infestaverit, ac de rebus domesticis familiaribusque non lætis omnibus breviter exposuit. De Zasio sic Ioa. Piemontanus in MS. Auctar. scr. ecclesiasticor. fol. 147<sup>b</sup>:

„Vdalricus zasius patria friburgensis homo et ipse ingenio studio atque doctrina scriptisque hec nostra tempora que doctos viros vbertius abundant communicabiliter illustrans eius pleraque quedam feruntur iam edita sintagmata que nondum ad manus nostras deueniunt legi tamen eius prolixas atque elegantes ad Thomam Wolphium (iuris pontificii litterarumque humanarumque et integritatis adsertorem celeberrimum) litteras in commendationem sermonum conuiualium peutingeri [Argent. 1506. 4<sup>o</sup>.] scriptas sed et versus quosdam Viuit adhuc ceptis fortiter perstans in lucubracionculis legum doctor dudum creatus sub Maximiliano cesare et julio papa 2<sup>o</sup> Anno dñi M<sup>o</sup> 512 [1512].“

Ex Zasii filiis maior natu, Ioannes Ulricus, iudicii imperii aulici vicecancellarius anno 1570. nondum quinquagenarius Vindobonæ decessit; alter, Ioachimus, præpositus Oelenbergensis, anno ante vita functus fuerat.

5) ut ipse auctor Vocabularii rerum in huius prohemio sese nominavit. continet hic Vocabularius Latina Germanicaque rerum in 107 capita (sine numerorum adiectione) distributarum nomina. prodiit sæpius: exemplum quo utor foliis 54 numeratis et uno non numerato in 4<sup>o</sup>. constat „*Impressum Argentine Anno dñi. M.CCCC.LCV. | altera die post festum sancti Thome apti.*“ 6) cf. supra p. 301. art. Angelus de Besutio. 7) *Gesch. des Wiederaufblüh. der Wissensch.* III. p. 483... 486. 8) not. 3. cit. 9) not. 4. cit.

ZEHENDER s. Zehener, DECIMATOR s. Decimarius, Bartholomæus, ille Misocapnion, cuius facies Invidiæ scorpionique comparatur, tætrique mores

acerbe describuntur<sup>1</sup>, magister noster qui Moguntiae ad festivitatem Speculi ocularis comburendi ex ambone invitavit (p. 41<sup>5</sup>), et in cuius domo amici Coloniensium singulis septimanis conveniunt (p. 274<sup>6</sup>), quem Lappus (p. 240<sup>7</sup>) cum Petris Bertram et Meyer brevius quam in Triumpho Reuchlini<sup>2</sup> factum est, sugillat. Idem est 'plebanus ad s. Martinum' p. 17<sup>21</sup>, sive 'prædicator in summo' p. 249<sup>29</sup>. memoratus, i. e. in hodierna ad s. Martinum metropolitana ecclesia, *Mainzer Dom*, a Willegiso a. 1009. in locum veteris ad s. Martinum ædis ædificata<sup>3</sup>. Apud Ioannis<sup>4</sup> relatum est Bartholomæum Zehender, ecclesiasten metropolitanum, in reditu Alberti archiepiscopi e Saxonia brevem habuisse orationem, qua ei tum de dignitate cardinalicia, tum de felici adventu gratulatus esset. Fædo sane errore Münchius et ex eo Rotermundus hominem cum Bartholomæo Coloniensi, non incelebri Hegii discipulo Ortvinique præceptore, Coloniensi canonico et scholastico<sup>5</sup>, ac si Hutteni scripta nunquam vidissent, confuderunt.

- 1) Hutt. Opp. I. p. 165. 2) versib. 753... 771. 772... 789. 789... 841. 3) Cf. *Reitberg Kirchengesch. Götting. 1846. I. p. 581. sq.* 4) *Rer. Moguntiacar. II. p. 827.* 5) de quo cf. Hamelmannum, Foppensium, Hartzhemium, alios.

ZVTPHANIENSIS *vid. Sotphi.*

Quasi complementum huius Indicis non nullos anno 1523. scriptos versiculos bibliothecam parochi Bütelsteinensis describentes subicimus. quæ quidem bibliotheca non tam dives quam a Ioanne Cerdonis prædicatoribus ac fratribus minoribus testamento legata (Hutt. Opp. VI. p. 457. vv. 21...33.), sed non nullis etiam inter Cerdonicos non memoratis libris instructa fuit.

In carmine 'Novella', quod Gengenbachium auctorem habere censet Carolus Gædeke (*Pamphilus Gengenbach. Hannover. 1856. 8°.*), podagricus parochus, qui se, nisi morbo impidiretur, pedibus Wittenbergam iturum affirmaverat, ut cum Luthero ipse disputaret, ædituo exprobranti

375 . . . . . ach herr nun schwiigen,  
       *Er wird eüch wortlich leren gigen.*  
*Mich wundert das ir so thorecht sind,*  
       *Ir wären gegen imm ein kind.*  
*So vil glert leüt hat er bestanden.*  
       *Ir wurden ouch von imm zû schanden*  
 380 *Ir hand doch kein recht bûcher nil.*  
 indignabundus respondet  
       . . . . . dich schüt der rit,  
       *Sichst duß nit\* dört vff dem schafft ligen,*  
       *Ich wil der yn dem trog geschwiigen,*

\*) *dich schüttel' das feber! Siehst du sie nicht etc.*

- 385 *Lyt nit dōrt der sententiarum*<sup>1</sup>,  
*Vnd composita verborum*<sup>2</sup>.  
*Dicta Sinthis*<sup>3</sup>, vnd sermones Bitontis<sup>4</sup>.  
*Hortena*<sup>5</sup> vnd Iohannes de Monte villa<sup>6</sup>.  
*In krieichisch Hebreisch vnd latin.*
- 390 *Auch institutiones Murnertlin*<sup>7</sup>.  
*Deßglichen ouch der Coclier*<sup>8</sup>,  
*Vnd sermones Oliuier*<sup>9</sup>.  
*Breuilouquum*<sup>10</sup> vnd *Grammatellum*<sup>11</sup>.  
*Sulpitium*<sup>12</sup> vnd *secreta mulierum*<sup>13</sup>.
- 395 *Hortena*<sup>5</sup> vnd den *Exquo*<sup>14</sup>  
*Auch sind sermones Dormi secure*<sup>15</sup> do,  
*Vnd der Belial*<sup>16</sup> zū latin,  
*Der wurd mir ein gūter ghilff sin.*  
*Ouch han ich den Murner,*
- 400 *Der sich nempt der schelmen zunfftmeister*<sup>17</sup>.  
*Erfaren in allen bösen sachen.*  
*Die gest begunden do all lachen,*  
*Do er den Murner allegiert.*  
*Der meßner sprach der ist wol ziert.*
- 405 *Mit der geschryfft, sag ich fürwor,*  
*Zeigt an die gouchmat*<sup>18</sup> offenbor. . . . .

1) Petri Lombardi († a. 1164.) celebratissimi 'Magistri sententiarum', in quas commentariorum nubes. Cf. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. V. p. 777...782. Hain Repertor. n. 10183...10201. 2) Ioannis Sinthen. cf. supra h. Ind. p. 472. not. 5. 3) cf. ibid. not. 4. 4) Antonius de Bitonton (Fabric. cit. I. p. 324.) sive de Bitonto, ord. minor. Apulus, scripsit (medio fere sæc. xv.) Sermones dominicales aliaque. cf. Hain n. 3217...3225. 5) Hortus sive Hortulus animæ? cf. Hain n. 8936...38. Fortasse autem Orterus hic laudatur, ut in Cerdonis testamento (l. c. p. 457. v. 24.). cf. supra p. 347. art. Clipeus Thomistar. 6) Ioannes de Mandevilla, Anglus, itineribus Anglice Gallice et Latine (v. 389. vult etiam Græce Hebraiceque) descriptis clarus, defunctus Leodii a. 1372. Cf. Fabric. cit. IV. p. 289. sq. Hain. n. 10641...10658. 7) Dubitari potest utrum Murneri 'Institutum verdützscht' an 'Chartiludium Institute' hic memorentur. cf. supra pag. 424. nott. 15. 14. 8) Cochläus, puto, qui sæpe Cocleus scribitur. Iohannes Dobeneck de Wendelstein inde ab a. 1521. indefessus antilutheranus scriptor fuit. 9) Oliverius Maillard, ord. minor. vicarius generalis, † a. 1502. scripsit Sermones dominicales, de adventu, quadragesimale, alia, quæ passim risit Henr. Stephanus (*Apol. pour Herod.*). Cf. Fabric. V. pag. 18...20. Hain n. 10510...10520. 10) Hunc habuit etiam Cerdonis (cit. p. 457. v. 23.). Cf. supra p. 318. art. Breuilouquus. 11) 'pro iuvenum eruditione'. cf. supra p. 493. art. Vademecum. Exempla describit Hain n. 7849...7855. 12) cf. supra p. 481. sq. h. art. 13) Alberti Magni. Librum possidebat etiam Cerdonis (cit. p. 457. v. 29.). Cf. Hain n. 549...568. 14) cf. supra p. 496. art. Vocabular. Exquo. 15) Iohannis de Werdena? cf. Hutt. Opp. VI. p. 451. i. f. 16) Iacobi de Therramo († a. 1417.) Processus Luciferi contra Iesum, de quo docte Stintzing *Gesch. der popul. Lit. Lpzg. 1867. 8º. p. 271. sqq.* 17) cf. supra art. Murner, p. 424. not. 6. 18) cf. ibid. not. 11.

**COMMENTARIVS**  
**SIVE AD**  
**EPISTOLARVM OBSCVRORVM VIRORVM**  
**VARIAS PARTES ADCVRATIVS EXPLICANDAS**  
**ADNOTATIO**



versus

- 1 *EPISTOLÆ OBSCURORVM VIRORVM*] Inscriptio aperte in contrarium eius composita est, sub qua anno 1514. prodierant 'Clarorum virorum epistolæ' ad Reuchlinum missæ (cf. supra pagg. 1. 81. n. xv.), unde falsa est Germanica adpellatio *Dunkelmänner*, falsissima autem *Finsterlinge* (cf. p. 33.): nam quamvis Obscuroi nostri eius hominum generis fuerint, quod nos *Obscuranten* vocamus, tamen non hoc, sed ignobilitatem famæque obscuritatem significat illa inscriptio. Ita alteram quoque Clarorum virorum epistolarum editionem, quam quasi replicationem utriusque Epistolarum O. V. syllogæ Reuchlinistæ esse voluerunt, 'Illustrium virorum' inscripserunt (p. 108. n. xxxviii.). Ceterum de inscriptione præter ea quæ in his ipsis epistolis, imprimis II. 1. 28. 36., disputantur, præcipue cf. epistolas Hutteni ad Crocum (vid. supra p. 140.), Angsti ad Erasmum (p. 140.), Glareani ad Zwinglium (p. 141.), Mori ad Erasmum (p. 141.), Behaimi ad Pirckheimerum (p. 142.), Pirckheimeri ad Huttenum (p. 142.), Erasmi ad Cæsarium (p. 143. 146.), Erasmi ad Lipsium (p. 156.), tum Menii ad apologiam Croti responsionis (p. 156.) §§ 16. sqq., item Leonis PP. X. condemnatorium breve (Lamentatt. O. V. p. 335. sq.) cum Pepericorni defensione (ed. n. pag. 159.) et Ortvisini Lamentt. O. V. passim, præcipue p. 362. sq. 394. sq. et eiusd. epist. apologet. p. 396. sqq. — De adpellatione 'Epistolæ' cf. quæ Ind. biogr. (p. 417.) art. 'Modus dictandi, epistolandi' dedimus.
- 2... 4 *ad ven. vir. ... docentem*] In Arnoldi de Tungris Articulis a. 1512. publicatis (vid. supra p. 78. n. xi.) Ortvinus Gratius adpellatur 'bonarum artium professor Oratoream poeticamque Colonie publice docens', et Prenotamenta a. 1514. Colonie edita (p. 81. n. xiiii.), quibus maxime sibi meruit, ut Reuchlinistæ Obscuros viros litteras suas plerasque fere omnes ad ipsum scribere voluerint (cf. Ind. biogr. art. Gratius, p. 383.), hoc habent exordium 'Ortwinus Gratius liberaliū disciplinā magister Christi sacerdos : in alma vniuersitate Coloniensi bonas lras publice docēs'.
- 5 *variis et locis et temporibus missæ*] 'variis temporibus missæ' habet inscriptio Clarorum viror. epp. (pag. 81. n. xv.), 'diversis temporibus missæ' inscriptio Illustrium viror. epp. (p. 108. n. xxxviii.)

## [VOLUMEN I.]

De divisione operis in duo volumina cf. quod infra ad pag. 181. adnotatum est.

## Pag. 3. EPISTOLA 1. THOMAS LANGSCHNEYDERIVS ORTVINO.

- 1 Nos singulas *utriusque syllogæ* sive voluminis epistolas numeris distinximus, quod in prioribus exemplis non factum est. — Hæc prima ea epistula est, de qua Erasmus Spongiæ § 92. (Hutt. Opp. II. p. 277.) 'nactus eram' scripsit 'unam epistolam manu descriptam de convivio magistrorum, quæ nihil haberet præter innoxium iocum, et ferebatur Hutteni. hæc mihi maximæ voluptati fuit ac toties inter amicos lecta est, ut propemodum hæreret memoriæ' et q. s.

Pag. 3.

- 2 *Thom. Langschn.*] Verum prænomen huius Sartoris Obscurorum chorum ducentis Ludovici fuit. cf. Ind. biogr. p. 405. sq. art. Langschneider.
- 3 *baccalaurius theologiæ formatus*] cf. Ind. biogr. artt. Baccalaureus et Ganda, Theodoricus de.
- 4 *quamvis indignus*] Solemnis superbientium prælatorum piam modestiam simulantium formula vetus.
- 5 *superexcellenti*] Hoc verbo iam Salvianus usus est, adv. avarit. 3, 18.  
*nec non*] Adhuc multi magistri nostri hoc doctius elegantiusque esse quam simplex 'et' putant.  
*scientificissimo*] i. e. eruditissimo. Tum verbi monstrum 'scientificus', quod foret 'scientias faciens', tum superlativi gradus deridiculam Obscurorum elegantiam egregie produunt.
- 7 *dom. O. G.*] Cf. Ind. biogr. p. 383. art. Gratius.
- 8 *poetæ oratori*] ut 'oratoream poeticamque Colonie publice docens' Ortvinus adpellatur ad p. 1. v. 2...4.  
*et plus si vellet*] Non ex Luciani Timone c. 52., ubi Demeas decretum in Timonis honorem proponendum recitat 'καὶ γὰρ δὴ τῶς ἀριστος ὁ Τίμων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι', sed ex ipsius Ortvini iactantia hæc vanorum nominum ostentatio pungitur. cf. Quadum Kinkelbacensem Hutt. Opp. II. p. 474. n. cccclii.
- 9 *Quoniam etc.*] Hoc epistolæ initium ex Andreæ Delitiani (cf. Ind. biogr. p. 357. art. Delitzsch) aliquo libello sumptum esse Zarnckius scripsit, sed ex quo nunc se nescire querenti respondit, neque ego repperi.  
*Aristoteles*] Categ. s. Prædicam. 7. i. f. „τὸ μέντοι διαπορξέναι ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν οὐκ ἀχρηστὸν ἐστίν.“ cf. Metaphys. II. 1. „ἔστι δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλευμένοις προὔγον τὸ διαπορῆσαι καλῶς.“ Ceterum non ex ipso Aristotele sed ex nescio quo eius commentatore Aristotelem hic et infra p. 5<sup>23</sup>. 185<sup>23</sup>. laudari facile viderit qui quid sibi velint hæ epistolæ intellexerit.
- 10 *Ecclesiastæ*] I. 10. Semel iis qui de perverso sacræ scripturæ in his epistolis facto usu queruntur, illud Erasmicum responsum esto: 'quasi sacerdotes quidam et monachi omnes pæne facetias suas non desumant ex sacris libris'. Ita Ortvinus cum sua Dominicanorum factione et longe postea Weislingerus recentioresque Obscuri præcipue de epistola I. 28. lamentati sunt, ipsi nescientes eam fere totam ex libro Thomæ de Walleis, qui ordinis s. Dominici ipse fuit, compositam esse. Crotus, cui hæc epistula cum ceteris primi exempli omnibus adscribenda esse videtur, in imitando Dominicanorum stilo mirus artifex fuit, Huttenus autem, reliquarum epp. O. V. tantum non omnium scriptor et in hoc quoque doctrinæ genere discipulus amici sui Croti, inde ab harum epistularum editione, non tum demum, cum Lutheri causam amplecteretur, frequentiore sacrarum scripturarum in scribendo usum fecit.
- 11 *igitur etc.*] Quoniam ..., igitur, weil sive da ..., so ..., ut fere in coniunctionibus omnibus non Latinum sed Germanicum morem observant Obscuri. Ita pronomina, ubi Latina lingua ea non patitur, poni solent, ut h. l. 'ego proposui'; item numerus cardinalis pro Germanico articulo indefinito, ut h. l. 'unam questionem'. Præpositionibus quoque barbari nostri barbære utuntur, ut h. l. 'movere unam quæst. in qua dub. hab., ad dom. vestr.', i. e. so hab ich mir vorgesetzt, eine Frage, worin ich Zweifel habe, an Euch, mein Herr, (an Eure Herrschaftlichkeit) aufzuerfassen, et v. 14. instruat me super dubium etc. Quæ omnia semel monuisse sufficiat.



Pag. 3.

Pag. 3. vv. 2...23.

12 *dominatio vestra*] ut hodie Germanice *an Ew. Wohlgeboren*: nam maiorem dignitatem significat *Ew. Herrlichkeit*, ut Anglice *your lordship*. Huius loci non est vocabuli 'dominus' historiam altius repetere, et satis notum est ipsos Romanos sub imperatoribus adulandi formulis 'æternitas, beatitudo, clementia, divinitas, dominus, excellentia, immortalitas, magnificentia, maiestas, mansuetudo, numen, oraculum, providentia, sanctitas, serenitas, sublimitas' aliisque similibus, præcipue adiectivis, sermonem Latinum coinquinasse, dominationisque titulo honorario iam Francicos reges usos esse. ita non mirum est posteridibus sæculis tum illorum nominum partem etiam inferioribus dignitatibus attributam, tum novos honorarios titulos adinventos esse, ut e. gr. in his epistolis legitur 'vestra egregitudo, eximietas, magistralitas, sua sanctissimitas'. cf. Ind. verb. voc. Vester. Quid quod hodie vel mercenarii atque mendicantes *Herren* adpellantur.

13 *non volo etc.*] Hæc modestiæ observantiæque species detegendo aperit et scriptoris et eius ad quem scribitur vanam de se opinionem. Obscuri nostri ad unguem usque consimiles eorum philosophorum videntur, de quibus ap. Lucian. mort. dial. 10. Mercurius: „Depone tu habitum primum, tum ista omnia. Iupiter! quantam inanem ostentationem gerit, quantam inscitiam, et rixandi libidinem, et vanam gloriam, quæstiones impeditas, disputationes spinosas et sententias perplexe involutas; immo etiam inutilem laborem valde multum, nugasque non paucas et quisquilias ac minutas disceptatiunculas. quin et per lovem nummulos istos aureos, et præterea suaviter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum et mollitiem: neque enim me fallunt, quantumcunque studiose prætegas ea. tum porro mendacium depone atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quasi melior sis aliis.“ Cf. Ecc. dedol. §§ 78. sqq. in Hutt. Opp. IV. p. 532.

*tentare*] quærendo explorare an didiceris, *examinieren*.

14 *cordialiter et affectuose*] ex intimo sinceroque animo.

15 *in evang.*] Matth. IV. 7. Luc. IV. 12.

16 *Salomon*] Ecclesiastici I. 1. cf. Proverb. II. 6.

19 *dedistis ... sapientiæ*] præceptor meus fuisti.

*loquendo poetice*] i. e. ut loquar s. si licet loqui poetice, scilicet ut ii quos Obscuri poetas nominant. cf. ad 7<sup>12</sup>.

*est ... questio sic introducta*] quæstionis movendæ occasio hæc fuit.

20 *dudum*] olim, nuper, *vor längerer Zeit*.

*fuit hic*] celebratum est Lipsiæ.

*prandium Arist.*] quod a novellis magistris dandum erat, unde hodie quoque prandia doctoralia, sed quæ non debentur, passim in usu sunt. Cf. Ind. biogr. p. 445. art. Prandium Aristotelis.

21 *in magna lætitia*] cibo potuque abunde se replentes.

*ego fui etiam ibi*] ipse quoque interfui.

22 *ferculum*] ferculorum nomine hic non singuli ciborum missus sed ipsæ singulæ patinæ sive lances significantur.

*de malvatico*] Præpositio 'de' pro genetivo ponitur, ut in linguis Romanicis. cf. sq. vers. 24. multosque alios harum Epp. locos. Malvaticum, vinum Græcum, *Malvasier*, Ital. *malvagia*, a Napoli di Malvasia sive Monembasia dictum, quamvis non in ipsa Laconica natum, dulce vinum.

23 *semellas*] simellas 67<sup>27</sup>. simella = panis similaceus, *Semmel*, ex simila, *σμί-δαλις*. cf. Ducange artt. Semella, Simella, Simenellus. Diez WB. v. Sémola.

Pag. 3.

- 23 *fecimus offam*] panum frusta in vinum intinximus, *wir zoppten, machten eine offa, Suppe*, Ital. *zuppa*. Gemma gemm. „Offa proprie significat frustum humectatum et dicitur ab ob et fans quasi obfans, i. e. contra fantem. versus:

Offa nocet fanti, sed prodest esurienti.“

secundum Festum (v. Pœnitam. p. 242. Müll.) „antiqui offam vocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.“

- 25 *procedendo . . . in aliud, semper*] quotiens devorato uno ferculo aliud invadebamus, totiens potum alium atque alium hausimus.

*Kotzborgense*] Cave ne Emepolitanum sive Emesiense interpreteris, quod in monte vomifico nascitur. Kotzborgense vinum apud vicum *Kötzschenbroda* nascitur, sed h. l. Kotzborgense generaliter Misnense significare videtur.

- 26 *cerevisiam*] cf. Ind. biogr. p. 346. art. Cerevisia.

*Embecc.*] *Einbeck*, principatus Grubenhagensis oppidum principale, hodie quoque cerevisia sua celebratum.

*Thurgens.*] Torgaviensem cerevisiam, hodieque celebrem, olim ‘gaudium’ appellabant. cf. Hegendorphini Land. Ebrietatis.

*Neuburgens.*] i. e. Naumburgensem. cf. 4<sup>36</sup>. Hodie Merseburgensis cerevisia magis effertur.

- 27 *bene contenti*] satis lautis dapibus potationibusque abunde delectati fuerunt. Hodie quoque ubi cibi vinive satias est, volgo dicitur *ich hab mein Vergnügen, zur Genüge, ich bin vergnügt*.

*dixerunt quod*] Ita ‘quod’ ubicumque nos *daß*.

- 28 *magistri novelli*] quibus altero post disputationem habitam die cancellarius birretum imposuerat.

*bene expedit. se*] Prandium satis adfluens delicatumque adparatum esse. Recentiores dicerent *daß sie sich gut herausgebissen, einen famosen Satz gegeben hätten*.

*cum magno hon.*] splendide, laute, honorifice.

*tunc*] cf. Ind. verb. h. v.

- 29 *hilarificati*] Lexicis med. latinitatis addendum Hilarificare.

*artificialiter*] docte, ex arte. scilicet more suo scholastico.

- 30 *unus quæsit*] *einer warf die Frage auf*.

*magistrandus*] Magistrare h. l. est magistrum facere, academicos honores conferre, non magistrum agere, ut ap. Fest. et Spartian., unde etiam ‘docere, regere, moderari’ significat. „Magistrare est magistros creare vel docere vel regere“ Gemma g. Cf. Ducange vocc. Magistrare, Magistrari. Quod de Vindobonensibus magistris Aeneas Sylvius ep. 365. rettulit (vide infra ad p. 184<sup>10</sup>), idem etiam de aliis eius temporis universitatibus verum est. Ludovicus Vives de causis corr. scient. lib. i. „Sunt“ inquit „in publicis academiis excogitati quidam velut honorum gradus, non malo utique, sententia mea, consilio: nam ut Romæ sub Cæsaribus non licebat cuivis de iure respondere, sed cui hoc esset a principe concessum, ita rectoribus scholarum visum est arcere a professione artium imperitos; eos vero quos ad hoc magno adhibito iudicio et severo examine dignos censuissent, gradu aliquo honoris insignirent, batalarios [scilicet a batalia, *bataille* Vives deducit baccalaureos] dixerunt, vocabulo vetere lingua Gallica usurpato in tyrocinio militiæ de iis qui iam prælio interfuissent, ideo longe alio quam vulgo creditur etymo: sed non hoc agimus: hinc Licenciatis quasi facta copia quandocunque velint magistros fieri, postremo magistros et doctores. Verum quod scholæ nonnunquam opus

Pag. 3.

Pag. 3. v. 23 ... Pag. 4. v. 5.

esset pecunia ad sumptus inevitabiles, velut alendis ministris publicis, gymnasio conservando sarto tecto, imposita est summa pecuniæ iis qui honores inirent: a primo modica, quæque necessariis impenderetur usibus. Expetiit eum dignitatis locum indignus aliquis, et quod eruditione atque ingenio præstare non poterat, tentavit iis per quos ageretur corrumpendis. Alius adorsus est illos gratia, alius promissis, alius præsentī pecunia. Ubi semel sancti prius atque incorrupti homines lucri dulcedinem gustarunt, is sensus reliquos omnes simul extinxit: certas statuerunt summas quas illi penderent qui admitterentur ad honores, quarum pars scholæ et ministris eius cederet, pars magistris et rectoribus scholarum .... sed ut sciretur quanti ordinarie emeretur dignitas, statuta est certa summa pecuniæ, qua minorem nefas est accipere, de maiore fas est liceri. definitum etiam tempus, et assignati qui examinarent. Nominent mihi vel unum iis ducentis annis reiectum, qui versatus fuerit præscripto tempore in scholis, certam illam pecuniam dependerit, quacunque ætate, conditione, ingenio, peritia, moribus. Si quis non credit, inspicat tot per Galliam cerdones, sartores, coquos, rhedarios, pantas, fabros, et peiores iis grassatores latronesque, artium vel magistris vel batalarios. nec desunt in Germania nec in Italia; siquis alibi non invenit, Romæ quærat“.

- 31 *pro persona apta nata ad fiendum doctor*] i. e. ad significandum eum qui præstitit quæ ab eis qui ad doctoris adspirant gradum postulantur — stipes ac dapes magis quam eruditio. Cf. infra p. 253<sup>28</sup>.

*sicut*] Sæpiissime pro ‘ut, qualis est’. Cf. Ind. verbor. h. v.

*pronunc]* Ut hodieque in multis Germaniæ partibus *für jetzt*, pro simpliciter ‘nunc, iam’. cf. 11<sup>22</sup>.

- 32 *in Colonia*] Sic fere ubique ‘in’ pro genetivo. Germanice *in* sive *zu Köln*. *mellifluus*] Versus etiam faciebat Theodoricus.

*pater frater*] sacerdos monachus ordinis Carmelitarum.

*Ganda*] rectius Ganda s. Gouda. Cf. Ind. biogr. art. Ganda, Theodoricus de.

Pag. 4.

- 1 *legatus alm. universit. Col.*] sic infra quoque p. 34<sup>11.29.</sup> sed recte Henricus Glareanus Coloniae III. non. Ian. a. 1514. ad Reuchlinum scripsit (cf. Ind. chronol. p. 129.) „Cæterum Universitas aut nostræ urbis studium nil adversus te attentavit, ni Universitatem soli Theologi, si sic appellari debeant, constituent.“ Cf. etiam Bulæi hist. univ. Paris. VI. p. 68. Unde Pepericornus sive Gratius in Defens. p. 175<sup>19.24.</sup> ed. n. „non ‘ab universitate’ sed ‘a facultate theologica’ et non ‘universitatis’ sed ‘facultatis’.“

*providissimus*] Ita ‘legatus providissimus’ ipse de se Theodoricus. cf. Ind. biogr. cit. art. Ganda.

- 3 *Warmsemmel*] Cf. Ind. biogr. p. 499. h. art.

*lansmannus*] Ut lantsknechti, kaufmanni, reuteri, et similia.

*Scotista*] cf. Ind. biogr. p. 466. art. Scotus. et infra ad p. 208. v. 137.

- 4 *magister 18 annor.*] i. e. ante XVIII annos magister factus. cf. p. 258<sup>14</sup>. 24<sup>28</sup>. *tempore suo*] *zu seiner Zeit*, cum studiosus esset.

- 5 *reiciitus*] = reiectus, *abgewiesen*, *durchgefallen*, non magister renuntiatus. cf. 276<sup>21.24.</sup> 277<sup>5</sup>. pati reiicionem p. 277<sup>19</sup>.

*impeditus*] i. e. examinibus q. v. prioribus male superatis non admissus, *zurückgestellt*. cf. ad p. 277<sup>10</sup>.

*stetit*] i. e. studens s. baccalaureus permanait, non recessit ab universitate. Cf. ‘stare in bursa, in universitate, Bononiæ, Coloniae’ et similia.

Pag. 4.

5 *ulterius quoad*] usque dum, donec.

6 *pro hon. univ.*] i. e. ne nihil didicisse videretur qui nihil quidem didicerat, sed tamen per legitimos annos universitati adscriptus fuerat. cf. 277<sup>9. sq.</sup>.

*intelligit bene facta sua*] versteht seine Sachen gut, weiß wohl den Magister vorzustellen. cf. 11<sup>1</sup>.

7 *parvos et magnos*] Tum de ætate corporisque habitu, tum de civili condicione, promiscuo. Secundum Statuta antiqua universitatis generalis studii Colonien-  
sis de anno 1392. art. 41. (*Bianco Gesch. d. alt. Univ. Köln.* I. App. p. 16) inter  
rektoris officia memoratur „iuste iudicare et singulorum querelas, Parvi sive  
Magni, Pauperis sive Divitis, absque personarum acceptione aut alia quacun-  
que pervertente iudicium affectione coram se admittere et plene iudicare . .“  
*senes cum iuniorib.*] ex Psalm. CXLVIII. 12. cf. p. 21<sup>34. sq.</sup>.

8 *tenuit quod*] hielt dafür daß, tenuit, affirmavit dicendum esse.

10 *doctorare 'doctorem facere'*] sed etiam 'doctor fieri', ut nos *doctorieren*. cf.  
Gemma g. h. v.

11 *termini*] artis vocabula, *Kunstaussdrücke*.

13...15 *sanctitatem et Christus fuit*] Ioann. XIII. 13. „Vos vocatis me Magister  
et Dominus, et bene dicitis, sum etenim“. cf. Matth. XXIII. 8. &c. Lepida con-  
tradictio huius humanitatis sanctitatisque theologicæ.

14 *stant in loco dom.*] „Omnis magister noster est rabi et lux mundi“ 298<sup>23</sup>  
„Magistri nostri sunt sicut Apostoli dei“ 253<sup>20</sup>. „Theologi qui sunt sicut Apo-  
stoli dei“ 192<sup>7</sup>. „predicare verbum dei sicut Apostoli“ 265<sup>10</sup>. &c.

16 *quia habent nos instruere*] quia ad nos instruendos vocati sunt, quia nos in-  
struere eorum officium est, *weil sie uns zu unterrichten haben*.

17 *deus est verit.*] Ioann. I. ep. v. 6. „Christus est veritas“. Cf. evang. sec. Ioann.  
xiv. 6. xvii. 17.

*quapropter*] Usitatissimum vocabulum, maxime ut quæ male inter se conexæ  
sententiæ inepte coherent, docte sibi constare videantur.

20 *nostrare*] Lexicis med. latin. addendus art. Nos *nostrificieren* et *Nostrification*.

21 *vocabul. Ex quo*] cf. Ind. biogr. p. 496. art. Vocabular. Ex quo.

*Catholicon*] cf. Ind. biogr. p. 399. art. Ianua, Ioannes de.

*Breviloquo*] cf. Ind. biogr. p. 318. art. Breviloquus.

22 *Gemma gemmarum*] cf. Ind. biogr. p. 378. h. art.

24 *Delitzsch*] cf. Ind. biogr. p. 365. h. art.

25 *legit ordinarie*] Ordinariæ lecturæ antemeridianis horis habentur de 'ordi-  
nariis' libris, et Lipsiæ quidem, ut sequentia verba 'et etiam legit in domo  
sua Quintilianum' ostendunt, in publicis auditoriis. De Bononiensium consue-  
tudine cf. *Savigny Gesch. d. R. R. i. MA.* III. §§ 98 sq.

26 *Ovidium in metam.*] Vix aliter 'Ovidii metamorphoses' tum designabantur.  
Ovidius cum Vergilio per media sæcula ex paucis bonis poetis Latinis præci-  
pue legebatur. unde Everardus Bethuniensis carm. III. de versificatione v. 23. sq.  
(ap. Polycarp. Leyser. Hist. Poetar. p. 826):

Quam solemnizat usus sit turba [*i. e. multa egregia carmina*] colenda

Ovidiana tibi quod ferat illa placet.

*exponit . . allegorice et litteraliter*] cf. infra epist. I. 28.

28 *in domo sua*] non 'ordinarie'. cf. ad super. v. 25.

*Quintilianum*] cuius et Institutiones oratoriæ et quæ feruntur Declamationes  
iam sæc. XV. sæpe prodierant. cf. Hain. Repertor. n. 13644...13662.

*Iuvenum*] cf. Ind. biogr. p. 401. sqq. h. art.

Pag. 4.

Pag. 4. v. 5 . . . Pag. 5. v. 8.

- 28 *tenuit oppositum*] *hat Widerpart gehalten*, adversarias partes tuitus est.
- 29 *dixit quod debemus*] Sic fere semper 'dicere quod'. Cf. Ind. verbor. voc. dicere.
- 30 *Quia*] Fere perpetuum est ut ubi philosophantur Obscuri, ita quasi nova inciperet sententia, argumenta ante proposita sententiæ adferant.
- 32 *una*] Raro Obscuri ita adiectivo numerali recte utuntur. cf. sq. v. 37. 'unum cantharum' et Ind. verbor. voc. unus.
- 33 *sumitur pro unoquoque*] significat quemlibet, quemcunque.
- magistro in*] ut Germanice *Meister in* . .
- 34 *seu mechan. man. seu cap.*] Scilicet liberalis scientia aut manibus aut capite exercetur, ut volgo studendi cogitandique labor *Kopfarbeit* dicitur. et ille rusticus: „*Kopfarbeit ist schwere Arbeit, das seh' ich an meinen Ochsen*“. Infra (p. 38<sup>19</sup>) artes in mechanicas et liberales sive veras dividuntur.
- 36 *super hoc*] Germanice *dafür, zum Beweise, Belege dafür*.
- et ipse . . tunc . . et unus . . et ipse . .*] ut Germanice rudes balbutiunt, *und er . . da . . und einer . . und er . .* Similis Obscurorum perpetua syntaxis est.
- Horatium*] art. poet. v. 52. sq.
- et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si  
Græco fonte cadent, parce detorta . . .
- 37 *admiraverunt*] Non solum verbis mirare, admirare, sed aliis quoque deponentibus multis active formatis utuntur nostri.
- portavit ei*] propinavit, *brachte ihm, trank ihm zu*. cf. ep. I. 3.
- 38 *cantharum*] 'Cantarus est vas vinarium, *ein kanne oder ein becher*'. Gemma g. h. v.
- Neuburg.*] Naumburg. cf. 3<sup>26</sup>.
- ego volo expectare*] Triumphabundus sui æstimationem blandis verbis gestibusque tegit.

Pag. 5.

- 1 *parcatis mihi*] veniam peto, liceat mihi; ut alias 'cum licentia', *mit Vergunst*.
- birretum*] s. biretum s. baretum nostris, barretum al., Italice *berretta*, Gallice *béret*, Germanice quoque *Birret* s. *Barret*, *Mütze mit plattem, eckigem oder rundem Deckel*, a Latino 'birrus', Græco *πυργός*. 'Biretum, *ein byret oder nachthub*'. Gemma g. h. v. — Du Cange h. v. „Birretum, capitium, capitis tegmen, lineum tenue, strictum forma ipsius capitis. Pontificum proprium fuit . . fuit etiam Doctorum . . At Italis commune fuit omnibus tegmen . . . Erat vero Birretum interius capitis tegmen, ita super capitium cappæ dispositum, ut non nihil super humeros deflueret . . ". Magister noster tangit tantum birretum (non deponit reverentialiter, ut p. 5<sup>31</sup>) amicaliter sive ut faciunt qui quos sibi gradu inferiores habent salutant.
- 3 *in uno anhelitu*] uno haustu, *in einem Athem, ohne abzusetzen*.
- respondit ei fortiter*] *hat ihm tapfer zugesprochen*, nec minus nec tardius ingurgitavit quam ille.
- pro honore*] ad significandam observantiam, reverentiam.
- 4 *Slesitarum*] Silesiacæ nationis sive Silesiacorum tum usitatum nomen.
- leti*] ut nos *munter, angeheitert*, potu excitati, nondum ebrii.
- 5 *pulsatum ad vespas*] *zur Vesper geläutet*.
- 6 *exponere mentem*] sententiam sive opinionem scribere.
- 7 *debet . . scribere*] scribet, ut solent nostri futurum addito verbo 'debere' *formare, er soll, wird mir wohl schreiben*.
- 8 *veritatem*] quomodo res vere se habeat.

Pag. 5.

- 8 *in Daventria*] pro genetivo loci, ut solent. *zu* sive *in Deventer*. cf. p. 3<sup>32</sup> et in omnibus fere locorum nominibus.  
*tertiarius*] *tertiæ* classis discipulus, ut hodie 'tertianus'. Similiter infra (p. 31<sup>45</sup>) *secundarius*.  
 9 *certificare*] certiorē facere, nuntiare, referre. Catholic. Io. de Ianua „Certifico cas. i. facere certum: verbum activum. et componitur a certus et facio cis. et cor[ripitur] fi.“  
*quomodo stat*] *wie es steht*. usitatissima dictio. Cf. Ind. verb. voc. stare.  
*guerra*] *Diez WB. der romanischen Sprachen* h. v. „*guerra* it. *sp.* *pg. pr.*, *guerre fr.* *Krieg* (engl. *war*), *vom ahd.* *werra*, *mhd.* *mundl.* *altengl.* *werre zank*, *zwietracht*, *vb. ahd.* *werran verwirren*: rixas et dissensiones seu seditiones, quas vulgus *werras* nominat. *Cap. Car. C.* . .“.  
 10 *ribaldus*] Idem ed. 3. p. 348. „*Ribaldo* it. *altsp. pg.* (. . *unrichtig mit rival erklärt*), *pr.* *ribaut*, *fr.* *ribaud lotterbube*, *fem.* *ribaude*, *ribaude freche dirne* . . . *Was das mittellalter unter ribaldus verstand, sagt deutlich Matthæus Paris*: fures, exules, fugitivi, excommunicati, quos omnes ribaldos Francia vulgariter consuevit appellare, *heillose zu allem fähige menschen* . . .“ De significatione 'velites, enfans perdus, milites qui prima prœlia tentabant &c. vid. idem *Diez* et *Du Cange* v. *Ribaldi*. Addo ex *Vocabulario* s. l. et a. in fol. edito, quo nec *Diefenbachius* usus est, hæc verba (p. 85<sup>a</sup>): *Ribaldus*, *ribald*, est vir inutilis vanis dictis et factis insistens.  
 11 *iurista*] Quando primum in usum venerit pro iuris consulto, qui iuri sive Romano sive canonico operam dat, definire non possum. Cf. ad p. 185<sup>21</sup>.  
*mittatis etiam adhuc semel mihi*] item mittatis quæso, *und schickt mir doch auch einmal*.  
 12 *librum* . . *Arnoldi de Th.*] cui inscribitur 'Articuli sive propositiones' &c. cf. supra *Indic. scrr.* p. 78. n. XI. et *Ind. biogr.* p. 490. art. *Tungris*.  
*de multis profunditatibus in theologia*] de theologicis quæstionibus obscurissimis et implicatissimis.  
 14 *multum subtilis*] *Subtilis* in his *Epp.* ubique laudi est (cf. *Ind. verb. h. v.*), habet tamen eum quoque colorem admixtum, quem *Io. de Ianua* h. v. expressit: „*subtilis*, malitiosus, subdolos, secundum *Papiam*“.  
*habere pro malo*] succensere, *vorübelnehmen*; tollere in malam partem: p. 8<sup>13</sup>.  
 15 *ita socialiter*] tanta simplicitate ut amico, *so vertraut, freundschaftlich*.  
 16 *promovere*] „*sublimare ad ordinem vel honorem movere, et promovere i. e. proficere*“ . *Io. de Ianua* h. v. *furderen*. *Gemm. g.*  
*etiãsi . . . pecuniam*] vel si pecuniam mutuam a te peterem, scilicet qua fautores vel promotores corrumpere possem.

## EPISTOLA 2. IOANNES PELLIFEX ORTVINO.

- 19 *Pellifex*] *Pelzer*. „*faciens pelliceum: ein beltmacher oder kyrßner*“ . *Gemma g.* In album *Viteb.* a. 1502. inscriptus est quidam 'Georgius Pellificus de aurach'. *Förstemann* p. 4.  
 23 *Aristoteles* &c.] cf. ad 3<sup>o</sup>.  
 24 *una res*] aliquid, quoddam.  
*facit m. m. consc.*] multum me angit, facit ut de peccato commisso mihi timeam.  
 25 *missa*] *nundinae*, *Meße*, h. l. et p. 73<sup>o</sup>. 278<sup>a</sup>. aliis locis est *Messe*, *misse*, *ein heilig gesang*. cf. *Diefenb. Glossar.* v. *Missa*.

Pag. 5.

Pag. 5. v. 8 . . . Pag. 6. v. 12.

25 *tunc*] Germanice *da*, ut 4<sup>36</sup>.26 *obviaverunt*] obviam venerunt.

'platea. id est lata et spaciosa via, *ein strasse oder plan*'. Gemma g. *apparuerunt satis honesti q. ad asp.*] quorum habitus vestimentaue honoratiores viros indicabant.

*tunicas*] *Talare*. 'tunica, *ein rock*' Gemma g. 'Tunica a tonus dicitur . . . antiquissima vestis, quasi tonica, quæ in motu incedentis sonum facit. Primum enim fuerunt pelliceę tunice, quibus post eiectionem de paradiso Adam cum Eva induti sunt. unde . . . tunico, cas, i. tunicam induere'. Io. de Ianua.

28 *caputia*] Caputium, *Kapuzze*, *Kappe*, *Gugelhut*, unde Capucini. 'Caputium, *ein kulhut oder ein kap*' Gemma g. De statutis quæ Iudæos pilea cornuta ferre iubent, vide Haltaus. Glossar. art. *Juden-Kleidung*.

*liripipiis*] humeralibus fasciis. 'Lyripipium, *ein kappenzipfel*'. Gemma g. Du Cange h. v. 'liripipium, epomis, unde Belgis *lijre-pijpe*, seu potius longa fascia vel cauda caputii. Henr. de Knyghton de eventu Angl. L. 4. Dominarum cohors affuit quasi comes interludii in diverso et mirabili apparatu virili . . . in tunicis partitis . . . cum capuciis brevibus et liripipiis ad modum cordarum circa caput advolutis'. Hartlieb de fide meretr. cap. De vocalibus . . . fantastice exponendis: 'Lirippippius, *ein Kappenzipfel*'. In Statuto Erfurt. de Iudæis a. 1389. (ap. Haltaus. l. c.) præcipitur 'Alle Juden, damit man sie kennen möge, sollen Stieffeln und Mäntel mit vier Hauptfenstern und lange Hüte ohne Kogeln oder Kugeln über den Mänteln, die über die Haupt-Fenstern langen, tragen'.

29 *feci reverentiam*] reverenter salutavi.

*deponendo birr.*] cf. ad 5<sup>1</sup>.

30 *stimulavit me*] digito latus meum icit.

*amore*] per amorem.

31 *ante eos*] *vor ihnen*, eos salutandi gratia.32 *ut si*] ac si.

34 *peccatum mortale*] proprie id peccatum est quod 'non remittitur neque in hoc sæculo neque in futuro' (Matth. XII. 32.), 'æternum delictum' (Marc. III. 28.), oppositum veniali. Casus tanquam speciales sedi apostolicæ reservatos multos enumerat const. Pauli II. a. 1468. emissa, quæ est c. 3. Extravv. comm. de pœnitentia V. 9. cf. infra ad 26<sup>15</sup>. In casibus episcopis reservatis sacerdos non nisi ex episcopali concessione absolvere potest. cf. cann. 3. sqq. Dist. XXV.

Pag. 6.

1 *facit honorem*] salutat.2 *met Iudæus*] ipsum Iudæum.3 *sumus de via mel.*] habemus meliorem fidem sive religionem sive methodum.5 *facerent rever.*] salutarent, salutandi causa caput inclinarent.

*fortificantur in sua fide*] confirmantur in suis superstitionibus.

6 *non perm. se baptizare*] nolunt baptizari, spernunt baptismum.7 *bene*] quidem, *wohl*.

*scienter*] Mortale peccatum non est nisi dolo malo commissum.

*cum ign.*] ex ignorantia, ignorans.

9 *dignus ad combur.*] dignus qui comburer: Ignis hæreseos pœna.12 *tamen adhuc*] nihilo minus *doch noch, trotzdem noch*.

*semel*] quondam, *einmal*.

Pag. 6.

- 13 *Iudæus ligneus &c.*] Iudæus Christum crucifigens cum Petro, malleus cum clavo comparatur deridendi successoris Petri causa.
- 17 *confessor*] *Beichtvater*, Ital. confessore, Gall. confesseur. usitatius hoc sensu 'confessarius'.
- 18 *respicere*] circumspicere, evitare negligentiam.
19. 20. 29 *casus episcopalis — papalis — simplex*] cf. ad 5<sup>4</sup>.
- 23 officialis consistorii iurisdictionem q. v. contentiosam per diocēsin habet, voluntariam habet vicarius generalis.
- 24 *gilvum circ.*] Ita Nicolaus Cusanus cardinalis in litteris ad senat. Francof. a. 1452. (ap. Haltaus Glossar. art. *Juden-Kleidung* et *Juden-Zeichen*, p. 1054.) „Cum nos alias in civitate Maguntina provinciali synodo præsideremus, inter cætera quoddam statutum de Iudæis et crucis Christi inimicis in eadem synodo innovatum existit, In quo sub cessationis divinorum et sub vacationis communionis penis districte mandamus, quod Iudæi de cætero signa deferre debeant conformiter, ut in urbe Roma, et nonnulli dubitare videntur, quomodo in urbe Roma Iudæi deferant, hinc nos, prout in aliis nationis locis ordinavimus — declaramus, signum huiusmodi esse debere CIRCULVM DE CROCEIS FILIS visibiliter censurum [? cusurum], cuius diameter communis hominis digito minor non sit, ANTE PECTVS, quod masculos in veste extrinseca, ita quod omnium eos induentium oculis appareat, et duæ rigæ blanci coloris in peplo mulierum, in signum differentiæ, ut a Christianis discernantur“. V. in Privil. Civit. Francof. p. 328. Et in Mandato Senat. Northus. an. 1559. (ap. eumd. Haltaus. p. 1055.): „Es sollen auch alle Juden, die in dieser Stadt ein- oder ausreiten oder gehen, ihr öffentlich Judenzeichen, einen großen gelben Ring an ihren Kleidern unbedeckt tragen, damit sie erkant, und für ehrliche Leute nicht angesehen werden. Wer darüber angetroffen, der soll zur Gefängniß bracht und in eine Buße verfallen seyn“. in Lesseri chron. p. 255.“
- 25 *deberetis*] debebas, debebatis.
- 27 *profundus*] bene doctus. 'zelosos' dicebant in exercenda defendendaque ecclesiastica doctrina acres industriosque. hæc fere, ut *speculativus* (cf. ad 8<sup>16</sup>), magistrorum nostrorum epitheta ornantia sunt.
- 28 *quatinus*] quatenus pro 'ut' mediæ Latinitatis vocabulum frequentissimum.
29. 30 *an est — videtur*] num sit, videatur.
- 33 *rectum*] *Recht*, iustum et æquum.
- scandalum*] offensio, iniuria quæ magistris nostris fit.
- non est diff. inter Iud. et Christ.*] Scilicet consultatione sua die 9. Nov. a. 1510. emissa etiam Colonienses theologi inter alia postulaverant, 'ut Iudæi signo evidenti a Christianis distinguerentur'. Peperic. Defens. p. §<sup>b</sup>. Cf. Haltaus l. c.
- 35 *dom. imperator*] Ita postea sec. Haltaus. l. c. a. 1578. „*Ferdinandus der erst, unser gelibter herr und vatter — geordnet hat, das alle und jede juden — zu ainem Zeichen, daran sy von den Christen unterschiden vnd erkhent werden sollen, Nun hinfüro an jren obern Röckhen oder Claidern, auf der linckhen seitten, vornen an der prust, ainen gelben Ring, von ainem gelben tuech gemacht, öffentlich vnd vnverborgnen tragen sollen.*“ Cf. ad proxime superiorem v. 24.
- 37 dictamen vocatur quodcunque brevius scriptum, sive poeticum sive prosaicum, sive epistola sive commentarius, ut nos *ein Aufsatz*, non solum *eyn Gedycht*, ut habet Gemma g. Cf. ad 60<sup>30</sup>. et Ind. biogr. p. 417. art. Modus dictandi. H. l. significat sequentem epistolam 3. cf. p. 8<sup>1</sup>.
- 39 *constans*] assecla, socius, compotor.



Pag. 7.

Pag. 6. v. 13 ... Pag. 7. v. 19.

- 1 bonam societatem Obscuri dicebant vitæ libidinosæ luxuriosæque societatem.  
 2 *commendat vos laudabiter*] tuum nomen, te, non sine laude sæpe memorat.

## EPISTOLA 3. BERNHARDVS PLVMILEGVS ORTVINO.

- 5 Plumilegus (vulgariter *Federleser*) 'ex Wittenpurck' scribit, ut aperte 6<sup>ss</sup>. dictum est, quod etiam ipsa epistola, quamvis unde scripta sit non adiciatur in fine, per ea quæ de Sibuto habet, aperte docet. sed quinam magister noster sub illo ficto nomine perstringatur nescimus.
- 8 *Mus miser &c.*] Idem proverbium legitur in Olearii quodlibeto de fide concubinarum Heidelberg. a. 1500. habito (*Zarncke, Die deutsch. Univ. i. MA. Lpz. 1857. p. 101*). Plaut. Truc. IV. 4, 15. sq. „Cogitato Mus pusillus quam sit sapiens bestia, Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam“. Plumilegus autem dicterium habet ex Olearii l. c.
- 9 *cum support.*] i. e. veniam peto. barbara locutio ex iis quæ rudiores rusticivæ homines adhibent, ut urbani beneque morati videantur; ut infra 9<sup>12</sup>. et all. ll. 'cum licentia', et apud nos *mit Verlaub, mit Vergunst* et similia.
- 10 *superdaret*] traderet, proderet spreta amicitia. Ad Iudam Christi traditorem adludi videtur.
- 12 *hic*] Wittenbergæ. cf. ad superior. v. 5.  
*Georius.*] Georgius, *Jöres, Jores* in Germania inferiore, Iorius p. 532. v. 1.  
*Sibutus*] Cf. Ind. biogr. p. 469. h. art.
- poetæ sæculares h. l. sunt humanistæ q. v., ut alias, e. gr. 11<sup>2a</sup>. 18<sup>2</sup>. inter poetas sæculares s. antiquos omnes veteres profani quos dicimus classici scriptores, e. gr. Cicero, Plinius, Valerius Maximus, alii ab Obscuris enumerantur. cf. epp. 10. 11. 14. et all., imprimis Ind. biogr. p. 491. art. Urbanus, Hepr.
- 13 *legit in*] scholas, prælectiones habet de.  
 poetria h. l. non solum 'artem versificandi s. metrificandi', sed generaliter omnes litteras humaniores significat. cf. 26<sup>1a</sup>, ubi scholastico litterarum generi opponitur.
- bonus socius*] Cf. ad 7<sup>1</sup>.
- 15 *zeccha*] conpotatio, *Zecherei, Saufgelage*.  
*Turgens.*] cf. ad 1<sup>2a</sup>.
- 17 *ascendit mihi in caput*] crapulam facit, *steigt mir zu Kopf*.
- 18 *non stetit bene mecum*] *nicht gut mit mir stand*, male mihi volebat, non amice mecum vivebat. inimicor 199<sup>2a</sup>.
- 19 apportare, *zutrinken, vortrinken, einem eins bringen*. Is cui apportatum est, ex lege symposiaca tantundem bibere, 'simile facere, *ein gleiches thun, nachtrinken*, respondere' debet, nisi eum qui propinavit, ad gravioris iniuriæ vindictam provocare vult. Cf. Hutt. Opp. II. p. 107. v. 24. sq. In libello de generibus ebriosorum legitur (ex ed. Zarncke p. 134.): „Igitur ut ex neotericis quidam non inductus scribit, hæc propinandi vetus consuetudo, qua tam absentes quam præsentibus ex mera amicitia et benivolentia ad bibendum, quantum sapiat et voluntarium sit, subinvitamus, non solum non abolenda, verum etiam tanquam humanitatis et officii plena a quibuscunque etiam colenda et imitanda, et pro hoste inimicoque censendus, qui sic bibere inter amicos contempserit. Neque damnandus et ille fuerit, qui modum aliquando sed raro in bibendo excesserit, quandoquidem et medicorum consilium est, quemque bis in mense debere inebriari.“

Pag. 7.

20 *cavisavi*] admonui, provocavi ut 'simile faceret'. Aliter 24<sup>17</sup>.

21 *cum silentio*] silens, ne ab iniuria quidem se excusans.

22 *confundere*] *beschamen oder lesteren, begyssen*. Gemma g. — Diefenbach Glossar. „Confundere (i. confutare, blasphemare) *czusamen-gyssen, -fugen. begies-sen. virstoren. vorstären. hd. lestern, schenden, .. beschemen, .. verthumen, vertumen, verdumen, verdomen.*“

23 *cantarum*] *cantharum*. cf. ad 4<sup>22</sup>.

*percussi ei ad cap.] hab' ihm ihn (den Krug) an den Kopf geschlagen.*

24 *iratus super me*] irasci super aliquem (pro alicui) sæpe legitur. Cf. Ind. verb. h. v. *fec. rumorem in domo sua*] Gravior iniuria est ipsi hospiti facta.

26 *Quid tunc est?*] i. e. nihil refert, plane non curo, quod in me odium suscipitis. *Was ist's dann, was liegt dran, daß etc.*

*bene*] ut Germ. *wohl*, i. e. et antehac, prioribus quoque temporibus; contra v. 29. 'bene' est pro 'certe, *wenigstens*'.

28. sq. *habeo — sicut vos*] ipse quoque inter poetas amicos habeo, qui facile te vincant in arte.

29 *merdarem in*] Hodieque inter infimam plebeculam usitata contemnendi forma. Ceterum sæc. xvi. hoc verbum, ut alia eius modi, non tam turpe indecorumque habebatur.

32 *tu met*] tu ipse. iam 'tibissat s. tuissat', *duzet* eum cui antea modeste pluralem numerum non denegaverat, quem 'vobisaverat'.

*in cute*] Similis vulgari veterum dictioni 'intus et in cute' (Pers. sat. III. 30.) nostra est '*in deiner Haut drin*'.

34 *Sotphi*] est Sutphaniensis, Zutphaniensis. cf. Ind. biogr. p. 473. art. *Sotphi*, ubi et de eius Glosa notabili ad Alexandrum Gallum scripta, infra sæpius memorata, dixi.

*Kneck*] *Kuijk*, bursa Cucana. cf. ibid. p. 322. art. Bursæ Colonienses.

*glosam notabilem*] super IIII partes Alexandri. cf. cit. art. *Sotphi*.

35 *Rutgerus*] cf. ibid. p. 460. art. Rotger Sicamber.

*bursa montis*] s. montana, *unter 16 Häusern*. Cf. ibid. p. 322. art. bursæ Colon.

36 *cordialiter*] ex animo, *herzlich*.

Pag. 8.

5 *defenditis*] Ortwinii Prænotamenta (cf. Ind. scr. p. 81. n. xiiii.) nuper edita erant, neque ignorabant Reuchlinistæ illum Pepericornianos libellos Latine edidisse. *unam novitatem*] aliquid novi.

6 *Valete in Chr.*] Non biblica est hæc salutandi forma.

#### EPISTOLA 4. IOANNES CANTRIFVSORIS ORTVINO.

8 *Ioannes Cantrifusoris*] 'Wolfgangus cantarifusoris de Zwickau' in albo acad. Viteb. a. 1502. inscriptus legitur ap. Förstemann. p. 3. Germanice *Kannegießer*. Idem 'Guolfgangus Cantharifusoris Czuicaviensis Artium magister. pridie nonas Septembres Anno 1507.' duo carmina 'Magnifico ; ingenuo viro Christophoro Scheurlo Nürnbergensi. V. I. doctōri ac alme Vitenbergeñ achademie moderatori vigilantissimo' composuit, quæ extant in fine libelli inscripti *Orationes Doctoris Christophori Scheurli Nurenbergensis: et magistri | Wolfgangi Polichij Mallerstadij. habita in gymnasio Wittenburgensi: Rectoribus scholasticam | prefecturam ineuntibus. Anno Domini. 1507. | M|fortes fortuna formidat | C. S. P. | s. l. et a. 12 foll. in 4<sup>o</sup>. —*

Pag. 8.

Pag. 7. v. 20 ... Pag. 8. v. 26.

- 10 *quoniamquidem*] Ita non solum Magistri nostri scripta sua incipere fere solebant, ut olim nostrates „*Sintemalen*“.
- 11 *tract. levitates ad invic.*] sq. v. 23. docet, Cantrifusorem innuere non solum in petulantibus iocis lusibusque innocentibus, sed dissolutis etiam exercendis olim Ortvinum socium se habuisse. cf. 14<sup>9.10.</sup> 20<sup>23.24.</sup> &c.  
*non est cura vobis*] non moleste fers, nihil curas.
- 12 fantasia h. l., ut 12<sup>7</sup>, est *dummes Zeug, schlechter Witz, verkehrter Einfall, toller Streich.* cf. 17<sup>26.</sup> 299<sup>27.</sup>  
*toll. in malam partem*] cf. ad 5<sup>14.</sup>
- 13 *cavillationem*] ludificationem, *Neckerei.*
- 14 *taliter*] similiter.
- 15...17 *hic ... Georgius*] Vitenbergæ ... Georgius Sibutus. cf. ad 7<sup>12.</sup>
- 15 *profundus*] cf. ad 6<sup>27.</sup>
- 16 *speculativus*] *nucfindig.* Gemma g. i. e. qui novas quæstiones earumque resolutiones facile excogitat.
- 19 *collatio*] proprie est quod hodie *Pickenick* dicitur, convivium ad quod parandum unus quisque sociorum aliquid ciborum potusve confert, sed h. l. est ipsum serotinum monachorum convivium. quam significationem, si historiam tantum, non etymologiam respicimus, recte sic explicat Ducangius art. *Collatio* „apud monachos præsertim dicitur sacrorum librorum lectio, quæ statis horis, maxime post cœnam coram iis fiebat. Sic autem dicta quasi *collocutio* vel *confabulatio*, inquit Smaragdus . . . A collationibus monasticis, quibus finitis ad bibitionem ibatur, serotinæ cenæ *collationum* appellationem sortitæ sunt.“ Sed adicit: „Nam vix est ut probem, quod quidam volunt, vocabuli etymon hauriri debere a cœnarum antiqua collatione, quam Concilium Laodicenum ἐκ συμβολῆς *συμπόσια* vocat. Udalric. l. I. Consuet. Cluniac. . . c. 18. *Post vesperas cœna, post cœnam cœna servitorum, post cœnam servitorum officium pro defunctis, post officium Collatio, et ita ad Completorium.* V. c. 41. Monasticum Anglicanum t. 2. p. 370. *‘Et legat unus frater tam in prandio quam in cœna et collatione’.*“
- 20 socialis, *gesellig.* Gemma g. Cf. etiam Catholic. h. v. Latinum est vocabulum, sed non Latina hæc significatio.  
*late mentis*] *guter Laune, lustiges Sinnes.*  
*ad dimidios et ad totos*] *auf halbe und auf ganze*, i. e. *Becher s. Kannen.* cf. ad 7<sup>19.</sup>
- 21 *de sero — de mane*] *abends, morgens.*
- 23 *eos*] i. e. socios suos, non, ut ed. m. a. 1858. habet, *alios.*
- 24 *de talibus emendare*] corrigere, vituperare, emendare hos malos eorum mores.  
*tunc ipsi incipiunt*] i. e. contra vero ipsi præeunt heluationes et intemperantiam.
- verecundia*] hæc est stomachari, quod prædicator sordes magistrorum nostrorum publice prodiderit. scriptorem non sordium, sed earum detectionis pudet.
- 25 *super eum*] i. e. ei. *ich bin zornig über ihn geworden.*
- 26 *imaginare*] i. e. excogitare. active neque in Vocabulariis neque in Gemma g. legitur.  
*semel* &c.] forte quidam mihi rettulit. — Similem fabulam Boccacium narrare vix opus est monere.
- quomodo*] ut in non nullis Germaniæ provinciis *wie* pro *daß*. quod Latine per acc. c. inf. reddendum erat.

Pag. 8.

27 *de nocte*] noctu.

*supponeret*] Quod semel ap. Plaut. Cist. II. 3, 11. legitur „eamque me mihi supponere“, non ex Plauto puto in constantem apud Obscuros usum venit, ut supponere dicerent pro rem veneream facere, stuprum sive in scortum adulteramve sive in puerum facere. ‘Supponere i. e. subtus ponere, *underlegen*, *undersetzen*’ Gemma g. Sed alio sensu discipuli appellabantur *Suppositi* s. *Supposita*. quod vocabulum vide in Ind. verb.

32 *quod statim perminxissem me*] *daß ich mich auf der Stelle hätte bep..... mögen*, ut fere ilico perm. . . . Cf. quæ ad 7<sup>o</sup>. adnotavimus.

*tollite*] aufer tecum.

*pontificalia*] h. l. non quæcunque sed tantum tibialia vestimenta, femoralia, hosas s. osas, *Hosen*, *Beinkleider* significat. Cf. de bracciis cuiusdam minoritæ adulteri pro sanctis reliquiis habitis Poggi facetias, et Monopolium *der Schweinezunft* ed. Zarnck. p. 107. v. 26. sqq.

33 *exterius*] ante domum, in platea.

*merda*] Raro ap. vett. scrr. legitur, sæpe apud med. Lat. scriptores. in his epp. etiam, merdæ, merdum, merdrum. Gallice *merde*. Catholicon habet: „Merda, dē, et hoc merdum, di, dicitur a merus, ra, rum, per contrarium, quia non sit mera; vel dicitur a meris, quod divisio vel pars, quia stercus in digestionem dividitur ab eo quod incorporatur, et per secessum emittitur. [inepte. Voss. etymologic.] et inde turpia derivata, scil. hæc merdula, lē, diminutiv.; et merdosus, sa, sum; et hæc merdositas, tatis; et merdo, das, davi, dare. i. merda inquinare, stercorare. Et est activum cum omnibus suis compositis, ut merdifer, ra, rum.“ &c. Menagius (diction. etym. franç.) h. v. „Tout le monde sait que ce mot français vient du Latin *merda*, mais tout le monde ne sait pas d'où vient le Latin *merda*“ &c. Etiam Voss. et Schwenck. referunt ad Græcum μέρδαιν in ἀμέρδαιν. Frisch WB. Merda, Scheisse, Scheiß-Dreck, Kacke.

34 *dixi* . . . *discret.*] admonui ne nimium eum vexarent, *adiuvi eos quod*] in eo opem eis tuli, ut . . .

35 *ita*] sic, hoc modo.

*vindicavi de*] i. e. vindictam sumpsit de.

36 sq. *non debetis aliis dicere*] cave ne rei rumor spargatur, fac ne prædicatorum infamia aliis innotescat.

Pag. 9.

1 *sunt pro vobis*] Prodierant non solum Arnoldi Articuli (Ind. scrr. p. 78 sq. n. xi.) a. 1512. et a. 1514. Parisiensium Acta (ibid. p. 82. n. xvi.), sed Francofurti etiam, Moguntiae, Romæque prædicatores Coloniensium vela quantum poterant intendebant. Cf. consp. chronol. ad hos annos et quod ad 8<sup>o</sup>. adnotavi.

4 *mirificus*] miraculorum artifex. sane, ut Bernensis, (de quo vid. ad 296<sup>o</sup>.) et Norimbergensis et Ferrariensis aliorumque.

5 *non irascimini*] cf. supra 8<sup>o</sup>.

## EPISTOLA 5. STRAVSZFEDERIVS ORTVINO.

9 Salutatio fere ex Caroli [cf. Ind. biogr. h. art.] epistolari desumpta est. cf. 16<sup>o</sup>.

11 *cogito de . . v. d.*] tui memor sum, memoria tui mihi semper recens est.

*cottidie ad minus semel*] singulis diebus certe semel, non minus quam semel.

12 *vestra dominatione*] cf. ad 3<sup>o</sup>.

Pag. 9.

Pag. 8. v. 27 ... Pag. 9. v. 30.

13 *miraculum*] res quæ vix credi potest.

*nobilista*] Huttenus, qui fuit Meyeri 'inimicator'. cf. Ind. biogr. art. Meyer. — *nobilista* Nostri non solum 'nobilis alumnus' (ut Ducange h. v.), sed generaliter 'nobilis', neque semper cum aliqua contemptionis significatione. cf. e. gr. 66<sup>12</sup>. „ex antiqua familia nobilistæ“.

14 scandalizare, *schenden*. Gemma g. Nos *schmählich tractieren*. unde scandalizator 16<sup>1</sup>.

15 gutta pro minima particula translate etiam non fluidorum et apud veteres legitur, ut contra apud nos morsiuncula, *ein Bißchen*, etiam de non solidis in usu est. itaque eleganter guttam h. l. posuit Straußfederius, quamvis hoc, *und er hatte nicht ein bißchen Scham*, non Latine sed magistraliter expresserit.

16 *pretensius*] *anmaßend*, *hochmütig*. Usitatus 'præsumptuosus'. Cf. Gall. *présentieux*.

17 *dedit ei unum Knipp*] *schlug ihm ein Schnippchen*, digitis crepavit in despectum eius.

18 *mitterem solv. coll. meum an*] paterer caput mihi abscindi, si, *ich mir den Hals abschneiden lassen, wenn...*

20 *sancta Maria*] Imprecatio Petro Meyero usitatissima, ut multi non solum harum epistolarum loci ostendunt. Scilicet in illa diu agitata controversia de immaculata s. virginis conceptione Dominicanus Meyerus ab ea parte stetit, quæ nuper 'dogmatizata est'.

21 *tamen — nihil*] i. e. quidquid dicat ille nobilista, Reuchlinum me doctiorem esse, *so versteht er doch nichts von den* libri Sententiarum [Petri Lombardi, quarum exempla et commentaria innumera sunt. Vide Hain Repert. n. 10183... 10201. Panzer Ann. typogr. X. p. 467. et Ind. biogr. artt. Albert. M., Alex. de Hales, Duns Scotus, Guil. Occam, Petrus Hisp., Thomas Aq. & alios.]

23 *poetiam*] Cf. ad 7<sup>12. 13</sup>.

*ego vellem bene*] *ich könnte, wenn ich wollte, gar wohl auch*.

24 *componere metra*] facere carmina, versus, *dichten*.

25 *Sulpitium*] Cf. Ind. biogr. p. 481. h. v.

*ipse deberet*] i. e. Reuchlinus ne posset quidem.

26 *in theologia ... arguere pro et contra*] h. l. respicitur ad speculum oculare, cuius folia *xxi...xxx* satis probaverant Reuchlinum in quæstione de iudaicis libris abolendis posse arguere pro et contra. Cf. Ind. scr. p. 76. n. ix.

27 *ipse*] Meyerus.

29 *cibus diab. ... epistolari*] Hieronym. epist. xcvi. 11. „Cibus diaboli negatores dei sunt“, sed Meyerus h. l. vult quod postea Ortvinus in Lamentt. II. 19. (ed. n. pag. 377<sup>16</sup>.) scripsit „Postremo Hieronymus noster in epistola de duobus filiis [cf. cit. p. 337. not. 16.] „Dæmonum“ inquit „cibus est carmina poetarum, sæcularis scientia, rhetoricorum pompa verborum.“ — Hieronymi Stridonensis episcopi Epistolæ, quæ h. l. Epistolæ H—i appellantur sæpe sæcc. xv. et xvi. editæ erant. cf. Hain n. 8549...8561. Panzer Ann. typ. X. p. 403. sq.

30 *bufo*] scurra, sannio, Ital. *buffone*, nobis *Hanscurst*. Ducange ex ed. Adel. v. Buffo. „Buffones, scurræ, Gallis *bouffons*. Breviloq. Goliardi, buffones, ioculatores ... Adamantius Martyrius: Bufo, *φωσγυρατος* [Pausback] etc.“ Quod posterius probem, cum Latinam bufonis significationem (*Kröte*) etiam ab inflatione deducendam esse existimem. displicet itaque quod „mavult Can-  
gius a *buffu*, quod mimi ac scurræ invicem sibi alapas ac *buffas* [Püffe. cf.

## Pag. 9.

Diez WB. v. buf.] infligentes risum spectantibus moveant“. Satis etiam notum est aliam buffonis, aliam pulcinelli personam esse.

- 31 *sufficiens* in aliqua doctrina proprie dicebatur qui tirocinio deposito ut academicæ dignitatis adipiscendæ dignus haberetur, satis promptæ eruditionis specimen exhibuerat, sive ut cum hodiernis etiam magistris nostris loquamur, qui in examine rite steterant, „persona apta nata ad fiendum doctor“, ut est 3<sup>1</sup>. Ceterum Reuchlinus et in oculari speculo et imprimis in Germanica declaratione [Ind. serr. p. 75. sq. n. viii. ix.] non uno loco diserte protestatus erat, se non theologiæ sed iuris ‘sæcularis’ (*in weltlichen rechten*) doctorem et esse et haberi velle.
- 32 *librum satis theologicalem*] Speculum oculare puto indicatur, non opus de verbo mirifico, ad quod Antireuchlinistæ tum omnino non respiciebant. *nominauit*] sc. iste bufo nobilista.
- 34 *casearius*] monachus mendicans, cui pro eleemosyna caseos dare pauperes mulierculæ rusticivæ solebant. unde tum *Käsemönch*. cf. p. 228. v. 5. „Terminarii (Ducang. h. v.) apud ordines mendicantes dicuntur, qui habendis per agros cuique conventui addictos concionibus destinantur. habent enim singuli ordines illorum conventus circumiecti territorii pagos, intra quos duntaxat eleemosynas colligere liceat, ne cum iactura caritatis et periculo scandali mutuis officiant commodis“. Invidia eiusmodi caseariorum vel in proverbium abiit.
- 24 *commensales*] modo generaliter, ut h. l., sic appellantur ad eandem mensam adsidentes (*Tischgenossen*), modo specialiter bursarii, in bursa mensam habentes (*Kostgänger*). cf. ad pag. 26<sup>17</sup>. de domicellis adnot. Diefenb. Glossar. „Commensalis, *tisch-, tafel-geselle, kostgenger, miteßer, commensaill*.“
- 35 ‘*scandalum*] *ein schand*, occasio ruine’. Gemma g. *simplex*] qui „in nulla facultate promotus vel qualificatus est“ p. 18<sup>4</sup>, qui „neque est promotus neque qualificatus in iure vel in artibus“, 16<sup>3. 4</sup>. quod quidem de Hutteno verum non est, ut probatur Hutt. Opp. I. p. 5. sqq. n. II., sed verum est ipsum Huttenum passim significasse nullum gradum academicum se adeptum esse. Cf. infra ad 10<sup>5</sup>. ‘gradibus aptos’.
- irreverentialis coram uno m.*] magistro irreverens.

## Pag. 10.

- 1 *evang.*] sec. Ioann. VIII. 48.  
*diabolum*] ‘dæmonium’ habet Vulgata.
- 2 *realiter expedit*] Fere ut nos ‘argumentis ad hominem aliquem refutare’, evidentissimis argumentis repellere.
- 3 *trufator*] Truffa, Gall. *truffe*; *Poße, Windbeutelei*; verbum truffare (*trufar, truffer*), *einen zum besten haben*, deductum a v. *trifola*, Gall. *truffe*, Lat. *tuber* secundum Diez Etym. W. p. 432. ed. 3. ‘Trufa, trupha, truffa, *tuscherie, dußerie, betrug o. biebery, . . boßhait*’ Diefenb. Glossar. Ap. Ducang. legitur truffare, truffare vel truffari = illudere, fallere. ibique truffator cum *baratator, abusor*, comparatur. Diefenb. Gloss. art. ‘trufator, *gecke, teuscher, lecker, leicher*’. Truffare, truare, *teuschen, spotten, bespotten, betriegen. gecken. belachen, leichen, geilen, muen*’.
- procedere in factis*] quæ ut coepta sunt prosequi.
- 8 *mardaris schubis*] *Schauben von Marderpelz*, schubæ ex melium pellibus consutæ. Incertum est, utrum *mardaris* Straußfederio sit genetivus nominis (pro *melis*), an abl. adiectivi *mardarus* (pro *melinis*): voluit *Marder-Schauben*. „Schübe, *langes faltiges Kleid für männer und frauen* (cf. *Jope, Juppe*). Mhd. WB. h. v. Ap. Frisch WB. est h. v. „*Schaube, eine Tracht von langen Kleidern, palla,*

Pag. 10.

Pag. 9. v. 31 ... Pag. 10. v. 35.

stola, vestis ad talos usque promissa. *Männer-Schaube* ... *Diese Schauben waren mit Marder-Fellen verbremet; Teutsch. Sprichw.* fol. 197. a. *Der Reiche denkt an seine Marderin Schauben* ... *Weiber-Schauben, eine Tracht vornehmer Frauen* ... Gemma g. „Mardarus est animal quoddam: ein marder. Inde Mardellus idem.“

9 *peto quatenus*] rogo, peto — ut. sæpe. cf. Ind. verb. v. rogare.

10 *affectualiter*] affectuose, ut 3<sup>14</sup>. Nostri etiam ‘affectualis, affectualitas’. cf. Ind. v.

11 *alma mat. univ. Parrh.*] cf. ad 17<sup>22</sup>. Solent hodieque litterariæ universitates almarum matrum dignitatem et appellationem sibi arrogare.

14 *Sotphi &c.*] cf. ad 7<sup>31</sup>. et Ind. biogr. p. 297. sqq. art. Alexander de villa dei.

15 *mortuus*] Epidium Ortvinii Gratii, quod dedimus vol. VI. p. 4<sup>10. sq.</sup>, ‘nequiter’ immutavit Calvastrius infra epist. 19.

12 *melior*] doctior.

18 *Remigium*] Malmundariensem. cf. Ind. biogr. art. Remigius

*singularissimus*] proprie is est, in cuius bursam domumve scholaris receptus est, ut Bononiæ studiosus sibi unum aliquem ex professoribus ‘dominum suum’ eligebat; sed et is præceptor singularissimus dici videtur, qui in ea classi, qua quis discipulus esset, docebat, *Classenlehrer*.

19 *dedit bonas vexas*] corripuit, emendavit duris verbis.

*auca*] „Oca it. sp. pg., oie fr., ursprünglicher sp. pr. cho. auca, gans, so auch mlät. *Es ist zusammengezogen aus avica, das von avis abgeleitet ward wie natica von natis u. s. w. Im sinne dieser etymologie übersetzt ein lat. gr. glossar. auca mit πτηνον (πτηνόν), vogel. So nannte man die gans als das nutzbarste hausthier dieser classe, wie man das rind schlechtweg animal nannte* ...“ Diez etym. WB. ed. 3. p. 293.

20 *argumentator*] qui in præstigiis arguendi pro et contra (cf. ad 9<sup>26</sup>.) callet.

22 dare bonam disciplinam est castigare, mendare alapa ducta; ‘collaphisare. i. colaphis cedere, an den halß schlagen’. Gemma g.

‘discretus, bescheiden oder wis’. Gemma g.

25 *in requie*] ut mortui? immo in tranquillitate.

## EPISTOLA 6. CAPRIMVLGIVS ORTVINO.

27 *Caprimulgius*] pro Caprimulgus, *Ziegenmelker*.

31 *magistralitas*] magistri dignitas. ut magistralis, magistraliter, magistrare &c. cf. supra epist. 1.

32 *notabilis questio*] proprie est ad marginem adnotanda, sed Nostris est quævis memoria digna, insignis. *determinari*] decidi, definiri.

33 *resumit*] Resumere (*widernemen*. Gemma g.) docendi discendique speciem extraordinariam significat, similem fere ei quam hodie repetitionum cursoriumque explicationum nomine præceptores exercent.

*hic un. Græcus*] Lipsiæ, Ricardus Crocus. cf. Ind. biogr. p. 352. h. art.

*Urbani*] Bellunensis. cf. ibid. p. 490. sq. art. Urbanus.

34 *ponit titellos sup.*] accentus superscribit.

35 *tamen — etiam*] mirum est. *Germanice: hat doch auch*.

‘practicare est scire manualiter vel exercere, ein kunst üben’. Gemma g. Sæpe ‘docere in schola ad quendam librum’. Diefenb. Glossar. „Practicare, hantwerchen, handwirchen, uben, wurcklich uben, ein kunst selbs uben, wircken vel gewonen, practiciieren ...“ Cf. Ind. biogr. art. Gratius.

Pag. 10.

- 36 *nunquam scripsit ita tit.*] In libello Manipulus florum [cf. Ind. scrr. p. 107. n. xxxvii.] p. C 4<sup>o</sup>. legitur: Θαλασσογραφῆ. triplici aspiratione scribitur Ortuino Graculo correctore. Nam ille sic a Grillo præceptore didicit. Grillus iste qui *Katpas*, quia Insulsus uero cognomine uocatur, literas græcas extirpare apud Coloniam ntitur, sicut & Ortuinus discipulus nuper conabatur damnare accentus, quos per ignorantiam uocabat titellos græcos. De qua re plura aliquando commentabimur. Aequè em Insulsus est uterq; quam hoc cognomen solus Grillus sibi uendicat, qui si Sulsus esset, nō tam insulse indicaret de rebus sibi neq; cognitis, neq; etiam aliquando præmentis inopia cognoscendis.

Pag. 11.

- 1 *intell. facta sua*] explendo officio suo par est, *weiß was er zu thun hat.* cf. 4<sup>6</sup>.  
 2 *adhuc*] vel, immo.  
 3 *constantes*] cf. ad 6<sup>39</sup>.  
 4 'notificare. i. notum facere'. Gemma g.  
 5 *realiter*] cum effectu, ut est 17<sup>23</sup>.  
 6 *vexare*] insidias struere, nocere, calumniari.  
 8 *Quentel*] vid. Ind. biogr. p. 446. h. v.  
*corrector*] Ortvinus postquam relicta Daventria Coloniam venerat, in officina typographica Quenteliana corrector et bursæ Cucanæ (Kuijk, Kneck) professor factus, anno 1507. in consilium ordinis receptus, a. 1511. Quodlibetarius factus est. Cf. etiam *Bianco Gesch. d. Univ. Köln.* I. p. 700.  
 11 *magnam gratiam*] Cf. infra epist. I. 38. de etymo nominis Gratii.  
 12 'scibilis, hoc — le, *wissenlich*' Gemm. g. Crotus satis aperte exprimit, Ortvinum in toto nihil scire. Et tamen Ortvinus fortasse legerat, quam ego non vidi, Stephani de Monte Gebennensis Artem insolubilem docentem de omni scibili disputare, cuius libelli (a Zarneckio Brants Narrensch. p. 355. laudati) edit. Papiæ, Ant. Biret. 1490. 4<sup>o</sup>. memorat Panzer Ann. typ. II. p. 256. n. 80.  
 13 *metris*] Eiusmodi carmina, quorum componendorum Ortvinus præstantissimus artifex etiam a se ipso habebatur, Colonienses magistri nostri imprimis libellis suorum præludebant.  
 14 habere pro molestia, *für ungut halten, nehmen, übelnehmen.* veniæ petendæ formula.  
 15 *causa informationis*] non insidiosè sed studiosè, ut discipulus erga magistrum reverenter.

## EPISTOLA 7. HAFENMVSIVS ORTVINO.

- 18 *Hafenmusius*] ex *Hafen* (olla, lebes) et *musen, mausen* (furtim libare) nomen compositum esse videtur.  
 21 'substantia . . *ein wesenheit*. Etiam dicitur possessio bonorum vel divitiæ'. Gemm. g.  
*notabilem propinam*] hodie dicerent '*einen famosen Satz*'. Propinam vocabularia vetera ex Isid. (orig. V. 2.) perperam explicare solent; h. l. significat propinationem, comissionem.  
 22 *quod*] ut.  
 23 *pro nunc*] *für jetzt*, ut res se habent. cf. 3<sup>31</sup>.  
*oves . . campi*] Psalm. VIII. 8. „oves et boves universas, insuper et pecora campi“.  
 24 *appreciare*] appreciari, *belohnen* Gemm. g. et Catholic. „...precium determi-



Pag. 11.

nare ... et est deponens; antiqui tamen precio, as, et apprecio, as, in activo genere declinabant ..“

25 *doctrina*] *Belehrung*.

*postq. s. beneficiatus*] cum s. quando beneficium (officium ecclesiasticum cum annuis redditibus) adeptus fuero. ‘beneficiari, *bepfrunden*’. Gemma g.

26 *insteti pro un. vic.*] institi, vicariatum inter candidatos ambii, petii.

*tunc ... vobis*] *dann will ich Euch einmal eine besondere Ehre anthun*, tum laute, splendide, munifice te tractabo.

28 *poetæ sac.*] cf. ad 7<sup>12</sup>.

29 *mod. stud.*] *methodus*. Hic non respicitur ad libellos ‘de modo studendi’ (qualibus tum iuris studiosi imprimis utebantur. cf. *Stintzing Gesch. der pop. Lit. des röm. kan. R.* p. 33. sqq.), quamvis similis farinæ libellos Hafenmusius permagni faciat.

30 *Arist.*] *metaph. I. 2. κατὰ τὴν παροιμίαν Πολλὰ ψεύδονται ἄνθρωποι.*

*mentuntur poetæ*] De generib. ebriosor. ed. Nurnberge a. 1516. 4<sup>o</sup>. p. C v<sup>a</sup>, ed. Zarnck. p. 151.) „cavendum nobis est, ne dum veritatem nimis simpliciter et absque fuco profiteamur, ab his, quibus contradicere nephas est, mendacii arguamur. dicerent enim statim poetam me esse (a quo tamen semper longissime abfui) atque ideo mentiri, quoniam persuasum habent, ad mendacia dumtaxat natos poetas, frequenterque illud obiiciunt ‘Multa mentuntur poetæ’, et præterea malos Christianos vocant, sed non solum poetas: habent enim hoc Germanicum semper in promptu quod obiiciant:

*Roller* [aurigæ?], *Zoller* [telonarii], *Fergen*, *Schergen*, *Ercz* [medici] *poeten*

[*l. Ertzt* (*Aerzt*)], *Poeten*. falso Zarnck.: *Erzpoeten*] und *Juristen*

*Das seyn syben böse* [sieben böse Zarnck.] *Christen*.

cgregium sane dicterium, quod non solum poetas, sed et medicos et iureconsultos in rationario prophanorum adscribit.“

31. sqq. Ex quonam magistrorum nostrorum libello hic ‘notabilis syllogismus’ desumptus sit, nunc non invenio.

*radix hab. sup. se*] ex radice nascitur, surgit.

36 *mala arbor &c.*] evang. sec. Luc. VI. 43. cf. Matth. VII. 18.

Pag. 12.

2 *memoro*] memoria teneo, reminiscor.

*doctrinam ... semel*] *die Lehre, die mir einmal*, quod me quondam monuit.

3 *Valentinus*] cf. Ind. biogr. p. 377. art. Geltersheim.

*suus*] eius, ut innumeris locis.

4 *audire Sallustium*] scholis, prælectionibus, in quibus Sallustius explicabatur, interesse. hodie *über Sallust hören, den Sallust (bei N. N.) hören*.

5 *dischole*] „Discolus Græce δῖσκολος, difficilis, morosus.“ Papias: discolus, difficilis, morosus, indisciplinatus, a scolis dicitur, vel a colore et dis.“ Ducange h. v. ‘Discolus, *ungestalt*. i. peruersus et malus. et dicitur quasi a schola divisus, *winkel schuler*’. Gemma g. Diez: „In deutschen glossarien: discolus, dischulus, i. e. discors a schola, *unzüchtiger, ungezogener, landläufiger Schüler, es scheint ungedeutet aus δῖσκολος, missvergnügt, mürrisch, unverträglich, zänkisch*, Ital. Hisp. discolo, *indem man schola einmischte*.“ Statuta reformata facultatis artium Ubior. a. 1522. in fine habent: „Hæc ita statuta sunt, ut transgressores discoli et rebelles desistant a sua improbitate ..“. ibid. c. 14. i. f. „notorio indoctos rebelles et discolos separent et nonnisi probabiliter idoneos ac gradibus aptos præsentent.“ et alio l. „ignavi et discholi flagello concitari volunt.“

Pag. 12.

- 6 *Ioannes de Vratislavia*] cf. Ind. biogr. p. 497. art. Vratislavia, Ioa. de. *Alexandri*] Galli s. de Villa dei. cf. Ind. biogr. p. 297. sqq. art. Alexander.
- 7 *fantasia*] cf. ad 8<sup>12</sup>.
- 8 *Caroli*] Manneken. Cf. Ind. biogr. p. 338. art. Caroli epist. Humanistæ, renaissance litterarum cultores, Magistris nostris fere iidem sunt atque qui 'student in sæcularibus poetis'. Vocabularia illius ætatis nomen non habent.
- 11 *novo Latino*] id est non barbaro: nam barbaro uti omnes consueverant, cum humanistæ Latine et loqui et scribere docerent. Statuta reform. fac. art. Ubior. c. X. præcipiunt: „Et volumus singulos memoratos libros interpretari [sic] et exponi non affectato nec elaborato, sed libero et triviali sermone latino. Eundem etiam loquendi modum servari volumus in disputationibus et examinibus aut quibusvis aliis actibus nostræ facultatis.“
- annihilant*] nihili faciunt, contemnunt, abolent.
- veteres*] sc. non veteres, sed antiquos barbaros.
- 12 *Alexandrum* ut ad v. 7.
- Remigium*] Clarum Florentinum. Cf. Ind. biogr. p. 453. art. Remig. n°. 1.
- Ioann. de Garlandia*] Cf. ibid. p. 336. art. Garlandia.
- Cornutum*] Cornutus non a Ioanne de Garlandia diversus scriptor, sed unus ex huius libris est, cui inscriptum est Cornutus s. antiqua distigia [disticha]. Cf. art. cit.
- 13 *Composita verborum*] Ioannis Sinthen. cf. Ind. biogr. p. 472. h. art.
- Epistolare . . Niavis*] cf. Ind. biogr. p. 429. art. Niavis.
- 14 *pro me*] *vor mich*, in fronte sive pectore.
- 15 *provincia*] terra, *Landschaft*, *Land*.
- una aqua*] fluvius, flumen, ut nos *ein Wasser*.
- 16 *Tagus*] Fortasse ille quidam ex ipso Ortino Ovidium (Amor. I. 15, 34. 'auriferi . . . Tagi') glossante hoc 'quod non est possibile' audierat, sed propius est rem incredibilem conperisse a commilitone, qui Plinium (H. N. IV. 22, 35. 'Tagus auriferis arenis celebratur') audierat. Hodie desiisse illas arenas, quas veri simile est numquam fluxisse, ille quidem non didicerat, quamvis fabulam reiciat. Torrentinus in Elucidario h. v. „Tagus, fluvius Lusitanie aureas habens arenas immixtas.“
- fistulavi occulte*] sibilavi suppresso sono. 'Fistulare, *fleuten*' [flöten]. Gemma g. Improprie, nam non fistula (*ein fleut od. pffiffe* [pfeife]. Gemma g.), sed labiis sibilus editur.
- 18 *metra*] carmina.
- 19 *illuminatus per grat.*] cf. ad 11<sup>11</sup>.
- desuper*] *von oben her*, divinitus.
- 20 reprehendere, *schelten*, *straffen*. Gemma g.
- gentiles*] *Heiden* vocantur humanistæ, quod scriptores veteres Christianæ latinatati præferebant.
- 21 *una novit.*] aliquid novi.
22. sqq. *fratres . . de ord. præd.*] Hic designantur eadem artes sanctæ, de quibus Pirckheimerus in Eccio dedolato § 28. (Hutt. opp. IV. p. 523.) prædicatores Augustinensibus antecellere scripsit, „utpote qui suis blanditiis probe Nuringenses palpare noverint . . . etenim mentiando peierando et defraudando toties Nuringensibus imposuere, ut non solum fidem luserint, sed etiam si veritatem dixerint, minime tamen illis credatur.“ Idem Pirckh. in imper-

Pag. 12.

Pag. 12. vv. 6...35.

fecta epist. „ad Adrianum P. M. de motibus in Germania per Dominicanos et horum complices excitatis et de occasione Lutheranismi“ (Pirckh. Opp. Ff. 1610. fol. p. 372 sqq.) qua contra Dominicanos et Pepericornum acerrime defendit Capnionem, „dolos, sycophantias ac omnes malas artes fraterculorum illorum, qui Dominicacstri vocantur, tam horrendas concitasse tragedias“. queritur. Quod technis suis fallere Norimbergenses ineunte sæc. XVI. prædicatorum summopere studuerint, testis est libellus *Wunderperliche geschichten von | gaystlichen Weyßpersonen* (quem sic descripsit Weller, Repertor. p. 18. n. 187. „o. O. u. J. (1501.) 8 Bl. 4<sup>o</sup>. Auf Titelrücks. 1 großer Holzschn. Die 2 Berichte des Herzogs Hercules von Ferrara dat. 4. März 1500. u. 23. Jan. 1501., der des Bischofs Nic. Maria Estensis 26. Jan. 1501., der des Petrus Tranensis 25. Jan. 1501. — In München.). Latinum exemplar sic descripsit Riederer (*Nachrichten zur Kirchengesch. 4. Bd. S. 391. ff.*) „Spiritualium personarum feminei sexus facta admiratione digna, auf 6 Bl. in 4<sup>o</sup>., um 1501. Diese kleine Schrift ... daraus man die Künste mancher Orden im Pabstum, ihre Liebblingssätze durch ausserordentliche Dinge, Offenbarungen, u. Wunder zu bestättigen, erkennen kan. Sie ist bereits im ‘Alten aus allen Teilen der Gesch.’ 2. Bd. S. 132. angeführt worden. Man hat daselbst auch ihren Inhalt erzelt, bey Gelegenheit einer Uebersetzung davon, die S. 130. ff. angeführt wird: ‘Wunderliche Geschichte; die do geschehen seynt von Geistlichen Weyßpersonen in diesen Joren. Getruckt vff Grüneck jm xv vnd r jor’; so vermutlich 1502 bedeuten soll. Man vergleicht daselbst .. die darinnen erzelten Geschichten mit den so gar übel abgelaufenen Betrügereyen der Predigermönche zu Bern ... Der ganze Inhalt besteht in einigen gesammelten Zeugnissen von einigen für heilig ausgegebenen Weibspersonen aus dem Dominicanerorden .. Lucia von Narnia, .. Stephana von Quinzano .. Diese Zeugnisse .. musten ein Paar Bischöfe, einige Professores Juris zu Ferrara u. sogar der Herzog zu Ferrara, Hercules, ausstellen, u. dieser letztere sein Zeugnis wiederholen ..“

- 23 indulgentias] Quarum abusum ‘tragediam illam aliam’ (Lutheranam post Capnioniam) concitasse Pirckheimerus epist. cit. papæ his verbis scribere voluit „Nam cum indulgentias illas suas plus æquo extollerent, nefandissimis quibusdam contaminarunt blasphemis, ita ut inter cetera detestanda homines sacrilegi palam obgannire auderent, siquis etiam beatissimam dei genetricem (proh scelus, etiam auditu horrendum) stuprasset, se illum absolventi potestatem habere, nec se Christo ullo pacto inferiores esse ..“

#### EPISTOLA 8. GENSELINVS ORTVINO.

- 27 Genselini nomen fortasse vult Murnerum, *den Gänseprediger*, ut Thomæ prænomen in Francisci mutatum sit; nam Franciscanus fuit Murnerus. Ipsius epistolæ tenor Murnerianus non est.

29 mille] sic, non milia.

gravitate] pondere, *Schwere, Gewicht*.

30 sermo] rumor, *Gerede, Redens*.

respezistis] timuisti. quasi diceretur, quamvis tu minime par sis adversariis.

33 iuristæ] Hic non ad dicterium iuristas malos esse Christianos adluditur, sed ad Ulricum Zasium eiusque familiares. cf. p. 202. v. 135. et Ind. biogr. v. ‘Zasius’. scripsistis] Prenotamenta. cf. Ind. scr. p. 81. n. XIII.

35 facultas theol.] Friburgensis. Cf. litteras Friburgensium in Defens. Peperic. ed. m. p. 104...107.

Pag. 12.

36 *actu Parrh.*] Cf. supra Ind. scrr. p. 82. n. xvi.

Pag. 13.

- 3 *non etiam concl. c. . . Colon.*] Consultaverunt quidem Heidelbergenses (cf. Consp. chronol. d. 6. Sept. a. 1510.), sed non cum Coloniensibus, ut libri Iudæorum extinguerentur, sed ut aliarum quoque universitatum doctores convocarentur, „als dan von der sache wie und wilcher masse solichs anzufahen sy vnderrede und handlung zu haben“. Cf. Peperic. *Beschyrmung* p. Pij, Defens. ed. m. p. 99. 103. Ceterum qualis Colonienses consultationes auctoritatis fuerint, testis est ipse Coloniensis Agrippa ab Nettesheim, qui ad Coloniæ senatores inter alia scribit: „... ut apud reliquas nationes iam in proverbium abierit, quoties velint aliquod egregie insulsum consilium exprimere, dicant ‘Coloniense suffragium’, atque hanc universitatem vestram iam omnes uno ore calamitosam optimorum studiorum, persecutricem et futilium quarumcunque literarum pertinacissimam propugnatricem appellent.“
- 4 *fecit unum statutum*] ut „Parrhisienses habent unum statutum quod non accipiunt ad facultatem suam magistros Rostochienses“ p. 225<sup>15</sup>. Ceterum neutrum statutum inter ea quæ publicata sunt, me legere memini.
- 6 *complevit pro gradu*] baccalaureandus, ‘scholasticus examinandus pro gradu baccalaureatus’ appellatur in stat. ref. facult. art. Ubior. c. 16. *Complere pro* = bene se præparasse ad; statutorum leges satis observasse, præscriptas lectiones omnes audivisse (p. 258<sup>16</sup>), ut gradum academicum capessere possit.
- 7 *quid est*] quantæ dignitatis potentieque sit.
- 8 *alia vice*] *ein ander Mal*, postea in similibus causis.  
*tenere cum ea*] facere cum ea, partes eius sequi.
- 9 *parcitis eis propter ignor.*] veniam datis (i. e. credo vos dare) propterea quod de re nihil compererant.
- 10 *debetis quæ intimasse*] quæ vos intimasse fertur. ‘Intimare. i. notificare vel iudicare, kundigen’. Gemma g. Nos *öffentlich (am schwarzen Bret) anschlagen*.
- 12 *fuerunt comm.*] placuerunt, laudabantur.
- 14...16 In ipsa libelli [Ind. scrr. p. 82. n. xvi.] inscriptione omnium fere quæ hic laudantur testimonia habemus.
- 17 De epistolis in ‘Parrh. actis’ publicatis cf. Consp. chronol. a. 1514. p. 131. sq.
- 19 *Tungarus probavit*] in ‘Articuli sive propositiones’ (Ind. scrr. p. 78. n. xi.).
- 20 *legere gratis*] prælectiones gratuitas (quas hodie ‘publicas’ appellant) habere
- 22 *cum hoc*] quidem, in his ipsis prælectionibus.  
*glosare*] *vslegen die geschrift*. Gemma g. H. l. est glossas dictare.
- 23 *notab. in m. notare*] i. e. adnotanda dictare. Usitatissimus diligentium studiosorum modus eiusmodi *Notabene* adscribere. unde hodie tot impura librorum scholasticorum exempla supersunt.
- 24 *arguere pro et contra*] argumentari, ut tum moris erat etiam de evidentibus causis aut nugis, afferendo in utramque partem facientibus rationibus sive cavillationibus. solebant autem τὰ contra præmittere.
25. sqq. *fecerunt*] cf. ad superiores v. 14...17.
- 28 *Carmelitæ*] Theod. de Ganda (cf. Ind. scrr. p. 82. n. xvi.) Carmelita fuit. De Lovaniensibus cf. Hochstrat. ovant. Ind. scrr. p. 33. n°. xxxiii.
- 29 *Iacobitæ*] i. e. non proprie sic dicti Christiani orientales monophysitæ Syriaci, sed hæreticorum inquisitoris Iacobi Hochstrati confratres et adsectatores. ‘Jacobini’, ap. Wimpheling ad p. 26<sup>18</sup>.
- 30 ‘mirari et mirare, quod et quomodo’ Nostris in usu est.

Pag. 13.

Pag. 12. v. 36 . . . Pag. 15. v. 4.

30 *speculari*] excogitare, contemplationibus explorare.34 *usque huc*] adhuc, semper.

*deus vos cons.*] Psalm. XL. 3. „Dominus conservet eum et vivificet eum, . . et non tradat eum in animam inimicorum.“

*Psalmista*] Psalm. XIX. 5.

Pag. 14. EPISTOLA 9. CONRADVS DE ZVICCAVIA ORTVINO.

2 Conradus de Zwickavia, qui huius epistolæ et I, 13. et 21., maxime impudicarum, scriptor fingitur, nescio an sit ‘Conradus Reichenbach de Czwickavia Dioc. Numburgen.’, qui rectore Bernhardo de Eberstein a. 1515. in album Viteberg. inscriptus est ap. Förstemann. p. 60.

5 *Ecclesiastæ* XI. 9.

*Ezechiel*] XXIII. 43.

6 *b. succ. m. in am.*] prospero salacitatis meæ successu gaudeo.

8 *purgare renes*] translate pro coire. Locutionem commentatoribus Arist. de partib. anim. III. 9. deberi suspicor. Cf. Arist. de hist. anim. II. 16. unde Plin. H. N. XI. 37, 81. „Renes habent omnia quadrupedum, quæ animal generant; ova parturientium testudo sola.“

9 *omn. h. errat*] Terentianum „errare humanum est“.11 *Ecclesiastæ* III.] Immo III. 11.

13 *amasia*] non ‘amans’, sed ‘amata’, amica, *Liebchen*. Pepericorni uxorem Ortvinini amasiam fuisse, multis etiam harum epistolarum locis dicitur, e. gr. 20<sup>27</sup>. 293<sup>32</sup>. cf. Ind. verbor. voc. uxor. Aliis locis rem habere Ortvinum cum ancilla Quenteli scriptum est. cf. voc. ancilla.

18 *Ovidium*] fort. Amor. II. 7. glosando. Cf. Ind. verb. voc. Ortvinus.19 *percutere*] verberare. ‘Percutere, *schlahen*’. Gemma g.

*sacr. script.*] Genes. XXXII. 11.?

20 *irascitur mecum*] *mit mir zürnt, keift*.22 *vinum lætific.*] Psalm. CIII. 15.

*tristitia exsicc.*] Proverbior. XVII. 22.

26 *caligas*] *Hosen*. Catholicon h. v. „Caliga, a calcio, cias, dicitur hæc caliga, æ, calciamentum crurium sive sit de panno sive sit de ferro. vel dicitur a colligo, gas, quia caligæ ligantur. vel dicitur a callo pedum. Invenitur etiam callicula pro eodem, similiter a callo, et corripitur penultima. Unde in Aurora: Sume tibi caligas et restem stringe sequendo.“

28 *camisia, ein hembd.* inde camissola. Gemma g.31 *concedere*] dare.

*solvere . . . linum*] pretium empti lini solvere.

32 *laudo . . . lætus*] ‘Laudavi igitur lætitiam . . .’ *Ecclesiastæ* VIII. 15.34 *irascitur*] homo severus est.35 *infirmus*] *krank*.36 *perdificant*] destruunt sanitatem, bonam valetudinem.

38 *sicut c. diabolo*] ‘. . omnis fornicator aut immundus . . non habet hereditatem in regno Christi et dei’. Paul. ep. ad Ephes. V. 5.

*permittunt nulli requiem*] *sie lassen keinem Ruhe*. non sinunt amantes ab ipsis otium habere.

Pag. 15.

1 *parc. mihi*] da veniam (contra sentienti).4 *decima lactis*] *Milchzehnt*. Olearius de fide concubinar. (ed. Zarnek. p. 95):

## Pag. 15.

- „quidam putant se habere posse cum honestate concubinas . . . præcipue in illis diocesibus, in quibus annuatim data fuerit collecta aut subsidium charitativum, vulgariter *der milchpfennig vnd kindszehent* . . .“ et paulo post episcopi fiscalis eam collectam exigens sacerdoti neganti se habere aut habuisse concubinam respondet „si non habes, dispone tibi unam, quoniam episcopus vult habere pecuniam et ego etiam partem meam. cum tot habeas beneficia, posses vel nobilem educare“ &c. Keßler Sabbata (*St. Gallen* 1866. 8°. p. 11.) „*Den priester ward nachgelassen huren für ewiger haben, doch wann die aines kinds geneß, dem bischoff vier gulden zu geben verfallen sin.*“
- 4 *ancillas esse c. presb.*] Canones clericis convictu seu cohabitatione cum feminis interdiciunt, nisi hæ forte proximæ consanguineæ essent aut aliis ex causis omnis suspicio excluderetur.
- 5 *sit a vel b*] utut res se habeat, sive verum sit quod severus ille prædicator dixit, sive non.
- 7 *deus est misericors*] Deuteron. IV. 31. et all. locc.
- 8 *Alexandri Galli*] cf. Ind. biogr. p. 297. sqq. art. Alexander de Villa dei.
- 9 *antiqui*] opponitur ‘poetis modernis’ i. e. humanistis sive potius ab his denuo introductis veteribus grammaticis.
- reprehendere*] reicere ut barbarum, non Latinum.
- 11 *stetimus*] habitavimus, litteris studuimus, ut 16<sup>4</sup>. et sæp.
- hic*] Lipsiensis.
- 12 *faceretis imprimere*] curares imprimi.
- dedi*] non Alexandri librum, sed ‘scripta pro eius defensione’.
- 14 *poetaliter*] ut magistraliter, doctinaliter, historialiter, moraliter, poeticaliter, rhetoricaliter, concorditer, mentaliter, unanimiter, pectoraliter, cordialiter, affectualiter, iucunditer, humaniter, carnaliter aliaque eiusmodi adverbia per multa, et, ut idem Crotus et post hunc Lutherus, Lovanialiter, Colonialiter et similia.
- 15 *cum hoc*] *dabei*, etiam, nihilo minus.
- 16 *Busch.*] cf. Ind. biogr. p. 330. sqq. art. Buschius.
- 17 *materia*] liber non compactus, q. v. ‘in albis’, sed etiam generaliter ‘liber, libellus’. „*Materia impressa, gedruckt Ding*“. Diefenbach Glossar.
- 19 *in char. non ficta*] II. Corinth. VI. 6. cf. Ind. verb. voc. Charitas.

## EPISTOLA 10. IOANNES ARNOLDI ORTVINO.

- 21 *Ioannes Arnoldi*] Cuinam Ortvinus discipulo hoc nomen et hæc epistola adfingatur non paret. certe Moguntia hanc scriptam fingi, ex ipsa adparet. Infra (II. 36.) idem ‘Romæ’ scribit stilo mirifice exulto, postquam ibi ‘studuerat per totum in poeseos artificolo et ergo fuerit aliter stilatus’. p. 245<sup>77</sup>.
- 25 *Aristot.*] metaph. init. *Πάντες άνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.*
26. sq. *libellum . . . ribaldus*] Hutteni, ut manifestum est, libellum, sed utrum Panegyricum an Exclamationem in Pepericornum, dubitari possit. Ego quidem hanc puto. cf. quæ Ind. scr. n. xviii. adnotavimus.
- 29 *vir. proculd. integerr.*] Sic Ortvinus sæpius, etiam in ipsius Pepericorni libellis a se Latine editis, Pepericornum laudat.
- hic*] Moguntia.
- 32 ‘notare, mercken oder schriben. Versus: Dic noto notifico, noto scribo, noto reprehendo’. Gemma g.
- adhuc*] *noch*.

Pag. 15.

Pag. 15. v. 4 . . . Pag. 16. v. 25.

33 'guerra, guerre (war), vom ahd. werra, mhd. mndl. altengl. werre, zank, zwie-  
tracht vb. ahd. werran, verwirren: rixas et dissensiones seu seditiones, quas  
vulgus werras nominat Cap. Car. C. Bellum . . . ' Diez etym. WB. h. v. Cf.  
etiam Ducange h. v.

34 habere advertentiam = sibi cavere, vigilare, *Acht haben*.  
*citabunt*] ut Reuchlinum.

36 *timeo quod*] Ita semper pro timeo ne. Germ. *ich fürchte daß*.  
*disturbium*] perturbatio, tumultus, non disturbatio.

Pag. 16.

1 *scandalizantem*] cf. ad 9<sup>14</sup>.

4 *simplex socius &c.*] cf. ad 9<sup>35</sup>.

5 *zelosi*] cf. ad 6<sup>27</sup>.

6 *in mensa*] ad mensam, in convivio.

7 tenere oppositum, i. e. contradicere, *Widerpart halten*.

9 *protestavi coram omnes de iniur.*] protestatus sum adsidentium testimonialem  
fidem eum [ribaldum Huttenum] in crimen iniuriæ incidisse. cf. 287<sup>20</sup>. Pri-  
scian. inst. VIII. 29. (ed. Hertz. p. 396, sq.) „ . . protulerunt antiqui . . 'protesto'  
et 'protestor' . . .“

10 *bucella*] 'bucellus vel la. i. morsellus, *ein byß*'. Gemma g.

12...14. Quamvis non omnes tum metrorum et rhythmorum tum versuum pe-  
dumque species hæc 'metra' contineant, certe neque ante hunc poetam neque  
post eum quisquam septem versiculis tam diversa et inter se contraria, qualia  
inscriptio indicat, artificio suo coniunxit.

dicolon (*δίκωλον*) est duobus membris constans, distrophum (*δίστροφον*) duas  
strophas habens.

15 *sentire c. P.*] iudicare ut in suo 'sentimento' fecerunt Parisienses.

16 *gymnasium*] studium, studium generale, universitas, promiscuæ appellationes.  
*mater omnium*] Nimum dicit poeta, sed verum est de eis ad quas ipse re-  
spexit; quamvis ipsi Parisienses ad Coloniensem universitatem scribentes eam  
sororem suam salutaverint. cf. 17<sup>22</sup>.

17 *Deinde Col. s.*] Quid? est etiam mater omnium universitatum? Immo, qui  
est bonus cath., debet consentire etiam cum Col. a.

19 *Reuchlin etc.*] Cf. ind. scr. p. 76. n. ix.

20 *Tungarus*] cf. Ind. scr. p. 78. n. xi.

21 Cf. consp. chronol. p. 129. d. 10. Febr. a. 1514. — 'eius' recte, sed contra Ob-  
securor. grammaticam, quæ 'sua' postulabat.

22 Mirum est non habere argumentum qui quæ præcedunt et quæ sequuntur  
scripsit.

23 *de facto est excomm.*] scilicet quia clericos vexavit.

*non hab. pl. temp. ad scr.*] *Ich habe nicht mehr Zeit zum Schreiben*. Plura scri-  
bendi tempus non suppetit mihi.

25 *replicationes*] scholæ, in quibus per Quæritur et Solutiones et Arguitur pro  
et contra libri explicabantur, argumenta cum eorum replicis proferebantur.  
*veterem artem*] i. e. Porphyrii universalium et Aristotelis Prædicamentorum ac  
de interpretatione libros, tam ad lectiones quam ad exercitia adhibebant. De  
Colonia cf. locum Statutorum ad 258<sup>16</sup>. cit. et propria exempla Copulatorum  
in veterem artem Aresto. cum textu eiusdem secundum viam divi doctoris  
de Aquino iuxta processum magistrorum Coloniae in bursa Montis regentium  
(Hain. n. 1672...74.); de Lipsia testantur præter cit. p. 258. etiam vetustissima

Pag. 16.

- Statuta fac. phil. a Zarneckio edd. habent: „Libri ad gradum baccalariatus sunt tractatus Petri Hispani, Priscianus brevior, vetus ars, priorum posteriorum, Elencorum, Phisicorum, de anima, Spera Materialis'. vide Zarneck. *Statutenbücher der Un. Lpz.* p. 311. et ad Manuale scholarium p. 10. adnot. p. 288. Cf. Ind. biogr. artt. Porphy. Porreton. Statuta Lipsiensia de 1499... 1522. (ap. Zarneck. *Statutenbücher der Un. Lpz.* p. 447.) c. 6. § 9. „... in vetere arte hos reputat [facultas artium dignos baccalariatu in artib.] se bene habere, qui quid nomen, quid verbum apud loycum propositio, quæ, qualia, quanta et in qua materia sit ac circa eam oppositiones, leges, conversiones et æquipollencias generaliter sciunt; et hoc quod ad periermenias, sed quoad librum Porphirii diffinitiones quinque universalium... Et quo ad librum prædicamentorum, quot et quæ sint antepædicamenta vera prædicamenta et postpædicamenta &c.“
- 26 *pro completionē*] Quid hoc sibi velit, commode docet Manuale scholarium c. 3. (a Zarneckio ed. p. 10.) in colloquio discipulorum Camilli et Bartoldi hic: „C. Quo pacto complentur [novem lectiones et sex exercitia], scisne? B. Quidni? nam tripartitæ sunt et lectiones et exercitia. itaque in tribus mutationibus quis integre complere poterit, i. e. in spacio unius anni cum dimidio. nempe una in mutatione tres lectiones duoque exercitia recipere ac audire est necesse qui cito promoveri voluerit... C. Ego tecum una proficiscar, cum complere volueris, ad audiendum huiusmodi libros. sed.. ferunt, si in principio ac fine lectionum fuerimus, sat esse pro completionē, et si voluerimus, medio tempore ter quaterve intrabimus. B. Cur hoc? qualis illa completio esset? C. Dicunt enim nihil nos percipere in lectionibus, præsertim in altioribus libris, utpote phisicorum et consimilibus, sed cum ad promotionem pervenerit, nobiscum dispensatur. B. Erras vehementer, nam facultatis artium magistri ita instituerunt, ut quemquam, priusquam admittatur, affirmare oportet iuramento qualiter audiverit, quotiescunque neglexerit. quondam erat ut permulti promovebantur qui rarissime fuerunt in lectionibus; proinde magnam susceperunt pecuniam pro tali negligentia...“
- 27 *hic... honestis*] Eadem formula est 268<sup>15</sup>. fortasse inde venit, quod ad iudicia habenda quemvis intra diocesis locum, modo sit tutus et honestus, iura idoneum esse statuunt. ceterum multa statuta facultatum (e. gr. fac. artium Ubior. a. 1522. reform. c. 34.) præscribebant, „ut scholastici onera gymnasiorum ferre valentes, inhabitent quisque suum gymnasium et sint sub cura et custodia suorum magistrorum; nobilibus tamen et aliis egregiis personis indulgemus et concedimus quæcunque honesta loca studio bonarum artium accommoda“.

## EPISTOLA 11. CORNELIVS FENESTRICIS ORTVINO.

29 Hæc quoque epistola Moguntiae scripta videri vult, nescio a quo.

31 Cf. ad 9<sup>a</sup>.

34 logica scientiarum scientia proverbialiter; etiam 30<sup>16</sup>. Thomas Aq. „... ars logica, i. e. rationalis scientia ... videtur esse ars artium.“ *Prantl Gesch. d. Logik.* III. p. 109. not. 491. Proprie quidem dialectica est secunda liberalium artium, sed promiscuo etiam logicam pro illa ponebant, ut Petr. Hispanus (ap. Prantl. l. c. p. 41. not. 146.) „Dialectica est ars artium, scientia scientiarum, ad omnium methodorum principia viam habens“ et tertio sæculo post ipse Ortvinus Gratus in Orationibus quodlibeticis (a. 1508.) p. 411<sup>b</sup>. sq. „de laudibus artis dialectice. Grammaticen dialectice subsequitur ... que ars artium



Pag. 16.

Pag. 16. v. 26 ... Pag. 17. v. 3.

et scientia scientiarum appellatione vulgata vocitatur .... Albertus magnus .. logicam nobis ad felicitatem necessariam intelligens dicit: Logica est quæ a phantasiis que apparent et non sunt liberat: errores damnat: falsitates ostendit: et in omnibus lumen recte contemplationis administrat ..... Est autem dialectice ars artium et scientia scientiarum promulgata definitione. Vel est scientia recte disserendi circa orationem que interrogatione atque responsione constat.“ Logicam rationem disserendi vocat Cic. de fato I. 1.

Pag. 17.

1. 2. *gratiam* ... *componere*] ut poetæ sæculares, quæ non sunt in fide zelosi et illuminati: cf. infra p. 58.

1 Syllogismus, ratiocinatio s. argumentatio constat ex propositione (maiore), assumptione (minore) et complexione sive conclusionem. (Marcianus Cap. IV. § 406. „Hoc totum, quod constat ex duobus sumptis et illatione, ratiocinatio a nobis, a Græcis *συνλογισμός* appellatur.“) Syllogismi simplicis categorici, si terminorum naturam spectamus, tres, si ad enuntiationum formas respicimus, quatuor figuras s. schemata habemus (cf. Arist. anal. prior. I. 1. sqq.), quarum figurarum modos sive schematum tropos, prout propositio universalis aut (a) affirmativa aut (e) negativa, et particularis aut (i) affirmativa aut (o) negativa est, his vocalibus litteris *a e i o* logici designant, consonantibusque *b c d f* cuius figuræ (primæ, secundæ, tertiæ quartæve) sint, indicant. unde post Petrum Hispanum [cf. hunc art.] his nominibus in versus redactis uti solent:

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipon,

Celantes (Celames), Dabitis, Fapesmo, Frisesmorum (Ferisesmorum)

Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,

Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo (Brocardo), Ferison.

sic habent e. gr. Hieron. Savonarolæ Compendium logices. Venet. 1534. 8°. p. 24<sup>b</sup>. et Georgii Trapezuntii de re dialect. libell. c. scholiis Ioa. Noviomagi. Colon. 1545. 8°. p. F4<sup>b</sup>, et Ioa. Cæsarii dialectica. Lugd. 1556. 8°. p. 149., ubi *Darapti* omittitur, qui tamen modus p. 154. explicatur. Sed iam Melanchthon (Dialectica. Wittenb. 1520. 4°. p. Eij) de primæ figuræ posterioribus quinque modis sic scripsit: „adduntur modi Baralipon, Celantes, Dabitis. o insulsos homines qui putarunt uspiam usum esse conclusionis indirectæ quam vocant. .... ad sophistas hæc nugalia pertinent, qui sic dialectica tractant, ut eorum usum penitus ignorent.“ Rectius itaque ubi quatuor figuræ statuuntur, his versibus exprimuntur modi:

Barbara, Celarent *primæ*, Darii *Ferique*;

Casare, Camestres, Festino, Baroco *secundæ*;

*Tertia grande sonans recitat* Darapti, Felapton,

Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison; *quartæ*

*sunt* Bamalip, Calemes, Dimatis, Fesapo, Fresison.

quibus undeviginti modis si hos quinque imperfectos addis

Barbari, Celaront; Cesaro, Camestros; Calemos,

singulæ figuræ senos suos modos habebunt. Hæc fusius tractant logicæ magistri, nos rem tetigimus, quia sæpius Obscuri nostri eandem tetigerunt.

2 *latinisare*] Latine scribere s. loqui, unde latinisator, latinisatio &c. ‘Latinizare i. more latinorum se habere vel loqui, *latin reden*. Laticinium, *latinisch sprach*.“ Gemma g.

*dictam. comp.*] cf. ad 6<sup>37</sup>.

3 *imposui un. collectam*] iussi fieri eleemosynarum collectionem, patinam in quam

Pag. 17.

dona, nummos conicerent, posui, ut nos dicimus, *eine Collecte auflegen*, *collectieren*. 'Collecta, *ein gebet*; etiam est exactio cleri'. Gemma g. Cf. Duncange art. Collecta, Collectare, Collectisare, Collectores et q. s.

3 *missa] Messe* (non ut vulgo fit, a mittendo, sed a Germ. *Mette*). Absurdum artificium etymologicum est Manecultellus *Früh-Meßer*. (cf. vol. VI. p. 532. not.)

5 *ad metam redarg. ducere]* Utrum ab Ortveno an ab Arnolde de Tungris hæc phrasis latinisata sit, nunc non inquiri.

*præsumptuosus]* s. præsumptiosus iam apud ferreæ latinitatis ICtos et poetas pro audax, arrogans, sibi quid sumens vel usurpans sive iure sive iniuria fiat ratione nulla habita, ponitur. p. 49<sup>1</sup>. præsumptuosa superbia. p. 18<sup>33</sup>. præsumptuosi trufatores. Præsumptionis significatio semper in malam partem crevisse videtur.

8 *propositiones . . . aurium]* Ita quasi artis vocabula essent, hæreticæ pravitatis inquisitores non solum Reuchlinianas sententias, sed priorum ac posteriorum etiam, in quas inquirendum videbatur, appellabant. Centies phrasis in libellis antireuchlinisticis recurrit.

9 *probavit l. Pf.]* in libello *Brantspiegel* (Ind. scr. p. 79. sq. n. XII.) pag. 31j<sup>b</sup>. legitur: „... *Nun thun ich allen frommen cristen kunt vñ beclagen mich ober eynen sunderlichen Doctor vß cristlichem stam geboren, des ich meyn, Iohannes Raichleyn genant lerer der weltlichen rechten der sich sunder nott, vermeslich on alle vrsach vnrechtlich vnd vnuorhafftich, vñ allein vß eygenem vbermött erhaben hat vñ nemlich ein vngegrunt schmech puechlyn vñ lasterschrift, das er augenspiegel nent, gegen vñ weder mich erdicht mit solchem begrieff. die juden vnd yre falsche puecher tzo beschoenen vnd mich tzo verspotten. Die juden tzo verheuen vnd mich tzo vnterdrucken“ u. s. w.*

10 *Tungarus]* Dedicatio libelli in Ind. scr. p. 78. n. XI. descripti ad Maximilianum Cæsarem hæc est:

¶ Ad serenissimum inuictissimumque rhomanorum imperatorem Maximilianum semper Augustum etc. Arnolde de Tungeri humilis theologie professoris operis subsequentis dicatio.

Quum anno superiori Inuictissime cesar post motam questionem per tuam maiestatem super libris iudeis auferendis. libellus quidam in lucem prodisset. sub nomine speculi ocularis per spectabilem virum Ioannem Reuchlin legum doctorem vt dicebatur editus. iudaici favoris plenus. eius quoque lectione dicerentur plurimi scandalisari. eo quod vernacula lingua impressus passim ab omnibus legeretur. eousque vt etiam iudei ipsi gloriarentur quasi ex christianis hunc eis virum a deo suscitatum qui in negotio suorum librorum eos contra a tua maiestate (ut ipsi aiunt) persecutionem motam defenaret. Animadvertentes hoc magistri facultatis sacre theologie vniuersitatis studij nostri Colonienfis. fidelis tui imperij filie. ad quam dictus libellus relatus fuit. probe callentes initijs malorum obstandum esse. eundem libellum diligenter lustrandum suscepunt. quatenus si errata in eo aut male sonantes articuli comperirentur. ipsi de schandalo tollendo pro suis viribus et quantum pro fidei zelo sua interesset eniterentur. vt virum illum auctorem libelli ad fidei regulam si uspiam deviasset reducerent. Quod quum effecissent. mihi que mandassent quatenus ego quæ suspecta videbantur recolligerem. ipsi per proprium nuncium auctorem pie ac charitative monuerunt. quatenus libellum de medio tolleret ac prohiberet quantum fieri posset vt amplius nulli venderetur. Ipse autem pro suo honore tutando (vt creditur) magis quam tollendo schandalo sollicitus

Pag. 17.

Pag. 17. v. 3...10.

non illud facere elegit sed magis sub velamine cuiusdam interpretationis dictorum suorum saluare volens quæ scripserat . amplius libellum auribus omnium legendum ingessit . minitans quoque (vti ex literis suis ad quempiam ex nostris datis videre licet) si quicquam contra hunc suum libellum tentaretur . futurum esse vt milites tam nobiles quam plebei hac iniuria sua commouerentur . addensque quod post manum validam etiam poete accessuri essent et historici qui hanc iniquitatem perpetue traderent memorie et innocenter eum passum describerent . cum eterna gymnasiij nostri Colonienfis ignominia . Verum quod fides christiana improborum armis cedere non didicit . docente saluatore Nolite timere eos qui occidunt corpus Et ipse quoque doctor in suo de quo loquimur libello dudum scripsit stolidorum argumenta esse (dum ratione non possint) velle pro vano percutere Iccirco hec nihili facientes de tua serenissime imperator protector confisi . qui et nunc presens nobis clementissime ades . et fidei christiane a deo constitutus es defensor præcipuus Ne quispiam ratiocinationibus persuasionibusve præfati auctoris quibus in dicto libello visus est thalmud ac alia iudeorum improba et infamia commenta iudeis saluare voluisse . permoueri possit ad credendum . visum fuit magistris vt tam ipsius articuli quam materie decisio vna cum solutione compendiosa argumentorum tue celsitudini humiliter dicata . palam legenda traderentur Ne suorum verborum inuolucris quispiam decipi aut a vero posset abduci || Scirent quoque iudei non tam se defensos per dictum libellum quam adulatorie deceptos esse . quia dum ablati impietatis sue armis (blasphemis scilicet libris) facilius vere fidei iugo colla subdere potuissent sic nunc rigida ceruice eriguntur vt quam antea longe minoris fidei nostre sacramenta ac tractatores catholicos estimant . quando per eum et se laudatos et illos contemptos vident . per quem ipsi contempti . et illi laudari et commendari debuissent Contra hoc quod ezechielis xiiij c. scribit Ue his qui consuunt puluillos sub omni cubito et faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis . quod exponens diuus Greg. xvij. lib. moralium dicit Ad hoc puluillus vel ceruical sub capite iacentis ponitur . vt molliter quiescat . quisquis ergo male agentibus adulatur puluillum sub cubito vel ceruical sub capite iacentis ponit . vt qui corripit ex culpa debuerat . in ea fultus laudibus molliter quiescat Et rursus quoque scribitur . Ipse edificabat parietem . illi autem linebant eum . parietis quippe nomine peccati duritia designatur . edificare ergo parietem est contra se quempiam obstacula peccati construere . scilicet parietem liniunt qui peccata perpetrantibus adulantur . vt quod illi peruersi agentes edificant . ipsi adulantes quasi nitidum reddant . Cuius etiam scripture optimos quosque viros . poetas et historicos memores optamus ne plus persone cuiuscumque (etiam si olim genitor cuiuspiam eorum fuisset) fauore . quam fidei veritate ac integritate permoueantur . scientes quod post longas concertationes verborum et illata conuitia neque fides intemerata . neque veritas vnquam vincit sed prævalet et conualescit sicut scribit apostolus ad hebreos xi. Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones . Et quia serenissime imperator sui illius libelli et consultationis occasione plurimi arbitrantur . negocium ablationis librorum iudaicorum dudum per tuam cesaream maiestatem serius ceptum . hactenus fuisse intermissum . Iccirco zelo ecclesiæ pro fidei orthodoxe amplificatione et occasione conuersionis gentis hebreæ . ad gloriam dei et tue celsitudinis ac imperialis nominis exaltationem . illud ipsum religiose perfici iubeas Ne perfidi canes inimici nominis christi qui pro ereptis sibi libris nuper merere ceperant . nunc nobis (vt ait psalmista)

## Pag. 17.

impudenter supergaudeant. neve suis annalibus posteris legendum inferant. quod sub tuis temporibus dum per tuam maiestatem iussus fuisset eis thalmod eripi. per doctorem aliquem ex christianis sint defensi. Dignetur quoque tua cesaria maiestas huic nostre lucubrationi quam tui [sic] celsitudini pro fidei honore dedicamus imperialem cenfuram adhibere. vt a vultu tue serenitatis clementer castigata abcedens aliorum se non erubeat inferre conspectibus."

11 *Hispano*] Cf. Ind. biogr. p. 393. sq. art. Petrus Hisp.

12 *ad ign. vel recl.*] Ipsius sententiæ Paris. verba sunt: „libellum .. esse iure supprimendum, de medio tollendum atque igne publice concremandum. ipsius autem libelli auctorem ad publicam revocationem compellendum .."

15 *membrum IIII univ.*] Cf. supra epist. 1. et infra ep. II. 13. In statutis antiq. Colon. de a. 1392. § 1. est: „Imprimis igitur ut alma mater nostra Universitas studii Coloniensis suos veros filios ab adulterinis valeat discernere, statuimus et ordinamus, quod quilibet Magister, Doctor, Baccalaureus vel Scholaris ad prædictum studium veniens, ipsiusque Membrum fieri et eius libertatibus perfrui cupiens, præsentet se infra primam quindenam Rectori universitatis, et præstet iuramentum solitum, et registro studii inscribatur, quodque nec aliquis ante huiusmodi intitulationem computetur Membrum Universitatis .."

16 *libr. sententiar.*] Petri Lombardi, Parisiensis episcopi, cuius ipsius libri, quamvis sæpissime editi [cf. ad 9<sup>11</sup>], ut ipsius Aristotelis, non legebantur, (Petrus ispe ne semel quidem in his epistolis memoratur) sed omnis fere theologia philosophiaque ex 'scribentibus super eos' petebatur. Ita 'se fundat' hodie vulgus Ictorum 'in libris super iuris auctores', non in ipsis iuris auctoribus.

17 *evadere*] se expedire ex tendiculis tam callide positis.

18 *papa n. aud. d. sent.*] cf. 19<sup>29</sup>.

19 *ipse*] non Reuchlinus, sed Leo PP. X. cf. sq. epist. 12.

*Thomam*] cf. Ind. biogr. p. 483. sq. art. Thomas Aquinas. Leo X. Dominicanis non favebat; 'non est bonus christianus' 19<sup>27</sup>. Cf. Ind. biogr. p. 406. art. Leo X.

20 *doctus .. in poesi*] Leonem X. renascentibus litteris artibusque summo opere favissee constat.

21 *plebanus ad s. Martin.*] Fuit is, opinor, infra p. 240<sup>29</sup> memoratus Decimator s. Zehender. cf. Ind. biogr. hunc art.

22 *epistolam*] d. 16. Iul. a. 1514. scriptam. cf. Conspectus chronol. p. 132. i. f.

23 *realiter cum effectu*] ut 192<sup>30</sup>. Hæc 'bona latinisatio' etiam in publicis documentis non raro occurrit; etiam 'realiter et cum effectu'. cf. e. gr. Zarncke Leipz. Statutenbücher p. 468. v. 16.

24 *latinisatores*] cf. ad superiorem v. 2.

25 *in coron. hosp.*] s. publica corona 18<sup>10</sup>, in qua corona, si idem est hospitium, quod adhuc 'zu den drei Kronen' appellatur, ipse quoque sæpius 'dormivi in propria persona'. cf. p. 203. v. 180. 260<sup>28</sup>. 272<sup>24</sup>.

26 *fantasticos*] qui fantasiis (cf. ad 8<sup>12</sup>) indulget. „Fantasticus .. 2) idiota, hebes, sensu carens." Ducange h. v.

28 *processus*] methodus, libri methodologici, quales singulæ scholæ bursæve proprios habebant, secundum viam huius vel illius sancti doctoris. cf. Ind. verbor. voc. 'processus' et ad 16<sup>23</sup> cum sq. adnotatione.

*copulata et reparationes*] similiter 70<sup>3</sup>. Copulata nominabantur libri lectionesve quibus diversi de eadem doctrina auctores iungebantur, ut ad 16<sup>23</sup> et in Ind. biogr. art. Hispanus (Petrus) exempla dedimus. unde novicii scholares qui hæc copulata tractare debebant, copulatistæ appellabantur. cf. Ind. verbor. Re-

Pag. 17.

Pag. 17. v. 11 ... Pag. 18. v. 8.

- parationes sunt quæ alio nomine Summæ, e. gr. „Reparationes librorum totius naturalis philosophiæ secundum processum Albertistarum et Thomistarum“ Coloniae a. 1494. 4<sup>o</sup>. prodierunt. Hain. n. 13872. s. Panzer Ann. typ. I. p. 308. n. 228.
- 30 *passagium*] transitus, iter et iter institutum, Gall. *passage*. Ducange h. v.
- 31 *tunic. dom.*] vulgo *der heil. Rock*. Cf. quæ adnotavimus ad Hutt. Triad. Rom. § 188. (Opp. IV. p. 233.). Gildemeister et Sybel *Der heil. Rock zu Trier*. Bonn 1844. 8<sup>o</sup>.
- 32 Cornutus syllogismus proprie est hic Chrysippi, sive Ebulidis est (ap. Diog. Laert. VII. 187.) „Si quid non amisisti, hoc habes; cornua autem non amisisti: habes ergo cornua“. inde similes sophisticationes ceratinas, *κέρατα*, dicebant, ut crocodilinas, *κροκοδείλου*s, similes huic item Chrysippeo (ap. Lucian. Vitar. auct. 22.). „Si hunc [puerum tuum] forte crocodilus ad flumen oberrantem rapiat, ac deinde redditurum se sibi polliceatur ea lege, si verum dicas quid statuerit ipse de reddendo puero, quid dices illum decrevisse?“ Cf. interpp. ad Quintilian. inst. or. I. 10, 5., ad Lucian. dial. mortuor. I. 2. et imprimis Menagii Obs. ad Diog. Laert. II. segm. 108. Hoc tantum adicere liceat, non recte videri ad illum cornutum adduci locum Artemid. oneirocrit. 2, 11. „ὅτι ἡ γυνή σου πορεύσει καὶ τὸ λεγόμενον κέρατά σοι ποιήσει“, neque appellationem mariti adulteræ uxoris, 'Cornutus' (Gall. *cornard* [cf. voc. *cocu*], Ital. *cornuto*, becco cornuto; porre le corna = *Hörner aufsetzen*) ex isto syllogismo deducendam esse.
- 34 *maior ... minor*] cf. adn. ad v. 1. superiorem.
- 35 *Hieronym.*] ep. 15 (17). ad Damasum (ed. Mart. I. p. 38): „Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam [non 'inconsutilem', quod non novum quidem, sed barbarum vocabulum est] domini tunicam, et desuper textam, minutatim per frusta discerpit et Christi vineam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile, ubi fons signatus et hortus ille conclusus sit, possit intelligi, ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam...“ cf. Hieron. evang. Ioann. c. xix. v. 23.
- 37 *de stylo evang.*] alio scribendi genere, stilo, utitur atque evangelium.
- 38 *immodicite*] plane, prorsus, sine exceptione.
- 40 *de facto ... a papa*] Lepida est hæc contradictio et confusio excommunicationis latæ ac ferendæ sententiæ.

Pag. 18.

- 1 *curtisani*] qui a curia Romana beneficia habent aut sectantur. Sæpius appellatione contemnendi causa utuntur, fere ut hodie *die Römlinge*.
- 3 'tribulare' verbo non nisi translate utuntur Obscuri pro angere, calumniari, *chicanieren*. quod contra hæreticos et malos christianos zelosum, laudabile et piarum aurium delectatio est.
- simplex s.*] cf. ad 9<sup>35</sup>.
- 7 *latinum id.*] cf. Ind. biogr. p. 351. art. Corvinus.
- 8 *gramm.*] Brassicani. cf. Ind. biogr. p. 317. h. art.
- Valerium Maximum tam Coloniae quam Lipsiæ ac Wittenbergæ et in aliis universitatibus tum maxime qui vocabantur poetæ in scholis legebant. Editio-num inde ab a. 1471. publicatarum magnam copiam indicat Panzer Ann. typ. V. p. 436. sq. XI. p. 158. sq.
- poetas*] cf. ad 7<sup>12</sup>.

Pag. 18.

- 12 *dorm. in pr. p.*] Hoc lepidius est, quam quod Hochstratus in propria persona Moguntia Romam profectus est. Defens. Pep. p. 140<sup>10</sup>. 153<sup>17</sup>.
- 13 *bufones*] cf. ad 9<sup>30</sup>.
- 14 *irrev. nebulones*] *freche Schlingel*. In etymo etiam Vocabularia sequuntur Ael. Stilonem ap. Fest. h. v. — „Nebulo a nebula derivatur . . . i. leccator quia vanus est ut nebula et cito vanescit.“ Catholic. — ‘Nebulo, homo vanus et levis, qui cum nihil sit, se intantum ostentat. a nebula, quæ magna res videtur, cum nihil sit’. Gemma g.
- 17 *formaliter disp.*] i. e. textum libri interpretando, q. v. cursorie. cf. ad 258<sup>17</sup>.
- 18 *corollaria*] *Folgesätze*, consecraria, *πορίσματα*. „veluti geometræ solent demonstratis propositis aliquid inferre, quæ *πορίσματα* ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo“. Boeth. consol. prosa 3, 10. Cf. 48<sup>6</sup>.
- 19 *doctor subtilis*] Duns Scotus. cf. Ind. biogr. p. 466. art. Scotus.
- 21 *quodlibeta doct. irrefrag.*] Alexandri de Hales. cf. Ind. biogr. p. 387. art. Hales. Aliter infra p. 56<sup>19</sup>.
- 22 *non exp.*] inexpugnabilis.
- 23 *doctor Seraphicus*] Ioannes Fidanza. cf. Ind. biogr. p. 316. art. Bonaventura.
- 24 *phisicus*] i. e. in libris physicorum, non tam ipsius Aristotelis quam commentatorum super eos bene versatus, — qui bene complevit lectiones et exercitia ‘phisicorum’. Ceterum v. 24. aptior esset Aquinati (de quo sqq. versus) quam Bonaventuræ: nam ille multo plures phisicorum quos appellabant libros scripsit.
- 25 *doctor s.*] Thomas Aquinas. cf. Ind. biogr. p. 483. sq. art. Thomas.
- 26 *Porphyr.*] cf. Ind. biogr. p. 444. h. art.
- 27 sqq. *Universalis . . . prædicabilia*] in ‘De prædicabilibus et prædicamentis’ et ‘Logica’. et similibus. cf. cit. art. Porphy.
- 29 *continuuare*] ‘continuum’ i. e. brevem adnotationem facere, ut nos *fortlaufende Erklärung*, sed ‘Continuum’ b. Thomæ non libros prædicamentales sed evangelia continuat.
- 30 *summat*] ‘summas’ facere, *einen ‘kurzen Inbegriff’ geben*. Ethica quoque Aristotelis commentatus est Aquinas.
- 31 *poetæ*] humanistæ, Reuchlinistæ.
- 34 ‘osor, i. oditor, *ein hasser*’. Gemma g.
37. sqq. Cf. Ind. biogr. artt. Tungris, Remig. de Malmundario, Geltersheim, Ganda.

## EPISTOLA 12. HILTBRANDVS MAMMACEVS ORTVINO.

Pag. 19.

- Quæ de causa Reuchliniana hic nuntiantur, in Hochstrato ovante passim illustrantur fusiusque exponuntur. Sed conferenda sunt imprimis infra epistt. II. 5. 6. et Reuchlini Acta Iudicior. (Ind. serr. p. 100. n. xxviii.)
- 6 *mod. epist.*] Cf. Ind. biogr. p. 417. sq. art. Modus dictandi.
- 7 *manifestare*] Ita exterritus est mirabili casu Mammaceus, ut simplex ‘scribere’, ‘communicare’ vel simile verbum non sufficeret.
- 10 *causa M. N. male stat*] Cf. consp. chronol. pagg. 130. 132. 135. sqq. a. 1514. d. 29. Mart., d. 8. Iun. et a. 1515. Ian. . . . Mart., et ipsum personatum Hochstratum p. 75<sup>5</sup>. 99.
- 11 *autentizare*] confirmare sententiam d. d. 29. Mart. a. 1514. ‘Autenticare, autentisare, autorisare, *mit warheit o. weyßheit beweren, eine rede wißlich o. meisterlich beweren, meisterlich reden. ding bewaren. bestaten. achtbar maken.*’ Diefenb. Gloss. h. v.

Pag. 19.

Pag. 18. v. 12 ... Pag. 19. v. 36.

18 *Spec. oc. . . imprimi*] Cf. quæ Ind. scr. p. 76. n. ix. adnotavimus, et infra p. 192. 193<sup>1</sup>. Vide etiam sententiam d. d. 2. Iul. a. 1516. Consp. chronol. p. 139.

20 *voluit exire curiam*] Gerbellio Huttenus Bononiæ d. 31. Iul. a. 1516. scripsit: De Capnionis summi viri causa bene te sperare iubeo: salus in procinctu est: Hogostratus . . . ingenti decocta pecunia (tanti spem suam emit) nihil effecit, quique olim potentia fretus sua optimo cuique molestus facile fuit, . . . fractus animo est destitutusque lupus hians discedit.“ Hutt. Opp. I. p. 106. § 5. *iurare paupert.*] Cf. 194<sup>11</sup>.

22 ‘cum tribus equis’ etiam 269<sup>31</sup>, sed „cum duobus vel tribus equis“ 194<sup>15</sup>.

24 *propinavit*] ‘Propinare, *schenken*’. Gemma g. cf. infra 66<sup>38</sup>. ‘habuit convivium etc.’ p. 198<sup>30. 344</sup>; ‘dans propinas’ 194<sup>16</sup>; „dedit ante octo dies unam pinguem propinam uni referendario cuiusdam cardinalis“ p. 220<sup>18</sup>; ‘dedit certas propinas quibusdam referendariis’ 239<sup>17</sup>. Buschius d. 30. Sept. a. 1514. Reuchlino scripsit: „Theologistæ, ut etiam comperi, Iacobo Hochstraten proximis diebus mille quingentos aureos per trapezitas Romam miserunt, non ad victum, qui monachis tenuis esse debet, nec ad necessarias impensas litis, nam minore summula, ut reor, hæc administraretur; sed, quod vehementer suspicor et illis male vortat, ad faciendas largitiones pro obtinendis auro suffragiis quæ iure non sperat“. cf. Consp. chronol. p. 134. Qui Reuchlini supprimendi causa magnam pecuniarum copiam in urbe deposuerant, paucis annis post non solum improba sua spe sed etiam improbo suo auro fraudati sunt: Adelmannus de Adelmansfelden d. 31. Ian. a. 1520. Pirkheimero scripsit: „.. Scripsit [Carolus von der Than] pridie quam hæce ad te darem, Grammatheo nostro Reuchlin, bis apud eum fuisse fratres prædicatorum ac plurimum sollicitasse, ut cum ipsis concordiam inire velit; verum tandem huc sit sua causa deducta, ut cum suæ sententiæ sortitus sit executorem Franciscum de Sickingen [cf. Consp. chronol. p. 149. d. 29. Iul. a. 1519.], non deceat sine scitu ac voluntate eiusdem se quicquam attentare; velle tamen consentire, ut ad dominicum Oculi conveniant, ac si fieri cum voluntate utriusque partis commode possit, res hæc tandem sopiatur. Vide, mi Wilibalde, ut omnia fert ætas ac tempus omnia revelat. Iusta sunt dei iudicia, licet nobis occulta. Aiunt prædicatores multa millia aureorum amisisse Romæ, quos istic apud nummularios ob eam causam deposuerant, qui decoxerunt ..“ cf. Consp. chronol. p. 150. d. 31. Ian. a. 1520.

27 *papa non e. bon. Chr.*] Cf. 17<sup>19</sup> et 192<sup>11</sup>.

30. 31 *appellatio ... papam*] Ortvinus, decretorum concilii Basileensis (sess. 2. 18. 31. cf. concil. Constant. sess. 5.) defensori, hoc bene proponi potuit.

27. 31 *prævalentia*] ‘prevalere, *mer mogen, furtreffen*’. Gemma g.

32 *dom. dab. benign.*] Psalm. LXXXIV. 13.

33 *respiciet*] etiam biblice, ut ‘respiciat nos tantum dominus noster’. Genes. XLVII. 25.

34 *supergaudeat nos*] ‘non s. ne supergaudeant mihi inimici mei s. qui adversantur’. Psalm. XXXIV. 19. 24. XXXVII. 17.

*gratiam spir. s. superare*] cf. Actor. X. 45.

35 *fallimonia*] Lepide, non excellere in fallacia, sed vincere fallaces. Vocabulum fallimonia alibi me legere non memini.

36 ‘fatatum, *geordiniert oder beschert*’. Gemma g. Usitatus ‘prophetizatum’. Fusi de hac prophetia scripsit Clingesor. vol. II. ep. 50. p. 264. sqq. et contra hanc Mammaceanæ Coloniensium irrisiōem Pepericorn. in Defens. p. 171. sq. ed. m.

Pag. 20.

8 *tim. excomm.*] Non timet Mammaceus dicere papam non esse bonum christianum et quod ab eo 'debet fieri appellatio ad concilium', sed non audet 'dicere quod papa erraret ibi'.

10 *dedit propinas*] cf. infra 193<sup>20. 24.</sup> et vide ad superiorem v. 24.

12 sq. *audivi ... pro eo*] Cf. consp. chronol. p. 129. sqq. ad a. 1514. sqq. Ipse Reuchlinus in sua ad pont. max. d. 13. Iun. a. 1515. scripta epistola „me“ ait „statumque rerum mearum et quantum ultra supererit vitæ meæ filium Tuæ iusticiæ, fidei bonitatisque vehementer commendo, ut et anno proximo a Cæsare Augusto sæpius et ab Alemanniæ nostræ principibus, episcopo Argentinensi, episcopo Constantiensi, Friderico Saxonum duce imperii electore, Ulricho duce Wirtembergensium, Magistro ordinis Teutonicorum, quindecim abbatibus infulam gestantibus et quinquaginta tribus civitatibus in Suevia magno studio et diligentia et maiore impetrandi spe pro sua singulari erga sedem Tuam sanctam devotione commendatus Tibi sum, Beatissime pater et Domine omnium excellentissime Leo Decime“. Et comes Nuenarius in ep. ad Zobellium d. 26. Aug. (a. 1517.) data (cf. Consp. chronol. p. 143.) „... illud summopere miramur, quod in hanc sententiam passim omnes prope docti divinitus concurrerint, ut Capnionis iniuriam tanquam suam communi suffragio vindicandam esse putarent... Taceo nunc tot principum Germaniæ sigillis aucta testimonia, Saxoniæ ducis, Brandenburgensis Marchionis ac Comitum Palatini, imperii electorum, Wirtenburgensis, Badensis, Spirensis et aliorum principum magnificas literas. taceo tot florentissimas Romani imperii urbes resque publicas missis ad summum pontificem non literis, sed diplomatis, causam suæ sanctitati commendasse. taceo denique tot doctissimos viros et omnem extra imperitiæ aleam constitutos sæculares ac religiosos. quorum si sola nomina persequi vellem, in iustum volumen epistola excresceret. Verum tamen .... Pythagoricam adiicere *τετρακτὴν* curabo .... Erasmus .. Roterodamum, Germaniæ vere phœnicem ... deinde Hieronymum Aleandrum Mottensem .... est et ille Iacobus Faber Stapulensis Galliæ vindex .... habes prætereā Bilibaldum Pyrrckheimerum ....“ — Sententia Spirensis d. 29. Mart. a. 1514. (ex Heumanni Docc. litt. Commentat. isagogic. pag. 16...19. cf. supra Consp. chronol. p. 130.) „*Diese vrtheil ist wyder der Prediger zu Coln Ketzermeister vnd seyne anhenger von dem Durchleuchtigen, hochwurdigen und hochgebohrnen Fursten und herrn herrn Georgen, Pfaltzgrauen bey Rhein und Hertzogen in Beyern, Erwelten und bestettigten Bischoffen zu Spyer, von Bapstlicher heiligkeit sonnderlich in dem handel des Ougenspiegels darzu verordnet, in eygener person gegeben und gesprochen.*

Christi nomine invocato; pro tribunali sedentes et solum deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de peritorum consilio et assensu ferimus, in his scriptis pronunciamus, decernimus et declaramus in causa et causis, quæ inter eximium dominum Iohannem Reuchlin, Legum doctorem Pfortzen. Spirensis dyocesis ex una et Religiosum fratrem Iacobum de Hochstraten, sacræ Theologiæ et ordinis prædicatorum professorem et in certis provinciis Germanicæ nationis, hæreticæ prauitatis inquisitorem partibus ex altera, de et super quodam libello speculum oculare nuncupato, ac per præfatum dominum Iohannem doctorem edito, nobis apostolica auctoritate specialiter commissa, et coram nobis indecisa pendente, bene fuisse et esse appellatum et nulliter processum. Nec non libellum ocularis speculi antedictum cum sua annexa declaratione in actis causæ huiusmodi



Pag. 20.

Pag. 20. vv. 8...12.

deductum (cum ex declaratione et declarato sit unus et idem liber et sui ipsius declarativus) a præfato domino Iohanne Reuchlin doctore compilatum, ut præfertur, atque editum, de suspicione atque insimulatione hæreticæ pravitatis aliisque criminibus sibi per fratrem Iacobum antedictum hac in causa adversarium ex adverso principalem, eidemque adhærentes indebite, temerarie et iniuste, tacita veritate fuisse et esse notatum atque diffamatum, sibi-que fratri Iacobo et eidem adhærentibus aut sua quoslibet interesse habere putantibus, diffamatione et incusatione huiusmodi facere et publicare minime licuisse, neque licere, et eidem omnibus adversariis et singulis aliis super præmissis perpetuum silentium imponendum fore et imponimus. Nec non pari nostra diffinitiva sententia decernimus et declaramus supra nominatum libellum cum eius declaratione annexa, ut præfertur, nullam hæresim aut errorem ab ecclesia publice damnatam manifeste sapere aut continere, perfidis Iudeis non plus quam deceat aut iura permittant, favorem fore, aut ecclesiæ dei seu sacris eiusdem doctoribus neque iniuriosum neque irreverentialem esse, et ab omnibus ipsum oculare speculum cum eius annexa declaratione (quam in singulis coniunctam cum libello et repetitam esse volumus) legi et publicari posse, diffamatione in contrarium ab adversariis deducta non obstante. Simili modo pari nostra diffinitiva sententia antedictum fratrem Iacobum inquisitorem in expensas in huiusmodi causa pro parte dicti domini Ioannis Reuchlin doctoris tam coram nobis et nostris subdelegatis, quam Moguntiae legitime factas, condemnandum fore et condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reservamus.

Lata et promulgata fuit hæc præinserta sententia per Reuerendissimum in Christo patrem illustrem principem et dominum dominum Georgium electum et confirmatum ecclesiæ Spirensis, Comitem palatinum Rheni, ac Bavariae ducem etc. iudicem et commissarium causæ et causarum ac partium præscriptarum, una cum certo alio suo in hac parte collega cum clausula, 'ut vos vel alter vestrum vocatis vocandis etc.' a sancta sede apostolica specialiter deputatum ipso in civitate Spirensi in palatio suo solito pro loco audientiae deputato, et in audientia publica hora post meridiem prima ad iura reddendum et causas audiendum pro tribunali sedentes, primitus tamen peritorum consilio et matura deliberatione in hac causa seu negotio præhabitis, in contumaciam venerabilis patris Iacobi Hochstrat, sacre theologiæ ordinis prædicatorum professoris et in certis provinciis germanicæ nationis hæreticæ pravitatis inquisitoris ex adverso principalis suorumque adhærentium et interesse habere prætendentium in valvis insignis ecclesiæ Spirensis, ut moris est, et iuxta certificationem in prima citatione una cum inhibitione inserta decreta et in personam dicti magistri Iacobi Hochstrat, et aliis in plerisque locis publice et legitime executam rite citatorum non comparentium. Die Mercurii vicesima nona mensis Marci Anno domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

Georgius Krawt de Waldenberg, sacra imperiali auctoritate

Notarius publicus ffit."

De condemnatione in expensas vide Reuchlini Acta iudicior. (Hagenœ. 1518. 4<sup>o</sup>. pagg. F iij. sqq.); breviter sic Maius (Vita Io. Reuchl. Durlaci 1687. 8<sup>o</sup>. p. 414): „Cum deinceps Ioannes Greiffius institisset, citatosque contumaciæ accusasset et ad ferendas omnes singulasque expensas tam Spiræ quam Moguntiae a Reuchlino factas Iacobum ac complices damnari petisset, habita deliberatione receptoque a procuratore iuramento, quod tantum Reuchlin exposuerit,

Pag. 20.

vel adhuc exponere debeat pro lite et caussis antea dictis, communi sententia Hochstratum condemnarunt ad summam CXI florenorum auri Rhenensis, addita proscriptionis poena, si id facere recusarent Hochstratus et asseclæ. Acta hæc sunt Spiræ in Episcopali aula a. 1514. indictione secunda, d. 24. mensis Aprilis, præsentibus etc.

17 *capere consilium*] sibi consulere.

### EPISTOLA 13. CONRADVS DE ZVICCAVIA ORTVINO.

23 *curare leuitates*] *sich um Leichtfertigkeiten bekümmern*, præcipue de vetita cum feminis consuetudine usurpatur. etiam 51<sup>17</sup> 61<sup>34</sup>.

24 *in mense*] singulis mensibus.

26 *socius*] Quis ex Ortvi amiciis, qui nuper 'ex Colonia Lipsiam venerat' h. l. significatur?

27 *supp. uxor.*] Cf. infra p. 35. 53. 55. 57. 61. 246. 249. 285. 293. Hochstr. ov. § 72. (ed. m. p. 483. sq.). Pepericorn. Defens. p. 167. ed. m. „Itemque adversarius noster in sua offensione insinuat implicate [?] uxorem meam honestissimam (una cum sua matre ac prolibus ad fidem catholicam feliciter translatam) turpis sub involuero adulterii, et idipsum multo turpius in epistolis obscurorum exprimitur. Qua propter ex eodem illa fonte derivari dicere forsitan non iniuria possem.“

28 *veraciter*] i. e. cum expressa veritatis adfirmatione.

29 *amicabilis*] *fruntlich*. Gemma g. Gratio dicere potuit gratiosum esse apud mulieres.

*dare bona verba*] blandiri.

*cum hoc*] præterea.

31. sq. *Arnoldus . . etiam*] Cf. infra ep. 45. vol. I. et p. 226<sup>5. 9.</sup> Arnoldi tamen pudicitiam pariter atque eruditionem morumque candorem (Eleg. moral. II. 14.) extulit Murmellius versibus quos post Lamentt. O. V. repetiit Ortvinus, et nostrum vol. VI. p. 392.

33 *ipse . . virgo*] Virgo pro masculo rei venereæ nondum experto (ut recentiorum quoque linguarum fere mos est) legitur ap. Hieron. ep. ad Salvianam Gildonis filiam: „ut [Nebridius] virgo sortiretur uxorem“; item ap. eund. vita Malchi: „virgo maritus fierem“, et ap. Marcell. Empiric. c. 8. „pueri virginis“. (Kirchmaieri opuscc. Hal. 1772. 8<sup>o</sup>. p. 131. sq.). Tertull. virg. vel. 8. Hieron. 1. adv. Iovin. n. 4. ep. 22. n. 21. Paul. Nolan. carm. 22, 2. Inscr. ap. Spon. de reb. Lugdun. c. 3. (Forcellin. v. Virgo). De rebus non animalibus ipsi veteres pariter atque recentiores linguæ vocabulo utuntur, ut illas integras, intactas intemeratasve significant.

36 *multas scr.*] Sacræ scripturæ locos. e. gr. I. Cor. vi. 18. v. 11. ad Ephes. v. 5. ad Hebr. xii. 16. sq. xiii. 4. Apocal. xxi. 8.

Pag. 21.

2 *sunt salvati*] Etiam biblice.

3 *Samson*] Iudicum cap. xiv.

*spiritus . . . eum*] Iud. I. c. vers. 6.

6 *scriptum est*] Sapient. I. 4.

10 *legitur . . . concub.*] Immo III. Reg. XI. 3. est „Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ et concubinæ trecentæ, et averterunt mulieres cor eius.“

11 *non fuit numerus*] etiam biblice (e. gr. II. Paralip. XII.) pro 'innumeræ'.

Pag. 21.

Pag. 20. v. 17. . . . Pag. 21. v. 32.

- 12 *communiter*] consentientes inter se, *insgemein*.  
*concludunt*] *beschließen*. est vocabulum artis logicæ, syllogismos facere, definire.  
 'Concludere, *zuschließen*, *zusammen schließen*, *beschließen*, *binden*'. Diefenb.  
 Glossar. cf. etiam ad 242<sup>4</sup>.
- 13 *non sum fort.*] „Similiter olim Aeneas Sylvius [postea Pius PP. II.] post commissum a se contra castitatis præcepta peccatum: 'nec sanctior sum David rege, nec Salomone sapientior'. *Strauß Hutten* I. p. 246.
- 14 *habere un. lat.*] *eine Freude haben*, libidini se dare.
- 15 *medici*] Pro Hippocrate et Galeno adducam Proverb. XV. 13. „Cor gaudens exhilarat faciem, in mœreore animi deiicitur spiritus“, et XVII. 22. „Animus gaudens etatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa“. Schol. Salernitana:  
 Si tibi deficient medici, medici tibi fiant  
 hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.  
 et Eob. Hess. (de conserv. valet.) „Metus et tristitia melancholiam movent, ira flavam bilem, gaudium sanguinem et spiritus a corde in totum corpus diffundit.
- melancholia*] sec. Catholic. h. v. „a melon et colera, quod est fel, componitur, . . quia fit ex nigri sanguinis fece admixta abundantia felis . . . Melancholici etiam conversationem humanam refugiunt, et amicorum charorum suspecti sunt. Et est melancholia frigida et sicca . .“
- 16 *seriosis*] tristibus, *superciliosis*.  
*Ecclesiastes*] III. 12. 22.
- 18 *Salomon.*] Cantic. cantic. IV. 9. 10.
- 22 *Samuelis*] de monte rutilo. Cf. Ind. biogr. art. Samuel poeta. Tribus sequentibus versibus, ex Quodlibeto de fide concubinarum desumptis, quartum qui est  
 Pulchram et amabilem prolem procreare,  
 de industria Conradus ad religiosum fratrem scribens omisit. Tertium ex Proverb. cit. XVII. 22. compositum esse adparet.
- 26 *deus e. ch.*] I. Ioann. IV. 8. 16.
- 27 *Salom.*] Cant. cantic. VIII. 7.
- 29 *permittamus*] mittamus, relinquamus.
- 30 *carnis priv.*] Dominica septuages. a. 1515. in diem 5. Febr., a. 1516. in d. 20. Iunuar. incidit. Nescio quo anno hastiludium hic descriptum Lipsiæ celebratum sit. Cum eum anni 1516. mensem, quo Georgius dux Lipsiam venit, controversiam inter philosophorum ordinem et collegii principalis sodales ortam compositurus, neque Peiferus (Lipsia. Ff. 1700. 8°. p. 332) neque Vogelius (*Leipz. Geschichtsb.* Lpz. 1714. fol. p. 91.) indicet, nescio an de hac pompa Conradus referat. nec de hastiludio quicquam ibi legitur. Præterea nunc persuasum habeo primam harum epp. editionem iam ante annum 1516. prodiiisse.
- 31 *hastiludium*] *stechspiel oder tornyr*. Gemma g.  
*met*] ipse, ut tum non solum Obscuri, quamvis iam Bebelius de abus. L. L. monuerat „Met syllabica adiectio per se nihil significat, unde nec dicere debemus Tu fecisti met, et raro legi adiungi, nisi tribus hijs prænominibus ego tu sui, sed Diomedes etiam tradit ille met, Et Salustius in Iugurta dicit 'mea met facta mihi dicere licet'“.
- 'equitare, *ryten*. i. equum [æquum fac., æquit.] facere vel militare'. Gemma g.
- 32 *andallum*] '*roßdeck* vel *sateldeck*, sandalum vel andallum'. Vocabular. incip. teutonicum ante latinum. In Catholic. est „Sandalium a sandix, cis, dicitur hoc sandalum, lii, quidam pannus quo equi solent operiri nobilium, ut pape

Pag. 21.

et cardinalium. Sandalia et dicuntur subtalares... et Gemma g. „Sandalum: quidam pannus quo equi solent operiri, *ein pferdsleid oder decky*.“ Cf. etiam Ducange art. Sandalia. Aliud vocabulum est ‘Antela, Antella’ de quo vide Ducange h. v.

34 ‘organizare i. organo cantare, *orgelen*’. Gemma g. *psalmista*] CXLVIII. 12.

36 ‘intronizare, in throno ponere, introducere, *eerlich inleyten*, vel in sede locare. potest etiam pertinere ad mulieres, quæ post partum introducuntur’. Gemma g.

*processione*] ut nos *Procession*, pompa ducta.

37 ‘braxare, *byer bruwen*’. G. g.

propinare h. l. est *aufischen, vorsetzen*. Cf. supra ad 19<sup>21</sup>.

38 ‘dapire’ non habent vocabularia, sed in Catholic. est „dapino, nas, navi, nare. i. largiri: et præcipue victum. verbum activum, et dicitur a dapes. et corripitur pi.“

*curiales*] *Hofgesinde, Gefolge des Fürsten*.

‘chorizare, choros agere, saltare...’. Ducange h. v. chorizaverunt, nos „*es war Ball s. tanzte man*.“

Pag. 22.

1 *conspicello*] *Schaubühne*, Conspiculum, tabulata constructa, suggestus, unde pompa conspici potuit. Non alienum ab hac narratione est Libelli formularis univ. Lipcz. cap. 66. (Zarncke d. deutsch. Univ. Lps. 1857. 8°. p. 182. sq.): „Mandatum ne aliquis hastiludia exercentes vel circa pancratium pugnantes impediat. Quia nobilium conventus, camporum pugnam die lunæ proxima sequentibusque diebus iuxta pancratium in foro constructum publice demonstraturus lususque, diversis armis et defenculis inter pugnandum ludendumque utetur, quibus incauti spectatores huiusmodi pancratio appropinquantur aut etiam ipsi pugilibus (sicut verisimiliter timendum est) lædi poterunt et offendi, Eapropter N. &c. Rector Mandat omnibus et singulis universitatis eiusdem Suppositis, Quatenus nullum ipsorum præscriptis diebus præfatum pancratium ludi huiusmodi spectandi causa ingredi vel ipsi nimis appropinquare sicque pugilibus ipsis impedimento esse aut sese ibidem periculis exponere vel aliquem ex ipsis ludentibus verbo vel facto molestare seu offendere præsumat Sub unius floreni poena universitati irremissibiliter persolvenda necnon incarcerationis per circulatorum ad hoc deputatos fideliter exequenda. Datum Rectoratus &c.“

## EPISTOLA 14. IOANNES KRABACIVS ORTVINO.

Quæ Crotus in hac ep. Krabacium narrare facit, ex ipso Hutteno eum audisse puto, quod magis tegendi causa ‘ex Nurenberga’ scriptam fingit epistolam.

9 *semper...essem.*] Cf. Croti ad Hutt. ep. in Opp. I. n°. viii. et Hutteni ad Crotum præfatio Nemini, Opp. I. n. lxxxiii.

11 *Heckman*] cf. Ind. biogr. p. 388. h. art.

12 *ibi*] ut ex sqq. patet, Vindobonæ, Viennæ Austriæ. Exeunte a. 1511. Huttenus factus per Moraviam molestissimo itinere Vindobonam in Vadiani contubernium venit. cf. Hutt. opp. I. p. 22. sq.

13 *arg. in via Scoti*] Scotista, realista, de via antiquorum. Ceterum Vindobonæ antea ‘possidebant integram universitatem’, si Manuale scholarium (circa a. 1480.) scriptum audimus, quod cap. IIII. (Zarncke ed. Lips. 1857. p. 13.) habet:

Pag. 22.

Pag. 21. v. 34 . . . Pag. 22. v. 30.

„... eruditissimi viri reperiuntur inter modernos. nonne audisti in quibusdam terris eos possidere integras [totas] universitates, ut Viennæ, Erfordiæ atque quondam hic [Heidelb. ?] erat?“

13 *supposita*] i. q. suppositi, sed frequentius neutr. gen., etiam in legibus academicis ordinumque statutis, scholares, discipuli, bursarii, *academische Bürger*. Similiter nos subditos (*Unterthanen*) vocamus quos Romani cives, *Staatsmitglieder*.

16 *socius ex Moravia*] i. e. Ulricus Huttenus. cf. artt. Heckman et Vadianus.

17 *debet esse*] *sein muß*, qui, si recte scio, est.

*scripsit . . . metra*] præter minora carmina prodierant Querelæ, Ars versificatoria, carmen exhortatorium ad Maximilianum Cæsarem. Cf. Ind. bibliogr. Hutten.

18 *intitulare*] in numerum civium academicorum recipere, in matriculam inscribere; quod etiam tum nonnumquam ‘immatriculare’. Cit. Man. scholar. c. 1. „... ut in matriculam almæ huius universitatis intituler . . .“ Etiam singularum facultatum statuta præcipiunt „ut Magistri aliarum universitatum non recipiantur ad gremium seu ordinem Magistrorum nostræ facultatis, priusquam fuerint per magnificum dominum Rectorem solitis iuramentis intitulati, et probaverint titulum sui gradus . . .“, ut est in Stat. reform. fac. art. Ubior. c. 7. Similiter passim *Die Statutenbücher der Un. Leipz. ed. Zarncke. Lips. 1861. 8°. max. aliarumque univv. statuta.*

19. 20. *prohibuit ei*] *verbot es ihm*. ut v. 20. ‘suppositis’ et c.

19. 21. *pretensus*] cf. ad 9<sup>16</sup>.

21 *ribaldus*] cf. ad 5<sup>10</sup>.

*accessit*] non invitatus aut citatus venit ad.

22 *misit pro fam. civ.*] accersivit famulos civ. (*Stadtdiener*), lictores, *er schickte nach Polizeidienern*.

*simplex . . . graduatus*] Cf. ad 9<sup>35</sup>.

23 *tibisare*] s. tuisare, secunda persona in adlocutione uti, per ‘tu’, non per ‘vos’ adloqui; ut nos *duzen, erzen, ihrzen, siezen*. Scilicet Huttenus Latine locutus est, sed magister noster voluit vobissari reverentialiter. Reuchlinus in ep. ad Kollinum d. d. 27. Ian. a. 1512. „Oro autem“ ait „quamprimum ne moleste feras, quod ad te latinum hominem latino more per numerum singularem scribo, et non ut tu vicissim ad me plurative. Iam enim illud tuum ferme totum desiit et abolevit in Romana lingua, et nunc quotus quisque maiores nostros imitamur. Secus est si vernacule scribamus. Quare deprecor tuam scribendi consuetudinem, ut posthac quamhumanissime singulari me numero appelles, cum aliquid ad me literarum dabis.“

26 bellator, *ein stryter*. Gemma g., miles, in numeros iam relatus.

*qui vult amb. &c.*] in numeros militum referendus. Satis notum est Huttenum re vera non longe post Vindobonam relictam ‘ad bellum ambulasse’, in quo maximam epigrammatum partem composuit.

28 *notos*] *Bekannte*, amicos pro eo intercedentes, Vadianum, Abhauserum aliosque Vadiani contubernales. Cf. Hutt. Opp. I. p. 22. sq.

29 *ille vir*] Heckmannus.

30... 37 Hoc epitaphium ad exemplum eius compositum esse videtur, quod „quidam occultus poeta de Elferkehoff, pago non procul ab Erphurdia“ scripserat „in muro luteo cum carbonibus desolatoriis, In hunc modum:

Hic iacet ille, qui fuit unus inter mille,

Semper mane et sero [l. sera] cum sua plenissima pera.

## Pag. 22.

In Pinterbleben natus, Hans Raumthasch [Saccularius] fuit vocatus,  
 Omnibus fuit gratis, quia bipsit in charitatis:  
 Postea pauper [armer mann, criminis reus] factus est ad patibulum tractus.  
 Hoc facit mihi valde ve, quia nullum dedit mihi vale,  
 Nec mihi hoc dixit, sua mater, quando [ipse add. Z.] morixit.  
 Qui transis apud, memento flectere caput,  
 Dicentes humiliter tria lignea Pater noster.“ De generibus ebriosorum  
 ed. 1506. 4<sup>o</sup>. p. 3j<sup>b</sup>. (ex ed. Zarnck. p. 128. sq.)

32 eos] genus pro specie, multos pro uno.

‘practicare est scire manualiter, ein kunst selbs uben’. Gemma g. H. l. est  
 scholas sive lectiones habere.

## Pag. 23.

2 causa &c.] quam solebant Obscuri causam fidei appellare (‘causa vestra quæ  
 vocatur causa fidei’ p. 229<sup>77</sup>.), qua ipse appellatione Reuchlinum damnandum  
 esse satis probasse sibi videbantur. Cf. Pepericorni Defens. p. 168<sup>19. 21</sup>. (. . non  
 esse causam fidei, sed invidiæ . .)

3 bene] quidem, wol, zcar.

‘murmur, murmulinge, murmurare, murmelen, murmuratio, ein murmeling.  
 Inde murmurator’. Gemma g.

4 carminib.] Scilicet pessimus poeta sæcularis est Reuchlinus.

5 manere præ] bestehen vor, excellere.

## EPISTOLA 15. GVILHELMVS SCHERSCLEIFFERIVS ORTVINO.

10 Non male hoc ‘dictamen’ Scherschleiferi esse fingitur, cum partes eius cir-  
 cumvolutæ semper in se redeant tamquam rotæ ferris acuendis adparatæ cir-  
 cumactionibus. Francfurdia, ubi hæc epistola scripta dicitur, Mœnana, non  
 ‘apud Oderam’ esse videtur.

14 estis iniin. m.] irascere mihi.

15 amplius] posthac.

18 eritis . . . rescribere] pro futuro, rescribetis, respondebitis.

præcordialiter] ex intimo animo, von ganzem Herzen. ‘præ’ præpos. aug.: valde  
 cordialiter 7<sup>36</sup>.

21 ita quod possum] ut possim.

24 quid facit tamen] was macht doch? cur tandem?

27 am. princip.] Hauptfreund, quocum plurimam conversationem habui.

29 circumd. c. sua arte] defensionibus suis causam vestram præpedire.

34 in scand. ven.] in odium venire, offensionem se exponere.

35 propositiones irrev.] Schmäh-Sätze.

37 tentabunt] conabuntur, sibi sument.

## Pag. 24.

1 in via &c.] i. e. in via antiquorum: Thomas (Aquinas. cf. Ind. biogr. h. art.), Al-  
 bertus M. (cf. h. art.) et Duns Scotus (cf. h. art.), realiste quidem omnes erant,  
 sed de universalibus inter se differebant. (cf. 247<sup>2. 244</sup>.) In theologia quo-  
 que doctor angelicus s. sanctus x. f., Dominicanorum coryphæus (Thomas)  
 et magister eius Albertus M., doctor magnus, et magis etiam doctor sub-  
 tilis (Scotus), Franciscanorum præcipuus dux, diversas sectas genuerunt,  
 Thomistas, Albertistas, Scotistas. Cf. e. gr. Gieseler Kirchengesch. II. 2. § 74.  
 75. Prantl Gesch. der Logik III. p. 108. sqq. 91. sqq. 203. sqq.

2 manere in fac. sua] i. e. ne quis aliud et de alio scribat aut doceat, quam quod

Pag. 24.

Pag. 22. v. 32 . . . Pag. 24. v. 22.

ad doctrinam ei ordini, cui studiosus adscriptus fuit, legibus academicis commissam pertinet. Huic legi adhuc omnes Obscuri præcipue non theologos obedire ac parere, non intra ingenii fines, sed intra terminos ex alieno arbitrio positos cohiberi litteratos homines volunt.

- 3 non *mittere falc. in mess. al.*] Huius proverbii formam, ex Apocal. XIV. 16. sumptam ('misit angelus falcem suam acutam in terram'), neque in veteribus classicis scriptis, neque in adagiorum collectionibus memini me legere. Eadem usus est Crotus in ep. d. 26. Ian. a. 1514. scripta: vid. Hutt. Opp. I. p. 30<sup>4</sup>. (quæ epistola argumento esse potest Crotum etiam hanc Scherschleiferianam scripsisse) et imitatus est Lappus, infra p. 241<sup>11</sup>. Consimilia proverbialia plura sunt, proximum illud Plantinum (Epid. 11. 2, 80.): 'Mihi istic nec seritur, nec metitur', ne dicam de aliis, ut Sæpta transilire, Ne moveto lineam, *μη κίνηει γραμμήν*. etc.

sutor &c.] Adluditur ad notissimum illud 'Ne sutor ultra crepidam'. Similia sunt Fabri fabrilis tractant, Faber ultra malleum loquitur, Earum rerum unumquemque iudicem esse idoneum, quarum sit eruditus. cf. Erasm. Adag. mdcxvi.

- 5 *stamulta*] 'Stamultum calceamenti species videtur'. Ducang. Equidem interpretor *Schlappen*, *Pantoffeln*: ex eiusmodi calceis sive soleis facile pedes exuimus, ut non solum ubicunque voluerimus eos collochemus, stare faciamus, sed etiam sine nostra voluntate facile ipsi pedes relinquant. Pantofoli: 61<sup>4</sup>.  
6. sqq. *velit &c.*] Locus non ipse biblicus, sed totus ex biblicis verbis conpositus præter unum.

- 8 *servitoribus*] 'Servitor, ein diener'. Gemma g. Cf. Ducange h. v.

- 9 *quomodo statis*] i. e. quenam nunc sit causæ vestræ contra Reuchl. condicio.

- 10 *angustiam*] 'Angustia. i. anxietas vel dolor, angst'. Gemma g. Cf. Ducange vocc. Angustiari et sqq.

- 11 *Val. i. Chr.*] Cf. ad 8<sup>a</sup>.

## EPISTOLA 16. MATTHÆVS MELLILAMBIVS ORTVINO.

- 13 Mellilambii (*Honiglecker*) nomen huic Moguntinensi scriptori nescio an auctor ex fabula *Reineke Fuchs* invenerit, ut quasi ursinum eius morem scribendi portendat, ideoque etiam Matthæi (*Matz*) prænomen ei dederit, aut mellilambii (nam sic Latine scribendum erat) vocabulum ei ex præcedenti ep. 'mel comedere' (23<sup>26</sup>) in mentem venerit, aut sine certa ratione licentius finxerit.

- 16 *fui amicus*] steti a partibus tuis, sectæ tuæ addictus fui.

*procur. v. bonum*] quæsivi tuam utilitatem.

- 17 *in v. adversitatibus*] in rebus adversis.

*cavizare*] non ut 7<sup>20</sup>, sed cautum facere, nuntiare quæ scire debes, ut tibi cavere possis.

18. sqq. *in v. . . Tullius*] Illud Pauli ad Rom. XII. 15. 'Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus', ac si Cicero in Lælio de amicis scripsisset.

- 20 *quamv. e. gent. et poeta*] Ita non quod sed a quo dictum esset, æstimabant Obscuri.

- 21 'vituperium, *lasterung*, *scheltwort*'. Gemma g.

- 22 præsupponere, *vorsagen* vel *vorausnemen*'. Variloq. ap. Diefenb. Glossar. Ceterum hoc verbum non nisi in Coloniensium scriptis et in his epistolis me legere memini. plerumque, ut h. l., est = proferre, dicere, narrare aliquid, præcipue falsum calumniosumve aut certe quod ex quacunque causa non edi-

## Pag. 24.

- cendum erat; rarius, ut p. 190<sup>51</sup>, 239<sup>57</sup>, est pro simplici sumere s. praesumere, *voraussetzen*, *annehmen*.
- 23 *extoll. se in sup.*] „... loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia.“ Psalm. XXX. 19. et „... ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.“ Timoth. I. III. 6.
- 24 *spur . . . meretr.*] Cf. infra II. epist. 62. et Ind. biogr. art. Gratius.
- 25 *vel qual. . . qualif.*] sive quo alio nomine appellandus sis, *oder was Euch sonst für ein Titel zukommen möge*. ‘baccalaurie’, sive nondum baccalaurius sive iam doctor sis aut magister. similiter hodie ‘salvo titulo’.
- 26 *estis adh. iuv.*] tu viridioris ætatis es, quam cui conveniat vituperare.
- 27 *evang.] Matth. X. 24.* Luc. VI. 40.
- 28 *mag. 8 vel 10 ann.] cf. 4<sup>4</sup>.*
- 29 *Sufficiens]* cf. ad 31<sup>14</sup>. Inferioris gradus homini non licet altioris gradus virum vituperare.
- 31 *etiamsi . . . sup.]* quantumvis superbias.
- 32 *deb. . . verec.]* decet te modestum esse.
- 34 *lansm. suus]* eius. cf. 4<sup>3</sup>.
- dic. pro vero]* ut ‘d. in veritate’, non proprie ‘d. verum esse’ sed ‘revera mihi rettulit’.
- 35 *ego]* non Mellilambius, sed iste malitiosus Ortvinus inquitur.
- 36 *adhuc non]* nondum, *noch nicht*.
- quare . . . de me]* quo iure, quæso, tu vituperas me, virum tibi plane incognitum?
- Pag. 25.
- 2 *pharis.]* ap. Luc. XVIII. 11. sq. Cf. ad 41<sup>17</sup>.
- 4 *psalm.] CXV. 11.*
- 6 *quantum . . . matre]* mihi exprobari non potest, ut (24<sup>11</sup>) Ortvinus, me filium esse meretricis et presbyteri.
- 7 *Ortvinus est spur.]* Vide infra p. 281<sup>25. 399</sup>. et tot. epist. II. 62.
- 8 *in at.]* semper, nulla tuorum verborum habita ratione.
11. sq. *habui . . . creditis]* impudentia hominis vix credas quantum mihi doluerit.
- 13 *non vidi]* Egregium sane argumentum!
- 14 *quomodo est]* quid verum sit. sed scit verum esse non verum esse quod ille dixit: nam vult..
- seminare Ortvinus laudem hic]* i. e. apud omnes Moguntinenses data occasione negare Ortvinum spurium esse. ut nos ‘*euer Lob hier ausstreuen*’.
- 15 *sibi]* ei.
- 16...19. *legitimus etc.]* cf. cap. 13. X. qui filii sint legitimi 4, 17.
- 19 *et econtra]* Nimium pontificis potestatem se extendere Mellilambius per ardorem defensionis suæ non animadvertit.
- 20 *scr. est]* Matth. VII. 2. „In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.“ Marc. IV. 24. Luc. VI. 38. — Mensurare fossam. Veget. r. mil. I. 25.
- 22 *dicitur]* Matth. VII. 1. Luc. VI. 37.
- 25 *frascaria, a frasca, Pösen, Gall. frasca. p. 55<sup>10</sup>* „frasca et phantasia“. Diez Etym. WB. II. a. „Frasca, *belaubter ast, grüner zweig* . . . ital. frasca; plur. frasche *bedeutet auch* possen, *daher franz. faire des frasques*.“
- 26 *contumax]* obstinatus, pertinax. ‘Contumax, *verschmahender, verschmeher, widerspennig*, i. superbus vel iniuriosus vel contemptor iudicii.“ Gemma g. si papa &c.] Aperte valde speculativus est hic Ortvinus inimicus, sed parum in fide illuminatus.



Pag. 25.

Pag. 24. v. 23 ... Pag. 26. v. 17.

31 *dato*] si concedamus, etiam si ponamus, te spurium esse.31 *facere irregularem*] Nam 'infamibus portæ non pateant dignitatum' Cap. 87. in VI<sup>o</sup>. de R. I. 5, 13.; infamis autem fit qui iniuriæ damnatus est: L. 1. D. de his qui not. inf. 3, 2. et „omnes infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant: can. 2. Causa VI. qu. 1. et ibid. cann. 1. 7. et can. 5. Dist. LI.35 *accipere*] eripere, nobis comparare.36 *beneficia*] *Kirchenämter*.37 *non hab. pro malo*] da veniam, *nehmen Sie's nicht übel*.38 *puto optime*] benevolentissimo erga te animo affectus sum, *ich mein' es ganz gut*.39 *custodiat . . vias*] Rarius in sacris bibliis custodire est pro tueri, securum facere, sæpius pro sequi, non aberrare a.

Pag. 26.

## EPISTOLA 17. IOANNES HIPPO ORTVINO.

2 Lipsiæ hanc Hippici epistolam scriptam fingi tum totum eius argumentum, tum præcipue narratio de Aesticampiani expulsiōe docet. — *Hipp, Hepp, Hepe, Hepe*, falcastrum, falx, ut *Freund Hein mit seiner Hippe*. — Ioannes Hoppe Rostochiensis theol. professor, hæreticæ pravitatis inquisitor, ordinis prædicatorii vicarius, fere simile nomen habet. cf. de eo Krabbe Univ. Rostock. 1854. p. 321. 325.6 *Psalm. XXXI.*] 11.*ne hab. mol. dicentes*] noli moleste ferens dicas. mirum 'ne' recte h. l. positum esse; obscurice 'quod non'. Communi Obscurorum usui magis quoque conveniret 'dicens', ut paulo ante 'estis spurius' et similia passim.*Quid . . alleg.*] i. e. quid sibi vult scriptor prolato hoc psalmi loco?8 *cum br. verb.*] breviter.9 *Esticamp.*] Cf. Ind. biogr. p. 293. sqq. art. Aesticampianus.10 annihilare, contemnere, adspernere. cf. 12<sup>11</sup>.12 *processio*] cf. ad 21<sup>36</sup>.13 *legit Plinium*] In Förstemanni Alb. Wittenb. p. 69. sub Balthassaris Fabricii Phacchi (*Fach, von Vacha*) rectoratu primus inscriptus est „Iohannes Rhagius Esticampianus Rhetor et Poeta Laureatus sacrarum literarum Doctor Primusque Plynianæ erudicionis publicus et ordinarius Professor Dioc. Misnen. 20. Oct. [a. 1517.]

14 septem artes liberales: Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Astronomia, Musica. Hoc ordine de disciplinis cyclicis, ut ipse eas appellavit, Martianus Capella libris III...IX. egit.

15 „peccata mortalia sunt septem, quæ hoc versu indicantur

Luxus, gustus, avet, tristis, furit, invidet, ambit:

Luxus, id est peccatum luxuriæ; Gustus, i. e. peccatum gulæ; Avet, i. e. peccatum avaritiæ; Tristis, i. e. peccatum tristitiæ seu accidiæ; Furit, i. e. peccatum iræ; Invidet, i. e. peccatum invidiæ; Ambit, i. e. peccatum superbiæ.“ Vocabular. breviloq. voc. Peccatum. Cf. ad 5<sup>34</sup>.*bonum fund.*] recta studiorum methodo non sunt usi.16 *poetiam*] humaniores litteras, secundum novos poetas, i. e. humanistas. cf. 7<sup>12. 13.</sup>*Petr. Hisp. et p. l.*] cf. Ind. biogr. p. 393. art. Hispanus.17 *domicellus*] *Junker, Jungherr*, in his epp. modo nobilem, præcipue iuvenem,

Pag. 26.

modo (ut h. l.) studiosum, præcipue nobilem divitemve, qui in bursa habitationem victumque habet (*der in einer Burse in Kost und Logis ist*), qui non 'stat in civitate et comedit extra collegium' (ut p. 276<sup>2a</sup>), significat.

*nihil est c.]* nihili, nugatores sunt.

- 18 *Schotist. et Thomist.]* cf. 24<sup>1</sup>. Wimpeling. de integritate c. 30. „... Neque discordiam et simultatem quorundam fratricellorum sequaris, quæ apud Parisius . . . sepe visa et audita est. Nam cordigeri, quorum maxima copia in uno conventu sunt, præter Scotum nihil admittunt; rursus Iacobini, qui apud nos prædicatores dicuntur, solius Thomæ dicta venerantur et sive propriæ religionis amore, sive alia causa etiam usque ad manuum iniectionem sibi inter disputandum contradicunt.“

- 19 *suum tempus]* bonam occasionem, opportunitatem.

*vind. se]* De hac pia (cum adiutorio dei) sumpta vindicatione cf. cit. art. Aesticampianus. Adiutorium, sed non 'cum adiutorio' biblicum est.

- 21 *mag. . . baccal.]* Eundem ordinem ut legitimum etiam in generalibus mandatis rectorum Lipsiensium observatum videmus (e. gr. in libello formulari a. 1495. scripto), quibus dominus Rector mandat „omnibus et singulis Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalariis et studentibus universitatis“ etc.

*suam fac.]* i. e. artium, quam hodie philosophicam facultatem appellamus.

- 22 *verecundia]* indignatio, dolor ob indignos sui sodalis mores.

- 24 *mira]* 'mirus, *wundersam*'. Gemma g. H. l. potius *seltsam, auffallend, anstößig*. Cf. 'mirabile' p. 219<sup>1</sup>.

*dimittimus]* absolvimus, inpunitum relinquimus, *loslassen, freilaßen*.

- 25 *moderni . . . antiqui]* cf. ad 15<sup>9</sup>. H. l. non opponuntur nominalistæ realistis.

- 26 *vilific.]* 'Vilefacere, *schenden und unwert machen*. Vilificare pro eodem. Inde Vilificatus. i. vilefactus'. Gemma g.

- 27 *Delitzsch]* cf. Ind. biogr. p. 365. h. art.

- 29 *quinta rota in curru]* His verbis ad significandum aliquid plane superfluum et inutile vel quod impedimento sit, veteres quod sciam non utebantur.

*supposita]* cf. ad 22<sup>15</sup>.

*qualificari]* ad gradus adsumendos præparari.

- 31 *summa summarum]* Veteres: 'in summa, in omni summa'. Proprie mercatoria illa formula significat omnium singularum positionum (*Poste, Pöste*) summam, *die Totalsumme*. Cf. hodiernum 'in fine finali'.

*concluser.]* decreverunt.

*relegare vel exclud.]* Illa poena gravior quam hæc. graviorem subiit Aesticampianus. p. 27<sup>15</sup>.

- 32 *etiamsi . . . inim.]* vel si perpetuam eius inimicitiam sibi conscirent; spreto periculo perpetuæ eius inimicitiae.

- 33 *monuer . . . eccles.]* monitum s. citationem valvis ecclesiæ adfixerunt.

- 34 *iuristam]* Quis hic Rhagii advocatus fuerit nescio.

- 35 *alios soc.]* Inter quos procul dubio etiam Buschius. cf. Ind. biogr. art. Aesticampianus.

- 36 *periuri]* Scilicet quilibet graduandus iurabat bonam erga universitatem voluntatem, et præcipue assumendus ad concilium facultatis corporaliter hoc iuramentum decano præstabat: „Ego N. iuro vobis decano et vestris successoribus reverentiam et obedientiam in licitis et honestis, et servare statuta et statuenda pro posse ac nosse procurareque bonum facultatis“ etc. Cf. Statuta fac. artium ap. Zarnckium *Die Statutenbücher der Un. Lpz.* 1861. p. 440. § 3.

Pag. 26.

Pag. 26. v. 18 . . . Pag. 27. v. 35.

37 *fortes in bello*] ut ep. ad Hebr. XI. 34. Acriter odii sui causam contra Aesticampianum gesserunt.

Pag. 27.

1 *propter iustitiam*] i. e. ex ea causa, quod non iustum esset Aesticampianum relegare, *sie wollten keinen um der Justiz willen (was auch die Justiz verlangen möge) schonen*, non *sie wollten keinen wider die Gerechtigkeit schonen*.

4 *princeps*] dux Georgius. Cf. ad 21<sup>30</sup>.

5 *dixerunt ad*] ut saepe in his epp. Dicere ad aliquem (*zu einem sagen*) apud veteres Latinos vix legetur; legitur autem apud græcissantem Modestinum L. 4. § 6. Dig. de grad. et adfin. 38, 10. In Romanicis linguis receptum est.

6 *ligatura*] *der Einband*. Similiter prologus Statutor. facult. iurid. Lips. (ap. Zarncke *Statutenbücher* p. 578.): „Quoniam . . . non est facile permanere communitatem statutis seu consuetudinibus non compositam: constitutiones enim et statuta dant formam negociis . . . et ubi cessat ordinationis regula, quæ solet fieri per statuta, ibi impossibile est confusionem posse vitari: quid enim non tenebrosum, quid non incompositum, quid non haberetur absurdum, si non constitutis disciplinæ legibus omnia regerentur? . . .“

7 *caderent hincinde*] soluta circumvolarent, dispergerentur.

8 *fieri conf. chaos*] Sumptum ex quodlibeto De fide concubinar. (ed. Z. p. 95.), ubi canonicus Grunbach uni ex concubinis suis dicit fieri confusum chaos, si ipsa matris Grunbach nomine appellaretur: „aut enim tu pro matre aut mater pro concubina mea apud ignaros posset diiudicari.“

10 *pater suus*] eius. Is fuit Albertus, mort. a. 1500.

15 *fec. m. verba*] conquesti sunt.

17 *obul.*] ‘Obolus, *ein helbling oder ein heller*, parvus denarius’. Gemma g. Diefenb. Glos. „Obulus, rarius obolus, obulus, *scherpff, scherff, scharff eyn halff penninck, helbling, heller, haller. firteyl eyns hellers. fünfferling. haschurt*“; Colon. olim *blaffert*.

22 *in arte hum.*] humaniores q. v. litteras, quas antea Aesticampianus docuerat. *Rotburgensis*] cf. Ind. biogr. p. 460. h. art.

23 *bene . . . sicut est*] *wohl dreimal so groß als*, certe duabus partibus maiorem quam Vergili opera.

30 ‘metrista, ut metricanus . . .’ Ducang. In his epp. alias non legitur. Artem metricandi etiam theologi didicisse debebant, ut docent versus quos Brevil. vocabular. art. Metrum repetiit, hi:

Ambulat in tenebris errando clericus omnis,

Qui sine metrorum lege legenda legit.

*domini de consilio*] immo de concilio: vult enim magistros ad concilium convocatos.

33 Terentius sine dubio fuerat inter alios poetas quos præter Plinium Aesticampianus legerat. cf. 26<sup>13</sup>.

*hab. . . in se*] Hoc habet egregiissimam latinitatem in se.

34 *fiet Buschio*] Factum esse satis constat. cf. artt. Busch. et Aesticamp. Hic ipse in Oratione dicta in studio Lipsiensi, a. 1511. habita, Lipsienses sic appellat: „Quem enim poetarum eloquentium non sunt persecuti patres vestri, et quem vos ludibrio non habuistis, qui ad vos expoliendos quasi cælitus sunt demissi? Nam, ut e multis paucos referam, Conradum Celtin pæne hostiliter expulistis, Herm. Buschium diu ac multum vexatum eieistis. Ioannem quoque Aesticampianum variis machinis oppugnatum tandem evertitis.“ Boehme de litteratura Lips. 1779. p. 30. not. 14.

35 *librum c. Reuchl.*] Prenotamenta, ineunte a. 1514. edita. cf. Ind. scr. n. XIII.

Pag. 27.

36 *scrips.* . . . *mittere*] in litteris tuis iurasti te mihi missurum esse.

37 *deus &c.*] biblica verba male intellecta, unde et inutile 'et', quod sæpe ante 'diligere' in vulgata legitur.

39 *desid.* . . . *vobisc.*] Luc. XXII. 15.

Pag. 28.

2 *de me si sum dign.*] in meam laudem. o miram modestiam!

3 *omnia*] ut p. 71<sup>33</sup>. et aliis locis. cf. Ind. verb. v. per omn. sæc.

#### EPISTOLA 18. PETRVS NEGELINVS ORTVINO.

5 *Negelinus*] Cf. Ind. biogr. h. art. Hæc epistola præ aliis 'bene latinisata' est.

8 *Quamvis*] respondet v. 13. 'Attamen'.

*timeo . . . audax*] Iisdem verbis his diebus quidam mendicans poetaster me adiit: „*Obgleich ich sehr bange bin so kühn zu sein, Ihnen dieses Büchlein vorzulegen, so &c.* Negelinus non stipis colligendæ causa, sed tamen ut ab Ortvinio 'promoveatur in arte poetria et in omnibus', neque solum ut gratum se amantemque erga præceptorem quondam suum se præbeat, poema per se compositum et rigmizatum mittit.

10 *dictaminorum*] est genetivus poeticalis.

*Hieremias*] I. 6. Sic 'incipit Breviloquus Vocabularius' Reuchlini.

13 *poetria*] A novo adiectivo: poetrius, a, um.

19 *I. Regum*] xv. 22. „Melior est enim obedientia quam victimæ“.

21 *componista*] qui modos musicos componit. Nescio an illud nomen, quo hodie vulgo utimur, quodque minus displicet quam adparatum vocabulum *Tonsetzer*, ante Negelinum non legatur. Gallice *compositeur*.

22 *comp.* . . . *illud*] *hat mir 4 Stimmen dazu gesetzt.*

23 *rigmizare*] *reimen*. 'Rigmatice, metrice'. Ducange. Rigmizare (s. rhythmizare, *ῥυθμιζειν*) a metrificare recte distinguere videtur Negelinus, illud de sonis, hoc de pedibus et scansione versuum accipiens.

24 *partes al.*] i. e. Alexandri doctrinale, quod quattuor partes habet, itemque rigmizatum et metrificatum est. cf. Ind. biogr. art. Alexander.

28 *incipit*] Dat autem non solum carminis principium sed totum carmen. Res inde explicanda, quod plerumque fere omnia scripta librique non propriis, ut apud nos, inscriptionibus sive titulis, sed initialibus tantum verbis significare solebant. cf. 66<sup>3</sup>.

30. sqq. *quia tibi . . . cælis*] Hi versus, ex Matth. XVI. 18. 19., ad exemplum eorum fortasse compositi sunt, quos in Aurora Petri de Riga (cf. Ind. biogr. p. 458. h. art.) legerat personatus Negelinus.

Pag. 29.

3 *Hebraice*] Ioannes Capnion Hebraicum nomen esse dicitur, ut indicetur Reuchlinum ideo quoque Obscuris invisum esse quod Hebraicæ linguæ studeret, quam pariter ac Græcam Colonienses quoque ignorabant, minus autem quam Græcam scire simulabant. Etiam in vocabulariis medio ævo scriptis Græca doctrina multo sæpius simulatur, quam Hebraicæ ignorantia dissimulatur.

4 *sententiam*] supra ad ep. 12. repetitam. Cf. Conspectus chronol. d. 29. Mart. a. 1514.

6. sqq. *Hochstratus &c.*] Cf. p. 19<sup>22</sup>. sqq.

8 *sufficientiam in pec. et in al.*] pecuniis et aliis subsidiis victoriæ emendæ necessariis abundat.

12. sqq. *Valentinum &c.*] Colonienses magistros in superioribus omnes sæpius memoratos, de quibus cf. II. et Indicis biogr. artice. citt.

## EPISTOLA 19. STEPHANVS CALVASTRIVS ORTVINO.

Hæc epistola in Appendice Novarum O. V. epistolarum, quæ inde ab a. 1556. 'Volumen alterum' appellari solent, sed non sine duabus immutationibus (cf. p. 284. not. 11.) repetita est. Cf. Ind. editt. p. 8. n<sup>o</sup>. 5. Quod Hermanno Buschio hanc epistolam adscribendam censeam, præter alias causas præcipue eam habeo, quod ita, qui factum sit, ut ea sola et in edd. 1...3. et paullum immutata in ed. 5. reciperetur, facile explicetur: quæ repetitio, si hæc quoque epistola Crotica esset, explicatu difficilis foret. Scripta fingitur Monasterii in Westphalia. Buschii, cum scriberetur epistola (a. 1514. s. 1515.), Colonie habitantis semper anceps cum Ortvino amicitia non solum frigerat, sed in apertam similitudinem eruperat, ut facile pugna eques ad vani Ortvini, veri poetæ gloriam sibi arrogantis ostentationem perstringendam commoveri potuerit. quod ita fecisse mihi videtur, ut fere morsus Rostochiensis Heuerlingo olim infixos in Gratium primoribus dentibus renovaret. præterea totus huius epistolæ color Buschium, qui præ aliis Colonienses intus et in cute pernoverat, auctorem prodere videtur, ne de perpetua, et ab æqualibus et a posterioribus scriptoribus sæpissime repetita sententia dicam, quæ non nullas harum epistolarum partes Buschio adiudicat.

- 19 Calvastrum fuisse magnum Iulium pueri norunt, sed non appellabatur Iulius Calvaster, quod verum cuiusdam impudici tribuni militum sub Domitiano nomen fuit. In quemnam tonsuratum magistrum Monasteriensem hæc epistolæ inscriptio iocetur non divino. Fortasse autem 'Stephanus' dicitur, quoniam detonsus vertex (*die Glatze*) etiam *Krönchen*, *Kränzchen* dicitur. Cf. infra p. 216<sup>31</sup>.
- 22 *maioritas*] h. l. pro 'excellentia, præstantia', ut 'dominatio, magistralitas' aliaque eius modi barbara nomina honoris causa dicta. In iure canonico maioritas est honor, condicio superioris clerici, cui inferior obedientiam debet. cf. tit. X. de maioritate et obedientia 1, 33.
- 23 *certa carmina*] i. e. non nulla, quædam carmina, procul dubio ea, quæ paucis annis post Ortvinus ad calcem Lamentationum O. V. repetiit (cf. p. 410. sqq. ed. m.), quorumque primum epodium est „in epistolis O. V. Reuchlinistarum nequiter immutatum“, ut ipse Ortvinus inscripsit cit. p. 410. Quantum pupugerit Ortvinum hæc carminum suorum derisio, non potuit non prodere cum in apologetica sua epistola (ed. n. p. 400<sup>26. 299.</sup>) exclamaret: „Væ vobis falsariis, qui nostra epitaphia et laudabilem aliorum doctrinam pervertentes illorum loco rythmos ponitis impurissimos...“.
- 24 *intimastis*] cf. ad 13<sup>11</sup>.  
*unus poeta*] ipse Hermannus Buschius, opinor.
- 26 *si mag. Ortv. etc.*] Ortvinum Obscuri carminum dictaminumque componendorum artificem omni exceptione maiorem uno ore agnoscunt multis locis.
- 27 *impign. tunic. m.] meinen Rock verwetten, zu Pfand setzen, versetzen.* 'Impignorare, oppignerare, pro pignore tradere'. Ducange.
- 30 'fingere carmina' fictum est ut fingere vocabula 4<sup>36</sup>.
- 32 *Sotphi etc.*] Zutphaniensis. cf. Ind. biogr. art. Sotphi, ubi etiam de glosa notabili in priores duas Alexandri partes dictum est.
- Kneck*] Kuijk, Cucana. cf. Ind. biogr. art. Bursæ Colonienses.
- 33 *est initiatum*] h. e. initium habet, incipit. 'Initiare, incipere...' Ducange.  
Non solum barbarum est 'est initiatum', sed ridiculum etiam, quod totum

## Pag. 29.

carmen, non tantum eius initium subiungitur. Similiter illud: 'prima nominis littera est' et additur omnibus suis litteris totum nomen. Ortvinus de huius modi suorum carminum travestiis (veniam verbo peto) lamentantem lege ad 271<sup>13</sup>.

34 *obiit*] scilicet 'iacet, quiescit'. Coloniae obiit Gerardus Sotphi.

*sollenn. suppositum*] 'doctor in hac quondam maximus urbe fophos' cecinerat Daventriensis poeta.

35 *Per sp. s. etc.*] 'Theologos inter lumen honorque fuit'. Ortvin.

## Pag. 30.

1 *rexit*] regens fuit.

2 *die copulat*] Copulata Petri Hispani. cf. ad 17<sup>25</sup> et vide ad 199<sup>23</sup>.

*Do ... zu stuck*, sive *von kot zu dreck*] ex una propositione alteram, sive ex caeno lutum fecit, id est pro unis nugis alteras dedit.

3 *O ... vivere*] 'Occidit ante diem fati crudelibus ausis Doctor'. Ortvinus.

4 *Et plus*] Ad duas enim Alexandri partes, non ad omnes iv Glosa notabilis prodiit. cf. ad 29<sup>22</sup> et sq. v. s.

5 *adiuv. ... univ.*] profuisset huic universitati, gloriam eius et utilitatem auxisset.

9 *Universitas etc.*] 'Urbis Agrippinae casum lamentaque noscat Orbis etc.' Ortvin.

10 *lucern. v. candel.*] Cf. p. 283<sup>15</sup>.

14. sq. *Nemo ... bufones*] 'Huic simul ingenium fervens, sublime, profundum etc.' Ortvinus.

15 *grammaticam*,] dele comma (,) Nam id vituperatur, quod illi bufones non per logicam, quae tamen est scientiarum scientia, grammaticam doceant, ut fecerat cum Alexandro et aliis bonis latinistis etiam Zutphaniensis.

16 *logica*] Cf. ad 16<sup>34</sup>.

19 *opinari*] credere.

20 *concremari*] ut Reuchlini librum Coloniae d. 10. Febr. a. 1514. combusserunt.

21. 22 *Qui ... tractavit*] Cf. Conspect. chronol. ad a. 1511. i. f. usque ad a. 1515.

23...25 *Sed tu ... semper*.] 'Non tamen hinc abeat quisquam, quin poplite flexo Pro doctore pias fundat ad astra preces'. Ortvinus.

26. sqq. *Et ... infernos*] Haec pia precatio, cui Ortviniani carminis nihil respondet, in edit. 5. mutata est posito 'mittite' (cf. p. 284. not. ad v. 11.) et omissio loco 'Mihi ... duellum' verba 'Et valete ... Westphalia'. quasi ultimus carminis versus essent, expressa sunt.

27. sqq. *non scio etc.*] fere ut Negelinus paulo ante, p. 28<sup>20</sup>. sqq.

## Pag. 31. EPISTOLA 20. IOANNES LVCIBVLARIVS ORTVINO.

2 Fortasse sub Ioannis Lucibularii nomine latet Bernhardus Lutzenburgensis in Sententia Erphordensium laudatus apud Pepericorum in Defens. p. 136<sup>14</sup>. ed. m. 'Suollae' scribit Listrius ad Reuchlinum. cf. Conspect. chronol. ad a. 1514. i. f. supra p. 135. Sed noster scribit „ex Suollis“ (*Zuoll*), provinciae transalanae oppido capitali, tunc gymnasio suo celebri.

4 *quas ... num.*] innumerabiles 203<sup>4</sup>. innumerabilem 11<sup>20</sup>.

*secundum quod*] respondet v. 8. sic nunc. Germanice *Demnach Ihr mir früher versprochen habt. — so bitt' ich Euch nun.*

5 *vell. ... adiutorium*] *daß Ihr mir zu Hilfe sein wolltet*, te meis rebus consulturum esse.

*q. hab. necess.*] *wann immer ich es nötig hätte*, ubi opus foret.

6 *promov. prae al.*] mihi prae aliis favere, te fauturum esse.

Pag. 31.

Pag. 29. v. 34 . . . Pag. 31. v. 30.

7 *audacter*] libere, ingenue.*suppetiare*] suppetiari, suppetias s. auxilium ferre sive, ut paulo post, subvenire.8 *me derel. in angustiis m.*] *mich in meinen Nöten verlassen*; biblice derelinquere, = deserere, et angustiae s. angustia = res adversae s. afflictæ, miseria.9 *pro am.*] per amorem.10 *licentiauit*] 'Licentiare, *urlub geben, erlauben*'. Gemma g., '*urlaub, urlub, orlep, orlof geben oder nemen*...' Diefenb. Glossar. h. v. Et hoc vult Lucibularius, dimittere, missum facere, missionem dare, *den Abschied geben*. Aliis locis licentiare est licentiatum facere, ut magistrare magistrum facere et sim. *collaborator*] inferioris ordinis præceptor, ordinariorum præceptorum adiutor, *Lehrergehülfe*.11 *promotoriales*] commendaticias.12 *velit s. dign.*] humillime offerri vult scriptor.*me acceptare*] *nich annehmen*, mihi munus collaboratoris conferre.*n. h. amplius de pec.*] Pulchrius hoc quam illud Deficiente pecu- deficiunt omnia. Gallicismus s. Italicismus est, ut 'satis de pecunia' 194<sup>23</sup>, et 'plus de spatium' (pro longiori tempore, die) ap. Augustin. Flor. ad 47<sup>10</sup>. Cf. Ind. verb. v. de.13 *exposui omn.*] consumpsi, expendi quidquid nummorum habueram.*et etiam*] inter alios sustinendos sumptus etiam libri calceique mihi emendi fuerunt.14 *novistis . . . sufficiens*] scis me satis doctum esse. Sufficiens artis vocabulum fuit ad designandum eum qui se dignum exhibuerat, ut ad altiore aliquem gradum promoveretur. cf. 24<sup>29</sup>.15 *fulistis Dav.*] cf. Ind. biogr. art. Gratius.*secundarius*] secundæ classis discipulus, secundanus.*steti*] studiorum causa degi, moratus sum.16 *compl. p. gr.*] cf. ad 13<sup>6</sup>.*fuissem et. prom.*] *ich wäre auch promoviert worden*, accepissem gradum.17 *festum Michaelis*] archangeli d. 29. Septembris.18 *Exercitium pueror.*] Cf. Ind. biogr. p. 367. h. art.*Opus, minus*] cf. Ind. biogr. art. Alexander de villa dei.19 *Petr. Hisp.*] cf. ibid. art. Hispanus.20 *Parvulus*] cf. ibid. h. art.21 *scio music. chor. et fig.*] 'sum musicus in cantu choralis et figurali' p. 28<sup>22</sup>.21. 22. *cum hoc . . . gamma ut*] et habeo quidem imam vocem, tam gravem, ut ea infra notam 'contra-c' descendat, quam cantare possunt qui bassissimam vocem habent. Gamma *ut* ex ea scala est quam dicunt ut re mi fa sol la si.23 *iactanter*] ex vana ostentatione, ut me gloriose venditem.*parcatis mihi*] veniam dabis, benivole accipe quæ scripsi.24 *Suollis*] cf. supra ad v. 2. et infra ad p. 61<sup>13</sup>.

## EPISTOLA 21. CONRADVS DE ZVICCAVIA ORTVINO.

29 *Sicut enim vero*] sequitur 32<sup>2</sup>: sic etiam nunc. 'enimvero' barbare quidem, sed affecte et affabiliter additum est, quasi 'cum profecto', 'cum, quod mihi pergratum fuit', vel simile quid.*quomodo . . . intine*] quam vehementer eam ames, vehementissime te amare eam. *etiam*] mutuo, contra.30 'sertum est corona floribus inserta [!], *ein krantz oder schappel*'. Gemma g.

## Pag. 31.

30 *faciletas*] 'Faciletum i. q. facitergium . . .' Ducange. — 'Fazzuolo, fazzoletto, auch *altsp.* fazoleto, *schnupftuch*. Das *gleichbed. neusp.* fazaleja konnte wohl aus *facies* (*sp.* faz) *stießen*, daher auch *mlat.* *faciale*, *facilergata*; *it.* fazzuolo aber passt schon in betracht seines unschicklichen suffixes keinesfalls zu *facia* (ebensowenig zu *fascia*) und mag eher in unserm *fetzen* seine quelle haben, auch *it.* *pezzuola* heißt *fetzen* und *schnupftuch*. Das *piemont.* *fassolet* stimmt ebensowenig zu *facia* (*facies*), wohl zu *fassa* (*fascia*), dessen bedeutung aber schon weiter abliegt; das *sic.* *fazzulettu* trennt sich gleichfalls von *facci* (*facies*).' Diez WB. h. v. Addo *fazendli* e. gr. in Hebeli *alamannicis carminibus*, et quod in quibusdam provinciis *fetzen* pronuntiatur *fatzen*.

31 *zonas*] *cingula*. 'Zona, ein *schnuer*'. Gemma g. De his 'parvis mulierum munusculis, quæ tales boni cuculi stolidi magnificant', cf. Hartlieb de fide metretic. ed. Zarncke p. 72.

*non . . . vobis*] mercedem amoris sui non postulat, gratuitum adulterium tibi permittit.

32 *est extra domum*] domi non est, *außer Hauses*, *hors de la maison*.

*acceditis*] *visitas*.

*bene est contenta*] *Luxuriose*: lubenter te admittit.

34 *attollite etc.*] Psalm. xxiii. 7. 9.

## Pag. 32.

1 *posterius*] per posticam portam sive ædium partem.

2 *quom. succ. m. cum*] quemnam ego successum habeam apud —.

3 *venit mirabiliter*] *es ist wunderbar gekommen, zugegangen*, singulari casu factum est ut.

*q. acq. not. c. ea*] *daß ich mir ihre Bekanntschaft erworben habe, mit ihr bekannt geworden bin*, ut inter familiares eius reciperer.

4 *pontifici*] h. l. non papæ, puto, sed episcopo. 'Pontifex, ein *byschoff* oder ein *burgermeister*'. Gemma g.

5 *promovit me*] *recommendatione* sua mihi utilis factus est, ut in consuetudinem eius venirem, eam cognoscerem.

6 *in die, de nocte*] interdium — noctu.

*non sc. al. facere*] *perdite amans a seriis negotiis distinerer, nichts anzufangen wußte*.

8 *stant*] habitant.

10 *in artic. mortis*] Vocabula fori ecclesiastici, hic quidem sumpta ex c. 11. § 1. X. de off. iud. ord. 1, si. c. 8. X. de pœn. et remiss. 5, 38. cf. Clem. 2. de sepult. 3, 7. Melius in cann. 6..9. Ca. xxvi. qu. 6. „de corpore exiens, moriens, qui continuo creditur moriturus, desperatus“. In Summula confessionis Antonii Florentini part. 1. c. 4. septimus casus, quo quis potest alteri confiteri quam proprio sacerdoti sine eius licentia, est, „quando esset in mortis articulo, omnis sacerdos ab ecclesia non præcisus auctoritate fit proprius sacerdos . . .“

11 *s. Dorothea*] Huius sanctæ nomen cur hic positum sit, ex legenda de ea explicandum esse videtur, in qua inter alia legitur „Dorothea . . puella repleta est spiritu sancto, . . formosa valde super omnes puellas regionis illius. Quod invidus serpens inimicus castitatis dyabolus non sustinens Fabricium terræ [Cappadociæ] præfectum in amorem virginis Dorotheæ stimulans, ut ipsam carnali concupiscentia appeteret et r.“. Legenda aurea, ed. Grässe. Dresd. et Lips. 1846. p. 910.



Pag. 32.

Pag. 31. v. 30 . . . Pag. 33. v. 15.

11 *erubescui*] Sed tamen Terentianum illud 'Erubuit, salva res est' in hunc Schwinkonzium non cadit.

13 *perterritus*] confusus, timidus.

*fui rubic.*] erubui. Exspectes Dorotheam plagas minitantem cum Hegione (Plaut. Capt. V. 2, 9.) dicere „At ego faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo“, sed callidius agit captiosa puella.

14 *verecundus*] timidus, modestus. estis (pro es) cum seq. singulari numero Obscurorum legibus grammaticis consentaneum est.

*interr. me rat.*] ex me quæsit quid tam timidum me faceret. ne diceret, se audentiolem me cupere.

17 *nequitiam*] 'Nequicia, *schalckheit oder bößheit oder unkeyscheit*'. Gemma g.

18 *semel*] subito, statim, *aufeinmal*.

19 *Ovid.*] Art. am. I. 607. sq. „Conloqui iam tempus adest: fuge, rustice, longe Hinc, pudor: audentem Forsque Venusque iuvat“.

20 *alias . . . ipsis*] *sonst ist's nichts mit ihnen*, aliter, si non sunt audaces, inertes sunt, non proficiunt.

21 *reverenda*] 'maxime colenda', acerba magistrorum nostrorum irrisio, qui potissimum reverendos sese appellari volebant.

*paratis*] veniam tuam imploro, ut sæpe in his epp. parcere pro veniam dare.

22 *præ filiis h.*] Videtur sumptum esse ex Psalm. XLIV. 3. „Speciosus es præ filiis hominum“, unde 'præ' pro 'ex' et 'filiis' pro 'filiabus'.

*vos estis . . . vobis*] Canticor. IV. 7. „Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te“.

25 *amicaliter*] Amicalis pro amicabile non mediæ tantum latinitatis est.

27 *transvidere*] oculis perforare, *durch mich hindurch blicken*.

28 *habere commendatum*] 'Ut hodieque' *halte mich empfohlen*.

*dixit . . . eam*] negavit se a me amari.

30 *omnia . . . eius*] quodeunque ei placeret, *ihr zu Dienst alles thun*.

31 *Ego . . . ita*] experiar, faciamus periculum.

33 *de sero*] vesperi.

35 *permerdavit*] oblevit cæno, merda.

*maculavi*] inquinavi.

36 *iurare ad s. s.*] rudis iurisiurandi formula (*auf's allerheiligste schwören*), cuius propriam significationem qui ea utuntur, ut fere in his formulis fit, aut ignorant aut non curant.

38 *imaginavi . . . fecisse*] suspicatus sum quisnam veterator fecisset.

39 *retributio*] Biblice.

40 *iam . . . me*] *schon begegnet sie mir freundlicher*, iam faciliorem mihi se præbet.

Pag. 33.

6 i. e. mutuo me ama.

9 *per s. vit.*] dum viveret, *ihr Leben hindurch*.

10 *me regere*] me habere, gerere, *mich benchmen, verhalten*.

11 *grossus*] *grob*. Gemma g.

13 *Vale*] Familiarius hoc pro solito Valet.

## EPISTOLA 22. GERHARDVS SCHIRRVGLIVS ORTVINO.

15 Schirruglii nomen aut ex Germ. *schurigeln*, *schürgeln* (quod frequentativum est aut *schürigen* aut *scheren*), aut ex Ital. *scoreggia*, quod est e corio factum flagellum, corruptum esse videtur.

Pag. 33.

21 *loicum*] Sic iam sæc. xiv. sæpe pronuntiabatur et scribebatur, hodieque in multis Germaniæ partibus littera *g* non auditur.

22 *in C. . . devoti*] Scilicet sanctæ antiquum Coloniae cognomen est.

*in d. . . sermonem*] *Sonntags gehen sie zur Predigt.*

27 *faciunt multa scandala*] Postquam de ingenti reliquiarum publice in ecclesiis adoratarum proventu disseruit H. Stephanus (*Apol. pour Herod. II. 233. sqq. ed. 1735. 8°.*) sic pergit: „*Lequel calcul toutesfois ne s'estend pas iusques aux reliques particulieres que les porteurs des rogatons ou leurs compagnons faisoient trotter par pays avec eux. Car quant à celles-ci, souventesfois elles estoyent desauouees par les gens d'eglise qui estoyent es lieux ou lesdicts porteurs de rogatons passoyent. Lequel desauouement procedoit en partie d'enuie, en partie de crainte que le simple peuple s'aperceuant de l'abus en vne imposture trop grossiere, ne commençast à tenir pareillement pour suspect tout le reste. Car il faut noter que lesdicts galans se moquoyent quelques fois si euidentment et si impudemment des pources idiots, quant aux reliques qu'ils leur faisoient adorer, que si on les eust laissez faire, le mestier en la fin n'eust rien valu ni pour eux ni pour les autres. Ils ne se contentoyent en desployant leur belle marchandise, de dire (ie laisse les choses les plus communes) 'Voilà en ceste phiole du sang de Iesus Christ recueilli sous la croix par la vierge Marie': item, 'Voilà en cest' autre phiole des larmes de Iesus Christ': item, 'Voilà des bandelettes dont la vierge Marie enmaillottoit Iesus Christ en Egypte': item, 'Voilà du laict de la vierge Marie': item, 'Voilà des cheueux de la vierge Marie': ils ne se contentoyent (di-ie) de cela, mais estoyent si effrontez qu'aucuns ont dict, 'En ceste boiste (mais il ne la faut pas ouvrir) y-a du soufle de Iesus Christ, gardé songneusement par sa mere depuis le temps qu'il estoit petit enfant. Et entre ceux qui sont venus à ceste impudence, nous lisons d'un prestre de Gennes, qui retournant de Leuant, se vanta d'auoir apporté de Bethlehem ledict soufle, ou halene: et du mont Sinai auoir apporté les cornes qu'auoit Moyse descendant d'iceluy. Et quand on le vint trouuer pour luy remonstrer qu'il se moquoyt trop euidentment du peuple, de luy vouloir faire a-croire qu'il auoit du soufle de Iesus Christ en la phiole laquelle il monstroït, et que les cornes desquelles aussi il faisoit monstre, fussent celles de Moyse, on n'eut autre response de luy sinon que, si on ne vouloit pas croire qu'il eust du soufle de Iesus Christ et les cornes de Moyse, il ne croiroit pas aussi que le laict qu'on monstroït publiquement et solennellement à Gennes pour le laict de la vierge Marie, fust d'elle. Voici qui suffira (ce me semble) pour donner à congnoistre l'imposture particuliere aussi qui se commettoit au faict desdictes reliques: laquelle nous pouuons bien penser n'auoir eu en son endroit moindre vertu de faire bouillir le pot, que la publique“.*

28 *tunica domini*] cf. ad 17<sup>31</sup>.

29 *crinis b. v.*] „In hac ecclesia [s. Francisci cœnobitica Minoritar. conventus Coloniae] honorifice asservantur reliquiæ . . De capillis B. V. Mariæ . .“ *Sacrarium Agrippinæ . . ab Erhardo a Winheim auct. Colon. Agr. 1736. 8° p. 145. et ibid. p. 357. „De Beatæ Mariæ Virginis Capillis et Lacte, de eius Capitali seu Schäffhaub, de eius sepulcro, de lapide, in quo audituit filium suum concionantem, de lapide, in quo itinerans quieuit, et de loco eius Nativitatis, apud Birgittan. in Sion.“*

30 *tres reges in C.*] „Dies 6. Ian. venerationis corporum trium Magorum in sum-

- Pag. 33. ' mo templo Coloniae. cf. Sacrarium cit. p. 335. Alios tres reges Coloniae vidit Euricius Cordus, qui m. Apr. a. 1521. Camerario scripsit: „... De ineptioribus iam scribo, nimirum de Theologis Coloniensibus.... Nihil hic dignum spectatu vidi, præter tres Reges. sed quos? Comitem Nuenarium, Cæsarium et Sobium. De aliis nihil mihi constat...“ Epistolam totam habes in Hutt. Opp. II. p. 51.
- 31 *ex Vestphalia*] Bonum factum quod Crotus nescivit aliquando tres reges Arnbergæ adservatum iri.
- 31 *gladius et clipeus s. Mich.*] ad Apocalyps. XII. 7. sqq. depicti. quæ h. l. memoratæ reliquiæ inter Colonienses in Sacratio cit. non enumerantur. nescio an Bonnæ non extent, ubi certe hodie supra portam Confluentinam dictam totum sanctum Michaellem deauratum habemus, stanneum puto.
- 34 *ad ignem*] Cf. Triumph. Reuchl. v. 532. sqq. (Hutt. Opp. III. p. 431. sq.) de Hochstrato.
- Pag. 34.
- 2 *combusserunt*] cf. ad 30<sup>mo</sup>.
- 4 *Ecclesiastic.*] VIII. 17.
- 7 *iudicaverunt... Colonienses*] cf. Conspectus chronol. a. 1514. d. 10. Febr. 2. Aug.
- 11 *Theoder. de Ganda*] cf. Ind. biogr. h. art. et Ind. scr. p. 82. n. xvi.
- 13 *Psalm.*] XXV. 5.
- 15 *mater o. stult.*] quam matrem studiorum et omnium universitatum et omnis sapientiæ appellare solebant, neque inmerito, qui inter scholasticam philosophiam et sapientiam nihil interesse opinabantur.
- 16 *Alemania*] sive Almania, ut hodieque apud Italos Gallosque totam Germaniam significat.
- 17 *seminasset... vanitatem*] Sane in scholasticam etiam philosophiam cadit illud Heroum filii noxæ: nam quantum sæculo XVI. mutatae erant universitas Parisiensis eiusque filiae Heidelbergensis, Coloniensis, Lovaniensis, aliæ, ab illa, in qua Abælardus et Petrus Lombardus docebant.
- Thalmut... damnatus*] Consultatio academici Coloniensis d. 9. Nov. a. 1510. ad imperatorem emissa ap. Pepericorn. Defens. p. 94. ed. n. statim initio habet: „Quia manifestum est librum Iudeorum quem Thalmut vocant tantos continere nedum errores et falsitates, verumetiam blasphemias... propter quæ... Gregorius et Innocentius mandaverunt eundem librum comburi...“ Similia leguntur in Moguntinensium consultatione, ed. cit. p. 96.; Hochstratus autem in sua consult. (p. 99. ibid.) ‘se refert ad sententiam dominorum doctorum de... præclarissima universitate Coloniensi’.
- 20 *P. Meyer*] cf. Ind. biogr. h. art. Hunc Petrum Huttenus (Opp. I. p. 165. § 5.) indoctissimum omnium qui Capnioni invident, audacem tamen et insigniter petulantem dicit.
- 25 *Fortalitium fidei*] contra fidei Christianæ hostes, Alphonsi de Spina. cf. Ind. biogr. v. Fortalitium. Quæ h. l. disputant inter se magister Petrus et ille trufator, explicantur hoc loco Defensionis Reuchlinianæ (ed. 1513. p. 1<sup>a</sup>. ed. 1514. p. L 4<sup>b</sup>): Deinde secundaria divisione distincti... thalmud in blasphemias seu hæreses ex una, et fatuitates atque stulticias ex altera partibus Subiungens me non posse talia ostendere in locis propriis, quia thalmudista nunquam fuerim, sed quæ cognoverim ex nostris ea referam, ut legitur in Fortalicio fidei libro tertio consideratione octava et ante, ubi ea quæ iudæi contra nostram fidem dicunt, ipse auctor quisquis fuit nominat cæcitates, falsa mendacia et

## Pag. 34.

crudelitates. ea autem quæ contra legem naturæ ac morum, contra charitatem et legem Mosaicam dicunt aut scribunt, appellat idem fatuitates aut stulticias, nominans eos amentes et insanos, sic faciunt et alii multi de nostris quos ego secutus et alios quoque hebræorum libros imitatus dixi me posse credere multa eorum similia inveniri in thalmud. . . .“

29 *noceret ei*] vim ei adferret.

30 *Proverbiorum XIII.*] immo XIII. 29.

31 *sicut pulvis*] cf. Psalm. XXXIV. 5.

32 *Ecclesiastico*] X. 14.

33 *prochdolor*] *ch* pro *h*, item in hac exclamatione inutili. ‘Proh dolor, *ach* des *schmerzen*, *o we*, sunt due dictiones’. Gemma g.

34 *nequit. in Berna*] Bernense prædicatorum a. 1509. commissum scelus sæpe memorant Huttenus (cf. Opp. I. p. 139. v. 45. sq. p. 166. § 12. p. 237<sup>1</sup>. III. p. 425. v. 315. sqq.) et hæ epistolæ et auctor Hochstr. ovantis (ed. n. § 46. et in f. i. e. Hutt. Opp. VI. p. 477. 487. v. 25.) et alii multi. Cf. Ind. biogr. p. 308...314. art. Bernense scelus.

36 *imposuer . . . imperatorem*] Item sæpe decantatum prædicatorum facinus, quod imperatorem Henricum VII. veneno interemerunt a. 1313. Cf. Hutt. Opp. I. p. 139. v. 41. III. p. 389. v. 996. sqq. p. 425. v. 305. sqq. et imprimis V. p. 377. item infra p. 54<sup>26</sup>. Hochstr. ovant. § 46. cit. Historiam sceleris enarrat libellus a. 1509. editus, e quo excerpta dedimus Ind. biogr. p. 308. sqq. art. Bernense scelus.

## Pag. 35.

1 *facere c. hom.*] tueri personam dignitatemque meam inter eos qui tam perditi sunt, ut prædicatorum ordinem impugnent.

2 *Veniat . . . virentes*] Psalm. LIV. 16.

3 *fili diabol.*] I. Ioann. III. 10.

## EPISTOLA 23. IOANNES VICKELPHIVS ORTVINO.

8 Vickelphius. Potius ex *Wickel* et *Vieh* hoc nomen compositum esse putem, quam ut ad *Vicleffi* nomen adluderetur. ‘*Wickel*, *scherzh. Perücke, Perückenträger*’ Schmeller B. WB. IV. p. 21. Ceterum *Wickel* etiam nominis *Ludovici* corruptio est (Schm. l. c. p. 20.), et *Vieh*, præcipue autem *Viehchen* nominibus parvulorum *ὑποκοριστικῶς* sæpe adici notum est, ut rusticæ blanditiæ sunt ‘*mein liebes Vieh, lieb’ Thierchen*’ et similia. sed Ludovicum inter Daventrienses Ortvinii præceptores nullum invenio.

15 *disciplinatus*] oppos. discolus. ‘Disciplinare i. docere et castigare, *lernen oder straffen*’. Gemma g.

17 *scrut. cord.*] Sapient. I. 6.

19 *habetis Colon. etc.*] Ortvinum cum uxore Pepericorni consuetudinem habere communis fama fuit. cf. ad 20<sup>27</sup>.

20 *hab. actum*] idem quod supra p. 20<sup>27</sup>. supponitis.

22 *pro t. . . theol.*] Cf. infra ad 65<sup>9</sup>. et Ind. biogr. art. Gratius.

24 peiorare, ‘*ärgeren oder böser machen*’. Gemma g. Etiam Icti medicique peioris latinitatis tempore scribentes eo verbo usi sunt.

25 *Ecclesiastic.*] IX. 9.

26 *ardesci.*] per operarum errorem pro ‘ardescit’.

*Ecclesiaste*] immo Ecclesiastico IX. 8.

28 *ibid.*] IX. 5.

29 *maximum*] permagnum. Cf. ad 20<sup>36</sup>.

Pag. 35.

Pag. 34. v. 29 ... Pag. 36. v. 4.

30 *legitima*] Ad distinctionem matrimoniorum quam post Gratianum (in dicto ad can. 17. Can. XXVIII. qu. 1.) doctrina canonum recepit, referendum est, quod Pepericorni, olim Iudæi, uxor 'legitima' tantum vocatur. „Coniugium (ait Gratian. l. c.) aliud est legitimum et non ratum, aliud ratum et non legitimum, aliud legitimum et ratum. Legitimum coniugium est quod legali institutione vel provinciae moribus contrahitur. hoc inter infideles non ratum est .... inter fideles vero ratum ... est ....“

31 *dimittatis eam*] desine adulteria committere cum ea.

Pag. 36.

1 *stim. carn.*] cf. II. Cor. xii. 7.

4 *Hieronym.*] ep. xxii. ad Eustochium §§ 29. sq. (ed. Martian. I. pag. 114. sq.) qui locus non solum apud Colonienses insignis hic est: „... Quid facit cum Psalterio Horatius, cum Evangeliiis Maro, cum Apostolo Cicero? nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem? ... simul bibere non debemus calicem Christi et calicem daemoniorum. Referam tibi meae infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, et quod his difficilior est, consuetudine lautioris cibi, propter cælorum me regna castrassem et Ierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore confeceram, carere omnino non poteram. itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabam; post noctium crebras vigilias ... Plautus sumebatur in manus. siquando in memetipsum reversus prophetas legere cepissem, sermo horrebat incultus, et quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum, et sine ulla requie ... sic infelicia membra depasta est, ut ossibus vix hærerem. interim parantur exequiæ et vitalis animæ calor toto frigescente iam corpore in solo tantum tepente pectusculo palpitabat: cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tantum luminis et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terram sursum aspicere non auderem. interrogatus de conditione Christianum me esse respondi, et ille qui præsidebat 'Mentiris' ait, 'Ciceronianus es, non Christianus: ubi enim thesaurus tuus, ibi et cor tuum'. Ilico obmutui et inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientiae magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans 'In inferno autem quis confitebitur tibi?' clamare tamen cœpi et eiulans dicere 'Miserere mei, domine, miserere mihi!' hæc vox inter flagella resonabat. tandem ad præsidentis genua provoluti qui adstabant precabantur, ut veniam tribueret adolescentiæ et errori locum pœnitentiæ commodaret, exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum libros aliquando legissem. ego qui in tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere, deierare cœpi et nomen eius obtestans dicere 'Domine, si unquam habuero codices sæculares, si legero, te negavi'. in hæc sacramenti verba dimissus revertor ad superos et mirantibus cunctis oculos aperio tanto lacrymarum imbre perfusus, ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat aut vana somnia, quibus sæpe deludimur: testis est tribunal illud, ante quod iacui, testis iudicium triste, quod timui: ita mihi nunquam contingat in talem incidere questionem: liventes fateor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum, et tanto dehinc studio divina legisse, quanto non ante mortalia legeram.“ Cf. eiusd. Hieronymi apol. adv. Rufin. lib. II.

Pag. 36.

6 *isti*] poetæ et Icti. cf. ad 11<sup>30</sup>.

7 *affectionatus*] Romanicum, non Latinum verbum. Ital. *affezionare*, *affezionato*. Gall. *affectionner*, *affectionné*. etc.

*male . . . fide*] sie sind schwach im Glauben, schlecht gläubig.

*quasi*] fere, communiter.

*dispositio*] item ut Gall. *disposition* aut Ital. *disposizione*; *Stimmung*, *Gesinnung*, *natürliche Anlage*.

8 *Psalm*] XXX. 7.

10 *scripsistis*] Prenotamenta. cf. Ind. scrr. p. 81. n. XIII.

*causa fidei*] cf. ad 23<sup>2</sup>.

12. sqq. *Pfefferk.*] Contra ea quæ Pepericorno h. l. obiciuntur, ipse in Defensione p. 163. sq. ed. n. verba fecit, sibi que de morum suorum probitate documenta conscribi curaverat, quæ indicata sunt in Consp. chronol. a. 1506. 1510. d. 21. Ian. d. 26. Iun.

17. sqq. *combuss. in Hallis*] d. 4. Sept. a. 1514. Cf. Ind. scrr. p. 84. sq. n. XVIII.

21 *Madepurck*] Magdeburgi.

#### EPISTOLA 24. PAVLVS DAVBENGIGELIVS ORTVINO.

23 Daubengigelius. daubengigel p. 201. v. 113. id est *taubstummer Simpel. Lexer Kärnt. WB. Lpz. 1862. col. 114. „gigge m. gewöhnliche Bezeichnung für Taubstumme, die nur einzelne Töne hervorstoßen können, dann überhaupt ein Stotterer, ein Narr, und ein sehr beliebter Uebername; vgl. das mhd. giege, Narr.“ Müller mhd. W. I. p. 539. „giege swm. geck, narr . . .“ „gugelgiege swm. thörichter geck . . .“*

28 *maturus et rect.*] Ad animum refertur. *ein besonnener und aufrichtiger*.

29 *esset . . . de me*] es wäre . . . von mir, inconstantissimus essem, merito in summæ inconstantiae crimen inciderem.

30 *essem fallax*] non starem promissis.

*similiter scrib.*] *gleichfalls*, mutuo scribere, rescribere.

31 *adinvic. . . epistolas*] commercium epistolarum exercere.

*q. intitulatus est*] cui inscriptum est, *das betitelt ist*. Aliter 22<sup>16</sup>.

32 *permisit imprimere*] *hat drucken lassen*, publicavit, edidit librum.

33 *Defensio*] cf. Ind. scrr. p. 81. sq. n. XII. ubi de exemplis a. 1513. et 1514. editis.

34 *vocat v. asinum*] Non quidem ita nude, sed ubi Gregorium Nazianzenum Ortvinum obviam ducit (p. Fij<sup>a</sup>. ed. 1513., p. G4<sup>e</sup>. ed. 1514.), utitur his verbis „Audi, sed asinus ad lyram, . . hoc carmen . . “. Verum aliis nominibus non honoris causa selectis paulo ante Reuchlinus Ortvinum salutaverat, e. gr. semipagani, hominis barbari, alphabeti, mercenarii correctoris impressorum, nequissimi et perditissimi nebulonis, cavillatoris et ridicularii hominis, amusi versificis, metrificis, facis omnis sceleris et perfidiæ bonarum artium perversoris, mandatarii theologicæ facultatis, aliisque eius modi dulcibus appellationibus.

36 *malignosus*] i. e. malitiosus. Vocabularia non habent.

Pag. 37.

2 *Equiritia*] sic omnes edd. præter 1858., ubi dederam ‘in Equiritia’, quod non opus est, si scriptorem ‘Equiritia’ pro loco, in quo equi habentur (sive *Marstall* sive *Pferdemarkt*) sumpsisse ponimus, nam sæpe pro genetivis ablativisve urbium harum nomina ut indeclinabilia ponunt Obscuri, non semper Germanico more præpositionibus ‘in, ex, apud’ utuntur. Sed ipsius verbi

Pag. 37.

Pag. 36. v. 6 ... Pag. 37. v. 17.

equiritia explicatio difficilis est: non idem esse cum Gall. *écurie*, Ital. *scuderia*, quod ex Germ. *sciura*, *schüre*, *scheuer*, non ex latino 'equiria' deducendum esse videtur, cum aliis puto. sed in syllaba *ri* hæreo, ignoroque quæ de causa equaritia scribi voluerit Ducangius. 'Equitium' si non Columella et Tacitus, certe Ulpianus sæpius ad equorum gregem significandum scripsit: nam falsum est quod Vocabular. iur. habet „Equicium alias equirium ... secundum Accursium ...“. Io. de Ianua: „Equiricia, cię, armentum equorum vel vaccarum. et dicitur ab equus, equi“. Sed Ducangius a verbo Equiritia refert ad verbum Equaritia, ubi perperam 'Equiritia' ap. Io. de Ianua legi scribit, et sic explicat: „Equaritia eidem Scholiastæ (Iuvenalis). Equaria Varroni l. 2. de R. R. Equile, Equitium Tacito et aliis ... Descriptio monast. S. Galli apud Canis. ... 'Domus equaritiæ: Hic fætus servabis equas, tenerosque caballos.' Mihi utrumque, equir. et equar., iustum mediæ latinitatis vocabulum, et tam pro grege quam pro stabulo equorum positum esse videtur.

3 *Viennam*] Austriacam, Vindobonam, *Wien*.

6 *tardari*] id est tardare, negligere. 'Tardare, *verspatten*, *versaumen*'. Gemma g.

8 'alchimista, *ein alchemist oder ein verwandler der metall*'. Gemma g. Eius modi circulatores (ceretani, ciarratani, *ciarlatani*, *charletans*) etiam pharmacopolæ sunt, medicamentorum contra vitia morbosque quoscunque venditores. cf. v. 11.

medicare et medicari (pro mederi) etiam veteres, sed non seq. dativo.

9 *tot. cæcus ... infirm.*] Mira est hæc concinnitas, ac si Germanice diceret, *und wär' Einer auch stockblind an Augenkrankheit*.

10 *ambulavit*] peragravit.

*alias*] in aliis artibus medicis.

11 *saponista*] unguentarius, qui omnis generis unguenta, non solum proprie dictos saponem conficit ac vendit. Latine saponarius.

*quamvis etc.*] Vult: sed hic de quo loquor iam propter inopiam minus quam antea splendet, *er ist durch Verarmung etwas heruntergekommen*.

'depauperare est pauperem facere, *arm machen oder arm werden*. depauperatus, a, um, *verarmpt*'. Gemma g. Cf. Ducange h. v. Varronem hoc verbo usum esse non credo.

12 *quom. succ. mihi alias*] *wie es mir sonst gehe*, quænam sit vitæ reique meæ familiaris condicio.

*gratior*]. 'Gratiari, atus sum, *dancken*, sed melius dicitur grates vel gratiam vobis ago vel habeo vel refero'. Gemma g.

13 *bene sto*] satis læta fortuna, re familiari utor. Germ. *ich stehe* (s. *stehe mich*) *gut*.

14 *vindemia*] ut Latine vindemiæ, Germ. *Herbst*, etiam pro vindemiarum tempore dicimus.

*detorculavi*] quasi *herausgekellert*, læte, non simpliciter 'torculavi'. 'Detorculare' vocabularia non habent.

16 *imp. ... populum*] Incidunt hæc in a. 1514. postquam Leonis PP. X. studia pacis inter Maximilianum I. et Venetos componendæ ad irritum ceciderant. Vid. Hutteni Epigrammata (Opp. III.) passim et Epist. Italiæ (Opp. I. p. 106. sqq.).

17 *superbia sua*] Per multos annos Veneti erga Maximilianum imp. superbos, in-temperantes ac infidos se præbuerant, sed hic par pari rettulerat.

*bene*] certe, circiter, ut numerus æstimandus videtur. Aliud est *gut* 2000, aliud *wohl* 2000. Cf. 'bene viginti' 37<sup>86</sup>.

Pag. 37.

18 *baniris*] *Banira* s. *banirum* in vocabulariis non legi. Ducang. habet *Banera*, *Banaria*, *Baneria*. *Grimm WB.*: *Banner*, n. *signum militare, vexillum, nach dem franz. bannière, it. bandiera, sp. bandera; einige schreiben banier, panier [utrumque habet Frisch.], andere baner, paner; mhd. banier n. und f. . . . wir verwenden aber banner ganz in der bedeutung von heerfahne . . .* Sed cf. etiam *Diez WB.* „*Banda* it. sp. pr., *bande* fr. *binde, streif, bande d. i. trupp; rom goth. bandi, f., ahd. band, n. Desgl. it. bandiera, sp. bandera, pr. bandiera, baneira, fr. bannière, fahne, daher unser panier . . .*“

*cuspidis*] ‘*Cuspis* est posterior pars hastę, ein spere’. *Gemma g.* Hi erant lanzknechti (p. 54’).

*pixides*] ‘*Pyxis*, idis, ein bychß’. *Gemma g.*

19 *bombardas*] i. e. ‘portativas, quę manu geri possent, quibus emittebantur quadrelli crassiores, pennati ac ferrei, cuius modi sunt forte *Arcoleusæ* nostrę. *Bombardas* *manuarias* vocant *Leges mun. Mechlin . . .*“, ut *Ducang.* v. *Bombarda* habet, ubi vocab. recte „a fremitu et sono, quem edit (bombarda), qui Gręce βόμβος, Lat. *bombus*“, sed non recte „et ab ardeo, inquit *Fabri Thes.*, quod ferreos globos emittat cum flamma“, deducitur. *Diez WB.* „*Bomba . . . von bombus, gesumse, geräusch*, adiect. *bombicus, geräuschvoll, prahlerisch . . . Daher . . . auch wörter wie bomba, ein summendes geschöß, dsgl. bombardā, vb. it. ribombare, wiederhallen.*“ Puto etiam *bombare* sed nunc nescio ubi me legisse. *Ducangius* habet: *bombardare, bombardarius* et *bombarderius* et *bombardiator, bombardella* et *bombardula, bombere, bombire* et *bombilare, bombicus, bombizare* et *bombiziare, bombus* et *bombulus*. In his epp. occurrunt formę: *bombardę, bombardare, bombisare, bombus*. cf. *Ind. verbor.*

‘*caliga, ein hoß*’. *Gemma g.* sed *Frisch.* „*Caliga*, æ, *Hose, Krieges-Stiefel, Knie-Stiefel, Halb-Stiefel.*“ In vocabulario s. a. et l. indicatione edito, quod incipit „*Registrũ vocabularij frequentis. | De homine*“ &c. fol. 27<sup>a</sup>. est „*Caliga, hoß, Eft indumtũ cruris de pāno confutum. et dicitur quasi calozę gignēs.*“ De *caliga* Romanorum militum non est hic dicendi locus.

20 *villanis*] *Dorfbewohnern.* cf. *Ducange art. Villani.* *Diez WB.* „*Villa* it. *landhaus, sp. villa marktstücken, fr. ville stadt. Bereits in der L. Sal. hat villa neben der ursprünglichen die bed. weiler, dörfchen, . . . Dem abgeleiteten it. villano, sp. villano, pr. vilá, altfr. vilain bauer legte der standesgeist des mittelalters auch die moralischen nebenbedeutungen niedrig, schurkisch, häßlich bei, welche . . . im neufranz. die einzig verbliebenen sind, die auch, in rücks. auf vil (lat. vilis), die alte schreibung mit einfachem l fortzuführen anlaß gaben.*“

21 *cum sanitate*] *sani.*

22 *formalitates . . Brulifer*] Cf. *Ind. biogr. artt. Scotus et Brulifer.*

*Clip. Thomist.*] Cf. *Ind. biogr. p. 347. art. Clipeus.*

23 *in lit. Aldi . . . reper.*] *Similiter Cochläus Pirckheimero* scribit *Capitonem* mitti sibi opera *Ciceronis* in forma portatili de littera *Aldina* petisse. (*Hutt. Opp. I. p. 359.*) quasi ex una illa *Veneta*, quamvis merito celebratissima, officina omnes in qualibet forma prodissent libri. Ceterum ‘*Aldinas*’ hodieque solent appellare cursivas s. ad dextram inclinatas litterarum formas, non ad perpendicularium stantes sive q. v. ‘antiquas’.

24 *mod. m. . . composuistis*] Scilicet modum metrif. *Ortvinus* nullum scripsit, sed cum ipse multas metrificaciones composuisset et in officina *Quenteliana* eius-



Pag. 37.

Pag. 37. v. 18 . . . Pag. 38. v. 13.

modi libellos corrigeret, lepide eum hac petitione ludificatur verus epistolæ auctor, quem <sup>C</sup>rotum esse opinor.

25 *Boecium . . . sancti*] Cf. Ind. biogr. p. 315. art. Boethius.

## EPISTOLA 25. PHILIPPVS SCVLPTORIS ORTVINO.

30 Sculptoris, fort. Germ. *Steinmetz* s. *Steinhauer*. Epistolam Lipsiæ scriptam fingi putem. cf. infra II. ep. 58.

33 *ribaldria*] societas s. collegium s. ordo ribaldorum. cf. ad 5<sup>10</sup>. „Ribald-ia, -ria, -eria, hd. *bub-*, *bieb-*, *bob-*, nd. *bov-erie*, hd. *bub-*, *bube-*, *pube-*, *puffe-rey*. *gebuerschaft*. *schalckheit*.“ Diefenb. Glossar. h. v.

34 *fit communis*] excrescit, longius serpit.

35 *tempore meo*] cum ego (Vindobonæ cf. 38<sup>29</sup>) studiosus eram.

*Samuel*] Cf. Ind. biogr. p. 463. art. Samuel.

36 *in ista civ.*] Coloniae, ubi Ortvinus habitat?

*bene vig.*] *gewiß*, *wenigstens* 20. Cf. ad 37<sup>17</sup>.

Pag. 38.

1 *antiquis*] i. e. non nominalistis, sed qui spernunt novos poetas, humanistas. *realiter exp.*] cf. ad 10<sup>2</sup>.

3 *doct. s.*] Thomam Aquinatem. Cf. Ind. biogr. p. 483. sq. h. art.

4 *invektivam*] puto non typis expressam.

6 *practicavi*] cf. ad 10<sup>35</sup>. et Ind. biogr. p. 279. sqq. art. Alexander.

7 *mod. sign.*] cf. ibid. p. 421. art. Modus signific. *formaliter*] cf. ad 18<sup>17</sup>.

8 *omnes vocabularios*] Maximam partem secundum Ioannis de Ianua Catholicon.

9 *autenticos*] i. e. eos qui in canonem scholasticum recepti habebantur.

10 *Seria*] Catholic. h. v. „Seria a syria, rie, dicitur hæc seria, rie, i. olla quasi syria: quia ibi primo facta est. vel dicitur sic a seriis, quia utilis est et necessaria. vel a serie, quod ordine fit. Reg. V. [sic. sed in bibliis ollæ quidem sed non seriæ leguntur. Terent. Heaut. III. 1, 51. habet ‘Relevi dolia omnia, omnes serias’ quem Priscianus repetiit, ex quo Io. de Ianua.] Relevi omnia dolia mea, et omnes serias meas. unde hæc seriola, le, dimi. Persius: Seriole veterum metuens eradere limum.“ Et Gemma g. „Seria i. olla quasi syria, *ein gemein vas oder hafen*.“ „Series i. ordo, tenor, *ordnung oder schickunge*.“

12 *patritii*] Catholic. „Patricius a patre dicitur sive derivatur patricius, cia, cium, i. nobilis et de genere patrum natus. vel patricii dicuntur qui provident rei-publicæ, sicut pater filio, et corripitur i ante c, et formatur a patri dativo addita eius“. Gemma g. „Patricius, a, um, nobilis de genere patrum natus. unde senatorum filii dicebantur patricii.“

13 *currus*] Unde hoc sit, non inveni. ‘interiora ad extra’ puto significare ‘*das inländische nach außen*’: In curribus evehuntur domestica nostra mercimonia ad externos. In Vocabulario s. l. et a. in fol. incipiente ‘Registru’ cap. De nominibus . . . ad curros et quadrigas est: „Curru, wag, generaliter dicitur omne vehiculum quod per rotas volvitur et movetur Et dicitur a curro curris quia currit Et appropriate ponitur pro vehiculo quatuor rotarum. Curru Carruta kar, Est vehiculum duarum rotarum super quo onerose res per vias terrarum vehuntur Et dicitur a carrio is. quod significat terram scindere vel scindendo cavere quia carrus carriendo dividit terram.“

Pag. 38.

- 14 *ius etc.*] Catholic. „Ius, iuris, dicitur a iubeo, bes, quia iubet . . . et differt ius a iusticia, ut dicam in iusticia. Et scias quod ius invenitur in aliis significationibus, unde versus:

Ius aqua, ius rectum, ius dicitur esse potestas.

Item ius prophanium dicitur brodium vel aqua in qua coquantur carnes porcinę, quę prophanae sunt iudaeis . . . Mihi autem videtur quod pro brodio facit genitivum in tis, ut ius, iutis, sicut ex vulgari aliquorum sonat, unde versus:

Ius iutis mando [*eß' ich*], ius iuris in agmine pando.“

Addo ex Vocab. cit. cap. De nominibus cocorum etc. „Ius iuris, iüssel, proprie est ars valens ad regulandum operationes humanas. et dicitur a iubeo es. quia iubet et transūmitur pro liquore composito ex diversis rebus vt aqua vino lacte melle pipere croco etc. rebus in quibus carnes vel alia alimenta vel cibaria decoquantur. et est illa significatio tracta a prima quia talis liquor arte et lege fit.“

- 17 *lucar*] Catholic. „Lucar, a lucus dicitur hoc lucar caris: pecunia vel pretium ex luo collectum: quod vulgo dicitur silvaticum: et forestage gallice, et producitur penultima genitivi . . .“. Gemma g. „Lucar est precium a luo collectum. *der zins von einem wald oder busch*.“
- 18 *Mantellum idem quod pallium* Gemma g. Catholic. „Manticulus li dimi. parvus mantellus. et hinc manticulo las. i. fraudare vel furari. et corri. penultima.

*Mechanicus . . . adulter.*] Catholic. „Mechanicus a mecho [*μειζός*, adulter] dicitur mechanicus [*μηχανικός*], ca, cum, i. adulterinus. unde artes dicuntur mechanicę quasi adulterinę respectu liberalium, quęcunque remouent defectum et conferunt utilitatem vel commoditatem. unde hę machania nię. i. scientia humanorum operum necessitati corporum obsequentium“. Aliter Gemma g.

- 20 *ensorium a mensa dicitur hoc mensorium rii quod est in mensa: ut mantile et vas escarium* Catholic. h. v.
- 21 *polyhistor. etc.*] Catholic. „Polistoria polis quod est pluralitas componitur cum historia et dicitur hæc polistoria rię. i. pluralitas historiarum. unde et quidam liber quem Solinus composuit ex multis historiis vel compilationibus polistoria dictus est quasi pluralitas historiarum“.
- 22 *Polysenus*] *Pollisenus* senus interpretatur sensus. et componitur cum polis quod est pluralitas. et dicitur polissenus na num. i. plurium sensuum vel significationum: ut hoc verbum cano est polyssenum.“ Catholic. h. v.
- 25 *simplex gr.*] i. e. qui grammaticum ex antiquis scholasticis libellis, id est non ex antiquis a *novis poetis* introductis grammaticis didicerunt. ceterum infimę classis discipuli discebant, infimę classis præceptores docebant grammaticam.
- 26 *mentis conceptum*] mentem, voluntatem, cogitationes.
- 28 *citare ad privil.*] *auf die Privil. citieren*. Fuit inter eius modi privilegia, ut eorum qui ab universitate promoti, gradum aliquem academicum adepti essent, dignitas honorque ab omnibus observaretur.
- 31 *est plus*] i. e. iudicium universitatis pro veritate est, poetę vero (vel cuiuscunque poetę) iudicium nihil valet.
- istam . . . florenis*] Magis gaudeo eam iniuriam mihi inlatam esse (pro qua acerbissimam poenam solvet) quam si quis 20 fl. mihi donasset.

Pag. 38.

Pag. 38. v. 14 . . . Pag. 39. v. 14.

- 34 *Triumphus Capn.*] Non ille quidem Hutteni, anno demum 1517., ut videtur, publicatus quem edidimus in huius Opp. III. p. 416...447.: nam primum harum epistolarum exemplum iam a. 1516. editum est (cf. Ind. edd. n. r.); sed hic locus demonstrat illum personati Accii Neobii Triumphum Capnionis (de quo vid. præfat. Hutteniani, Opp. I. c. p. 414. sq. et Opp. I. p. 31. sq. n. xvii. sqq., et Erasmi Spong. §. 71.) similia eorum continuisse, quæ pagg. 420. sqq. ed. m. leguntur.
- 35 *ibi . . . crescit*] Hodieque diræ precationis formula, qua qui utuntur plurimi non magis quam Sculptoris noster sciunt ubi crescat. Breviloquus vocabularius h. v. (non omnia ex Catholico) hæc: „Piper, peris, n. g. Et invenitur in m. g. dicitur a pyr, quod est ignis, quia calidum est vel quia ab igne denigratur. Et piperis arbor in India nascitur in latere montis Caucasi. folia habet ad uniperi similitudinem, cuius silvam serpentes custodiunt, sed cum maturum fuerit, incenduntur illa loca, ut fugiant serpentes, ut possit colligi . . .“. Sculptoris certe memoria non tenebat verba Plinii N. H. xvi. 32, 59. „Vivit in Italia piperis arbor“.

Pag. 39.

- 6 *Philomusum*] Iac. Locher. cf. Ind. biogr. p. 435. sq. art. Philomusus.

- 7 *‘miseror: a miser dicitur . . . et construitur cum genitivo et dativo quandoque, sed raro cum accusativo in eodem sensu. et misereo res quod antiquitus fuit in usu et non habebat præteritum. unde miseret et miseretur impersonalia . . .‘* Catholic.

*Proverbior. xix.*] 17.

- 8 *mansit*] mansisset.

- 10 *hab. m. vex. ab*] multum te vexant isti.

- 15 *illum*] Hoc simplici grammatico fortasse elegantius visum est quam vulgare ‘illud’.

- 16 *et simul*] itemque, in eadem epistola.

## EPISTOLA 26. ANTONIVS RVBENSTADIVS ORTVINO.

- 19 Rubenstadius. puto Germ. *Rübe* in hoc nomine latere, ut sit pro napina vel rapina.

- 26 *caput . . . lirip.*] cf. ad 5<sup>26</sup>.

- 27 *hic unus*] Philippus de Fürstenberg, puto, Hutteni amicus. Cf. Hutt. Opp. I. epist. n. clxx. II. ep. n. cclxxx.

- 28 *Meier*] Cf. Ind. biogr. p. 415. sq. art. Meyer.

*obviavit sibi in pl.*] ei in via publica obviam factus est. cf. 5<sup>26</sup>.

- 31 *deberet . . . inimicus*] liceret quidem, si vellet, inimicum esse p., sed non sc.

- 33 *scr. est*] Pauli ep. ad Rom. x. 15.

- 36 *omnis homo*] omnes homines, ut Ital. *ogni* cum singul. præter *ogni santi*.

Pag. 40.

- 3 *Qualem etc.*] Ez. xviii. 30. xxxiii. 20. „unumquemque iuxta vias suas indicabo . . .“.

- 8 *privilegiis clericorum*] Cf. tit. X. de foro competenti 2, 2.

- 11 *deus est veritas*] cf. ad 4<sup>17</sup>.

- 14 *depauperatus*] Ad voc. cf. 37<sup>11</sup>. — Reuchlinus, cum hæc ep. et p. 293<sup>19</sup>. scriberentur, nondum plane depauperatus erat, tamen fuerunt ei res angustæ domi. d. 22. Aug. a. 1513. (cf. Consp. chron. p. 126.) Mutiano scripsit: „lactabunt se forsitan vel Romæ, vel coram aliquo incompetenti iudice per abundantiam pecuniarum suarum, saltem ex matronis et viduis corrosarum, semivacuam marsupium meum superare posse. Sed quom famam meam

Pag. 40.

intueor, quod optimum in humanis est, tum, quamvis revera tenuis ego vitæ homo et nunc sola agricultura victum quæritans, nullis stipendiis principum aut civitatum donatus sim, tamen acerbissimam egestatem anteferam quam famam negligam.“ Et ipse Reuchlinus ad Questenbergium Romam ex Stutgardia scripsit d. 10. Nov. a. 1513. (cf. Consp. chronol. p. 128.) „... præcave mihi, ne aurum theologicum iusticiæ malum afferat. cœperunt enim isti fraterculi apud nos famam spargere in vulgus Romam esse venalem, me pauperem, se divites, omne ius meum auro posse oppugnari et supprimi. Quanta hæc esset nota tam sanctæ curiæ, si ita fieret iam cavendum esset simplici plebeculæ, quæ sperat in sanctissimum et reverendissimas columnas ecclesiæ, si aurum prævaleret...“. Cf. etiam p. 263<sup>26</sup>. „Reuchlin non habet tibi dare pecuniam.“ Sed paucis annis post crevit miseria: d. 12. Ian. a. 1519. Ingolstadii ad Pirkheimerum scripsit „Fugi pestem, fugi gladium, utinam effugerim famem! Ferme namque hoc marte [bello contra Ulricum Vitenbergensem] decoxi...“. Pirkheimeri Opp. Ff. 1610. fol. p. 259.

16 *Franckfordie*] ad Mœnum.

## EPISTOLA 27. IOANNES STABLERIVS ORTVINO.

18 Miltenberg, oppidum circuli electoralis Rhenani ad Mœnum, præposituram Moguntinensis ecclesiæ habuit. Ibi natus fuit Ioannes Butzbachius qui quasi patrii oppidi nomen ‘pius mons’ esset, sese ipse Piemontanum cognominavit. Sed sub Stablerii nomine Butzbachii nomen latere, quamvis utrumque inter se non nullam similitudinem habeat, vix crediderim. Butzbachius, cum hæc epistola scriberetur, prior Lacensis fuit. cf. Ind. biogr. p. 437 ...442. art. Piemont.

21 *a me hab. novitates*] ex me nova audire, me nova tibi scribere.23 *fratr. ... prædic.*] minorum, puto, non Dominicanorum: nam Miltenbergæ monasterium Franciscanorum fuit.

*indulgentias*] procul dubio privatas, monasterii Miltenbergensis auctoritati sanctitatisque profuturas, nondum publicas quales paulo post curiæ Romanæ quassandæ ansam dederunt.

25 *quidam fur*] sacrilegus.26 *accepit*] abstulit. Ita vulgus: *und hat das Geld genommen, und hat es gestohlen.*

*fratres etc.*] o sanctum dolorem! fraude ac fallaciis quæsitæ amissimus furto.

28 *reperire*] inquirendo deprehendere, *ausfindig machen.*30 *excommunicatus*] Ne dubites, vide can. 20. § 2. Ca. xvii. qu. 4. „... ipsum sacrilegium duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet et excommunicationis...“31 *sunt absoluti*] absolutionem sibi redemerunt.

‘dare pec. ad cistam’ quasi artis indulgentiariæ vocabulum fuit. notum est funestum illud: *‘So wie das Geld im Kasten klingt, die Seele in den Himmel springt’.*

32 *nihil est s’ist nix*, hæc opinio non est vera, nihil iis nocet istud furtum.33 *ita bene... ut si*] tam firmiter... quam si. — eorum absolutio eundem effectum habet ac si...34 *suam*] Ambigue: ex communi Obscurorum usu foret pro ‘eorum’, ‘absolutorum’, sed Stablerius vult ‘prædicatorum’.

*Etiam*] Item *sive* ‘Ut aliam a me habeatis novitatem’ cf. proxime super. v. 21.

Pag. 40.

Pag. 40. v. 16 . . . Pag. 41. v. 14.

35 sqq. *vad. . . vexare*] apud nos passim spergunt rumore fratres prædicatores ad hoc impetrasse . . . , ut possent v.

Pag. 41.

1 *in . . . basso*] *wes Standes sie auch seien, hohen oder niederen etc.* Verba sumpta sunt ex Thomæ de Waleys *Metamorph.* ed. Paris. 1509. 4<sup>o</sup>. fol. rx<sup>b</sup>. „quia breviter non est hodie dare aliquem statum siue bassum : siue altum : siue ecclesiasticum : siue mundanum in quo non sit dare nymphas : famulantes dianæ .i. personas obedientes luxuriæ . . .“.

2 *in actu illo etc.*] Hanc iudiciariam turbam, de qua in superioribus quoque voluminibus (imprim. III. p. 438. sqq. [ubi p. 438. ad v. 750. pro ‘11. Oct.’ pone ‘13. Oct.’]) aliquotiens sermo fuit, ipse Reuchlinus in epistola ad Wimpelingum d. s. Andræ a. 1513. scripta (cf. *Consp. chronol.* d. 30. Nov. a. 1513.) sic descripsit: „ . . . Iamiam aderat terribilis ille dies sententiæ ferendæ, quæ fuit quarta feria [post diem s. Dionysii, i. e. d. 13. Oct. a. 1513.], in qua creatum est luminare minus, ut præesset nocti: et hora mane octava cum nondum rediisset a domino Moguntino nuncius præmemoratus [ad Archiepiscopum Urielem Aschaffenburgum a commissariis iudicibus Moguntinensibus missus, ut differretur sententia in causa Reuchlini], nec antea aliquis adversariorum meorum sciret quicquam de nuncio misso aut remittendo, venerunt et pavonum gressibus incesse runt amplissimi Patres et Fratres Prædicatores cum suo Inquisitore [Hochstrato], irruentes turmatim, certe cum ingenti pompa: et simul Doctores Theologiæ plurimi, et de Colonia et de Lovania et de Erdfordia, ut dicebatur, quos secum adduxerant. Denique trecentos etiam dies donaverant indulgentiarum ex thesauro Ecclesiæ Catholicæ omnibus, quicumque huic actui adessent: unde accurrerunt plus quam mille homines, cupientes videre finem, iamque pro tribunali sedere cœperant graves illæ columnæ Ecclesiæ, sub quorum pedibus terra tremit, ac una cum eis sedet et prætensissimus Inquisitor tamquam Indas, volui dicere iudex, qui prius fuit pars, tum ecce! accurrit nuncius Archiepiscopi cum mandato superius commemorato, quod illis requisitus notarius insinuavit, clara voce legendo coram omni populo, erat enim in lingua teutonica conscriptum, et deciderunt vultus illorum pronosorum, ut vix hiscere quirent. Tunc surrexit Iacobus ille de alta platea et protestabatur de denegata iustitia, profecto nimium frivole et super quam ferri decet temerarie, contra tantum et tam Reverendissimum Dominum Moguntinensem, qui non denegavit iustitiam, sed fovit . . . . . Hoc modo confusi rubore, imo quidam eorum livore pallidi a conspectu hominum se subtraxerunt, per quendam ambitus illius strictum angiportum in domum vicinam Canonici, nescio cuius, scilicet beatæ Virginis ad gradus, cum multa subsannatione insequentibus pueris et stridentibus adultis, cum omnium voto et imprecatione hac non occulta ‘Utinam fratres isti arvales ipsi comburerentur, qui huic viro bono voluerunt facere iniuriam et irrogare infamiam’. Ego abii tandem.“

3. sqq. *quidam præd. etc.*] Cf. *Ind. biogr.* pag. 512. sq. art. Zehender, et imprimis *Triumph. Reuchl.* vv. 772. sqq. (*Hutt. Opp.* III. p. 439.)

8 *fallaciam*] viam furtivam avertendæ iudicii executionis.

9 sqq. *unus socius etc.*] Hæc quamvis Hutteno non male convenient, is tamen hic socius non fuit: nam ante annum 1514. non reversus est ex Italia. cf. *Hutt. Opp.* I. n. xx.

14 *pultronus*] Ducange: „Pultrones, It. *poltrones*, Gall. *poltrons* . . .“ „Poltronus,

37\*

## Pag. 41.

desidiosus, segnis, ab Ital. Poltrone...". *Diez WB.* „Poltro *it.* trüg, feige, daher poltrone und so *sp.* poltron, *pg.* potráo, *fr.* poltron, aus dem *it.* eingeführt, ... hat seine quelle im ahd. polstar, bolstar *pfühl*, dessen deutschheit nicht zu bezweifeln ist; dieselbe begriffsverwandschaft zeigt ja auch *fr.* lodier bettdecke und faulenz ...". in sqq. Salmasii 'pollice truncus' et Menagii 'pullus, pullitrus' refelluntur.

14 'ambo, onis, ein predig stuel'. Gemma g.

16 *pretenditur dici*] Est aut pro 'prætendit uel dixit' aut pro 'prætenditur dixisse'.

17 *eum*] istum prædicatorem, Decimarium.

'phariseus est divisus vel hereticus. quia fuerunt divisi ab aliis hominibus. ut iam presbyteri a laicis'. Gemma g. Fusius Breviloq. Vocabularius: „Phariseus... i. divisus et dicitur a phares quod est divisio. Et hinc quidam heretici dicti sunt pharisei. qui divisi interpretantur. quia traditiones et observationes legis quas illi deuterotas vocant iusticiæ præferunt. Unde et divisi vocantur a populo. quasi per iusticiam dei vel quia decalogum legis in membranulis scribentes et complicantes eas et in fronte gestabant ut religiosi iudicaretur... Tres erant sectæ iudeorum a communi reliquorum vita et opinione distantes. pharisei. saduccei et essei. Pharisei cultu austero. et victu paucio utebantur. traditiones suas statuantes. quibus traditiones Moysi determinabant. pictatiam chartarum in fronte gerebant. et in sinistro brachio circumligata. quibus decalogus inscriptus erat...".

18 *nequitiosus*] 'i. e. plenus nequicia'. Gemma g.

20 *comburetur*] Cf. Consp. chronol. p. 129. d. 10. Febr. a. 1514.

23 *balivus*] scripsi pro balini edd. 1. 3., batini ed. 2. — Ducange „Balivus, Ballivus, Ballius, Baiulus 1) portator.. 2) pædagogus.. 3) tutor.. 4).. magistratus.. CPoli, .. 5) ballivi, prætoris officio et nomenclatura illustres...". *Diez WB.* „Bailo balio *it.*, *sp.* bayle, *pg.* bailio, *pr.* baile, *altfr.* bail *pfleger*, *erzieher*, *verwalter*, *amtmann*.... *it.* balivo, *pr.* bailien, *fr.* bailli *landvogt*... Aus baiulus baj'lus *ward das roman.* bailo...".

*officiales etc.*] Hi iudices a delegato episcopo subdelegati fuerunt domini canonicus Spirenses Thomas Truchses, decretorum doctor, scholasticus, et Georgius de Swalbach, custos. Reuchlini Act. Iudicior. pag. Fijj<sup>a</sup>.

*contra... acquit.*] Similiter Pepericornus in Defensione p. 123. v. 27. sqq. ed. n.

25 *esse proph.*] prædicere.

*imp. et rex Fr. et duces*] Cf. Consp. chronol. p. 134. 132. d. 23. Oct. a. 1514., Mai. eiusd. a., d. 19. Iun. a. 1514. et Pepericorni Defens. p. 149.

28 *ne... scand.*] ne hæc causa vobis fiat in scandalum.

## EPISTOLA 28. CONRADVS DOLLENKOPFFIVS ORTVINO.

31 Dollenkopffius. Nescio quis Conradus sive Audaciceps aut stultum caput sive Scalmiceps hic flagelletur: an Conradus Kollin Ulmensis, qui 'Heidelbergæ' a. 1507. decanus, a. 1511. generalis prædicatorum factus, brevi post Coloniæ venit, ubi inter Antireuchlinistas, postea etiam inter Antilutheranos eminuit, a. 1536. mortuus est. — Inter rectores Lipsienses est a. 1474. Iohannes Tolhopf de Kempnat M.

35 *b. hab... agendo*] wohl wichtigeres zu thun hab, sane maiora tibi curæ sint.

## Pag. 42.

1 *procedere*] adsidue litteris et artibus incumbere.

2 *h. bon. ingenium*] bona indole præditus essem.

Pag. 42.

Pag. 41. v. 14 . . . Pag. 42. v. 14.

3 *met*] ipse. Cf. Ind. verbor. h. v.*Ergo deb. scire*] *Ihr sollt also wissen*, Scias itaque.4 *studium*] litterarum universitas, *Universität*.5 *notabiliter*] 'notabilis mercklich'. Gemma g. Egregie, eximie.

6 *Ovid. in metamorphoseos*] Sic vulgo omisso v. libris s. libro. 'Metamorphosis Ovidiana' est inscriptio libri, e quo sua Dollenkopffius sumpsit. Cf. Ind. biogr. art. Walleis. Ne Colonienses quidem ipsi, neque Pepericorni interpretes Ortvinus, quamvis in omnibus scibilibus doctum se haberet, animadverterunt sequentia ex sui fratris Dominicanum opere satis fideliter excerpta esse (cf. Peperic. Defens. p. 161. ed. m. et Ortvini ep. apolog. p. 414. sq. ed. m.), itaque non mirum est recentiores quoque ea pro lusibus ab Epp. O. V. auctoribus inventis habere.

7 *quadrupl. scil.*] „Prologus in metamorphosim moralisatā Fol. i. [edit. Paris. 1509.] ¶ Incipiūt moralitates Ouidii metamorphoseos | etiam de formis figuris & imaginibus deorū, quæ variis modis videlicet litteraliter : moraliter : historialiter : nec nō spiritualiter | exponunt. editę a magistro Thoma waleys anglico : sacre pagine doctore de ordine prædicatorū.“

9 *dixit*] Forte ex Catholico responderat : Mauors. a mars dicitur hic mauortis .i. mars. vnde mauortius . .

10 *Mavors dic.*] Th. de W. ed. cit. fol. v. „De Marte . . Capl'm Tertiū. Mars tertius deorum . . . . Iste enim mauors .i. mares vorans & deus bellorum dicebatur a gentibus . . . . Dicuntur etiam [dii bellorum] mauortes quasi mares .i. viros bonos & virtuosos vocantes quia pro certo isti magis solent mares quam feminas : bonos quam malos lacerare . . . . Mauors dicitur quia ad litteram mares in præliis per ipsam [discordiam] deuorantur.“

12 *allegorice*] „quasi grande sit (verba sunt s. Hieronymi ep. LIII. 7. I. p. 275. sq.) et non vitiosissimum docendi genus depravare sententias et ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem; quasi non legerimus Homero centonas et Virgiliocentonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum qui scripserit *Iam redit et Virgo* etc., et patrem loquentem ad filium *Nate, mee vires, mea magna potentia solus*, et post verba Salvatoris in cruce *Talia perstabat memorans fixusque manebat*. Puerilia sunt hæc et circulatorum ludo similia . . .“ — sed peruetusta neque a præfigurationibus mysticisque interpretationibus quæ suos etiam defensores habent, prorsus aliena.

13 *septem ch.*] Aperte Dollenk. emendat Thomam de W., qui postquam docuerat (fol. vi<sup>b</sup>.) „Musæ quæ dicuntur a musica significant clericos et religiosos divinis laudibus et iubilationibus dedicatos“, fol. vii.<sup>a</sup>. scripsit „viros sapientes et deum laudantes specialiter elegit [Apollo id est Prælati] tanquam musas : vel ix musas .i. ix ordines angelorum“. Certe spiritualior est interpretatio, novem musas significare septem choros, non novem. — Similiter ludimagistro quærenti quot essent duodecim signa cælestia, discipulus 'qui habebat bonum ingenium' respondit : Septem numero, eorumque nomina sunt quattuor, oriens, meridies, occidens et septentrio.

14 *Mercurius*] Th. de W. fol. vii. „Quia mercurius sicut et alii planetæ credebatur ab antiquis gentilibus esse deus . . . . Iste igitur dicebatur mercatorum deus et furum et mercurius quasi mercatorum curius : id est curam gerens dictus. quando volebat de viro in fœminam et de fœmina in masculum se mutabat : de albis vero nigra et e contrario faciebat . . . . Dicamus igitur quod mystice Mercurius potest designare quemlibet bonum prælatum . . . .“

## Pag. 42.

- (fol. ix.) Vel dic in malo quod iste mercurius significat advocatos mundi sapientes etc.
- 18 *I. Cor. ii.*] 14.
20. sqq. *librum*] Cf. supra et cit. art. Walleys, Ind. biogr. p. 498.
- 23 *ita . . q. n. cred.*] supra quam credi potest.
- 25 *concordantias*] 'His temporibus [circa a. 1244.] floruit . . Vgo Cardinalis, frater prædic. ord. qui doctor eximius . . totam bibliam postillavit, concordantiarum bibliæ primus auctor fuit'. Ducange v. Concordantiæ. Gratiani decreto q. v. proprie 'Concordia discordantium canonum' nomen est. Concordantiæ quid h. l. significet ex adnot. ad superiorem v. 7. satis apparet.
- 27 *iam ponam.*] Vix sequentibus comparationibus minus spiritualiter excogitatas apud recentiores quoque legi possunt, ut patriarchæ Iosephi cum Bellerophonte apud Simonem de Magistris ad Danielelem sec. LXX. Rom. 1772. fol., ne dicamus de similibus ineptiis recentissimis quæ eadem antiquæ sunt.
- Phitone*] Th. de W. I. capitul. iv. „ . . Sol qui et Apollo dicitur . . . A longe vero phiton serpens maximus pictus erat quem una ipsius apollinis sagitta per medium transfigebat . . . Iuxta eum debent phitones id est mali et peccatores vulnerati iacere et correcti . . . Talia igitur monstra .i. tales in malis confederatos debet prælatus sub pedibus tenere . . ut ipsi dicatur illud psalmistæ [xc. 13.] Super asp. et bas. ambulabis et conculcabis leonem et draconem . . .“ — De Pythone, Terræ filio, Dracone Delphici oraculi custode ab Apolline interfecto: Ovid. met. i. 438. Hygin. fab. 140. Apollod. i. 4. 1. Apollinem cum spiritu sancto comparat Dantes parad. I. 16. sqq.
- 28 *Draco etc.*] Hæc Psalm. ciii. 26. verba h. l. non habet Th. de W. sed fol. m. habet, ubi etiam illud Sup. asp. etc.
- 29 *Saturno*] Ovid. fast. iv. 199. sqq. Th. de W. cap. i. „Saturnus pingebatur et supponebatur homo senex . . . pater deorum . . . Iste filios suos devorat . . . Iustum est enim ut qui filios sibi subditos iniuste deprimit . . . castretur et a regimine deponatur . . . Eze. 5. [10.] Comedent patres filios in medio tui et filii comedent patres suos“.
- 31 *Diana*] Th. de W. fol. ix. „Diana quæ & luna & proserpina & hecate nuncupatur . . . Dic quod per istam deam possumus intelligere virginem gloriosam quæ pro certo arcu flexibilis minæ & sagitta devotionis armatur. Et ideo proculdubio circa ipsam debent chorizare .i. per devotionem astare chori nympharum .i. societates sanctarum . . puellarum. . . . Ita quod breviter de ea dici potest id canticorum .vii. Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum? Et Psalm. [xlv. 15.] Adducentur regi virgines post eam . . . Vel dic quod satyri agrorum sunt prælati et maxime episcopi cornuti qui circa istam dianam .i. beatam virginem debent discurrere . . dicentes id Canticor. I. [3] Trahe me post te: curremus in odorem unguentorum tuorum“.
- 32 *ambulans*] Vult quidem 'ambulantem', sed idem vitium committit quod in apponendo nostrates in communem fere usum introduxerunt.
- 34 *Iove etc.*] (Ovid. met. ii. 437. sqq. Hygin. fab. 176. cf. Dantis purg. xxv. 130. sqq.) Th. de W. II. fol. xxv<sup>b</sup>. sq. „Erat puella pulcherrima in nemore ubi venabatur: quæ dicebatur Calisto filia Lychaonis: quam Iupiter summus deus mirabiliter amavit . . Unde protinus induitur faciem vultumque Dianæ: et sic ad eam in nemore venit: et oscula ipsi dedit: nec moderata satis nec sic a virgine danda: sicque ipsius consortio usus fuit: et ad æthera victor iterum ascendit. Sic Iupiter id est dei filius benedictus a principio mundi summe



Pag. 42.

Pag. 42. v. 18 . . . Pag. 43. v. 4.

amavit puellam pulcherrimam calistonem : id est animam humanam. Et ideo ut sibi ipsam acquireret et per fidem et caritatem coniungeret, vestem et faciem muliebrem assumpsit. id est carnem et figuram humanam . . . Et tandem ad cœlum unde venerat remeavit per ascensum de cons. Matthei. XII. [44.] Reuertar in domum meam unde exivi . . .“.

- 36 *Aglauro*] (Ovid. met. II. 708. sqq.) Th. de W. II. fol. xxviii. „Nam sicut Aglauros una trium . . . mutata fuit in lapidem nigrum . . . Unde Ovidius [met. II. 832.] Nec lapis albus erat. sua mens infecerat illam. Sic illi qui secretum dei aperire et videre voluerunt indiscrete, in errorem labuntur : et per diversa peccata nigri et lapidei efficiuntur. Iob. xLj. [15.] Cor eius indurabitur quasi lapis . . .“.

- 37 *XLII.*] immo *XLII.* 15. cf. præc. not.

- 38 *ut*] tanquam Vulg.; quasi Th. de W.

*Europam*] Th. de W. II. fol. xxix<sup>b</sup>. sq. „Iuppiter cum summe amaret Europam filiam regis Agenoris, . . . transfiguravit se in quendam taurum pulcherrimum et albissimum sine macula et ruga . . . et tandem pristinam formam assumpsit, ut virginis solatio usus fuit . . . Puella ista significat animam quæ regis et dei filia est spiritalis. Iuppiter summus deus significat dei filium qui ut virginem istam .i. animam rationalem quam amabat posset habere, in taurum pulcherrimum se mutavit .i. in hominem corporeum et mortalem . . . Istum debet puella .i. anima per caritatem tangere . . . et sic ab ipso per eius pœnitentiæ austeritatem portabitur et eius solatio perfruetur. psalmista [xLiii. 11.] Audi filia et vide“.

Pag. 43.

- 1 *Audi etc.*] Vulgata sic: „Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. [v. 12.] Et concupiscet rex decorem tuum . . .“

- 2 *Cadmus etc.*] (Ovid. met. III. sqq.) Th. de W. III. fol. xxx<sup>b</sup>. „Dicit Ovidius quod postquam Cadmus filius regis Agenoris mittitur de mandato patris quærere Europem sororem suam raptam a Iove sub tali pacto quod . . . non rediret, nisi sororem perditam inveniret . . . Iste Cadmus potest significare Christum qui de mandato patris venit in mundum quærere sororem. i. animam humanam quam Iupiter diabolus rapuit deo patri. Iste igitur filius dei ex prædiffinito consilio habito in templo Phœbi. i. solis superni sive patris luminum inventam bovem, quæ nunquam iugum traxerat, scilicet virginem gloriosam, quæ virum nunquam cognoverat, secutus et ei se per incarnationem associans ad locum venit, ut civitatem ecclesiæ fabricaret. Genes. viii. [20.] Aedificavit Noe altare domino.“

- 4 *Actæone*] (Ovid. met. III. 138. sqq.) Th. de W. fol. xxxi<sup>b</sup>. „Actæon fuit quidam nobilis venator de genere regis Agenoris, qui dum quadam fessus venatione spatiaueretur in sylva, casu venit ad fontem pulcherrimum, ubi dea venationis Diana solebat aliquotiens se lavare . . . invenit deam cum nymphis suis nudas in fonte se lavantes et balneantes . . . quæ omnes verecundatæ pro eo quod nudæ visæ fuerant, inceperunt nymphæ cum suis corporibus corpus deæ tegere. Dea vero nolens quod Actæon de nuditate sua aliquid revelaret, eum mutavit in cervum: et sic factus est sylvestris. Ovidius [III. 194.] . . . Ista possunt allegari de multis dominabus, quæ secrete in fonte deliciarum cum suis domicellis faventibus et ministrantibus se nudare consueverunt, nullo tamen modo volunt quod sua nuditas, id est viciorum suorum

Pag. 43.

veritas videatur. . . . sæpe tamen fit quod tales suos inventores cervos, id est cornutos, et divites faciunt, et sic loquendi de ipsis potentiam eis tollunt. Ezechielis. xvi. [7. 8.] Eras nuda et confusione plena: et transivi per te et vidi te“.

- 7 *Bacchus est bis genitus*] (Ovid. met. iii. 317. „Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi.“ iii. 11. sq. „... Bacchumque vocant... Ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem“. Vel *ῥαίγονον* fuisse constat. cf. Dantis purg. xviii. 91. sqq. parad. xiii. 25. sqq.) Th. de W. III. fol. xxxiii. „Cum Iuppiter fulminasset Semelen, in qua genuerat Bacchum, noluit filium cum matre perire. Et ideo ipsum de ventre matris extraxit, et in suo fœmore inseruit, et immisit et ibi eum usque ad complementum .ix. mensium custodivit: quem postea parturivit et propter hoc Bacchus bis genitus dictus fuit. Fuerat etiam dictus ignigena, quia ab igne fuerat raptus... et in antris earum [nympharum] reconditus et nutritus... Vel dic quod Bacchus est Christus qui dicitur ignigena et bis genitus. Deuteronomii. iij. [24.] Deus noster [tuus] ignis consumens est. Bis genitus, a patre quoad deitatem, et a matre quoad humanitatem... Unde dicere potest deus pater vel virgo Maria animæ illud Exodi. ii. [9.] Accipe puerum istum et nutri mihi, et ego tibi dabo mercedem tuam.“

9 *Semele*] cf. not. præced.

- 11 *Piramo et Thisbe*] (‘Pyramus et Thisbe’ Ovid. met. iv. 55. sqq. Similiter ut in sqq. interpretatus est Dantes, purg. xxviii. 37. sqq.) Th. de W. IIII. fol. xxxvi. „In hoc iii. libro Ovidius... narrat historiam, quæ magis videtur certa narratio quam fabulæ compositio. Dicit enim quod Pyramus erat iuuenis pulcherrimus et Tysbe iuencula pulcherrima... Ista historia potest allegari de passione et incarnatione Christi. Pyramus est dei filius. Tysbe vero anima humana, quæ se principio multum dilexerunt et per caritatem et amorem coniungi invicem decreuerunt: sed quia dato quod essent vicini et quasi consimiles, eo quod ad imaginem dei factus est homo, quidam tamen paries, id est peccatum Adæ, coniunctionem impediabat et ipsos ab invicem disiungebat. Ipsi autem per prophetas colloquentes condixerunt per beatam incarnationem insimul convenire, et sub mori arbore, id est sub cruce, ad fontem baptismi et gratiæ invicem consentire. Sic igitur factum est quod ista puella anima propter lænam, id est diabolum, fontem gratiæ adire non potuit, sed adventum amici sui Pyrami, id est dei, sub silentio expectavit... Iste igitur iuxta conductum finaliter ad nos venit et sub arbore crucis amore tysbes, id est animæ, morti se exposuit... Et ideo tysbe, id est fidelis anima, debet per compassionem eius de passionis gladio se transfigere et eandem poenam mentaliter sustinere. Vel dic quod ista puella est virgo Maria, ad quam dei filius per incarnationem venit, et... gladio se transfodit. Luc. ij. [35.] Tuam ipsius animam pertransibit gladius.“

- 15 *Vulcano*] Th. de W. l. c. fol. xxxvii. „Cum Iuno de Ioue nihil pareret, Iuppiter timens ne in se peccatum esset, causa experimenti caput suum concussit, per quam concussionem Pallas de cerebro eius nata est et in terram armata prosiliit. Iuno autem indignata volens ostendere quod ipsa non esset causa sterilitatis, levavit se et concutiens vulvam suam Vulcanum sine usu masculi peperit, qui Vulcanus quasi de vulva cadens propter hoc dictus est. Iste tamen quia turpis erat facie, de cœlo fuit proiectus in terram, et claudus est factus, qui in Lemno insula fuit absconditus et nutritus, et tan-

Pag. 43.

Pag. 43. v. 7 . . . Pag. 44. v. 21.

dem Veneri in matrimonium fuit datus . . . . . [*post diversas morales allegoricasque interpp. et locor. biblicor. allegationes:*] Talis Vulcanus de vulva dicitur cecidisse, id est a carnali affectione mali favoris ad consensum processisse, quia tales de cœlo, id est de alto officio, expelluntur, et a bonorum consortio excluduntur. Ps. [xxxv. 13.] Expulsi sunt nec potuerunt stare. Animal enim claudum non debet deo immolari sicut dicitur Deuteron. xv. [21.] Nec homo taliter claudicans debet divinis officiis deputari . . .“

16 *Hæc et talia multa*] Nonnisi iv priores eorum xv librorum, ex quibus Thomæ moralitates constant, Dollenkopffius (i. e. Crotus) excerptis. continent autem et ipsi et sequentes undecim sane multa alia mirabilia.

20 *disposui hic*] curam gessi, ut Tubingensis quidam me certiozem redderet (litteris Heidelbergam mittendis) quid agat Reuchlinus (qui Stutgardia habitat). Cf. adnot. ad sq. v. 30.

21 *ita quod possum vos cavisare*] ut possem te præmonere.

22 *charitate non ficta*] ut 15<sup>19</sup>.

## EPISTOLA 29. TILMANNVS LVMPLIN ORTVINO.

25 *Lumplin*] Hæc epistola locum ubi scripta fingitur non indicat. opiner Turingæ scriptam fingi, tum ex eo quod paulo ante (v. 20. sq.) legitur, tum quod sub Tilmanno Lumplino Iacobum Lempum Turingensem latitare suspicor, quem inimici conviciandi causa *Lump* (*Fetz, Fetsenlumper*) appellare solebant. Scio quidem Iacobum Lempum, theologiæ et iur. utr. doctorem, generalisque studii Turingensis in theologia primum regentem († Turingæ d. 2. Apr. a. 1532.) inter Reuchlini defensores fuisse, præcipue Moguntia m. Oct. a. 1513. (cf. Consp. chron. p. 127.), sed hoc ipso acerbior Coloniensium derisio fieri videtur, quod sub persona zelosissimi Antireuchlinista eis calcaria admovet Reuchlini ipse amicus; neque a Croti ingenio duplex eiusmodi nominum rerumque permutatio abhorreere videtur. Ceterum hoc non nisi pro lusu venditem.

29 *Proverbior. xxx.*] 2.

32 *vexatio dat intellectum*] Esai. xxviii. 19.

33 *Ecclesiastico cap. xiii.*] vers. i.

Pag. 44.

1 *oportet etiam pro b. . . a me*] non moleste ferre debes, si forte parum commoda videbuntur quæ scripsero.

2 *percepi s. intell.*] Eius modi verborum idem significantium cumulationem in his epistolis rarius offendimus quam vulgaris ineruditæ plebis usus fert.

4 *scriptum e.*] Paul. ad Hebr. xii. 6. „Quem enim diligit dominus, castigat.“

*respondere*] scil. Prenotamentis, Febr. a. 1514. editis. Cf. Ind. scr. p. 81. n. xiv.

8 *respicere*] *Rücksicht nehmen*, timere, ne offendas, rationem alicuius habere.

9 *Ecclesiastici xiii.*] 11.

12 *Matth. xvi.*] 25.

15 *causa fidei*] Cf. ad 23<sup>2</sup>. et Indic. verbor. h. v.

16 *Matth. xviii.*] immo xvii. 19.

21 *magister I. Pf.*] Acerba est magistrorum nostrorum derisio, quod Pepericornus magisterii honore dignatur. Sed audiamus Agrippam ab Nettesheim, ipsum Coloniensem, qui in epistola ad Colonia senatores consulesque [cf. Consp. chronol. p. 156. d. 11. Ian. a. 1533.] postquam memoriam non ita paucorum plane inlitteratorum truncorum a magistris nostris Coloniensibus ad dignitatem ma-

## Pag. 44.

gisteriæ ecclesiasticosque gradus promotorum renovavit, „parumque abfuit“ ait „quin etiam illum suum Aiace[m] Pepercornum, adhuc neophytam, si aliquot verba semilatina effutire novisset, et uxorcula caruisset, in theologici magistri nostratus ordinem ascivissent. Possem illius furfuris pleraque alia similia excrementa in conspectum producere, ni vererer illorum nimium pedorem vos sustinere non posse . . .“ (Agrippa ab N. Opp. II. p. 1041.)

22 *Sturmglöck*] cf. Ind. scr. p. 83. n. xvii.

*n. deb. al. hab. agere in*] *sollen nichts zu thun haben in*, non licet eis disputare de rebus ad sacram scripturam pertinentibus, i. e. theologicis.

23 *Psalm* XLIX.] 16.

25 *pectoraliter*] i. q. cordialiter, ex animo.

*quatenus*] i. e. ut.

28 *si papa v. proh.*] Die 23. Oct. a. 1514. imperator ad papam inter alia hæc scripsit: „ . . . Beatitudinem vestram . . . instanter rogamus, dignetur . . . imposito perpetuo silentio adversariis illis captiosis theologis, causam istam penitus extinguere et suffocare . . .“ Tota ep. repetita est infra ad p. 234<sup>14</sup>. Die 19. Ian. a. 1514. inhibitoriales contra Hochstratum datæ sunt. cf. *Consp. chronol.* p. 135.

*eccl. e. super pap.*] Cf. supra ad 19<sup>31</sup>. „concilium est supra papam“.

30 *tu scis etc.*] Ioann. xxi. 15. sqq.

## Pag. 45. EPISTOLA 30. IOANNES SCHNARHOLTZIVS ORTVINO.

4 *theol. . . orat.*] cf. supra ad 3<sup>6</sup>.

6 *Schnarrholtz*] crepitaculum, stridens lignum. Ad quemnam Alsaticum sive Helveticum iuvenem hoc nomen adludat nescio. fortasse ideo electum est, quod scriptor sermonem de raucitate et raucis vocibus refert.

10 *nec non*] quod hodieque multi non solum licentiandi sed etiam licentiati, magistri et doctores elegantius esse putant et generosius quam simplex Latinum ‘et’.

12 *irreverentialitas*] immodestia, insolentia.

14 *nullus deb.*] nemo ausit.

15 *scr. e.*] Matth. xxii. 12.

17 *scriptura*] Matth. xxiii. 12. Luc. xiv. 11.

18 *depon. pudor.*] deposita verecundia, ingenue.

19 *audivi præd. a.*] Germanice *ich habe von einem predigen gehört*, pro ‘quendam prædicantem audivi’.

20 *quodam*] Nomen huius Parisiensis magistri qui die 25. Maii a. 1514. hunc sermonem Basileæ habuit, ibi fortasse explorari poterit. ipse sermo meis quasi oculis obversatur, sed iam nequeo mihi in memoriam redigere, utrum alibi legerim an ex quadam pictura sacra speciem eius retineam.

21 *Ascend. etc.*] Psalm. XLVI. 6.

24 *collationis*] sacrorum librorum lectionis. cf. ad 8<sup>19</sup>.

27 *Clamaverunt*] Psalm. Lxviii. 4. „Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. ‘voces’ pro ‘fauces’ consulto positum esse videtur. Cf. ad p. 259<sup>35</sup>. 295<sup>15</sup>.

28 *lætitalis*] lætitiâ exprimens, *Freudengeschrei*. (Vocabularia non habent.)

29 *evangelio*] Luc. xix. 40.

31 *char. c. m. zelo*] *aus Liebe mit großer Inbrunst*. ‘Caritative, ex charitate, ex

Pag. 45.

animo, humaniter, passim occurrit apud scriptores barbaro-latinos'. Duncange. Zelus apud Nostros semper in bonam partem sumitur, *Glaubenseifer*. In Vocabulario predicatorum s. Variloquo est 'zelus *gut strenckhait das ubel zu straffen*'. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

32 *tubalem voc.*] *Posaunenstimme*, vocem instar tubæ. In Ducangio Adelungi ex t. i. Aug. p. 598. vel 'tubaliter' enotatum est.

*David*] Psalm. xxxiii. 7.

34 *præd. ang.*] cf. Luc. i. 26. sqq.

35 *unanimiter*] ut Act. Apost. iii. 24. „... unanimiter levaverunt vocem ad deum...“ et Iudith. iv. 10. „et clamaverunt ad dominum... unanimiter“. Unanimiter iam apud scriptores sæc. iii. legitur.

36 *viri Galil.*] Fortasse auctor ad Actor. i. 11. respicere commotus est hoc loco libelli De generibus ebriosor. (ed. Zarnck. p. 152.) „Viri Galilæi, *ir vngetrewen Frantzosen*, quid admiramini, *was lat ir euch beduncken*, aspicientes in cælum, *meynt ir, das ir vns teutsche verjagen wöllet*. Alleluia, *Got geb euch sant Vrbans plag*, ut ambuletis per vias rectas, *das ir all mit der nasen in dreck must fallen*.“ Actor. locus est: „Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est a vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.“

Pag. 46.

1 *scriptura*] Psalm. xxxiii. 18.

2 *exiitit*] i. e. *ist ausgefallen, gelungen*, successit ei. Plus est quam simplex 'fuit'. Unde hæc conclusio, quam didicit prædicator in Parrhisia, desumpta sit, nescio; fortasse ex quodam sententiarum commentario. Ceterum alter hic sermo prioris continuatio fuit: nam e valle Iosaphat prope Hierosolymam dominum in cælum ascendisse, inque eandem reversurum ibi extremum aliquando iudicium habiturum esse, tradebant multi.

3 *habere... pass.*] *ein Passionsfest haben, halten, feiern*, festum celebrare.

4 *Hierus.*] Cf. Ezech. v. 5. „Hæc dicit dominus deus: Ista est Ierusalem: in medio terræ posui eam, et in circuitu eius terras. 6. et contempsit iudicia mea, ut plus esset impia quam gentes, et præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu sunt.“ etc.

6 *ego nescivi etc.*] cf. Matth. xvii. 9. Marc. ix. 8.

9 *in illo loco*] Scriptor per ecstasin ipse syntaxeos obliviscitur: voluit 'ille locus'.

10 *campana*] medio ævo ex novissima tuba facta est, quæ ubi „canet, mortui resurgent incorrupti“. I. Cor. xv. 52. cf. Isai. xviii. 3. xxxii. 13.

12 *surdi audiunt*] cf. Matth. xi. 5.

14 *quidam etc.*] Neque huius Erphordiensis magistri Basileæ commorantis personam divinare possum.

15 *stet. c. conf.*] stare confuse p. 287<sup>23</sup>.

16 *ostendere*] indicare.

17 *Beat. Rhen.*] cf. Ind. biogr. p. 455. art. Rhenanus.

## EPISTOLA 31. WILLIBRORDVS NICETI COLPIO.

19 Hæc epistola ex paucis est quæ non directo ad Ortvinum scriptæ sunt. fortasse ad Gelenium, editorem Actorum Parrhisiensium (cf. Ind. scrr. p. 82. n. xvi.), irridendum Carmelitæ cuidam Coloniensi adscripta. Ceterum Bartho-

Pag. 46.

lomæus *Coloniensis* (de quo Hartzhemius et Foppens tacent) Daventriæ a. 1496. edidit Dialogum mythologicum sæpe postea editum (cf. Panzer Ann. typ. V. p. 73. X. p. 139.), in quo tamen ad hanc epistolam explicandam nihil inveni, nisi forte cui contra meam interpretationem Megadipsi (Multisitientis) nomen cum Combibilationum nomine comparandum videatur. Alii huius scriptoris libelli, Epistola mythologica, Libellus elegiacus de septenis doloribus b. Mariæ, Canones, Silva carminum, memorantur ap. Panz. ll. citt. et Hain. n. 2490...2497. Inter carmina Buschii (Lips. 1504. 4<sup>o</sup>. fol. 65) est unum de Alexandri Hegii, præceptoris sui, obitu ad Bartholomæum Coloniensem poetam et astronomum. Hunc quoque virum, ut Aesticampianum et Buschium, ob reprehensas barbarorum theologorum sordes, Hochstrati, Arnoldi Tungrensis et Ortviui Gratii opera e Colonia quondam eiectum esse, ex Burckhardi vita Buschii p. 182. didici. Unde eum sub nostro Colpio latere minime veri simile est.

20 *Bacc. form.*] cf. Ind. biogr. p. 302. sq. art. Baccalaureus.

25 *Colonia sancta*] cf. *Die Cronica van der hilliger Stat vā Cœllē*. fol. xxxviii<sup>a</sup>. in Hutt. Opp. IV. p. 151. not. 3.

*begutte*] Vocabul. iur. „Beghardus et begina vel begutta sunt viri et mulieres tertii ordinis. Et dicit io[annes] an[dreæ] quod beginarum genus perniciosum est nec de facili alios quam religiosos admittunt, a quibus omnibus modis est cavendum. viij. q. ij. diffinimus. et c. perniciosam. de his vide cle[mentin.] j. de reli. domi. ubi hosti[ensis] idem dicit. Et vide cle[mentin.] ad naturam de here. [l. Ad nostrum (i. e. cap. 3.) de hereticis 5, 4. Cf. ad 47<sup>u</sup>.], ubi damnatur secta talium beghardorum et beginarum. Item c. cum ex ea. de exc. præla. l. VI. et cle. cum ex eo. de Sen[tent.] ex[comm].“ Addo ex Ducang. art. Beguta: „idem quod Beguina, Gallis Bigotte, quam vocem in pravum hodie sensum detortam pro muliere superstitiosa fere solent accipere. Vocis origo Germanicum *By Gott*, i. e. in Deo vel per Deum: qua de re vide Menag. in Dict. etym. Gall.“ etc. Vide etiam Antonini Flor. Summul. vers. fin. lib. I. „De quibusdam mulieribus quæ Bighinæ dicuntur et de religiosis faventibus eas in illo statu.“ Cf. Mosheim De Beghardis et Beguinabus. Lips. 1790. 8<sup>o</sup>. *Schröckh Kirchengesch.* XXIX. p. 667. sqq. XXXIII. p. 107. sq.

26 cūtes . . . salūtes.

27. sqq. Fratres Eremitæ de monte Carmelo s. Eremitæ s. Mariæ de Carmelo primam (de qua re tamen ipsi disputant) ab Alberto Hierosolymitano patriarcha regulam acceperunt, quam Honorius PP. III. a. 1224. confirmavit, Innocentius PP. IV. a. 1247. mutavit. De indulgentiis Carmelitis concessis ipsi referunt ad bullam Sixti IV. a. 1477. Cf. Helyot *Gesch. aller Kloster- u. Ritterorden*. c. 41. sqq. et vide commentt. Clem. 2. de sepulturis 3, 7.

35 *liberariam*] ‘*Libraria, ein libery*, locus librorum’ Gemma g. Immo, non solum locus, sed et ipsa copia librorum.

*libri in*] i. e. continentes sive concernentes sacram scr. etc.

36 *Petro Hispano*] cf. Ind. biogr. p. 393. sq. art. Hispan.

Pag. 47.

1 *processus* . . . *Laurentii*] cf. ibid. artt. Bursæ Colon. et Hispanus.

*regit actu*] In inscriptione Articulorum etc. [cf. Ind. scrr. p. 78. n. xi.] semetipsum Tungarus ornat nomine „venerabilis ac zelosi viri magistri nostri Arnoldi de Tügeri. artium : sacre theologie pfefforis pfundissimi. Collegij qd vulgo burfam Laurctij vocat regētis pmarij sempq3 honoꝛadi.“ De actu regente

Pag. 47.

Pag. 46. v. 20 ... Pag. 47. v. 15.

Statuta reform. fac. art. Ubior. [a. 1522.] c. 32. „... statuimus ut magistri ad facultatem artium recepti modo regentes et vice sua ordinarie præsidentes similiter magistri emeriti quondam hanc provinciam experti, sint et nominentur actu regentes in facultate artium; reliquos magistros receptos qui post primam præsidentiam neutrum horum faciunt, nec olim fecerunt, volumus appellari non regentes“.

3 *quidam doctor i. i.*] Reuchlinus, qui in Defensione [Ind. scrr. p. 80. n. xiii.] illos Articulos vellicat.

4 *formalis*] cf. ad p. 258<sup>17</sup>. et p. 285<sup>24</sup>, 287<sup>24</sup>.

7 *studitorium*] ‘Studorium, ein studier huss oder ein studier kamer’. Gemma g. Studium et studiolum pro conclavi, ubi studetur, habet etiam Ducange.

8 *combibilationes*] cf. Ind. biogr. p. 347. art. Combibilationes.

10 *in mort. a. ... confess.*] cf. ad 32<sup>10</sup>. Sextus casus, in quo quis potest non proprio sacerdoti confiteri, sec. Antonini Flor. Summulam (I. c. 4.) est „ratione studii ut scolares, etiamsi non sint moraturi nisi per annum in studio, vel quia non habent plus de spatio [cf. ad 31<sup>12</sup>.] vel ab episcopo vel capitulo, de cuius licentia ibi sunt, vel quia sic disponunt, vel de parrochia in parrochiam mutantur. [sequitur de parlamenti Paris. potestate studiosos absolvendi: sed „rex parisiensis non habet potestatem in spiritualibus, nec in ceteris partibus regni“.]

11 *Bonaventura*] cf. Ind. biogr. p. 316. h. art.

13 *carenas*] Ducange „Carena. 1) Vox formata ex quadragena vel ex quarentana, quadagesima pars. 2) Carena, carrina, quadagesimale ieiunium, seu publica poenitentia ab episcopo clericis et laicis aut ab abbate monachis indicta, qua quis ieiunare spatio 40 dierum tenetur. Ioa. de Ianna: Carrena et publica poenitentia et quadragena idem sunt. Burchardo lib. 19. c. 5. Carrina (alias Carina) est dierum 40 continuorum ieiunium in pane et aqua ... 3) Carena est etiam remissio seu indulgentia eiusmodi 40 dierum, quæ a Romano pontifice vel ab episcopis indulgetur ... Quadragena, idem quod Carena, indulgentia 40 dierum ...“. Hoc sensu (3.) h. l. nomen accipiendum esse manifestum est. Vocabularius in h. v. non sequitur Ioannem de Ianna, sed perperam habet: Carena dicitur a carentia hominum vel cibariorum. nam per 40 dies ieiunant in pane et aqua. et includuntur in aliquo secreto loco iuxta ecclesiam, ubi non habent consortium hominum, ut notat bern[ardus].

*Henr. de Hassia*] cf. Ind. biogr. p. 388. art. Hassia.

14 *Verneus*] cf. Ind. biogr. p. 495. h. art.

15 *viam antiquor. etc.*] nominalistarum et realistarum methodum. aliter supra 38<sup>1</sup>. cf. Ind. biogr. artt. Scotus (qui fuit realistarum fax tubaque), Albertus Magnus. Plane huc pertinent quæ Camerarius in vita Melanchthonis (Lips. 1666. 8<sup>o</sup>. p. 16. et 21. sq.) scripsit: „Theologiæ tum materia non sacræ literæ et scripturæ divinæ erant, sed quædam obscuræ et spinosæ intricatæque quæstiones, quarum nugatoria subtilitate exercebantur ingenia“. „Erant tum studia Philosophiæ, qua Theologia involvebatur, scissa in duas præcipue partes. Quarum una veluti Platoniam de Idæis seu formis abstractis separatique ab iis, quorum moles corporum sensibus subiiceretur, sententiam tuebatur. Hæc de eo quod generalis cogitatio comprehendit, ut Hominem, Animantem, pulcritudinem, etiam spondam atque mensulam, quia natura et res singularis constituitur, Reales isti sunt nominati. Altera pars Aristotelem magis sequens speciem istam de iis quæ suam naturam ipsa habent, universis col-

Pag. 47.

ligi docens, et concipi intelligendo notionem hanc ex singulis quibusdam existentem atque contractam, neque naturas esse has per se ipsas priores singulis, neque re sed nomine tantum consistere: Nominales appellati fuere et Moderni. Habuitque utrumque quasi agmen suos ductores et autores quorum sectam sequi placuerat. Atque non solum contentiones et iurgia inter dissentientes, sed dimicationes etiam ac pugnae commissae fuerunt, interdum concertationibus non tantum pertinacibus verborum, sed manuum quoque violentis. Hæc dissidia et Tubingensem Academiam invaserant, contubernio bonarum artium et Philosophiæ studiis destinato, in duo quasi castris diviso, ex quibus de opinione sua factiones illæ acerrime præliantes inimicitias graves exercebant. — *Der Satz des Nominalismus ist* (sec. Buhle Lehrb. der Gesch. der Philos. 5. Thl. Götting. 1800. 8º. p. 191.): *Nur in den individuellen Dingen außer uns ist Realität, Die Universalien sind bloße Verstandesbegriffe ohne Realität, die nur durch die Sprache objectiv bezeichnet werden, und dadurch den Schein von Realität bekommen, ob sie gleich selbst weder eine Realität enthalten, noch einer Realität correspondiren. Der Satz des Realismus im Gegentheile ist: In den individuellen Dingen außer uns ist keine Realität. Die Universalien sind die wahre Realität, und die Individuen als solche [die einzelnen Dinge] unterscheiden sich nur durch die Accidenzen.* Iam cf. impr. Prantl Gesch. der Logik II. p. 35. sqq. et p. 116. „daß moderni die . . . verdienstvollen Logiker (Anselmus, Wilh. v. Champeaux, Hugo v. S. Victor, Robert Pullus u. A.), erstere, (die antiqui) aber jene spitzfindigen Sophisten der vorhergehenden Zeit sind. . . tum „daß die antiqui sich bei der älteren Boethianischen Tradition der Logik begnügten, die moderni hingegen dem Aristotelischen Organon näher standen“.

17 *bursa . . . processum*] De hac bursa et de hoc processu cf. ad superior. v. i. citt. artt.

18 *gravare in m. p.*] gravari per m. p., ut veniam des quærenti mihi.

20 *determinare disp. et concl.*] i. e. magistraliter tractare primum arguendo per contra et utrum, tum concludendo sentimentum dicere.

*sec. vestr. posse*] ‘posse’ substantive (pro potestate, facultate) vetus usus est, et antiquiora exempla me legere memini quam protulit Ducangius h. v.

21 *questio ista*] Quam Willibrordus sibi ipse solvere poterat, si Clementinam 3. supra ad 46<sup>25</sup>. cit. legisset, ex qua hæc enotasse iuvabit: „Ad nostrum . . . pervenit auditum, quod secta quædam abominabilis quorundam hominum malignorum, qui Beguardi [al. Begardi], et quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ vulgariter appellantur, in regno Alemanniæ procurante satore malorum operum damnabiliter insurrexit, tenens et asserens doctrina sua sacrilega et perversa inferius designatos errores: 1º) . . . quod homo in vita præsentis tantum et talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, et amplius in gratia proficere non valebit . . . 2º) quod ieiunare non oportet hominem, nec orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus . . . 3º) quod illi . . . non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligantur . . . 4º) quod homo potest ita finalem beatitudinem . . . assequi, sicut eam in vita obtinebit beata. 5º) quod quælibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata . . . 6º) quod se in actibus exercere virtutum est hominis imperfecti, et perfecta anima licentiat a se virtutes. 7º) quod mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum, actus autem carnalis,



Pag. 47.

Pag. 47. vv. 17...36.

cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens. 8º) quod in elevatione corporis Iesu Christi non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere . . . . Non nulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt et committunt, quæ oculos divinæ maiestatis offendunt et grave in se continent periculum animarum. Cum . . . huiusmodi sectam detestabilem et præmissos ipsius exsecrandos errores .. extirpare ab ecclesia catholica necessario habeamus, . . . damnamus et reprobamus omnino . . . . Porro diocesani et illarum partium inquisitores hæreticæ pravitatis, in quibus Beguardi et Beguinæ huiusmodi commorantur, suum officium circa eos diligenter exerceant, . . . in illos vero quos culpabiles repperint, nisi abiuratis sponte prædictis erroribus pœnituerint et satisfactionem exhibuerint competentem, debitam exerceant ultionem“.

22 *Lolhardi*] ‘Lollardi, Lullardi . . nuncupantur hæretici quidam, qui sub init. sæc. xiv. in Germania et Belgio orti sunt. Ioa. Hocsemius a. 1309.: „Eodem a. quidam hypocritæ gyrovagi, qui Lollardi sive Deum laudantes vocabantur, per Hannoniam et Brabantiam quasdam mulieres nobiles deceperunt etc. Tritheimius ait ita appellatos a Gualtero Lolhard, Germano quodam. [vide contra Schröckh Kirchengesch. XXXIII. p. 167.] Liliardi dicuntur in Geneal. Comit. Flandriæ ad a. 1302. . . . Wicleff etiam sectatoribus id nominis inditum in Anglia. Thom. Walsingh. a. 1377. Lollardia hæresis Wicleffiana, quæ Angliam diu infecit. Provinciale Cantuar. eccl. lib. 5. tit. 5.“ Ducange. De Lollhardis Wicleffitis vide Schröckh XXXIV. p. 552. sqq. et de iis qui a. 1519. in Anglia ad capitis supplicium damnati sunt, idem . . . Kirchengesch. seit der Reform. II. p. 512. — Lollardos a lollando, lullando, pressa balbutienteque voce nænias libitinariasque preces canendo murmurandove, nomen habere, hodie communis opinio est. cf. Schröckh XXIX. p. 671. XXXIII. p. 168. Alia vocabuli forma est *Nolhard*, *Nollhart*. cf. 73<sup>14</sup>. ibiq. cit. Gædeke.

24 *Discipulo*] cf. Ind. biogr. p. 390. art. Herolt.

*Fasciculo temporum*] cf. ibid. p. 431. art. Paratus.

25 *autenticis*] i. e. in scholis prædicatorum præcipue receptis. (cf. etiam Petrus Lombardus, supra ad 9<sup>21</sup>.) [art. Crotus.

*in Fulda*] ubi Crotus olim docuerat. cf. Hutt. Opp. I. p. 21. et Ind. biogr. p. 353. sq.

26 *Sicut etiam q.*] Idem (i. e. quod invenire non potuit) evenit cuidam s.

27 *registrum*] ‘liber qui rerum gestarum memoriam continet’. Gemma g. Sed h. l. est catalogus librorum.

*de genealogia*] (pro genealogia) i. e. genere, stirpe, familia.

29 *quia . . . monast.*] Locus impotentia cogitandi dicendique insignis. Fortasse Willibrordus, si vertigine correptus non fuisset, scripsisset: Mihi vero plebis, quæ iurisdictioni monasterii nostri subdita est, cura commissa est.

*communicantes*] ‘Communicare, . . sacrament empfahen’. Gemma g.

*superintendens*] superior clericus, præpositus, ad quem superior iurisdictio pertinet, cuius vicariam partem scriptor agebat.

31 *quod . . . discissione*] se huius controversiæ decisionem animo suo religionem inicere, se per conscientiam suam hanc quæstionem diiudicare non audere. ‘decissio’ et ‘discissio’ pro ‘decisio’ apud medii ævi scriptores sæpe offendit.

33 *licentiatura*] licentiati gradus. legitur etiam in bullis pontificum et statutis universitatum ‘licentiaturæ gradus’.

34 *materialiter . . . complet.*] cf. supra ad 16<sup>25. 26</sup>.

36 *Gratius . . . gratiam*] cf. ad 11<sup>11</sup>.

Pag. 47.

37 *carmen heroic.*] Unicum est dictamen dictum heroicum in his epistolis, non heroico quidem versu compositum, sed (quod tamen in aliis quoque nostrorum carminibus optinet) quod constat ex divinis humanisque personis, continens vera cum fictis — ut Vergilianum opus secundum Servium.

38 *sum . . . diminutus*] nimium aut parum verborum scripsi. Scilicet bonus metrificator accurate syllabas versuum numerat.

Pag. 48.

1 *audite*] experiaris.

2 *mittere imprimere*] *drucken lassen, zum Druck schicken.*

4 *præsumptuositate sepultus*] *in Hoffahrt, Anmaßlichkeit ganz versunken.* 'tam præsumptuosæ superbix' 49<sup>1</sup>. 'Præsumptuositas' vocabulariis addendum.

9 *mater omn. univ.*] cf. ad 34<sup>15</sup>.

12 *seraphica*] secundum Bonaventuram. cf. Ind. biogr. 316. art. Bonaventura.

14 *irrefragabiles*] 'Irrefragabilis .i. invicibilis, cui non resisti potest, *unubervintlich*, ut Alexander de Ales dicitur doctor irrefragabilis'. Gemma g. Cf. Ind. biogr. p. 387. sq. art. Hales.

15 *Hieronymus et Augustinus*] apud prædicatores minus sancti habebantur quam sanctus Dominicus et sanctus Thomas. cf. infra II. epist. 47.

## EPISTOLA 32. GINGOLFVS LIGNIPERCVSSORIS ORTVINO.

25 Ligni percussor, *Holzshauer, Holzhacker*, a percutiendo, pro cædendo (unde 'Lignicida, *ein holzshauer*' Gemma g.) ligna. Lignarius, *ξύλονόμος, ὁ κόπτον ξύλα*. Gloss. Philox. ('Gingolfusling percussoris' quod multa exempla habent, ex male expresso 'Gingolfus lign percussoris' edit. 7. enatum est.)

26 *inenarr. doctrin.*] Non ut de inenarrabili fluminum natura Seneca, aut de elephantorum inenarrabili habitu Plinius locuti sunt, sed ut in bibliis de inenarrabilibus verbis dictum est, hæc epistola gloriosissimo, id est gloriæ plenissimo (miror, quod non gratiosissimo, 'propter gratiam divinam in se, quæ nihil ignorat' 37<sup>36</sup>) Ortvino viro inenarrabilium doctrinarum inscripta est. Si totiens ingemuit Gingolphus, quotiens in hoc epistolâ *stimul* scripsit, non inenarrabiles quidem, sed tamen *xxvi* gemitus edidit.

27 *mille milium*] ut hodieque *tausend mal tausend Grüße*.  
*in charitate non ficta*] cf. 15<sup>19</sup>.

28 *pectoraliter*] ut cordialiter, ex animo.

*ex intimo zelo*] summa cum pietate, observantissime.

29 *singulariss.*] cf. ad 10<sup>19</sup>. et Ind. biogr. p. 381. sqq. art. Gratius.

35 *Buschius in suo procemio*] Non in procemio Valli humanitatis (ut Burckhardus de L. L. fatiis II. p. 439. sq. opinatus est), quod post has epistolas publicatas scriptum est a. 1518. tert. Non. Febr., pleno sane invectivarum contra barbaros eorumque scholas. Cuinam libello Buschius (carmine quodam puto) ea quæ h. l. vituperantur procemiatu sit, mihi non pro certo quidem constat, vix autem ne errem vereor, si hæc ad procemium illius Triumphî Reuchlini, qui anno 1514. scriptus, non publicatus, Mutiano, Urbano, Erasmo, aliis in manibus fuit, referenda esse censeam. Ceterum ad hunc locum pertinet Buschii epist. d. 30. Sept. a. 1514. ad Reuchlinum scripta (quam infra ad II. 57. repetemus); atque huc traxerim etiam illud Mutiani ad Urbanum „Buschium cecinisse palinodiam et gratia frui Capnionis. Ortvinum persistere in sua pertinacia“, quod d. 7. Iun. [a. 1514?] scriptum est. Et iam d. 2. Ian. a. 1514. Glareanus e Colonia Reuchlino scripserat: „.. Est Hermannus Buschius

Pag. 48.

Pag. 47. v. 37 ... Pag. 49. v. 23.

optimo in te animo, qui quotidianas rixas ob nomen tuum patitur, quique etsi carmina in famosum illum Tungari libellum [Ind. serr. p. 78. n. xi.] coactus pene ediderit, tamen in his neque nomen tuum posuit, neque offendere te animus fuit. Nam et duobus illis annis et hodie multa ob decus et gloriam tuam apud hostes quoque claram patitur. Quæ mihi argumentum magnum præbent constantis amiciciæ. Immo vero miratur ille plurimum tuam modestiam, quod in Apologetico tuo libello [Ind. serr. p. 77. n. x.] tam benigniter eum et Gaudensem increpasti, qui maiore digni redargutione fuerint...". Cf. Consp. chronol. p. 129. 132. 134. ad hos dies.

36 indiscr. rixatorem non sine suo iure Gingolfus Buschium increpat: sane mordax homo fuit, ut solent novorum studiorum tutores, et magistrorum nostrorum nunquam cultor, neque antequam ad Reuchlini partes transiret, ex quo tempore vix alius quisquam illis infensior fuit.

Pag. 49.

2 *non est promotus*] Hamelmanni Narratio de vita Buschii § 15. „Ex Italia rediit in Germaniam et sumsit gradum Magisterii Heidelbergæ, et veniens Coloniæ cepit cum barbaris Theologis Iac. Hochstrato et Arnoldo de Tungris rixari, sed cum illi prævalerent, discedit Colonia et per totam Germaniam instituit protectionem“. Quod sine ullo teste adducto scriptum et ab aliis temere repetitum non verum esse videtur: nam de hac promotione Heidelbergensi et Buschii nomine nihil legitur neque ap. Schwab syllab. rectorum Heidelb. 1786. 4<sup>o</sup>. neque in scripto catalogo Heidelbergæ promotorum viro- rum. cf. Liessem de Buschii vita. p. 13. sq.

3 in bacc. iur. in Lypsi Buschium promotum esse non recte non credit Gingolfus: nam ‘Buschium a. 1503. Ioanne Breytenbach decano dignitatem baccalaurei legum assecutum esse in libello statutorum paucis verbis narrari’ testis est Zarnckius ap. Liessem p. 32. [Canis.

5 *magnum Canem etc.*] Magnum Hundt de Magdeburgk. Cf. Ind. biogr. p. 337. art.

7 *pr. suam moralit.*] morum urbanitas et candor in magistris nostris non patitur eiusmodi rixas. ‘Moralitas, *syllicheit*’. Gemma g. Sec. Ducange h. v. iam Ambrosius pro morum probitate posuit. Cf. 50<sup>5</sup>.

*apostoli*] Act. apost. ix. 5. xxvi. 14. „Durum est tibi contra stimulum calcitrare“. *inventivus*] *erfinderisch*, ingeniosus. (Vocabulariis addendum).

*raptim*] Hoc epistolis adnotare tum etiam apud Reuchlinistas et Huttenum in nimium usum venerat.

*Schurerium*] cf. Ind. biogr. p. 465. h. art.

## EPISTOLA 33. MAMMOTRECTVS BVNTEMANTELLVS ORTVINO.

16 *Mammotrectus*] cf. 51<sup>6</sup>. et Ind. biogr. p. 411. art. Mammotrectus. Fortasse h. l. nomen a mammis et *drücken* (*trucken*) factum est.

21 *sine statu*] nullius certi ordinis sive facultatis, quia (fere) in omnibus promotus. cf. supra 3<sup>6</sup>.

22 *Conscientiosissimo*] Ita a magistello libidinante acute appellatur Ortvinus, qui totiens in his epistolis ut adulter et fornicator in scenam producitur.

23 *cor*] pro animo in bibliis usitatissimum, ut nec veteribus inusitatum. sed h. l. est amor intimus, unice amatus. Germanice sæpe quidem puellas diminutive *mein Herzen*, *mein Herzblättchen* (ut Plaut. ‘meum corculum’) appellamus, sed ita Ortvinum tum quadragenario vix minorem appellare neque incensum adulescentem decebat.

Pag. 49.

25 *Buschius et Caesarius*] cf. Ind. biogr. hos artt. et p. 203. v. 176. sq.scitis . . *legere*] i. e. neque in Plinio legendo cedis Caesario, 'qui legit ibi Plinius'. p. 203. v. 177.*gramm. græc.*] Cf. supra epist. 6.26 *Ex illa confid.*] Quo animo tui observantissimo.27 *sub fide confess.*] Scilicet scriptor sentit quidem se habere 'propositum pecaminosum', sed spem suam non frustra in Ortvinum, hunc lenocinaturum beneque peccandi sibi consilium daturum esse ponit. cf. seq. epist.28 campanator idem qui campanarius, sive sumatur pro eo qui pulsat [ut h. l. *Glöckner*], sive pro eo qui facit campanas [*Glockengießer, Glockenschmied*] . . . " Ducange h. v.*cum nomine* mit *Namen*. Abundat 'cum' more sueto.30 *convivalitas*] pro convivio. sed est quædam luxuriosa lascivia in hac nova vocabuli forma.*reverentialiter*] Novimus eius modi reverentiales tractationes vel ex superiore epist. 1.32 q. non sum *mecum*] Sæpius *daß ich ganz außer mir bin*, quam *daß ich nicht bei mir bin* dicimus. ut præ amore vix mentis meæ compos (s. apud me) sim.33 *præ ea*] præ nimia cupiditate, s. eam appetendi studio excitatus.34 *pallescat*] a pallesco, cavi, catum, care. Cf. infra (vol. VI.) p. 530<sup>17. sqq.</sup>

Pag. 50.

1 *noster*] Magister quidem iam erat, sed nondum Noster.2 *quasi*] fere.3 *infirmi* *infirmatatem*] id est causam infirmitatis meæ. Absumitur cupidine corpus.4 *a vestra dign.*] i. e. in tuis scholis, te dictante, cum Ovidium nobis explicares. notabilia ad marginem præmisso 'Nota' scribebantur.5 *moralitates*] Sententiæ adnotationesque moribus efformandis destinatæ, quæ quales fuerint, egregia exempla exhibet Thomas de Walleis in Ovidii moralitatibus. cf. ad 42<sup>7</sup>.*quotid . . maior*] 'Crescit amor prensis'. Ovid. art. 2, 559.6 *chorisavi cum ea*] *habe ich mit ihr getanzt*. cf. ad 21<sup>34</sup>.*in chorea serot.*] *auf dem Abends-Ball s. Tanz*. 'Chorea, ein dantz'. Gemma g. sculteti] *Schultheiß, Schulze*. Cf. Ducange art. Scultetus. Haltaus v. *Schuldheiss*. Wachter v. *Schulteis*, Scherz v. *Schuldheisse* & al.7 *fistulator fist.*] 'Fistulare, fleuten. Fistulator, ein pffyer'. Gemma g. Schmel-ler WB. I. p. 307. „Der Pfeiffer, der Pfeiffer zur Trommel; ehemals ein jeder, der ein Blase-Instrument spielte; Musicant überhaupt“. Obiter memoro nostros *Stadtmusicanten*, et quod in Germaniæ meridionalis civitatibus proprios suos *Stadtpfeifer* habere solebant.*cantilenam . . civitate*] *Das Lied des Schäfers von Neustadt (an der Hardt)* nobis servavit Burcardus Waldis in Esopo 4, 81, 190. sqq. (ed. *Heinr. Kurz. Lpz.* 1862. II. p. 208. sq.):

*Drumb singt man noch das alte liedt:  
 „Der schäfer in der Newenstadt  
 Sein rösslin aufsgewoten hat,  
 Ein unuerzagten man zu geben,  
 Dem nit sein weib darff widerstreben,  
 Findt aber kein, ders so begert,  
 Deshalb behelt er wol sein pferdt.“*

Pag. 50.

Pag. 49. v. 25 . . . Pag. 50. v. 24.

- 8 *chorisatores*] 'Chorisator, ein dantzer'. Gemma g.  
*amplexari puræ Latinitatis est. 'Amplexari, vmgreifen, vmfassen'.* Gemma g.
- 9 *suas virgines*] suam quisque virginem quacum saltabat.  
*sicut mos est*] Alii scient an hodie quoque.  
*f. tetigi*] ardentem prensavi.
- 10 *risit et dixit*] ridens, subridens dixit.  
*in anima m.*] Nos 'bei meiner Seel'.
- 11 'delectabilis, *lustig*'. Gemma g. Etiam veteres pro eo quod nos '*liebenswertig, anmutig, charmant*' dicimus, usurpant.
- 12 *inspex. etc.*] adspexit me benigne, oculis amorem fatentibus, ut spem firmam conciperem ipsam quoque amore mei incensam esse.
- 13 *verum . . . pertransisset*] atque oculi eius quasi sagitta transfixerunt cor meum. Cf. Psalm. lxxvi. 18. „Etenim sagittæ tuæ transeunt“. Proverbior. vii. 23. „donec transfigat sagitta iecur eius, veluti si avis festinet ad laqueum, et nescit, quod de periculo animæ illius agitur“. Luc. ii. 35. „Et tuam ipsius animam pertransibit gladius“.
- 15 *posui me ad lectum*] *habe mich zu Bett gelegt*, in lectum decubui, dormitum ivi.
- 16 'pestilentia est morbus contagiosus, *die pestilenz*'. Gemma g.  
'urina, *harn, bruntz, seych*'. Gemma g.
- 17 *Brunellum*] cf. Ind. biogr. p. 319. h. art.
- 19 *promisi*] vovi. Nota neque hodie plane inusitata superstitio.
- 20 *patiens*] *Patient*, ægrotus, infirmus.  
*cholericus . . . flegm.*] i. e. et nimis calidi et nimis frigidi sanguinis. quidquid dicat Galenus (de temperamentis i. 3.) non posse simul calidum et frigidum fieri corpus.
- 21 *habet timere*] *hat zu fürchten*, periculum instat, ne renes tumeant.  
*tormenta ventricularia*] *Bauchgrimmen*, tormina, intestinorum mala.
- 22 *m. extractivam*] catharticam, *Purgiermittel*. cf. ad 14<sup>2a</sup>.
- 23 *Gyni*] *Γυνή*, mulier, femina; interdum etiam, maxime in compositis verbis, ut h. l. ipsa pudenda muliebria significat. Cf. Glarean. in Hutt. Opp. I. p. 127<sup>16</sup>. (ubi pro *γῦδῃ* legendum esse *γυνή* [s. *γυνή*] in emendd. iam adnotatum est).
- 24 *Herbarius*] cf. Ind. biogr. p. 390. h. art. Locum huc pertinentem ex Germanico herbario dat Grimm WB. II. col. 1164. (art. *Ding* § 11.): „daraus gemacht ein pflaster und auf die mannes dinger, genannt testiculi, gelegt“.
- sq. *illius herbæ etc.*] Hæc ipsis elegiis Maximiniani spurciora sæc. xvi. non offendeant, certe non quantum hodie offendunt. Similis huius locus est in libello De generib. ebriosorum (ed. 1506. p. Cij. ed. Zarnek. p. 142.): „Super hoc quedam facecie. Moris autem est: vt cucullate in istas cauernas tam femine quam viri ingrediantur: ne passim et a plebea multitudine agnoscantur. Ingressi vero omne velamentum abiiciunt. Ibi tum in mediis voluptatibus nepotantes iure scilicet naturali. *Nach der alten weiß*. Secundum legem. Tu quoque fac simile. Et secundum medicos vt dicit Harpocrates de commixtione complexionum. R̄. [recipe] piperis longi manipulum vnum. vncias duas pillularum cochiarum [coccus = bacca — testiculos significat]: *vngekocht fledermeuß: rips: raps: stubenrauch: hymmelblow: ij. donner ex grillorum adhuc semel: fenff: merretich: güty* [merdam]: ex eodem *schorstein fegen: diagredion* [dacrydium, lachrimula]: *diatessaron* [*Viehtheriak*]: *ein hinder vierteil von der vich meydt im grosen spital*: misce similiter et contere in

Pag. 50.

mortario : repetatur mane et sero media nocte et in omni tempore Et in sacris litteris. Osculetur me osculo oris sui. cant. j.“

35 *propt. . . habetis*] per eximiam vestram benevolentiam, humanitatem. *experim. de am.*] remedium amoris.

*parv. lib.*] de artibus magicis, necromantia.

Pag. 51.

3 *Heydelbergo*] Nova nominis forma, sive sit a 'Heydelbergum' sive a 'Heydelbergus'.

## EPISTOLA 34. ORTVINVS GRATIVS MAGISTRO MAMMOTRECTO.

7 *in primo gradu amic.*] Dignitatis suæ plenus Ortvinus suum quondam discipulum salutatur: ut olim proceres Romani habet diversas amicorum admissiones. Etiam 'amicitiarum' pro 'amicorum' elegantis dignitatis est.

9 *Ex quo . . . ideo l.*] Cum scriptura dicat . . . laudo. Proverbior. ii. 7. „ . . (dominus) proteget gradientes simpliciter“.

10 *subtiliss.*] Vide quam apta sit hæc appellatio ad superiorem epistolam, 'simplicem, oratoriam tamen et bonum stilum habentem' sive bene stilisatam.

11 *conceptum mentis vestræ*] commoti animi tui propositum.

11. 13. oratorie et rhetoricaliter h. l. iuxta ponuntur, ut utraque quidem epistola ornate, sed illa pro ipsius scriptoris causa, hæc ab æquo consiliario scripta dicatur.

12 *stilatus in latinisando*] stilatus (stilum habens, scribendi genere utens), etiam auctori epist. II. 36. nitidissime stilisatæ placuit. Habet autem hoc verbum etiam Io. de Iana et ex hoc Brevil. Vocab. v. Stilus: „ . . unde stilatus, ta, tum, .i. stilo ornatus. et stilo, las, .i. stilo aptare vel dignare. et corripitur sti.“

16 *peccaminosum*] Peccaminosa vita legitur ap. Gerson. sec. Ducange art. Peccamen.

*duc. ad inf.*] cf. Psalm. xxx. 18. „Erubescant impii et deducantur in infernum.“

17 *discretus] Weise.* cf. ad 10<sup>22</sup>.

*curatis . . . levitates*] cf. 20<sup>23</sup>.

18 *ast*] h. l. non poeticaliter, sed propter gravitatem positum est. paullo aliter 60<sup>31</sup>.

19 *scriptura*] Ioann. xvi. 24. „petite et accipietis“.

20 *diabolus etc.*] cf. I. Ioann. iii. 8. „Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat . . .“.

21 *Richardo*] de Mediavilla. cf. Ind. biogr. p. 412. art. Mediavilla.

22 *ante vos*] in pectore et in facie.

23 *Psalt.*] cVIII. 6.

*semper*] i. e. *allemaal*, quotiens illis vanis cogitationibus laborabis.

*sal bened. — aqua sancta . . . effugere diabolum*] In tractatu de efficacia aque benedictæ magistri Iohannis de Turrecremata [ord. prædicator., tempore concil. Basil. compilato] Nürnberge per Iohannem Stüchs in 4<sup>o</sup>. s. a. publicato definitur (pag. A 2) „Aqua benedicta est sale conspersa pro fugandis demonibus precum divinarum verbo exorzita sive sacrata“. et pag. A 3 nominatis testibus scriptum est „Alexander primus et martyr, qui sedit in cathedra Petri Anno a passione dñi lxxxij. fuit primus qui aquam cum sale benedici instituit, et in habitaculo hominum iussit aspergi . . .“. Tum capitulum v. fusius „de effectu et utilitate aquæ“ tractat, et cap. vii. ostendit „quod aqua benedicta non est sacramentum sed sacramentale“. Sed in Summula Antonini Flor. II. c. 37. est: „De incantationibus. Si fecit uel fieri fecit uel

## Pag. 51.

procuravit aliquam incantationem cum sacramentalibus ecclesię, ut aqua baptismali vel oleo sancto et huiusmodi, ob sanitatem vel aliam causam, est mortale et gravissimum“. *Grimm Deutsche Mythol.* 1835. p. 590. „das wölthätige salz . . . als sicherungsmittel gegen alle zauberei . . .“.

24 quod] pro quę: Germanice *das Wasser* neutrius generis est.

25 stationar. s. *Rup.*] Hoc ad nescio quam Heidelbergensem veniarum sive indulgentiarum nundinationem referendum esse videtur. Stationarius hic certe sacerdotem significat, cum consecrandę aquę potestas ei tribuatur.

27 'verruca, *ein wartze*, dicitur pustula carnis. Versus: Propter verrucas manibus porto chirotecas'. Gemma g.

28 sibi] eiusque.

30 Ars Margarethę (Cortonensis, sanctę) est ars in amore lasciviendi, et sanctę Margarethę Antiochenę formositas multum laudatur in Legenda aurea. sed in hoc proverbio *rs* pronuntiandum est *rsch*.

31 eius] Margarethę, non amoris.

32 bombisare = bombum i. e. crepitum ventris emitte. cf. ad 37<sup>19</sup>. 'feci unum bombum' p. 203. v. 165.

33 q. fec. c. *scanno*] Magis quam hanc excusationem, etiam illo tempore certe non novam, mirer equidem quod hęc Margaretha excusatione opus esse sensit.

34 vocavit] arcessivit, ut se viserem denuntiavit.

35 antiqua vetula] Hoc superfluum 'antiqua', quod sæpe in his epp. cum 'vetula' coniungitur, docet iam tum nomen 'Vettel' quancunque feminam vilem et abiectam significasse. hodie quoque coniunctim dicere solemus *eine alte Vettel*. 'Vetula, *ein altes wiblin*'. Gemma g.

## Pag. 52.

1 semel . . . ebrius] Peccato peccatum excusatur. Belle etiam 'præter semel', *außer einmal*. scilicet *einmal ist keinmal*.

ieiunatis] indicativus est modus, ne propter sequens 'faciatis' Ortvinum 'ieiunere' admisisse putes.

'sabbatum est dies septima vel ipsa septimana. Unde Luc. [xviii. 12.] Ieiuno bis in sabbato. .i. septimana. Vel interpretatur dies requiei, *der sambstag*'. Gemma g.

2 ord. prædic.] Dominicanos suos commendat Ortvinus; eosque maxime populares confessores fuisse notum est.

3 bene instituere] 'Confessor fratrum, gnarus conferre medelam'. Walafr. Strab. ap. Ducange voc. Confessor. n. 3.

4 s. Christof.] 'Christophorus dictus est quasi Christum ferens, eo scilicet quod Christum quatuor modis portavit, scilicet in humeris per traductionem, in corpore per macerationem, in mente per devotionem, in ore per confessionem sive prædicationem'. Legenda aurea h. art.

5 it. *recidivētis*] 'iterum' superabundat. 'Recidivare, recidere. Gall. *recidiver*. Papias: Recidivare. Revocare, post lapsum reparare, in infirmitatem iterum cadere. Io. de lanua: Recidivare, Renovare, post casum reparare. Item: Recidivant illi infirmi, qui in convalescentia sunt, et postea cadunt in infirmitatem'. Ducange h. voc. Recidivatus, nom. iv. decl., sæpius ap. Tertull. et Recidivus, a, um, Latine consuetudinis est.

5. 6. mare etc.] Psalm. ciii. 25. „Hoc mare magnum et spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus“.

7 Combibulator] cf. Ind. biogr. p. 357. h. art.

Pag. 52.

7 *ne cād. in tent.*] Hoc factum est ex 'ne nos inducas in tentationem'. Matth. vi. 13. Luc. xi. 4. cf. ad sq. v. 10.

8 *Surgite etc.*] Hæc aliquem libellum de puerorum informatione olere videntur. similia postea Erasmus Rot. in libellos de pueris educandis instituendisque et de civilitate morum puerilium recepisse memini.

9 *accidiosus*] *träge, faul.* Io. de Ianua Catholic. „Accidia. accis grece [ἀκηδεια], cura [!] latine: inde hæc accidia .i. tristitia: molestia: anxietas vel tedium. unde hæc accidiola, le, dimin. et accidiosus, sa, sum, .i. molestus tristis anxius. et accidior, aris [etiam in vulg. bibl.], .i. tristari anxari vel habere tedium: vel indignari“. Acedia inter septem peccata mortalia est. cf. ad 26<sup>15</sup>.

*scriptura*] Psalm. LXII. 2.

10 *loca secreta*] prostibula, lupanaria, fornices, *Frauenhäuser, Bordelle.* non quæ hodie loca secreta appellamus.

*induc. . . ad p.*] voluit 'seducunt'. *inducere* peccata, mala *super aliqu* passim in bibliis legitur. Simile proverbium Occasio facit fures.

12 *experimentum . . de amore*] ut 50<sup>36</sup>.

13 *non poss. . . meam*] religio, conscientia mea vetat me magica remedia te docere.

14 *artem nigromantium*] sic h. l. non 'nigromanticam', ut est p. 53<sup>6</sup>. Pro necromantia solebant *nicrom.* vel *nigrom.* scribere et pro quibuscunque magicis artibus, etiam amatoriis sumebant. inde appellatio *Schwarzkunst.* Rectius ex Rabani Mauri de magorum præstigiis Gratianus can. 14. § 2. Ca. xxxvi. qu. 5. „Necromantici sunt quorum præcantationibus videntur resuscitari mortui, divinare et ad interrogata respondere. *νεκρός* enim Græce mortuus, *μαντεία* divinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cadaveri sanguis adicitur: nam amare sanguinem dæmones dicuntur: ideoque quotiescunque necromantia fit, cruor aquæ miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur“. Maxime ex h. l. et Hugutione sua sumpsit Io. de Ian. in Catholic. v. Nigromantia. Adicimus ex MS. libello Turic. a. 1393. ap. Grimm Mythol. ed. 1. p. xli. hunc locum: „*Nun sint dirre valschen wissen vil, das ist der lossungen vnd solcher wissagung. Etlich geschihet dur den bösen geist phytonem appollinem, der ein vrhah ist der selben bosheit. Etlich geschihet in dem für, di wirt genemmet pyromancia. Ein andrû heisset aeromancia dû geschihet in dem luft. Ein andrû geomancia, dû geschihet in dem ertrich. Ein andrû ydomancia, du geschihet in dem wasser. Ein andrû heisset nigromancia das da ze latine ist ein toter. Wan dur trugnisse werdent etwenne geachtet die toten erstanden sin von dem tot vnd dunket die lüt wie si warsagen, vnd entwürten der dingen, der sû gefraget werdin. Vnd dis geschihet durch die anruffung vnd beschwerung der tüvelen . . .*“. De Bernensi scelere confessus est Ietzerus (*History Von den fier ketzren Predigerordens etc.* 1521. 4<sup>o</sup>. pag. M4<sup>b</sup>) confessus est:

¶ Der .xviij. artickel.

Darnoch sag ich das vff mein eid  
Man weiß auch vnd das wortlich seit  
Wie das Franciscus vlschi [Subprior] kan  
Wol mit dem teüfel vmegan/  
Die red ist wor vnd nit vmb sunst  
Er kan fürwor die schwartze kunst  
Mit der er vil gehandelt hatt

In diser öden bösen thatt.  
Wan jm ein frau ir hande gyt  
So kan sye jm versagen nüt  
Sie mußß jn lieben/ ob sye schon  
Von hertzen gern dauon wolt lon  
Dorzu hilfß jm der böse geist  
Der jm also gehorsam leißt.



Pag. 52.

Pag. 52. v. 7 . . . Pag. 53. v. 1.

Brevius Anshelm *Berner Chronik* (ed. Stierlin. Bern 1827. III. p. 459.): „*Harzu bekennt Jätzer, daß der Subprior eine Salbe könnte machen, mit deren, welcher Frowen Hand er berührt, die müßte ihm nach sinem Muthwillen gehorsam syn.*“

15 *ut mulieres se amant*] ut a mulieribus amentur.

16 *excomm. de facto*] Iam concil. Laodic. in can. 4. Causa xxvi. qu. 5. statuit: „Non oportet sacris officiis deditos vel clericos magos aut incantatores existere aut facere phylacteria . . . eos autem qui talibus rebus utuntur, proiici ab ecclesia iussimus“.

*exquisitores hæc.prav.*] inquisitores h. p. usitatio appellatio, sed nec exquisitorum infrequens est. Præcipue Ioannes PP. XXII., ut qui magicas artes exercerent, tanquam hæretici punirentur constituit. Cf. Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1327.

19 *Cat. Pistoris*] Vix quisquam hodie dixerit, num hæc filia fuerit Simonis Pistoris, Lipsiensis medici et senatoris (Mader. Centur. n°. 57.), ad quem Buschii hexastichon extat inter huius carmina (Lips. 1504. 4°. p. ¶ij), quique a. 1519. mortuus est sec. C. G. Hofmann *Ref. Hist. v. Leipz.* 1739. 8°. p. 428. sqq. Inter collegiatos maioris collegii principalis Lips. item memoratur quidam Med. Simon Pistoris Lipsiensis, sed ad annos 1508...1523., apud Zarnck. in *Abhdl. d. sächs. G. d. W.* 1857. p. 751. n. 77.

*pomo nigrom.*] Hanc superstitionem vom *Zauber- o. Liebes-Apfel* ex duobus inter se cohærentibus contemplationibus profectam esse opinor, quarum altera est narratio de fructu ligni, quod est in medio paradisi, quem ne comederent deus primis parentibus præcepit, quem tamen Heva tulit et comedit deditque viro suo, qui comedit (Genes. iii.), cuius narrationis similes in borealium populorum carminibus occurrunt; altera pomorum malorumque comparisonem tum, ut apud Græcos ac recentiores populos (cf. e. gr. Grimm WB. I. col. 533.), cum mammis feminarum, tum, ut in Priap. 74., cum testiculis.

21 *furialiter amare*] ‘furialiter odit’ Lavinia ap. Ovid. fast. iii. 637. Mænades Furiasque inter se confudisse Ortvinum fingitur.

*clamavit sibi*] ut Germ. *einen rufen*, eam nomine appellato arcessivit.

25 *n. intellexer. donec*] filiam præ amore insanam esse non prius intellexerunt, quam etc.

26 *eius*] Catharinæ. rectius ‘ipsorum’.

27 *crinale*] pecten, acus comatoriæ, *Kamm, Haarkamm*. Significat quidem etiam, ut crinile, *Haube*, mitram; sed Catharina nondum nupta fuit. ‘Crinile, ad crinem pertinens, *ein hub-crantz: oder kap*’. Gemma g.

29 *sibi*] ei.

31 *Pistorissu*] Pistoris uxor sive filia (non ‘pistrix’), ut Germ. *Frau Beckerin*.

33 *pecc. mort.*] invidiæ procul dubio. cf. ad 26<sup>15</sup>.

34 *pecc. . . restit.*] c. 4. in VI°. de regulis iuris. cf. Exod. xxii. 12.

36 *hab. advertentiam*] *habt Obacht*. ‘Advertentia, observatio, nota, animadversio. Goclen. Lex. philol.’ Ducange.

39 *processit*] i. e. officio suo extra Lipsiam vocatus infimi sacerdotis, capellani, loco esse cœpit.

Pag. 53.

1 *primitias*] Catholic.: „Primicię a primus dicitur hæc primicię, arum, et sunt primicię proprie ex fructibus unde dum aliquos fructus de opere nostro prius capimus, primitias nominamus secundum Papiam. Hugutio autem dicit quod primitię proprie sunt quę primo de fructibus percipiuntur, vel quę deo

## Pag. 53.

primo offeruntur . . .“ Vocab. iur.: „Primitiæ sunt primæ partes fructuum deo offerendæ. Hinc est quod sacerdos primam missam cantans dicitur celebrare primitias.“

- 1 *Padorauw*] An *Pardau* prope Grimman, an *Pratau* prope Wittenbergam? Illud veri similis videtur.

*saltavit . . . fen.*] desiluit ex alto per fenestram.

- 2 *quasi*] *beinahe*, pæne; non multum abfuit quin fregisset.

7. *sqq.* *Brunellus etc.*] cf. supra p. 50<sup>19</sup>.<sup>299</sup>.

*docuit*] sumere iussit, præcepit.

- 9 *ex domo I. Pf.*] cf. scilicet supra p. 20<sup>17</sup>.

## EPISTOLA 35. LYRA BVNTSCHVCHMACHERIVS GVILLERMO HACKINETO.

- 11 *Buntschuchmacher* est qui coniurationes facit. Quidem Lucas Buntscho de wurtzen' in album acad. Viteb. a. 1503. inscriptus legitur ap. Förstemann. p. 25. Noster Lyra B. est Parisiensis Dominicanus: Parisiis scriptam fingi hanc epistolam quamvis ipsa non dicat, tamen ipsa indicat; item de tempore ex iis quæ ad pugnam Marinianensem et ad novam Speculi ocularis Romæ faciendam editionem pertinentia scribuntur, apparet illud in extremos anni 1515. menses incidere.
- 13 Sub hoc Guillermo Hackineto fortasse latere Guilelmum Latimerum, theologum Anglicum (cf. Ind. biogr. p. 384. art. Grocinus), olim in mentem mihi venerat. tum Reinholdus Pauli, doctus rerum Anglicarum scriptor, quærenti mihi rescripsit, celeberrimum Io. Brewerum Londinensem affirmare sub illo distorto nomine latere Guilelmum Blackney Carmelitam qui Henrico VIII. regnante non incelebris Scotista fuit. erravimus uterque: e nostri Guillelmi Hackineti persona conspicuus est Guilelmus Parvus sive Parvi, prædicatorii ordinis, Gallorum regi a confessionibus, Reuchlino infensissimus (cf. p. 209<sup>31</sup>.<sup>299</sup>), idem qui in processu 'Contra Sentimentum Parrhisiense' §. 1. 'Hackinetus Petitus' appellatur. cf. eiusd. processus §§ 18. 32. (Hutt. Opp. VI. p. 318. 321. 322.) Neque nominis etymon nos dubitare sinit: *hackney* Angl., *hakkenei* Neerland., *haquenée* Gall., *hacanea* Hisp., *acchineia* sive *chineia* Ital. est *ein kleiner Klepper, ein pferdchen*. cf. *Diez WB.* art. Haca I. p. 236. (ed. 3. p. 234.) et vide etiam Wachteri Glossar. Germ. 1737. fol. art. *Nack* equus. — Ipsum illud 'Contra Sentimentum Parrhisiense' nunc Croto adscripserim (Cf. Ind. serr. p. 83. n. xviii.) easque litteras regis Franciæ (Francisci I.) quas Pepericornus sive Colonienses potius theologi evulgarunt (cf. Consp. chronol. p. 137. Apr. a. 1515.), ab illo Gulielmo Petito conceptas esse pro certo adfirmaverim.
- 14 *theol. theologiss.*] Vel ex iis quæ supra et Ind. biogr. p. 432. art. Parvus diximus, videmus quantus theologus ab Obscuris omnibus haberi debebat Parisiensis inquisitor hæreticæ pravitatis luxuriosique Ludovici XII. († 1. Ian. a. 1515.) potens confessarius. Etiam Erasmus eum 'virum magnum inprimis, theologumque eximium, eorum sodalium decus, quos Dominicales appellant, cognomento prædicatores' prædicat.
- 16 *ex Anglia de Lond.*] Velim scire num forte Petitus a rege suo, cum is Mariam Anglicam uxorem peteret (quam duxit m. Sept. a. 1514.), aut a novo suo rege Francisco, ut viduam factam Mariam frater Henricus VIII. Angliæ rex in matrimonium daret (ineunte a. 1515.), Londinum missus fuerit.
- 19 *de complex. sanguin.*] 'Complexio est naturalis dispositio'. Gemma g. 'sanguinei

Pag. 53.

Pag. 53. v. 1 ... Pag. 54. v. 1.

dicti sunt colorati, carnosī, hilares, ῥῥινοί. in summa, omnium horarum homines'. Placotom. ad Eob. Hess. de bona valetud.

23 *Ioanni Grocino*] Cum Grocino prænomen Guilelmus fuit, et raro prænomen falsa scribebantur, utpote quæ tum præcipuam in designandis hominibus vim habebant, forte putes scribendum esse 'Ioanni, Grocino et Linacro', ut Ioannes esset Coletus, decanus ad S. Pauli ædes Londini, ubi Grocinus theologicas lectiones habuit. sed magis quam quod Grocini Linacrique familiaria nomina posita sunt, id obstat quod v. 31. 'isti duo poetæ' nominantur. Cf. Ind. biogr. hos artt. p. 384. sq. 407. sq.

24 *arte epistolandi*] quam Ortvinus etiam Coloniae docebat. p. 57<sup>19</sup>. Verbum epistolare = epistolas scribere, componere, quamvis tot libri de modo sive arte epistolandi iam sæc. xiiii. scripti et prælectiones quoque de ea habitæ essent, vocabularia non habent.

25 *in arte latinitatis*] Latine scriptas. scilicet 'didicerunt bonas latinitates', sunt 'formales in latinisando'. cf. Ind. verbor. p. 218.

26 *poetæ græci et lat.*] scriptores Græce Latineque docti.

27 *omni nat.*] cf. 'Viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est'. Act. apostolor. ii. 5.

28 *generalis*] Dominicanorum decus quidem Erasmus Petitum appellat, sed generalem nec Iæcherus. cf. Ind. biogr. p. 432. art. Parvus.

30 *regem cum regina*] Utrum hoc ad Ludovicum et Mariam an ad Franciscum et Claudiam, i. e. ad exeuntem a. 1514. aut ad annum 1515. referendum sit, dubito.

31 *duo poetæ*] cf. ad proxime superiorem v. 23. adnot.

32 *intitulavit se Crocum*] Hoc non solum dicit id nomen habere iuvenem, sed sic intitulatum, i. e. in matriculam Parisiensem inscriptum esse. cf. Ind. biogr. p. 353. art. Crocus.

35 *in Lypsi ... Hispani*] cf. ibid. cit. art. et p. 393. sq. art. Hispanus.

Pag. 54.

1 *Schweitzenses etc.*] Ad hæc de pugna Marinianensi (cf. Hutt. Opp. III. p. 253. not.) verba commentarii loco adpono locum vel in adiecto pio corollario nostri similem ex Pauli Langi Chron. Citiz. ad a. 1515. (Rer. Germanicar. serr. ed. Struv. Ratisb. 1726. fol. p. 1288.): „Eodem anno inter regem Gallie et Helvetios fuit cruentissimum bellum, in profesto exaltationis s. crucis [d. 13. Sept.]. Congressione enim facta xviii millia Helvetiorum sive Switserorum (ut vulgo loquar) usque ad internicionem cæsa fuerunt. Ex parte autem regis viii millia lancigerorum ceciderunt, et alia iv millia Francigenarum (quemadmodum quidam peritus orbivagus bellipetaque, me præsentē, fratribus palam retulit) perierunt perempta. Et (ut fama erat) Helvetii magis insidiis et bombardis, quam virtute et viribus prostrati victique fuerunt. Obtinuit itaque rex victoriam tandem, superstitesque Switserenses in fugam convertit. Sed vah! quanta Christianorum rabies! Quantus heus furor fidelium mutuo se tam crudeliter trucidantium, et ne dicam (ut timetur) in tartara se invicem horribiliter furioseque trudentium! Qui utique ter quaterque felices esse potuissent, si contra infideles pugnare, et sanguinem suum fundere maluissent. At in quod facinus mortalia pectora non cogit auri sacra fames, quæ nec ipsum deum, nec mortem, neque infernum, cupidum expavescere sinit? Et revera talium militum talia sunt stipendia mortis“. —

Pag. 54.

- 1 *Lanßknecht*] Quod nomen per  $\beta$  non per  $\pi$  scriptum est, non probat id ab auctore huius epistolæ non a lanceis deductum esse, eum non lanciariorum sive lancigerorum, ut Langius habet, sed gregarios sive provinciales milites (*Landsknechte*) voluisse (cf. Frisch col. 572); neque tempori, de quo hic agitur, convenit quod Adelungus (WB. v. *Landsknecht* III. col. 1895.) dixit: „*die wahre Lanze war kein Gewehr für Fußgänger, ja es durfte niemand als ein wirklicher Ritter dieselbe führen* [contrarium probant multæ picturæ, quales nonnullas hæc ipsa volumina repetitas habent, in quibus Suiceri pedites bipennes, *Hellebarden*, *Lanßknecht* longas hastas, *Spieße*, ferunt]. *Die Ritter hatten zwar ihre Bedienten, welche Lanzenträger und Lanzenknechte hießen; allein diese waren von unsern Landsknechten gar sehr verschieden. Von dem Namen und Ursprunge der Landsknechte s. Senckenbergs Selecta Th. III. S. 481. Nova Miscell. Lips. Th. 9. S. 425.*“ Cf. infra ad 72<sup>12</sup>. et lege venustas Freytagii ‘*Imagines antiquitatis*’ *Vom Mittelalter zur Neuzeit* cap. 12. Quod ad formam *knecht* attinet, memorandum est etiam *knechtes* legi, e. gr. de generib. ebriosor. (ed. Zarnck. p. 130.) „*secant se cum stadtknechtibus.*“
- 2 *guerram*] cf. ad 15<sup>33</sup>.  
*milìa*] una l 213<sup>14</sup>. recte. sed p. 281<sup>35</sup> millies.
- 3 *nullus . . . celum*] Hæc in memoriam revocant quæ de assassinis constituit Bonif. VIII. c. 1. § 1. in VI<sup>o</sup>. de homicidio 5, 4.
- 4 *vos n. cur.*] es regi a confessionibus, non plebi.
- 5 *leves . . . proposito*] Leves puto h. l. significare tum viles, infimi ordinis, *gemeines Volk*, tum temere peccantes, *leichtfertige*, malorum morum homines. Qui rixas prosequuntur sive animo nocendi sive vindicativo, mortaliter peccant sec. Augustin. Florent. Summul. II. c. 2.
6. sqq. *scrib. de Roma etc.*] Cf. Consp. chronol. p. 135. d. 13. Ian. sqq. a. 1515. Die 27. Ian. a. 1515. Romæ Welserus Peutingerio inter alia hæc scripsit: „*. . . illum cucullatum theologum [Hochstratum Cardinalis Adrianus] abhorret. Causa vertitur coram docto et probo iudice Rev. Cardinali Grimano. patrocinantur illi [Capnioni] bonarum literarum sectatores omnes, curant eam sollicitatores multi, et fideles, adeo ut non possit nisi bene sperari de causæ celeri et desyderata expeditione. Traducitur nunc opusculum illud eius Speculum Oculare a quibusdam Germanis [a Martino Groningo] ad id a iudice deputatis ex Germanico idiomate in latinum. Produxerat enim Monachus ille traductionem illius sub sigillo, ut aiunt, Vniuersitatis Coloniensis siue facultatis, mutilam et mancā multisque falsitatibus refertam. Facta ista procedetur ad causæ conclusionem, cuius successum non negligam tibi significare . . .*“ Ipse Groningus in prologo suæ translationis de Coloniensi opere „*e contrario*“ inquit „*errorum suorum sylvam trecentis pene in locis illis exhibuerim, quibus innocentem virum [Reuchlinum] hostiliter circumscribere nitebantur. βλάψει δ’ ὁ κακὸς τὸν ἀρετοῦ φαῦτα.* sæpissime interpellati et prouocati, ut et eos locos diluerent, minime responderunt. Eam ob causam eorum traductio tanquam perversissima et calumniis undique scatens a Reverendissimis Iudicibus ignominiose abiiciebatur. Mea autem in corona tot clarissimorum virorum ad examinandum Oculare Spéculum a Sanctissimo Leone Pontifice Maximo deputatorum publice et lecta et examinata fuit, et inventa fidelis . . .” Cf. Consp. chronol. cit. p. 135. ‘*Prologus translationis*’.
- 9 *transtul. mag. nostri*] Hanc translationem sic defendit Pepericornus in *Streydt puechlyn* [Ind. scr. p. 90. n. xxii.] p. 6: „*Er [Reuchlin] beclagt sich. man hab jm*

Pag. 54.

Pag. 54. vv. 1...28.

- den Ratslag auß dem Teützen in das latyn vnrecht gedulmetzt verandert. vnnnd die warheit vmb gesetzt. Er lat sich ouch horen dar neben das die Doctores von Collen (das doch in sich selbst gelogen ist) seyns subtils oberlendischen thutz nyt Recht verstanden haben. Antwort. Das seyn Ratslag ee dan er ghen Collen den Doctores vnder ougen erschynen. ist er von etlichen oberlendischen Doctoren seyner landßleudt. vnd nachbarschaft vß beuelt des Kuyserß gruntlich vberschen (wie ich dan die selbigen mit yren namen in meinen latynß vnd duytschen Defensioen anghetzeygt habe [cf. Consp. chronol. p. 120. post d. 9. Nov. 1510.]) amechtigh. lügenhaftich. falsch erkant ist worden. des haben sy der selbigen artikeln auß dem Ratslag getzogen. .“.
- 12 non intell. . . teutonic.] Iam a. 1513. Reuchlinus inter causas ad recusandum Hochstratum hanc proposuerat, „quod dictus Iacobus est de bassa Alemaniam sive partibus inferioribus. et Io. Reuchlin est de alta Alemaniam, et libelli sui sunt scripti in lingua altæ Alemaniam siue Sueviæ, quam linguam non sane intelligit Iacobus. .“ Reuchl. Acta iudicior. 1513. p. Bii<sup>a</sup>.
- 13 combusserunt . . . Andrean] d. 10. Febr. a. 1514. cf. Consp. chronol. p. 129.
- 14 sententiam suam] eiusdem diei.  
sentimentum Paris.] d. 2. Aug. a. 1514. cf. Consp. chronol. p. 133.
- 15 sang. flere] Blut, blutige Thränen weinen, vergießen, cruorem lacrymare, cruentas lacrymas effundere. simile nostrum die Augen ausweinen.
- 17 condebitam] Elegantius hoc habebatur quam simplex latinum ‘debitam’ et auget vim huius vocabuli.
- 19 tres menses] Paulo longius tempus effluxit usque ad d. 2. Iul. a. 1516. et tum quoque Mandatum de supersedendo impetraverunt Hochstratici. cf. Consp. chronol. h. d. p. 139.
- 21 latissimæ cens.] Ridicula emphasis. quasi lata censura non ea esset quæ sine sententia ac si hæc lata esset, ipso iure valet.
- 22 brillum] Hoc verbum ex perpauca est, quæ Ducangius ex epistolis O. V. recepit. „conspicillum, Brille, Gall. Lunette. vid. Berillus.“ Vix etiam opus erit adnotare, brillum sub ipsa Reuchlini Speculi ocularis inscriptione depictum esse. cf. Ind. scr. p. 76. n. viii. et infra p. 242<sup>22</sup>, 29. 300<sup>16</sup>.
- 23 in . . cappa] Diez WB. „Cappa it., sp. pg. pr. capa, fr. chape mantel. Ein sehr altes wort, vielleicht noch aus der röm. volkssprache: capa, quia quasi totum capiat hominem, bemerkt Isidor. 19. 31, 3., wo er die capa auch capitis ornamentum nennt, denn man zog sie über den kopf; cappa findet sich in einer urk. v. j. 1660. . . und später oft. Man leite es nicht von caput, woraus wohl capo, schwerlich ein in seiner bedeutung so sehr abweichendes fem. capa, cappa werden konnte . . . cappa entsprang . . aus capere und bedeutet das umfangende: so heißt ahd. gifang kleid von fāhan, fangen. Das doppelte p ist kein einwand: . . auch in cappone von capo. Abbl. in menge z. b. it. cappello (fr. chapeau hut, altfr. chapel kranz statt des hutes getragen. . .); it. cappella u. s. f. ursprünglich kurzer mantel, speciell das stück eines mantels des h. Martinus, das in einer kleinen hofkirche aufbewahrt wurde, daher überh. kleine Kirche, s. Ducange; it. cappotto (sp. capote, fr. capot) mantel mit einer kappe; it. cappuccio (sp. capuz, capucho, fr. capuce, capuchon) mönchskappe, und wegen einer ähnlichkeit cappuccio (und fr. cabus) köhlkopf, kappes . . .“
- in dorso] Duplex cavillatio est, et quod Antireuchlinistæ speculum oculare, et quod ibi portare iubentur — ubi nasum non habemus.

Pag. 54.

26 *intox. al. imp.*] Henrici VII. cf. ad 34<sup>86</sup>.

28 *Psalmum*] cVIII. qui sic incipit: „Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversus me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligenter, detrahebant mihi; ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris eius; cum iudicatur, exeat condemnatus, et oratio eius fiat in peccatum. *Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter*“ etc.

32 *est senex*] Reuchlinus, cum hæc epistola scriberetur, sexagenarius fuit.

Pag. 55. EPISTOLA 36. EITELNARRABIANVS DE PESSENECK ORTVINO.

Si qua huius primi voluminis epistola præter 19. ab Hermanno Buschio scripta est, hanc ei adscripserim, sed tamen hæc quoque in non nullis partibus Croti manum experta videatur.

6 *A natura . . . authenticis*] Nati sumus etc. De peccato originali agit Petr. Lombard. lib. II. dist. 30.

8 *Wormatia*] Hoc nomen iam sæc. IIII. in usum venit. De variis civitatis Worms nominibus videsis adnot. m. ad Notit. dign. Occid. p. 967\*. v. sq.

9 *expect. de Messia cassata*] de Messia = Messia. ‘Cassare. i. evacuare vel annihilare, *zu nicht machen, oder vnnutz machen*’. Gemma g. Prima pars Pepericorniani libelli de Iudaica confessione (cf. Ind. scr. p. 59. n. III.) de hac re tractat. In „Epistola ad omnes maxime tamen ad Iudeos: et inani expectatione Messie alterius“ inter alia „Compatiens ergo vestro errori, diutine sed vacue et inani de alio Messia expectationi, carnis quidem necessitudine vobis coniunctus, sed anime salutem magis cupiens opusculum hoc aggressus sum traducto ante in hebraicam linguam (quo vobis promptius sit) evangelio hortandi. etc. . .“ et postea (ed. 1507. p. 32<sup>b</sup>. sq.) tribus rationibus probat ‘Christum Iesum verum Messiam deum et hominem fuisse et esse: nec alium expectandum Messiam’, quarum duæ priores sunt, quod præter Iudæorum expectationem Messias neque a. 1500., neque a. 1502. advenisset, tertia ‘quod maiores nostri contemptis sanctis prophetis plurimum ad falsum illud Talmot se converterunt.

10 *frasca et phantasia*] cf. ad 25<sup>25</sup>.

12 *trufator*] cf. ad 10<sup>3</sup>.

*nihil scit in hebr.*] Non uno suorum libellorum loco Pepericornus suam linguæ Hebraicæ scientiam laudaverat Talmudicosque libros omnes se legisse adfirmaverat, ut paulo post has primi voluminis O. V. epistolas publicatas repetiit Defens. p. 171. ed. m. „Mentitur (Reuchlinus) me non esse doctum in lingua hebraica“ etc.

13 *fuit . . . in Moravia*] Pepericornus exeunte a. 1503. s. ineunte 1504. baptizatus est. Pepericornum in Moravia quondam habitasse, alibi me legere non memini.

14 *in bancis*] Bancus, banca, mercatorum mensa, in qua merces suas emptoribus exponunt, nummosque emptores solvunt. cf. Ducange h. v. — *Diez WB.* Banco *it. sp. pg.*, *fr.* banc *tafel oder tisch z. b. der wechslers, ruderbank, sandbank, zimmerbock* u. dgl. . . .; *vom ahd. banch (f.), mhd. banc (m. f.) scamnum . . .“*.

Pag. 55.

Pag. 54. v. 26 . . . Pag. 55. v. 19.

14 *floreni*] Ducange: 'Floreni, monetæ aureæ Florentinorum, apud quos cudi primum cœpere a. 1252. titulo 24 ceratiorum, quorum 8 unciam conficiebant. In una horum parte insculptus fuit flos lilii, unde Monetæ nomen inditum, in altera effictus s. Ioannes Baptista . . . le Blanc florenorum mentionem fieri testis est in Ch. a. 1068. Florenus de Florentia . . . etc. *Diez WB.*: „Fiorino it., sp. florin, fr. florin, . . von flore blume. Das altpg. frolença für florença sucht den namen der stadt auszudrücken. [ut in Germaniæ quoque provinciis non nullis *Florenzer pro Goldgulden*]“. Hic, ut sæpe alias, significat nummos quoscumque maioris pretii, præcipue aureos.

*accepit*] intercepit, abstulit, furatus est.

15 *aufugiens*] Hunc perversum participii usum amant Obscuri. eximium est illud 'currebant fugens' p. 72<sup>17</sup>.

16 *furtum*] Plura quidem testimonia, se non esse nequam, sibi optinuit Pepericornus (cf. Consp. chronol. p. 117. et 118. a. 1506., d. 21. Ian. a. 1510.), sed ab hoc ipso Moraviensi furto „a duobus Iudæis“ (cf. v. 8.) ei crimini dato, ita se purgat in Defens. p. 164<sup>6. 99.</sup> paullo acrius quam Germanicis verbis, quibus in lib. *Streydtpuechlyn* p. 5<sup>b</sup> usus fuerat, „fuerunt duo Iudei, qui mihi furti infamiam imponere voluerunt, non tamen eo modo ut obscuri contra omnem honestatem cogitarunt, sed ex invidia dumtaxat et execrabili malicia, Nominem igitur meo ad cameram imperialem citati triginta mihi aureos florenos pro expensis dare coacti sunt et publicam facere revocationem, sicuti per ipsos iudices camere“. Et generaliter paulo ante (p. 163<sup>32. 99.</sup>) „Ego quoque ingenue fateor, me nunquam aut accusatum, aut in ius vocatum fuisse ob aliquod patratum scelus, aut de quovis etiam crimine pro tribunali convictum“ etc. Sed in publicis actis (cf. Conspect. chronol. p. 135. d. 13. Ian. a. 1516.) Iacobus Sketa Trebanus imperat. auctor. notarius „libellis [ab Hochstraticis promulgatis]“ inquit „nullam fidem adhibent probi viri, scientes illos a duobus crucibus patibularibus data pecunia, ut publica fama fert et notorium extat, liberatus est.“

*in alio loco*] *Dachau*? (cf. Consp. chronol. p. 118. d. 21. Ian. a. 1510.) cf. ad sq. v. 18.

*patibulum*] Catholic.: „Patibulum a patior, teris, derivatur . . . i. tormentum, et proprie furca quasi ferens caput. et est patibuli minor pena quam crucis: quia patibulum statim exanimat appensum: sed crux affixos diu cruciat.“ Gemma g.: „Patibulum, *ein galge*. quo paticus dignus est.“ Patibulum Romanum, a patendo dictum, proprie quidem duplex lignum fuit, quo collum includebatur, quodque ad palum suspensum crucis formam faciebat. = ○ = + Post Constantinum autem pro cruce adhibebatur furca Y (cf. *Marquardt Röm. Alterth.* V. p. 192. sq.). Patibulum autem quod Pepericorno erectum h. l. dicitur, pro more eius temporis hanc formam 7 sive Π habuerit. Vide etiam Grimm *Rechtsalterth.* p. 683.

18 *nobilistæ*] Hic locus magis quam Hutteni iter per Moraviam exeunte a. 1511. factum Lampi cum socio factum iter in memoriam revocat, quod II. ep. 12. descriptum est. sed hoc non ducebat per vicum *Dachau*. cf. ad v. 18.

19 *allegare*] auctoritatem illius laudare, testem adducere.

*ment. in coll. v.*] i. e. turpiter. Germ. *in seinen Hals (hinein) lügen. Frisch v. Hals* „in seinem [?] Hals lügen, lauter Lügen reden, mendaciloquum esse; mera mendacia fundere.“ Cf. 'seine eigenen Worte, seinen Eid freisen' et similia.

Pag. 55.

- 20 *privilegium*] *Judenschutz*. Iudæi erant *kaiserliche Kammer-Knechte*. cf. e. gr. *Haltaus v. Iuden*. Ipse Pepericornus in lib. de Iud. confess. (Ind. scrr. p. 59. sqq. n. III.) vers. finem: „Ad hoc aiunt, Iudeos literas et sigilla habere regum et imperatorum super admissione et tuicione eorum, si eas violarent, posse inde oriri et excrescere non parvam indignationem, motus, perturbationes, damna.“
- 21 *crinisare*] Alibi non legi puto: nam Sidonii ‘crinisatus’ huc non pertinet. H. l. est bei den *Haaren kriegten*, den *Kopf zerzausen*, infra p. 61<sup>21</sup>. est in den *Haaren krauen*, obscæne.  
in *stercus proitic.*] iniuriosius quam ‘ad pedes prosternere’, Germanice fere auf den *Mist*, in den *Dreck schmeißen*.
- 23 *mult. confit. etc.*] Quod et ipse sæpius testatus est Pepericornus.
- 25 *devotarie*] devote, fromn.  
*videre in terram*] auf den *Boden sehen*, die *Augen niederschlagen*, oculos demittere, ut qui malam conscientiam habet.  
*sibi*] ei, ut v. 31. et fere in omnibus locis qui illud vocabulum habent.
- 27 *flegmaticus*] frigidi humidique humoris. cf. p. 226<sup>7. 199</sup>. Ceterum ipse Pepericornus in fine sui *Streydtpuetchlyn* lamentatur „In *schwæcher kranckheit hab ich dyß puetchlyn beschryben in welcher kranckheit ich noch* [per priorem anni 1516. partem] *ymbfangen byn*.“
- 28 *burgimagistri*] ‘Burgimager, ædilis, consul, qui burgo præest, *Burgermeister* [„statt des älteren und besseren burgemeister“ *Grimm WB.*] . .“ Ducange. Nomina vide in infra scriptis burgimagistrorum litteris.  
*hospitalarium etc.*] *Spitalmeister des Revilien-Hospitals in der Stolkgaße*. cum seq. epistola in *Consp. chronol.* p. 125. d. 1. Iun. a. 1513. indicata. (cf. finem libelli Pepericorniani in Ind. scrr. p. 115. n. xxxiii. repetitum.) „¶ *Dem Ersamen vnd weisen Herñ Conraidt vñ Schurēfeltz Rentmeister zertzyt der Stede Colne ytzo am key. Richstage ze Wormß gehaltē vnserm gunstigen guten frunde. ¶ Ersame weyse besunder gunstige gute frunt. So die arme lude des Hospitaels zu sentt Reuylien bynnen Coelne gelegen. eyns guden frömen Hospitaels meyster ind vurgengers vre lieffden bewust gantzlich vñ noeden synt, han wyr vns der haluen vmb einen bequeme fromen man erfare. vnd wil vns gantzlich beduncken das Joānes Pfefferkorn. synē fromen cristlichē leplichē leben nach. dae fur er auch von yder māne. by vns bynnen Coelne geacht vnd gehalten wyrt. darzū woll bequeme. getrūwe vnd den armen luden. gantz nütze solde seyn. Defhaluen wyr jm doch uff vre liebe. as mit Prouisoir wal gefallen vnd mit Consent vnd anders nit. gantz geneigt syn Begerñ dair vmb guetlichs flyß vre lieffde. dez genātē Joānes Pfeffer. des eyn gūt gunner vur yemantz anders zū diesem male mit syn willet vñ vns sulchs erst dages schriftlich wyßen zū lassen. vmb sulchen gebrechen die balder zū behoiff d’ genäter armē zū besseren. das verschulden wyr gerne wed’umb gegen vre lieffde. die vnse here got langhe tzyt gefryste. Geschrieben vp den ersten dach Junij. Anno. x. r. iij. ¶ Gerhart vñ wasserfaß Johā Rinck Burgermeister. vnd Johan Byse Rentmeister d’ Stede Colne prouisoir des Hospitaels zu sentt Reuylien.“*
- 29 *mensur. sal.*] *Salzmeßer*, qui salis ex horreis publicis venditi mensurationi præpositus est. Aliud munus fuit eius qui *Salzfactor*, et longe aliud eius qui *Salzgraf* dicebatur, quod utrumque Coloniae non extitit.
- 32 *vestra*] i. e. Iudaica. cf. Ind. scrr. p. 59. sqq. n. III.  
*Verum die*] Hoc adversativum *verum* cum adiectivo *verum* versus 34. lepidam ambiguitatem facit.



Pag. 55.

Pag. 55. v. 20 . . . Pag. 56. v. 19.

32 *gratiabilis*] 'gratialis' pro 'gratiosus' habet Ducange. Sed 'gratiabilis' fortasse non nisi hoc uno loco legitur.

36 *ita . . . sicut*] tam . . . quam. 'matrona' propter dignitatem appellatur. cf. 56<sup>3</sup>. 57<sup>15</sup>.

*vellet libentius*] præferret.

Pag. 56.

1 *audiui ab ea &c.*] i. e. ex ea; audiui eam dicentem se audisse e matre sua. scilicet ipsa et maritus iam Christiani sunt, neque ex propria experientia testimonium dicere Pepericorniam vult Eitelnarrabianus.

2 *præput.*] Apud Tertull. præputiatus est præputium habens, qui non circumcisis est. sed hic contra: 'præputiare præputium præcidere. Glossar. vet.' Ducange. et Gemma g.: „Præputium dicitur anterior pars pellis in membro virili, quæ præputatur. et præciditur Iudeis. Præputiare .i. illam pellem præcidere“. Similiter sed fusius Io. de Ianua.

3 *dicit etc.*] Mirum hoc castitatis sanctimoniamque matronæ Annæ Pepericorniæ argumentum.

8 *sturm-glock*] cf. Ind. scr. p. 83. n. xvii.

*istam literam*] hanc meam epistolam.

10 *Herm. Busch.*] Buschius, 'pæne coactus' (cf. ad 49<sup>36</sup>) elogium contra Iudæos composuerat, quod in Arnoldi de Tungaris Articulorum prima pagina legitur. vide Ind. scr. p. 78. n. xi.

*ipse*] Pepericornus, non Buschius.

11 *mutuavi*] Immo, mutuo dedit, ego mutuavi.

12. 13. *Verona Agrippina*] Sic Bonnam alicubi (non satis certo memini) appellaverat Ortvinus. Ipse sæpius superbientes Agrippinenses dicere Veronam Rhenanam, id est Bonnam, Agrippinensis civitatis esse suburbium audiui. Nec sequens 'pingui de gallina' ad particulam Coloniam, quæ hodieque *unter Fettenhennen* appellatur, trahenda esse videtur. Explicationem huius lusus dabit fortasse aliquis a me non observatus locus sive Buschii sive æqualis alicuius scriptoris libellus. Videtur autem Eitelnarrabianus sic merificare:

ex Verona Agrippina,  
ubi Buschius et eius socius  
comederunt pingui de gallina.

Ad exemplum huius indicationis loci Ortvinus (Lamentt. O. V. II. 23. p. 380. ed. n.) hanc fecisse videtur: Bonnæ ex domo antiquæ mulieris, quam vulgo Nisam [Agneta?] appellant, quæ nos esurientes implevit rapis et divites dimisit invitatos.

#### EPISTOLA 37. LVPOLDVS FEDERFVSIVS ORTVINO.

15 'Federfusius' idem, puto, nomen est atque nostrum *Federfuchser*, quamvis huius appellationis recentiora tantum exempla det Grimm. WB., Frischius autem et Adelungus eam omiserint. De Plumipede cogitare vetat etiam pronuntiatio nominum *Fuchs* (*füs* s. *voß*) et *Fuß* (*foť*, *voet*).

18 *auce*] *Gänse*. cf. ad. 10<sup>19</sup>.

19 *quodlibetis*] Huius modi publicæ disputationes, non totæ ludicræ, sed ab initio (sæc. xiii. ? Parisiis ?) sine dubio totæ seriæ, in principales ac minus principales dispertiebantur, quarum hæ maxime iam exeunte sæc. xv.

## Pag. 56.

in lusorias orationes non tam indoctas quam lubricas et pro nostris moribus tædiose obscænas degeneraverant. Erfurtiana duo (*Monopolium der Schuëne-zunft* et De generibus ebriosorum) et Heidelbergensia quattuor (*Monopolium des Lichtschiffs*, *Monopolium der Schelmenzunft*, De fide meretricum et De fide concubinarum) denuo edidit Zarncke *Die deutsch. Universitäten im MA. Leipz.* 1857. 8º, qui etiam (p. 232. sqq.) de his fabulosis quæstionibus commentatus est. Ortvinii orationes quodlibeticæ (quas in quadam epistola Ortvinum scripsisse Zarnckius p. 235. per errorem scripsit), quamvis se per iucundas esse in ipsa libelli inscriptione affirmant, sunt potius tædiosæ, neque eius generis, cuius sunt a Zarnckio repetitæ. cf. Ind. biogr. p. 497. art. Vratislavia. De disputatione de quolibet Statuta reform. fac. art. Ubior. a. 1522. præcepta habent cap. 9. — Ad ann. 1558. adnotavit Bianco (*Die alte Univ. Köln.* 1855. 8º. p. 888.): „*Ferner waren die gewöhnlich im Monat Dec. statt findenden s. g. Disputationes quodlibeticæ mit der Zeit so ausgeartet, daß ihr ganzer Zweck nur darauf abgesehen zu sein schien, Gelächter zu erregen. Possen, schmutzige Witzreden, und sarkastische Schilderungen des Privatlebens und der Ordensgeistlichen waren ganz hergebracht. Auch diesem Unwesen half die Societät [der Jesuiten] ab . . .*“.

21 *pro tunc renascitur sibi*] inde, tum renasci ei.

22 *in nativ.] bei der Geburt*, recens natis.

*leg. Iud.] Genes. xvii. 10. sqq.*

23 *præ se*] sententiæ suæ comprobandæ.

27 *psalmistę*] xxvi. 5. „Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui“.

29 *Iosephat*] Cf. ad 46<sup>2</sup>. Ioël iii. 12. „Consurgant et adscendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, ut iudicem omnes gentes in circuitu“.

31 *moderni . . . brevit.]* ‘antiquum dicterium’ dicitur 64<sup>33</sup>. (cf. Priscian. institt. vii. 46. (Keil. II. p. 325.) „iuniores vero gaudentes breviloquio“) sed contra dicit Bartoldus in Manuali scholar. (ap. Zarnck. pag. 32.) „Proprium est omnium nominalium, ut cavillosis suis veniant argumentis“. et effert proverbium ‘Omnes male loquentes verba multiplicant’, quod in Ecclesiaste x. 14. scriptum est ‘Stultus verba multiplicat’.

*pro eo quod*] quia.

32 *mentet. scire allegando*] memoriter allegare.

34 *Plautum*] Amphitr. iii. 2, 3. „Ea quæ sunt facta infecta refert“. „*οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς ἀγένητον ἔσται ποτέ*“. Plato XI. p. 934 A.

36 *iudaitate*] Germanice *Judescheit* (*Jüdischheit*) = Iudæorum communitas sive natio, et religio.

## Pag. 57.

1 *in christiana religiositate*] religione, baptizatus.

*ipsorum*] eorum qui sunt de via theologorum, renasci præputium affirmantium.

7 *defectuos]* imperfecti, manci. (Iustinianus eo verbo usus est.)

8 *in . . . non præv.]* Morbi Gallici pestem non diu ante, et crudelissime etiam Erfurti, sævientem interdum quidem immundis balneis propagatam esse etiam tum sæpe credebatur, sed hanc causam h. l. non nisi iocularem esse plus quam manifestum est. Cf. Hutt. de guaiaco c. xiii. Opp. V. p. 438. sqq.

9 *descisione]* i. e. decisione, ut etiam descidere pro decidere, et descissio et discissio scribebatur.

11 *ex . . . statis]* cum familiarem cum ea consuetudinem habeas.

Pag. 57.

Pag. 56. v. 21 . . . Pag. 58. v. 3.

11 *verecund.*] 'Verecundia .i. pudor, *schame*. Verecundari . . . pudere, *schemen*.Verecundus, a, um, id est timens, pudore plenus, *schemig*'. Gemma g.13 *et ego etiam*] præterea.14 *comp.* . . . *obedientie*] Confessoris ius interrogandi confitentem Crotice interpretatur Lupoldus et aliter Pepericorniam ab Ortvino tractari vult, atque præcipit Antonini Flor. Summula, quæ vers. fin. lib. I. præcipit „Quomodo se habere debeat confessor audiendo mulieres“.15 *honestas* . . . *Colonia*] cf. ad 55<sup>36</sup>.20 *ex Dracone*] Domus cum insigni magni draconis, hodie non extans, sita erat post Collegium magnum ad plateam nunc quoque a dracone nomen gerentem *Drachengasse*. emerat hanc domum a. 1485. magnum hospitale, eamque professoribus studiosisque locare solebat. locus nunc partem facit aræ ad Collegium magnum pertinentis. Hanc notitiam erudito cuidam civi Erfurtensi debeo. In *B. Hartung Häuser-Chronik der Stadt Erfurt*. 1861. 8<sup>o</sup>. pag. xxxvii. legitur : „*Michaelisstraße* : n<sup>o</sup>. 2765. *sonst 27 das Collegium Universitat*. 28 *Fac. Philosophica z. Gurke*. 30 *Fac : Philos. Colleg. Burs. Paup. zur Meise*. (*Jetzt Städtisches Arbeitshaus*.) *Hier zwischen liegt die Studentengasse vor Alters die Hasengasse (Platea Leporum) genannt*. n. 2766. *sonst Michaelis 25 großen Arche und Engelsburg*. 26 *kleinen Arche Noa*, olim *zum Drachen*. 2767 *sonst 21 zur Sonne*. *Drachengasse*. 2768. *sonst Butterweck*. 23 *zum Käse*. 24 *zum Krauthaupt*. 99<sup>b</sup> *Georgii Mädchen-Schule*. *Michaelisstraße*“ etc.

## EPISTOLA 38. PADORMANNVS FORNACIFICIS ORTVINO.

22 Fornacificis nomen idem esse atque infra positum *Kachelofen* puto. cf. Ind. biogr. p. 402. h. art. Quid sibi velit Padormanni prænomen, explicare nequeo.29 *arte epistolandi*] cf. ad 53<sup>34</sup>.*Ego scriberem*] Referendum ad 'quod ego non scriberem ad vos' v. 26. sq., ut fere Latine sic voluerit: *Cum* nuper . . . *iam respondeo* . . . Male in ed. 1858. dedi *sed* ante 'non habeo'.30 *inventionem*] 'non habeo semper Apollinem' Ortvinianum est.31 *quodlibetum*] cf. ad 56<sup>19</sup>.32 *determ. etc.*] Observa ordinem: determinare, solvere, proponere quæstiones.33 *problemat.*] Elegantior visa esse videtur scriptura per *u*, quam sæpe me legere memini; in vocabulariis nomen sine *u* scribitur, e. gr. Vocab. brevil. (maxime ex Cathol. Io. de Ianua): „Problema . . . quod latine dicitur propositio, quæstio est difficilis habens aliquid quod disputatione solvendum sit . . . Et videtur problema componi a pro et lema, quod est vorago, quia proponitur ut voret et decipiat, et producit ble“. [Lema vel lemos (*λαμός*) grece. latine dicitur vorago.]“. Gemma g.: „Problema, atis, dicitur propositio, *ein rettische* [ed. 1520. *ein retelß*. rätsel?].“34 *scientiosi*] docti. Adiectivum 'scientiose' dat Ducang. ex ch. a. 1367.35 *unus notab. etc.*] Hunc Georgium Sibutum esse pro certo affirmaverim. cf. Ind. biogr. p. 469. sqq. art. Sibutus.

Pag. 58.

1 *intimat lectiones*] cf. ad 13<sup>10</sup>.3. sqq. *tractatum metricæ etc.*] Quemnam rixosi Sibuti libellum inscriptum fuisse 'de ira et choleris' fingat Fornacifex nescio. quos ego legi, ii omnes mi-

Pag. 58.

- nus iurgiosum rixatoriumque quam vanum veteresque poetas longe insolentius quam praeceptor Celtis depeculantem ac dure poetantem auctorem produnt. lauream, qua Cæsar eius caput ornaverat, ut in antiquis picturis principes, vel per somnum non deposuisse videtur.
- 5 *se*] ipsum, ut paullo post 'sibi' pro 'ei'. De hac Sibuti interdictione alibi me legere non memini.
- 8 *per vos*] comparando te cum illo.
- 10 *mag. de Villa dei*] cf. Ind. biogr. p. 297. sqq. art. Alexander, cuius Doctrinalis tertia pars, de quantitate syllabarum, sic incipit:  
Pandere proposui per versus syllaba quæque  
Quanta sit, et pauca proponam congrua metris.
- 11 *deduc. . . intentum*] defendunt argumentum, probant sententiam.
- 14 *suum*] huius, Ortvinii Gratii. Redit lusus de origine nominis Gratii infra II. ep. 61.
- 15 *supernali*] pro superna. vocabulariis addendum. Supra 47<sup>86</sup> „propter gratiam divinam“.
- gratis data*] Respicitur ad Matth. x, 8. ep. ad Rom. iii. 24.
- 16 *poteritis*] posses.
- 18 *deus enim etc.*] Iacob. ep. iv. 6.
- 19 *intelligunt negotium*] *verstehen die Sache* sive *das Handwerk*, qui artem poeticam bene didicerunt.
- 20 *in consc.*] per consc.
- 21 *insulsus*] '... id est insapiens'. Gemma g. Ita p. 60<sup>86</sup> Ortvinus 'sulsissimus praeceptor' est.
- esse super vos*] te superare.
- 22 *quando*] cum tamen.
- Laborintus*] De Labyrintho Everardo Bethuniensi adscripto cf. Ind. biogr. p. 360. art. Eberhardus Bethun.
- 23 *Cornutum*] Ioannis de Garlandia. cf. ibid. p. 376. art. Garland.
- curare imprimere*] *drucken lassen*, curare ut imprimantur, ut collecta edantur.
- hincinde*] huius illiusve scriptoris, hic illic. Ceterum quamvis in prologis poeticis ad aliorum scripta componendis sane industrius fuerit Ortvinus, tamen Buschius eum in hoc scribendi genere superabat.
24. sq. *tract. . . Laurentii*] 'Articuli s. propositt. cf. Ind. scrr. p. 78. n. xi. De hoc Ortviniano carmine Arnoldino libello præmisso et, ut Buschianum elogium, in Ind. scrr. l. c. repetito, infra 59<sup>81</sup> iterum dicitur: ex eo enim sunt verba 'Flet Iovis alma parens', ad quæ Reuchlinus nimium offendit.
25. sq. *tract. . . Reuchlin*] Is non proprius libellus est, neque Ortviniano carmine exornatus, sed Tractatus propositionum alphabeticarum contra Iudæos secunda pars eiusdem illius libelli est, quem Ind. scrr. p. 79. descripsimus. Ita quoque nihil Ortviniani carminis in illo est.
- 26 *in Sentim. Parrh.*] i. e. in Actis DD. Parrhiss. quæ descripsimus in Ind. scrr. p. 82. n. xvi. Præfationem quidem, sed non 'poeticalem', Ortvinus ad Pre-notamenta sua (Ind. scrr. p. 81. n. xiii.) scripsit, quæ etiam 'Decisiones quatuor universitatum de speculo oculari' continent.
- 27 *in mult. . . Pfefferkorn*] Ortviniana carmina, cum Padormannus noster scriberet, his antiiudaicis libellis præmissa fuerunt: a) Pepericorni libello de Iud. confess. (ab Ortvino transl.) cf. Ind. scrr. p. 59. sqq. n. iii. b) Victoris de Carben Operi aureo. cf. Ind. scrr. p. 62. sqq. n. iii. c) Peperic. lib. Quomodo Iud.

Pag. 58.

Pag. 58. v. 5 . . . Pag. 59. v. 19.

suum pascha. cf. Ind. scrr. p. 64. sqq. n. v. d) Pepericorni Hosti Iudæor. cf. Ind. scrr. p. 66. sqq. n. vi.

27 *qui fuit . . . Christianus*] Quæ notitia in nullo fere Pepericorniano libello omisa est. in plerisque fere omnibus etiam annus Pepericornianæ Christianitatis numeratur, e. gr. in lib. *Juden-Spiegel* (Ind. scrr. p. 55. sqq. n. ii.) „*Dieß buchlein ist auß gangen durch mich Johannes Pfefferkorn vormals ein Jüd, nün ein Christ in dem dritten Jar meyner geburt, ein vorlauffer der vnglaubigen Jüden*“ etc. Vix non miraberis in his epistolis non comparari hunc Prodromum cum Baptista.

30 *pecc. mort.*] Scilicet hæc incuria caderet in acediæ peccatum. cf. ad 26<sup>15</sup>.

31. sq. *quod . . . Reuchlin*] ut ipsis commodare velis tua Prenotamenta. cf. Ind. scrr. p. 81. n. xiii.

34 *exscribere*] transcribere.

*De isto m. pr.*] i. e. qui Gratii nomen a supernali gratia deducunt.

35 *Kirchberg*] cf. Ind. biogr. p. 402. h. art.

36 *Hungen*] cf. ibid. p. 396. h. art.

*affectualiss.*] affectuosiss., amoris pleniss., benevolentiss.

37 *Nurnberga*] cf. Ind. biogr. p. 430. h. art.

*Wynßheim*] cf. ibid. p. 511. h. art.

38 *Verumenimvero ego*] Contra hos vero.

Pag. 59.

2 *concl. mag.*] syllogismus est secundum magistrorum præcepta dialectica.

*sit de mente v.] sei nicht nach Eurem Sinn*, te non ea mente Gratii nomen adsumpsisse (sed ex ‘de Graes’ fecisse Gratium).

5 *humilitatis*] modestiæ, ut passim in bibliis opponitur superbiæ.

6 *oppositum in adiecto*] prædicatum alterum alterum prædicatum tolleretur, negaret. *non patiuntur se]* *vertragen sich nicht*, sibi contradicunt; idem est.

8 *se non compatiuntur]* *vertragen sich nicht zusammen*. Aliud est compati apud patres eccl., *συνπαθεῖν*.

8. sqq. *unum etc.*] Hæc ex commentario Parvorum logicalium sumpta esse additis verbis „magister n. (i. e. dicit)“ significatur. cf. Ind. biogr. p. 393. art. Hispanus.

13 *malam sonantiam]* *κακοφωνίαν*, *Uebelklang*, *Uebellaut*, dissonantiam.

*legitur]* Quintilian. Inst. or. I. 10, 27. „ . . . uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, præcipui suorum temporum oratoris, cui contionanti consistens post eum musicus fistula, quam tonarion vocant, modos, quibus deberet intendi, monstrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones vel terrenti optimates vel iam timenti profuit“. Val. Max. viii. 10, 1. „C. Gracchus . . . quotiens apud populum contionatus est, servum post se musicæ artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat, aut nimis remissos excitando aut plus iusto concitatos revocando, quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huiusce temperamenti æstimatorem esse non patiebatur“. Cf. Gell. N. A. I. 11. et ap. hunc Cic. item Plutarch. de cohib. ira 6. Dio Cass. exc. Peiresc. xc. p. 38. sq. ed. Reimar.

14 *Gracci]* ut v. 20. et 22. pluraliter, quamvis de Gaio tantum quod narratur verum sit. Sed magis ridiculum est Gratium a Gracchis simul omnibus quam ab uno Graccho deducere.

*poetæ]* i. e. qui pulchra dictamina bene latinisata componebant.

17 *non tubali et grossa]* ut beatus Petrus p. 45<sup>32</sup>. grossa ut nos *grobe Stimme*.

19 *affectualitate]* affectuositate. cf. ad 58<sup>36</sup>.

Pag. 59.

19 *sibi*] ei, Ortvinio.

21 *dulcore*] dulcedine, *Süßigkeit, Lieblichkeit*.

22 præcellere c. acc. pro 'alicui s. supra vel ante aliquem excellere', obscurice.

23 *ergo ideo igitur*] Iam nemo de firmitate conclusionis quæ sequitur dubitabit. quasi diceremus *folglich also ergibt sich consequenter Weise der Schluß, daß*.

24 *respectu vestri*] *im Vergleich zu Euch*, ad te sive tecum comparatus.

Hessus, Urbanus, Cordus, Spalatinus et Huttenus notissimi sunt Croti amici, de quibus singulis vid. Ind. biogr. hos articc. sed sequens

25...27 Ludovicus Mistotheus fictum nomen est, sub quo Martinum Lutherum latere mihi persuasi. cf. Ind. biogr. p. 416. art. Mistotheus.

28 *defensor v.*] Scilicet qui te asinum, canem sive potius lupum rapacem et crocodilum esse nuper (d. 15. Aug. a. 1514.) litteris ad Spalatinum, apud quem ego (Fornacifex Crotus) hanc tibi epistolam scripsi, datis mire celebravit.

*qui sunt de via meliori*] utrum ii recte sentiant qui nomen tuum a gratia, an qui a Gracchis deducunt.

30 *quod...vincere*] ut vincas, victoriam feras de.

*vocavit hæret. etc.*] Ut ad 58<sup>24</sup> indicavimus, Reuchlinus Ortvinio propter verba 'Flet Iovis alma parens' (id est mater dei), quibus hic in carmine libello Arnoldi de Tungris [Ind. scr. p. 78. n. xi.] præmisso usus est, tam grandem dicam impexit, ut in Defensione [Ind. scr. p. 80. sq. n. xiii.] hanc 'blasphemiam' per multas paginas (Eiii<sup>a</sup>...Fiiij<sup>b</sup> ed. a. 1513. sive p. F4<sup>b</sup>...Hii<sup>b</sup> ed. a. 1514.) docte quidem sed moleste, ne pueriliter dicam, repetitis ictibus persequeretur. ex qua querimonia hæc tantum ad h. l. repetenda videntur: „Nam proclamat [Ortvinus] ore spurco et blasphemo quinetiam impressum chalcographice publicavit in ipso libro huius mandatarii theologicæ facilitatis [Arnoldi de Tungris] focii sui [Ortvinii Gratii] de beatissima et immaculatissima virgine Maria, quod sit alma parens Iovis. Quæ nova hæresis antea neque in orbis terrarum latissimo spacio, nec apud superos nec apud inferos audita est a mundi exordio“. Longe ante illud miserum carmen idem Ortvinus idem læsæ maiestatis divinæ crimen, quod Reuchlino visum est, commiserat, cum in epigrammate Pepericorniano libello 'Quomodo Iudei suum pascha servent' [Ind. scr. p. 64. sqq. n. v.] scriberet:

Crescit honor Christi. gaudent pia numina celo

Et Iovis eterni gaudia mater habet.

nam sive flere sive gaudium habere dei genetricem dicere, id hæreticum non est visum, sed in blasphemie crimen incidit Reuchlino iudice poeta qui virginis filium Iovem (qui est diabolus et dæmon et multa nefaria facinora commisit) appellat. Certe brevis Ortvinii defensio contra hanc Reuchlini accusationem (nam Ortvinii interpretis, non Pepericorni sunt quæ in huius Latina defensione contra famosas, ed. n. pag. 118. i. f. 119. init. leguntur) plus salis sanæque mentis habere videtur quam molesta Reuchlini querimonia. Ceterum eius modi comparationes dei sanctorumque cum diis deabusque gentilium non solum etiam anterioribus sæculis usitatissimæ fuerant (unum Thomam de Walleis in memoriam revocasse sufficiet), sed et apud Reuchlini æquales fere ubivis leguntur. Cum Ortvinus vix adulesceret, Buschius hecatosticha sua in laudem divæ virginis ediderat (cf. ad pag. 60<sup>15</sup>), quæ sic incipiunt:

„Cum deus astriferis olim venturus ab oris

Vellet ovaturo nos reparare polo Ave.

Pag. 59.

Pag. 59. v. 19 ... Pag. 60. v. 16.

Conciperis mater puerum genitura tonantem

Nil ex antiquę crimine fecis habens Ave.“

et post quinque disticha:

„Respexit te sommus apex positoris olimpi

Huncque pudicitię traxit aroma tuę Ave.“

et in sapphico adiecto:

Prępotens summi genitrix tonantis, |||

Terror auerni.“

32 *ex arce*] Spalatinus cum principe, cui a sacris et a secretis tum fuit, in arce, in *der Burg*, habitabat. cf. Ind. biogr. p. 474. sq. art. Spalatinus.

34 *infra*] = *intra* (vetustus usus). A dominica Septuagesima usque ad Pascha extenditur tempus prohibitum, *die verbotene, gebundene Zeit*, et illa dominica est principium eius temporis per quod Alleluia in canonicis horis non canitur, quod denuo incipit paschate, a quo dies festi adventus spiritus sancti quinquagesima, pentecoste (*πεντηκοστή, Pfingsten*) est.

## Pag. 60. EPISTOLA 39. NICOLAUS LVMINATORIS ORTVINO.

2 ‘Luminator, ædituus, matricularis, fisci ecclesię procurator. Statut. synod. Claramont.’ Ducange Adel. Quod hæc ep. in ipsa Colonia ad Coloniensem scripta fingitur, argumento esse potest, singulas bursas quasi separatas familias communitatesve extitisse. bursę Laurentianę scriptor, Cucanę is ad quem scribitur, socii fuerunt. Cf. Ind. biogr. p. 322. art. Bursę Colonienses.

8 *ambulare ad*] Hoc vocabulum non lusorium est, sed cum more vagantium scholarium, *der fahrenden Schüler*, cuius egregium exemplum in Plateri vita a se descripta, item in Piemontani hodieporico nobis superest, cohæret, cuiusque similis mos *der wandernden Handwerksburschen* nondum omnino in desuetudinem abiit.

*pro studio*] studiorum causa.

*ad burs. Laurentii*] cuius ‘regens primarius semperque honorandus Arnoldus de Tungeri’ fuit. cf. Ind. scrr. p. 78. n. xi.

11 *deposui beanium*] cf. Ind. biogr. p. 305. art. Beanus.

12 *quod ... pro*] quo ... carere, *das ich nicht missen möchte für*.

13 *suo negotio*] (ed. 1858. omis. suo) Hoc negotium id fuisse suspicor quod Buschius sibi contraxit, cum aperte partibus theologicis abiectis pro Reuchlino et ad eum scribere cępisset, quod imprimis in causa fuisse videtur, ut Coloniam relinqueret scholęque Vesaliensis rectoratum susciperet. Cum hæc epistola scriberetur, Buschius adhuc Colonię morabatur. Cf. Hamelmann. de vita Buschii §§ 59. sqq.

*collateralem*] Puto velle collaboratorem, non primarium regentem Arnoldum. quos hic lectores in bursam Laurentianam vocavit, eorum nomina dat Bianco *Gesch. der Univ. Köln*. I. p. 277. not. 3.

14 *sibi .. suam*] ei.

15 *mater domini*] Buschius composuerat (a. 1498?) ‘De saluberrimo fructuosissimoque diuę virginis psalterio triplex Hecatosticon cum aliis ad eandem quibusdam carminibus elegantissimis, qui libellus Lipsię s. a. in 4<sup>o</sup>, tum s. l. anno 1500. in 4<sup>o</sup>. (Hain. n. 4154. sq.) et Lips. annis 1503. 1506. 1509. 1516. in 4<sup>o</sup>. (Panzer Ann. typ. X. p. 205.) prodiit. cf. ad 59<sup>30</sup>. i. f.

16 *pulchriorem*] Diuam virginem non pulcherrimam fuisse, certe tum nemini in

Pag. 60.

mentem venit, et Buschius etiam, quamvis in illis hecatostichis de corporis forma verba non fecerit, tamen in adiecto carmine neque hanc laudem præterit:

„Tu formosa nimis vincens tentoria Cedar  
Scandere siderei digna cubile ducis  
Inter femineas pulcerrima fama cateruas  
Aurea tu fuluo porta decora sinu“.

Buschius itaque, vel si non invenustæ formæ facieive fuisset (quod tamen alicubi me legere aut somnio aut memini), molestam magistri regentis comitatem curiositatemve vix lepidius comiusque evitare potuit quam responso suo fecit. quod plane non capiens rudis Nicolaus noster ridet Buschium non intellexisse interrogantis 'illam ... allegoriam', sed putasse se revera pro matre domini haberi, cum tamen ille regens eum auctorem solum modo carminis de diva matre significare voluisset. Ita sane hoc 'unum pulchrum notabile est et perquam utile'.

18 *prætendit in s. s.*] intendit sic quærendo.

19 *quod volo ... discere*] me percepturum esse.

*alma*] epitheton ornans etiam nunc cuiuscunque Germanicæ, vel inedia laborantis universitatis litterariæ, a Parisiensi mutuatum.

20 *processum burse*] Laurentianæ. cf. Ind. biogr. p. 322. art. Bursæ Colon.

21 *disput. bursal.*] quales statis diebus a scholaribus ad actum denominatis sub præsidio alicuius regentis habebantur, quibusque ceteri eiusdem bursæ socii interesse debebant.

*materia*] priore loco est 'argumentum', posteriore loco est *Stoff*, *ὕλη*, materia sensu philosophico.

22 *ens etc.*] Thomas Aquinas (de ente et essentia, in Opp. t. IV.) id quod existere potest sed non existit 'ens secundum potentiam', id quod existit 'ens actu' appellavit. Cf. *Buhle Gesch. der Philos.* V. § 730. et præcipue *Prantl Gesch. der Logik.* III. p. 112. sqq.

#### EPISTOLA 40. HERBORDVS MISTLADERIVS ORTVINO.

24 Herebordum Margaritum (*von der Marthen*) Erfurtensem Ictum, ad quem iuniorem suum amicum, 'doctrinæ, morum, ingenii et familiæ gloria nobilem', Conradi Mutiani epistolæ complures supersunt, Crotus quoque bene quidem notum habuit, sed præter prænominis primæque nominis litteræ æqualitatem cetera omnia prohibent quo minus illum Margaritum sub hoc stercorario nomine latere suspicemur.

26 *sulsissimo*] i. e. sapientissimo. cf. ad 58<sup>21</sup>.

27 *dinumerare*] *auseinander zählen*, numerare res copia sua ac multitudine aut mobilitate facile oculos fallentes, ut e. g. stellas dinumerare. Numerandi salutes morem in plurimis harum epistolarum inscriptionibus observatum videmus.

29 *ad Swollis*] *Zwoll*, cf. ad 31<sup>2</sup>. ablativus nominis h. l. pro indeclinabili positus.

30 *modum dare*] *Weisung*, *Anweisung geben*, docere.

*dictandi*] 'Dictare, dichten, proprie vorsagen oder lesen was man schrybet'. Dictamen, *ein gedicht*. Gemma g. cf. 6<sup>37</sup>.

31 *ast*] quasi gemens taciturnitatem Ortvinus accusat. cf. ad 51<sup>12</sup>.

*et mihi ... vivitis*] nec scribis utrum vivas an mortuus sis — quod posterius sane 'unum valde notabile' foret.



Pag. 60.

Pag. 60. v. 18 ... Pag. 61. v. 32.

31. sq. *sive ... vivit.*] Hoc iteratum 'sive ... viv.' male excidit ex ed. m. a. 1858. Vult scriptor „utut est, sive vivas sive non vivas, tamen taces, non facis me certiozem.

32. sq. *ut ... est*] ut tandem comperiam quid sibi velit hoc tacere et quomodo tu valeas teque erga me habeas.

33. *sollicitatis*] angis, exerceas, sollicitudinibus distringis me.

34. s. *Georg.*] Is primarius est inter sanctos opitulatores, *Nothhelfer*. Horrida scilicet boni Herbordi trepidatio est pro salute incomparabilis sui quondam præceptoris.

Pag. 61.

4. *pantofoli*] *Pantoffeln, Tüffeln* (cf. ad 24<sup>5</sup>). *Diez WB.* „Pantófolá, pantúfolá, it., wal. pantofle, sp. pantuflo, fr. pantoufle (f.) eine fußbekleidung, halbschuh. Von zweifelhafter herkunft, sicher nicht von .. παντόφελλος. Ein compositum scheint es allerdings. Der erste theil desselben ist etwa das fr. patte fußsohle .... Aber was ist mit dem zweiten theile des wortes anzufangen? Neuprov. sagt man auch man-oufle (f.) für eine handbekleidung, einen muff latinisiert maniflua .. muthmaßlich aus manupula .... sollte pantoufle diesem worte nachgebildet sein, da oufle für sich nichts bedeutet? ...“

6. *ova dura etc.*] Quæ remedia cibique h. l. proponuntur, eis partim, ut Plinii verbis utar, stimulari Venerem certum est, partim sedantur tusses et catarrhi.

7. *Westvalia*] Ita semel tantum in his epistolis. v. pro *ph* vel *f*. sed sæpe in aliis sæc. xiv. et xv. scriptis *Westval*. legitur.

8. *mult. de flegmate*] nimium pituitæ sive muc. 'Flegma est quidam humor grossus, wasserig blut oder rotz.' Gemma g.

9. *serpillum thymi species*, *Quendel, Feldkümmel*.

12. *receptum*] *Recept*, medici s. medicinale præceptum. hodieque *ein Recept nehmen, einnehmen* dicitur quod Latine est: medicamentum sive medicinam sumere, bibere, haurire, medicamento uti.

*uxor etc.*] Cf. supra ad 20<sup>27</sup>.

13. *Es Suollis*] Es error typogr. Ex Suollis ut ep. I. 20. Utrum h. quoque l. 'Suollis' indeclin. ut 60<sup>29</sup>. aut ablat. casu positum sit, definiri non potest.

## EPISTOLA 41. VILIPATIVS DE ANTVERPIA ORTVINO.

15. *Vilipatius*] *Filippazzo*. Philippus grossus.

20. *exquisit.*] ut 52<sup>16</sup>.

23. *ceci di in terram*] (sic corrige) anima defectus procubui.

*crinisavit*] cf. ad 55<sup>21</sup>.

*cuis*] perraro ita recte pronomine utuntur Obscuri.

30. *subiungavi*] ut adiutatum 64<sup>22</sup>. et similia in quodlibeticis passim.

*male pudorose*] impudicæ. 'Pudorosus .i. pudore plenus. Pudorus, a, uni, schemig'. Gemma g.

31. *gilvos*] 'Gilvus, geel oder valw. Inde Gilvedo, geelheit oder valheit.' Gemma g. Cf. lexica Latina vocc. Gilvus et Helvus.

*brunellos*] bräunliche. „Bruno it. sp. pg., pr. brun, fr. brun fuscus; vom ahd. brân, nhd. braun ...“ *Diez WB.* Cf. Gallic. *brunelle*, Braunwurz, Brunellenkraut.

32. *grauos*] graue, Latine ramos. Festus: „Ravi coloris ravistelli appellantur a Plauto, qui sunt inter flavos et cæsios.“ Id. „in spiciis flava frumenta rava appellari ait Verrius.“

Pag. 61.

32 *rubeum*] Vult 'rubrum', nam rubeum est *dunkel-, braun-roth*. Sed etiam Gemma g. „Rubeus, a, um, *rote*.“

*bene corporatus*] *wohlbeleibt, stattlich*, suppingui corpore, obesus.

33 *qualific. in mente*] *ein so talentvoller und gelehrter Mann*.

34 *non curat*] spernit, cum contemptu evitat, non sinit sese decipi.

Pag. 62.

1 *sedent super scobem*] Cf. *Grimm Deutsche Mythol.* 1835. p. 589. sq. unde transcribo hos versus:

„ze Chohn und ze Paris  
dà sint die psaffen harte wis  
di besten vor allen richen.  
dar fuor ich wærtlichen  
niwan durch die mære  
waz ein unholde wære.  
daz gehòrt ich nie gelesen  
waz ein unholde müge wesen.  
daz ein wip ein chalp rite,  
daz wæren wunderliche site,  
oder rit uf einer dehßen  
ode uf einem hùspesem  
nâch satze ze Halle füere.“

2 *fac. neg. suum*] libidines suas explent, stuprant.

4 *Aliqui fiunt catte*]

„etlich seind so wol gelert,  
das sie an sich mit gewalt  
nemen einer katzen gestalt.“

*Hans Vintlers blume der tugend.* a. 1411. ap. Grimm. l. c. p. LVII.

et Antonini Florent. Summul. C. 2. c. 37. „Si existimauit mulieres conuerti in gatas uel alia animalia, et ire de nocte et sugere sanguinem puerorum et huius modi, quod est impossibile nisi deo, et ideo fatuum est credere. De hac materia diuinationum et incantationum et omnium superstitionum uide luce clarius in decretis. 26. causa per totum.“ Gemma prenosticationum [cf. Ind. serr. p. 97. n. xxvi. 4<sup>o</sup>.] pag. aij<sup>a</sup>. „Hec itaque mihi fantasianti venit ad me in visione quedam vetula habens faciem ut vna antiqua simia. et veniebat volans per caminum studorii mei: et sedebat super nigrum cattum: et habuit vnam bussulam [*Büchsen*] repletam de virido vnguento: et fecit mihi duo plaustrea [emplastra]: et eas posuit retro ambas meas auriculas. et cum hoc fecisset docuit mihi vnam artem. cum qua bene possem lucrare tot pecunias quot habeo crines sub plantis pedis.“

*faciunt . . . valet*] in tantum debilitant ac corrumpunt viri vires, ut vix valeat vel baculo nisus gradus facere.

6 *Ego credo*] In hac superstitione stultior non est Vilipatius quam plerique fere omnes ipsius æquales fuerunt. sed verus huius epistolæ auctor non similiter credidit.

7 *in libraria . . . libro*] In illis Combibilationibus, puto, de quibus supra p. 47<sup>6</sup>. et Ind. biogr. p. 347. art. Combibilator.

8 *probavi*] *ich hab es probiert*, experimentum feci, 'et est verum', probatum est.

9 *sal bened.*] cf. supra 51<sup>22</sup>. De sale salinisque a magis feminis curandis vide *Grimm Myth.* l. c. et p. xc. n. 570. „*Einer ins haus tretenden hexe gebe man*

Pag. 62.

Pag. 61. v. 33 ... Pag. 63. v. 1. .

*ein stück brot, worauf drei korn salz gestreut sind, so kann sie nicht schaden.*"

10 *scripturæ*] Matth. v. 13.

*estis*] esse, auxiliare, cum activo esse, edere, comedere confunditur.

12 *semper c. cr.*] i. e. quotiens sal adhibetur, totiens crux facienda est.

*cavendo ne cadat exinde*] caventes, curantes ne decadat. Vulgatissima etiam nunc superstitio est de sale salinove effundendo, imprimis hoc '*Verschüttetes Salz bedeutet Streit*'. cf. Grimm I, c. p. LXXXVIII. n. 535.

16 *ne exs. etc.*] Similiter carmen ad v. 1. cit. de veris *unholden*, quos dixit esse malos potentium consiliarios:

*di selben unholdære*

*di sougent üz herze unde bluot*

*daz vil mangem herren schaden tuot.* .

18 *offeritorium*] 1) „Papiæ Oblatio que altari offertur et sacrificatur a pontificibus. Seu, ut est ap. Io. de Ian. Locus ubi reponuntur vel ubi fiunt oblationes. Isid. VI. c. 19. Offeritorium tali ex causa sumpsit vocabulum: fertum enim dicitur oblatio, quæ altari offertur et sacrificatur a pontificibus, a quo offeritorium nominatur quasi propter fertum ... 4) Oblatio quæ ecclesiis a fidelibus fit ...“ Ducange. Et ita h. l. *Opfergabe, Opfergeschenk*, non ut in Gemma g. „*ein opfer gesanck*“, quod pertinet ad Ducangii „3) Idem quod Offerenda, cantus qui inter offerendum cantatur ...“

*aspersorium*] '*ein ding damit man besprengt*'. Gemma g. *Weihwasserbecken*.

Ducang. „vas in quo aqua est benedicta, quo plebs in ecclesia aspergitur ...

Sæpius Aspersorium pro Aspergillo [*Weihwedel*], Hisp. Hissopillo legitur, quam pro ipso vase ...“

20 *Reuchlin* ... *vicit*] Cf. Conspect. chronol. ad exeunt. a. 1514. et ineunt. a. 1515.22 *quod* ... *dictamen*] Aut non vidisse Ortvinum Prenotamenta (Ind. scr. n. XIII.) aut nimium ab eo exigere fingitur Vilipatius.23 *superæternaliter*] Aeternaliter, in æternum, longe quidem puto omnia tempora excedit, sed simplex immortalitas sordidior scriptori videtur merces pro Ortvinum meritis.24 *cum s. uzore*] Subintellegit 'amica vestra', ut sequens 'opto sibi (ei) etc. ostendit.25 *minutas*] Neutr. facit Gemma g. „Minutum est sexagesima pars horæ, *ein minut*.“ Ceterum puto h. l. de astronomis multas minutas eos habere ideo dici, quia in omnibus graduum horarumve definitionibus etiam minutarum numerus exprimi solet, ut Vilipatius potius frequentiam quam multitudinem minutarum admiratus sit.26. sqq. Hoc 'privilegium Venetorum' ad deridendam imperialem maiestatem fictum esse delatorie insinuat Ortvinus in epist. apologet. p. 398. v. 2. sqq. ed. n. Est quidem ad deridendam, sed non imp. maiestatem, sed crassam superbientemque Antireuchlinistarum ruditatem fictum, unde solæca verba 'impressoria (*Druckerei*), Minutii (Manutii), cavisatum (cautum), impressare (imprimere, typis describere), per (intra), Venetianorum (Venetorum).

## APPENDEX.

Sequentes VII epistolæ (nam Tolletani epistola ad causam Reuchlinianam et nostrum opus non pertinet) primum prodierunt non post a. 1516. cf. Ind. edd. n. 3. p. 4. Alium atque superiorum XII epistolarum auctorem sive auctores alios multa produnt, et scribendi genus, quod similis est ei quod in epistolis novis (voluminis II.) observatum et ab illo priorum epistolarum, quamvis hoc imitetur, diversum est (in magistralibus solœcismis, in adhibendis falsis coniunctionibus ac modis et temporibus, et maxime in complicandis ac perturbandis ipsis cogitationibus enuntiationibusque, etiam per se simplicissimis vulgaribusque, priores epistolas excellere negari non potest), et rerum locorumque commemorationes quæ maximam partem ad superiores Rhæni regiones pertinent: neque negligendum est, tres priores huius appendicis epistolas ad Reuchlinianam causam propius non spectare, nisi quod ad sive contra Ortvinum directæ sunt: omnes autem septem Hutteni stilum ad hoc scribendi genus sese præparantem tam aperte produnt, ut mihi præcipue etiam res ipsas in his epp. tractatas consideranti de auctore nulla fere dubitatio supersit. A vepreto coniecturarum alienarum me abstineo. Id autem adicere liceat, non obstare huic meæ coniecturæ verba Hutteni Bononiæ d. 9. Aug. a. 1516. scripta (Hutt. Opp. I. p. 124<sup>13</sup>) „nondum enim ad oculos meos pervenerunt isti, quique sunt, obscuri viri: recte obscuri, non a me tantum“: typis exscriptas tum nondum viderat (tredecim dies post eidem Croco scripsit ‘Accepi Obscuros Viros’. Opp. I. c. p. 125.), neque Crocicas (edd. 1. 2.) neque quas ipse scripserat (App. ed. 3. et quæ tum sub prælo erant, Novæ, ed. 4.). Obstarent autem, si iustæ essent, locorum et dierum indicationes, quæ i. f. epistolarum 47. et 48. habemus.

*Appendex*] ut ‘codex’ et similia vocc. Hanc formam habet etiam Ducange, pro servo qui ab aliquo dependet, glebæ addicto, et fortasse apud veteres etiam *appendex* scribebatur: Paul. ex Festo „*Ampendices* dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent, quos nunc *appendices* appellamus“, cuius nominativus singularis in *ex* exisse videtur. Gemma g. „*Appendix* i. alicui appendendo adherens, *anhangende*. *Appendicium*, *ein anhangend ding als ist ein kappenzipffel*.“

## EPISTOLA 42. (APP. 1.) ANTONIVS N. ORTVINO.

- 3 *Antonius N.*] Unicum exemplum huius N. pro nomine perscripto.
- 4 *quasi*] paullo post futurus, *fast schon*.
- 5 *statim promotus*] proxime promovendus.
- 11 *novalia*] In prioribus epistolis non legitur, sed ‘nova, novitates’. Miror in his epp. ‘novalitates’ non legi. ‘Novalitas, res nova, Gall. nouveauté: quæ vox in pravam partem sæpe accipitur . . .“ Ducange.  
*sciatis*] Crotus scripsisset ‘scire debetis’.
- 12 *materialia*] Plane quod hodieque *Materialien* appellamus, res præcipue in medicina facienda adhibendas.  
*in medicinalibus*] ad medicamenta facienda, componenda, non ‘in nostris medicinalibus tabernis sive apothecis’ aut ‘in medicinalibus artibus’.
- 14 *apotecis*] ‘Apotheca i. reconditorium, *ein specery gaden, oder apotek*.“ Gemma g. Cf. Ducange h. v. et vocc. Butica, Butigia. *Diez WB.* voc. Bottega. *pergere*] Crotus scripsisset ‘ire’ vel ‘ambulare’.
- 15 *practicationem*] (*zu ihrer Praxis*). Substantiv. non habent Vocabularia, sed

Pag. 63.

Pag. 63. v. 1 . . . Pag. 64. v. 12.

„Practicare . . . medicum vel chirurgum agere, medicinam exercere . . . Ducange. Cf. supra ad 10<sup>35</sup>.

15 *stent illa*] *mag das bei Seite bleiben, auf sich beruhen*, mittamus hæc.

18 *sub virga*] Non bene dictum: Ortvinii discipuli Colonienses manum ferulæ subduxerant.

*de uno . . . incogn.*] Simile hoc illi ‘Bilibaldus nescio quis’, de quo vid. ad 267<sup>28</sup>.

20 *iam*] nunc. Hoc itaque incidit in autumnum a. 1514., cum ex Anglia Basileam iter faceret Erasmus et a litteraria societate Argentoratî quasi triumphator exciperetur.

23 *valde plurimum*] *instanter*.

*tamen*] ut Germ. *doch*, precativæ. cf. *Grimm WB.* v. *doch* § 3. i. f. Cf. infra v. 30., ubi ‘tamen’, *doch*, experiendi curiositatem exprimit.

24 *rapiarium*] ‘pro libro quod rapiarium vocatur’ Ioa. Piemont in art. Henricus pauper. ‘Rapiarius, rapiarium. Collectaneum, in quod undique rapta conferuntur . . .’ Ducange. Puto *rapparium* scribendum vocabulum et cum Germ. *raffen* conferendum esse, ut proprie significet *ein Reff* s. *Räff*, cuius vocabuli hodierna quidem significatio angustior est. Cf. *Frisch* voc. *Räff oder Reff* et *Räff* (ubi addendum, etiam fœni retinacula plerumque scalis ad stabulorum muros superne in latitudinem appensis formata, ut inde pecudes particulatim extrahentes vincerentur, *Räff* sive *Raff* appellari.) et *Dies WB.* voc. *Raffare* et *Rappare*.

25 *intit. Vademec.*] Docte: eum titulum quasi libro fecit suo loculo, quem libelli etiam nec cogitantium in aliqua arte vel disciplina informationi destinati, ideoque semper secum ferendi gerere solent. cf. Ind. biogr. art. *Vademecum*.  
*ut . . . habere*] *wie ich immer zu haben pflege*. Latine abundat ‘semper’.

26 *transcampis*] *über feld*, peregre.

28 *enucleavi*] selectam memoriæ mandavi. non simpliciter ‘elegi’. ‘Enucleare est nucleum extra testam nucis ponere, *vs kernern*’. Gemma g.

30 *tamen*] cf. ad sup. v. 23.

Pag. 64.

1 *quasi*] tanquam, *als einen*.

*practicatoribus*] cf. ad 63<sup>15</sup>. Hoc nomen puto fictum esse, ut ad ‘prædicatores’ adsonet, unde etiam [indignus“.

2 *licet indignus*] nominat. pro accus. casu, quia plerumque legitur „Ego . . . licet *sedissent*] *consedissent*.

*præ pudore*] *aus Geniertheit*. verebantur ‘hominem valde doctum in omni scibili omnique doctrinarum genere’.

3 *stimulari*] digito tetigi.

4 *ad salvos deos*] fortuito. similiter hodieque ‘*Gott weiß wie* sive *was*’.

5 *Conticuere*] Vergil. Aen. II. 1.

7 *consideratione*] memoria.

*in Eneidis*] Sic med. ævo solebant Aeneida designare, nescio utrum genet. sing. voluerint ut subintelligendum sit ‘libro’, an ablat. plural.

9 *locationem*] notam, loci alicuius signationem, *Zeichen, Anzeichnung einer Stelle*.  
*virum . . . in ore*] Qualem depictum habemus in Hutteni Viro bono (cf. Ind. bibliogr. Hutt. n. VIII. 1. p. 11\*) et in frontispicio eius exempli Hutteniani Nemini quod indicatum est l. c. VII. 4. p. 10\*.

10 *Sic . . . propositum*] Eoque modo effectum est quod mihi proposueram.

12 *invicem*] *allerseits*, omnes.

Pag. 64.

12 *sermonisare*] sermocinari. Sermonari, sermonizari, sermosinari habet Ducang. Ital. *sermoneggiare*.

13 *vel ... natus*] i. e. *sowahr ich ehelich geboren (ehelicher Eltern Kind, kein Hurenkind) bin*, ut p. 65<sup>29</sup>. 'vel sim spurius'. legitimum duplici *t* frequentissime et in manu scriptis et in impressis codicibus occurrit.

*parvam vocem*] sed suavem habuisse Erasmus alibi quoque me legere memini. *quod ... theolog.*] theologicum fuisse argumentum.

*possit ... profundum*] placeret doctissimo theologo, officiosa observatione eum sibi devinciret.

17 *de ente et essentia*] Thomista fuit hic magister noster. cf. ad 60<sup>22</sup>.

18 *pertractastis*] accurate, subtiliter novisti, didicisti: nam ipsum Ortvinum de sancto Thoma prælectiones habuisse non dicitur.

19 *materiam*] Hic quoque poterat scribi 'materiam de materia'. cf. ad 60<sup>21</sup>.

*Illo finito*] Paulo ante 'cum finivisset'.

21 *Cæsarem Iul. in s. scr.*] Sequens disputatio in memoriam revocat Hutteni ad Michaelem de Sensheim d. 1. Aug. a. 1515. ex arce Steckelberg scriptam epistolam (Hutt. Opp. I. n. xxviii.), quæ de Germano clerico, olim Romano mulione narrat, eum indicem Cæsaris commentariis adnexum inter Cæsaris scripta numerasse. Itaque et hæc res facit, ut utriusque epistolæ, et Steckelbergianæ et huius nostræ, eundem auctorem esse sumam. Hospes laudavit Cæsaris tum commentarios tum res gestas.

22 *adiuvatum*] 'da war mir wohl geholfen'. cf. 61<sup>30</sup>. et 530<sup>18</sup>.

24 *Quoniamq. ig.*] Valde poetice, quasi Germanice cœpisset *Sintemalen Ihr denn also von der Poesey zu reden anhebt*.

25 *occultare*] zurückhalten, sermoni me non immiscere.

*Cæs. scripsisse illa comm.*] Suspicio huius epistolæ auctorem ori Antonii opinionem non tam omnino fictam quam male intellectam ac stulte defendendam inicere. certe antequam Grævius nunc Petrarce auctori vindicatam Cæsaris vitam, quæ primum a. 1473. nullo auctoris nomine expresso prodierat, adscripto Iulii Celsi nomine, quamvis huic ipse abiudicaret eam, repetiit (Amstelod. 1697., Lugd. Bat. 1713.), de Iulio Cæsari adscribendis commentariis docti disputabant. Ceterum eius quod Huttenus l. c. de inerudito clerico, qui Cæsaris commentariis adnexum indicem inter illos numeraverat, mirans narravit, ipse simile exemplum adnoto, non ita paucos et olim et nuper miseris Panciroli ad Notitiam dignitatum editis commentariis quasi ipsius antiqui opusculi partibus usos esse.

26 *roborare*] probare, confirmare.

23. sq. *sed sic est ... Latinum discere*] Quis non suspicabitur turpe mendacium eum dicere, qui eodem hoc obscuri Nicolai argumento clarissimum Erasmus tria fere lustra post hanc epistolam editam contra alium Iulium Cæsarem, Scaligerum, adhibuisse dicat? Audi vero divum Iosephum Iustum, Iulii Cæsaris filium, in confutatione fabulæ Burdonum a. 1608. scripta (ed. Francof. 1664. 8°. p. 119. sq.): „Erasmus, qui ubique gentium *ἀπαυροτάς* [subauscultatores et delatores] habuit, in quibus etiam mercenarios non paucos, tantum abest ut aliter quam 'Scaligerum' vocaverit [Iosephi Iusti Scaligeri patrem], ut quia monitus erat eum fere semper militasse, hoc solo argumento negare ausus sit eum auctorem fuisse orationis quam pro Cicerone adversus illum [i. e. adversus Erasmi dialogum Ciceronianum] scripsit; idque testatus est epistola quam ad amicos duos [P. Merbelium et Io. Bapt. Lau-

Pag. 64.

Pag. 64. vv. 12 . . . 34.

rentium. cf. Erasmi Epp. L. B. 1706. coll. 1498. sq.] scripsit, quod coegit Iulium aliam orationem scribere, qua se prioris auctorem asserit, quæ una cum epistola illa Lutetiæ apud Vidoveum edita est. Sed Erasmus homo vaferrimus per emissarios suos omnia exemplaria magnis sumptibus conquisita flammis aboleri curavit. unum exemplar Iosephus reliquit Aginni [Agen]; neque ullum præter illud nancisci aut videre potuit: tanta fuit emissariorum Erasmi diligentia. [Postea prodiit Tolosæ a. 1620. cum aliis Iul. Cæs. Scaligeri opusculis.] Quum autem postea in alia epistola eum per contumeliam militem vocaret, et hoc solo vellet aliis persuadere tantum eruditionis illi non fuisse, ut eiusmodi orationes meditari posset, ob eam causam Iulius ad tertiam orationem commentandam animum appulit, cuius editionem mors Erasmi interpellavit et cum reliquis operibus eius in direptione suppellectilis primo bello civili periit. nihil vero Erasmus tam serio affectavit quam ex militia eius eum litterarum imperitum probare, quum tamen aliter se sentire apud amicos dissimulare non potuerit; quod quadam ad Conradum Goclenium epistola [Edit. L. B. 1706. coll. 1421. sqq. num. mcc.] testatur: 'Iulii' inquit 'Scaligeri libellum tam scio illius esse, quam scio me vivere: id tamen dissimulandum est, ne magis insaniat prodito fuco'. Vides credidisse et dissimulasse. De hac tertia oratione monitus ab emissariis ita scribit ad Damianum a Goes anno mxxxv. [In Epp. ed. L. B. 1706. hæc epistula deest.] 'Aiunt Doletum quendam in me scribere. Minitatur nescio quid et Iulius Scaliger'. Itaque Erasmus qui de eius militia ab iis edoctus fuerat qui eum in Italia viderant, nunquam ab iis audivit aut didicit ipsum Burdonem vocatum fuisse“.

29 *non potuit esse doctus vel lat. disc.*] Ut quam lepidum sit hoc argumentum, apertius fiat, referre lectores, ne dicam ad ipsos Cæsaris commentarios, ad non nulla veterum de eis iudicia licebit, ut Ciceronis in Brut. 72, 252 sq. 75, 261. sq., quæ recepit Suetonius in Iul. c. 55. sq., ad Quintiliani X. 1, 114., Plutarchi in Cæs. 3. 4., aliorum. Unum Quintiliani ut brevissimum adponam: „C. vero Cæsar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse quo bellavit appareat; exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia.“

30 *Suetonius scr.*] Ne quis putet Nicolaum confundere Iulii Cæsaris vitam, quæ inter Suetonii vitas Cæsarem prima est, cum Cæsaris qui ferrentur commentariis, ipse in stili similitudinem, quam utrumque opus proderet, innisus est. et sane uterque scriptor 'non habet ubique bonam latinisationem, sed in multis passibus suum latinum sic crispum est, ut aliquis non potest bene intelligere. itaque ergo debemus credere quod Suetonius non satis studuerat in Alexandri partibus et in Parvulo; enimvero Cæsar Iulius omnino non potuit latinum discere', quidquid ille gentilis Atticus ap. Cic. l. c. de Cæsare iudicet, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime, nec id solum domestica consuetudine, sed multis litteris, et iis quidem reconditis et exquisitis, summoque studio et eloquentia esse consecutum.

31 *magis . . consimiliorem*] quasi Germanice diceret *einen mehr ähnlicheren*. tam similem.

33 *antiq. dictor.*] cf. ad 56<sup>11</sup>.

34 *risit*] 'Und er lachte [ut recentiorum magistrum sæpe dicere memini] *nicht über den Witz, sondern über den, der den Witz gemacht hatte*'.

Pag. 64.

35 *questionem m.*] quam mihi ex illo rapiario enucleaveram. 63<sup>25</sup>.

38 *tam multum ut etc.*] non tam insignis, præcellens est quam fertur, *es ist nicht so viel* (sepius *es ist nicht so weit her*) *mit ihm, als sie von ihm sagen* (als sie Wesens von ihm machen).

Pag. 65.

2 *speculativis*] non formalibus tantum.

3 *theologus*] Ut vel in ipsis librorum suorum inscriptionibus sese nominare solebat Erasmus.

*simplex*] ut qui adhuc in trivio, in formalibus disciplinis hæret, nondum complevit pro realibus. Nondum prodierant Annotationes in novum testamentum. Cf. Hutt. Opp. I. p. 103.

6 *comedere nucem*] Supra ab ipso enucleata quæstio, quam deinde solvendam noluit Erasmo proponere, Nicolaum movere videtur, ut per hanc comparisonem Erasmus ad quæstiones speculativas enucleandas inhabilem esse significet.

8 *sec. . . intell.*] ut Germanice *nach meinem schwachen (einfältigen, dummen) Verstand*, quantum ego indoctus iudicare possum.

9 *vultis acc. etc.*] Si hæc non solum repetunt quæ supra p. 35<sup>22</sup> leguntur, „pro tempore ascendetis etiam . . ad gradus in sacra theologia“, docent Ortvinum a. 1515. doctorem theologiæ factum non esse.

11 *dico pro me*] mihimet ipse dicam, non scribendo exponam, ut tamen faciam.

13 *Erasm. v. al. poeta*] Satis notum est, tum temporis aut nihil, aut, quod raro accidit, totidem quot nihilo comparari possit, honorarii vel celebratissimos scriptores accepisse: infra p. 227<sup>30</sup> quasi mirabile quid narratur „quod unus impressor voluit Ortvino dare xx florenos quod mitteret imprimere „Prenotamenta“. Sed alio exemplo utamur: cum Erasmus Adagia sua Aldo typis exscribenda dare vellet, Frobenus ea sibi pecunia redimere voluit, quam pecuniam Erasmus in id impendendam esse respondit, ut liber tanto elegantior nitidiorque prodiret. Itaque non nimium dicit noster medicinarum practicator, se, si fortuna ipsi bene, male multis aliis vellet, intra septem dies plus pecuniæ sibi facere posse, quam illi Federfuchseri per totum annum.

16 *unus fenix*] Phœnicem eiusque vitæ longitudinem in aliis quoque scriptis suis in comparisonem adducere Huttenus amabat.

‘sancti’ nominativum pluralem et ‘dei’ genetivum singularem esse, eis utile erit adnotasse, qui in Arndtiano illo ‘*soweit die deutsche Zunge klingt, und Gott im Himmel Lieder singt*, dativum *Gott* pro nominativo habent.

#### EPISTOLA 43. (APP. 2.) GALLVS LINITEXTORIS ORTVINO.

19 Ut superiorem, ita quoque hanc *Leinweberi* epistolam Huttenum scripsisse auguror. — Gundelfinga oppidum ad Brentiam non longe supra Lauingam ad Danubium, in qua Albertus M. natus est, in hodiernæ Bavariæ circulo Suevico situm est.

20 *Cantor . . . socios*] i. e. inter bonos socios, non ex officio sibi iniuncto, cantor.

23 *plurifariam d.*] *vielfältig geliebt*; alias in his epistolis non legitur.

*ad Eberburck*] Hanc Francisci de Sickingen arcem supra Navam, in qua hæc epistola scripta fingitur, re vera Huttenum visitasse, cum autumno a. 1515. relicta patria arce Steckelberga iterum Italiam peteret, quod iter quale inde a Wormatia fuerit, ipse sequenti anno, ut facete theologistas irrideret, iocu-



## Pag. 65.

Pag. 64. v. 35 . . . Pag. 66. v. 5.

lariter quidem ac lascive, sed non fabulose descripsit in Wilhelmi Lampi epistola, II. 12.), quamvis aperto testimonio destitutus, tamen affirmare auserim. Etiam in adiecta Curionica epistola (66<sup>25</sup>) Franciscus de Sickingen, qui tum contra Wormatienses bellabat (*Wormser Fehde* cf. ad 66<sup>24</sup>), memoratur, eaque pariter atque ceteræ, non ex alio libro sumpta, sed ad hanc totam Coloniensium theologistarum apotheosin confecta est.

25 *solaciosam*] consolatoriam. 'littera' singul. pro 'epistolæ sive litteræ' etiam in superioribus epp. ut in aliis scriptis eius temporis frequentissimum.

*consolatis*] Consolare, active, neque apud Latinos auctores inauditum est.

26 *habeo . . . sempit.*] quasi deo pro beneficiis sibi datis gratias ageret. Vult autem simpliciter 'gratias ago humanissime', 'tibi devinctus sum'.

28 *sine lab. . . servi*] In Hartliebi quodlibeto De fide meretricum (c. a. 1500. scripto) cap. De vocabulis vernacula lingua fantastice exponendis inter alias rusticas facetias est „Sine labore, ein Pfaffenknecht“ (ed. Zarncke p. 76.)

29 *vel sim spurius*] cf. ad 64<sup>13</sup>.

30 *ex tam simpl. mente*] nisi fallor, scriptor Italicum *semplicemente* adhibuit, quasi hoc Latine esset 'ex simplici mente'; Germanice *daß Ihr so einfältig fragt*. Cf. 67<sup>31</sup> „o dio“.

32 *si . . . bonum*] Has sribligines sic interpretor : neque mihi conducere, salutare esset, si quemcunque laborem infirmitas sive ægritudo sequeretur : nam licet tu me non nisi segne otium terere dicas, tamen interdum, ut nuper Heidelbergæ, ego quoque laboriosus sum.

35 *cum collo*] gula, mit der Kehle, vinum ingurgitando. Nihili faciebant boni socii quod legitur Ecclesiastici xxxi. 35. sqq.

36 *traxiss. . . abinde*] Obscurus obscure loquitur; puto voluisse, *daß es kein Wunder gewesen wäre, wenn ich meinen Hals (von der schweren Arbeit) weggezogen, ihm die Arbeit nicht länger zugemutet hätte*.

*et vos. . . laborem*] Eleganter. Und das haltet Ihr nicht für Arbeit?

## Pag. 66.

1 'disponere, bestellen oder ordnen, zurichten'. Gemma g. hoc est Gall. *disposer*, Ital. *disporre*, sed h. l. est quod nos dicimus *verschaffen, dazu verhelfen*. Diefenb. Glossar. hæc congessit: *schicken, sich in einen handel oder sachen, sigcken, begagen, beiaghen, beghaden, bereyten, bestellen, ordenen, ordenyren, ordinieren; ußrichten vel gefallen. vor virsaißen, versatinghen*.

*in quo stet*] qui habent; contineat, Germanice *worin etwas steht*.

2 *resumere*] cf. ad 10<sup>33</sup>.

*fuist. . . amab.*] *da Ihr mir immer sehr lieb wart*, te semper suspexerim.

4 *me servare ut non non mitt.*] me continere, quin mitterem, *mich enthalten, Euch zu schicken*.

5 *Epistolare mag. lips.*] Librum fingi puto, nam adiecta epistola, quæ ex ipso sumpta dicitur, etiam de rebus anno 1515. gestis verba facit (cf. ad superior. v. 23. adn.), neque huius 'Epistolaris (*Briefsammlung, Briefe*) magistrorum Lipsensium' alibi mentionem fieri memini. plus dico, si talis collectio unquam edita fuisset, non solum non potuisset in his Obscurorum epistolis non sæpius memorari, sed hæ ipsæ, ut novi scriptionis generis laudem non mererentur, ita nec tantam tot hominum admirationem sibi contraxissent. Itaque libellum non

dictaverunt (*haben gedichtet*) Lipsenses magistri, sed idem qui Eberburgensem epistolam texuit Linitextor, texuit etiam inscriptionem 'Ep. mag. Lips.' et

Pag. 66.

- sequentem Lipsiacam epistolam. Huttenum quondam (a. 1507. et 1508.?) Lipsiensis academiae civem fuisse (cf. Hutt. Opp. I. n. m. p. 8.) constat, unde quae de Lipsiensium magistrorum moribus Saxonisque rebus sequens epistola habet, facile tum reminisci tum 'dictare' potuit. Cf. ad 66<sup>12</sup> et ad 64<sup>23</sup>.
- 6 *dispositissimi*] Nisi didicissem baccalaureos formatos etiam 'dispositos' dictos fuisse quia ad superiores gradus adipiscendos sese aptos esse probaverant (cf. Ind. biogr. p. 302. art. Baccalaureus), illud vocabulum interpretarer 'qui disputandi scholasticam artem, ut magistrum decet, callent'. Sed ad quem gradum, obices, magister ascendere potuit? Artium magister, respondeo, potuit ascendere in gradum sacrae theologiae doctoris. cf. ad 65<sup>9</sup>.
- 8 *permitto a me*] *von mir lasse*, e manibus emitto, e proprio usu amoveo.
- in principio*] Sequitur autem tota epistola. Sed hoc 'in principio', idem significat atque 'incipit' p. 28<sup>23</sup>.

## EPISTOLA 44. (APP. 3.) MAG. CVRIO MATTHIÆ FALCKENBERGENSI.

- 9 Curio = *Hofmann*, ut Centurio pro *Hauptmann* legitur ap. Förstemann. Alb. Viteb. p. 31.
- 10 *bursa Henrici*] De qua Wimpina in descr. originis univ. studii Lipsiensis: „Opposito [*collegio principis*] bursa est, Hinrici nomine dicunt, Nobilium locus, et [s. at : utrumq. delend.] multis habitanda magistris. Adsistunt tergo Misnensis culmina bursæ“.
- Domum in platea equestri (*Ritterstraße* n°. 37.) sitam per annos 1670. usque ad 1704. familiae Henrici fuisse documenta in archio publico Lipsiensi hodieque extantia docent, verique simillimum est eandem domum ineunte saec. xvi. bursam Henrici fuisse. Cf. Ind. biogr. p. 326. art. Bursæ Lipsienses.
- 12 sq. *Falckenbergensi*] Idem infra II. 55. inter Antireuchlinistas Moguntinenses ita describitur, ut appareat, hanc ad eum fictam epistolam non ex libello Lipsiae olim scripto editoque sumptam esse. Cf. adn. ad sup. v. 5. et Ind. biogr. p. 369. art. Falckenberg.
- 14 *ante L ann. et adhuc*] ipsa epistola docet societatis indivisibilitatem iam (per) longum tempus sublatam esse, 'non adhuc' durare. ita neque numerus quinquaginta annorum pro accurato sumendus est.
- 15 *f. simul ap. inv.*] conviximus, conversati sumus alter cum altero. Germ. *zusammen* aut *beieinander*, sed non coniunctim *zusammen* (sive *zugleich*) *beieinander gewesen sind*. cf. sq. v. 33.
- 18 *atque sitis*] post acc. c. inf., quem Germanice per *daß* damus; pergit itaque *und daß Ihr seiet*.
- in bona possibilitate*] Possibilitas h. l. non eum sensum habet, quem exponit Ducang. h. v., sed ambiguum pariter ac Latinum 'posse' et Germ. 'können'. cf. infra 67<sup>30</sup>. sqq.
- adhuc iuvenis*] in iuventute.
- 20 *robuste iur.*] *eine so kräftige, starke Betheuerung gemacht habe*. sed statim cum deo etiam sanctam Mariam invocat.
- 23 *partibus*] regionibus, provinciis. Ut 'patria' saepe non solum *Heimat*, *Heimatland* vel *Heimatsort* (quam signif. ubique habet in his epp., nisi quod 201. v. 100. 'patriam Argentinam' legimus), sed etiam generaliter territorium alicuius nationis, *ein Land*, *ein Reich* (ut saepe ap. geograph. Ravennatem) significat, ita quoque 'partes' alicuius terrae pro ipsa terra est, ut h. l. partes

Saxoniae = Saxonia, p. 253<sup>14</sup> 'omnes partes Almaniae' = tota Germania. Cf. Latinum 'fines alicuius civitatis sive populi'.

- 24 *equit. in equo*] Etiam Latine quidem transfertur verbum, ut nostrum *reiten*, sed non tam late quam hoc, quo utimur fere pro 'insidere cuicumque animali sive rei'.

*Wormacienses . . . nobilista*] Aperte hoc ad Sickingianum contra Wormatiam a. 1515. coeptum bellum referendum est, quod (*Wormser-Fehde*) coeperat exeunte m. Martio a. 1515., annoque demum 1518. in conventu Augustano compositum est.

- 25 *quia . . . ap. aliam*] Ita Berlichingius (*Lebensbeschr. Gözens von Berlich. Nürnberg. 1731. 8<sup>o</sup>. p. 154.*) ad a. 1515. „... da Franciscus von Sickingen . . . der Stadt Worms Feind war, da führten ich und Hans Thoma von Rosenberg, und andere mehr gute Gesellen ihme Franzen unserm Schwager und Freund um die 70 oder 80 Pferd gen Worms in sein Lager, und brachten sie uf unsern eigenen Kosten dahin“ etc.

- 28 *in — tazavi*] reprehendi.

*plus q. 20 litteras*] O quam sedulus alacerque epistolarum scriptor, qui non multum afit, quin singulis bienniis singulas litteras perfecerit.

- 35 *error*] Alibi hoc nomen in vulgari 'transeat cum ceteris' me audire aut legere non memini. sed h. l. non superfluum sed deceptam Curionis spem, fore ut ab antiquo amico epistolam acciperet, significare videtur.

*dom. nob.*] Hodie quidem non dicimus *Herr Adlicher* sive *Herr Edelman*, sed tamen *Herr Baron*, *Herr Freiherr*, *Herr Graf*.

- 36 *princeps . . . nupcias*] De nuptiis principalibus 'nuper' habitis dicitur: binæ eius modi intra viginti fere annos, cum Curio scriberet, celebratæ fuerunt: priores in ipsa urbe Lipsia mense decembri a. 1496. Georgii ducis (de Lips. univ. meritissimi) cum Polonorum regis Casimiri filia Barbara (cf. G. Fabricii Saxonia illustr. Lips. 1606. fol. p. 842. sq. Peiferi Lipsia. 1700. 8<sup>o</sup>. p. 253. *I. I. Vogel Leipzigsches Geschichtsbuch. 1714. fol. p. 68.*); alteræ d. 6. Iul. a. 1512. Saxoniae ducis Henrici cum Catharina Mecklenburgica, Fribergæ non Lipsiæ, sed præsentibus Lipsiensibus legatis celebratæ, et aperte 67<sup>18</sup> refertur, non Lipsiæ celebratas esse nuptias. Ad hanc itaque, non ad illam celebrationem Curio se cum rectore missum esse Falckenbergensi refert. De his sollemnibus *Vogel* l. c. p. 83.: „*Dienstags nach Visit. Mar., war der 6. Iulii, hat . . . Herr Heinrich, Hertzog zu Sachsen etc. mit dem . . . Fräulein, Fr. Catharinen, gebohrnen Hertzogin zu Mechelburg etc. zu Freyberg auf dem Schloß, ehelich Beylager gehalten; da eine herrliche Ausrichtung geschehen, und 14 Fürstliche Personen gegenwärtig gewesen . . . Graffen . . . neben etlichen Freyherren, vielen Rittersn und Adels-Personen; Und ist der Rath allhier zu Leipzig, neben etlichen von Stüdten auch eingeladen worden, welcher auch hochvermeldeter Hochfürstl. Gnaden durch die damahligen Herren Deputirten, ein ansehnliches Präsent überreichen lassen . . .*“.

- 37 *corisatione*] chorea, Tanz, Ball.

- 38 *rectore*] Rectores a. 1512. fuerunt a) per æstatem Conradus Tockler Noricus art. lib. M. med. D. et astronomus, b) per hiemem Sebastianus von der Heide Regiomontanus Brussus art. lib. M. iur. utr. B. Collegii principis collegiatus. Tocklerum itaque hæc epistola vult.

38. sq. *propinavimus . . . intra*] cf. ad 19<sup>24</sup> et Vogelii verba „*ein ansehn. Präsent*“ etc. Notum est eius modi dona plerumque constitisse in poculis argenteis

aureisve vel ligneis tantum, repletis sive nummis sive aromatibus, prae-  
pue pipere.

Pag. 67.

1 *ibi*] Fribergæ, si recte paullo ante exposuimus.

5 *de meliori*] Hodie diceret *Blümchen, Auslese, première qualité, supérieurement fin.*

6 *m. fiat rotund. cap.*] vertigine corripiar. Germ. *daß es sich mir im Kopf herum-  
dreht*, et paullo aliter, *daß mir alles rundum geht*.

9 *galatinum*] Alibi non legi. Ex hoc ipso loco constat esse ferculum ex gallis s.  
gallinis conditis constans, *Hahnen-* s. *Hühnerragout*, gallinum, ut dicebatur  
agninum, arietinum, bubulum, porcinum, vitulinum et quæ similia sunt.  
Neque insertio syllabæ *er* (gallerinum), neque contractio *lr* pro *ller* dubita-  
tionem movet.

10 *bonis rebus*] aromatis, condimentis, tuberibus, cæpis atque aliis secundum  
artem coquinariam adhibendis eduliis. Germanice etiam *mit guten Sachen.*  
*accepti*] sumpsi, *nahm, ergriff ich.*

12 *Illo sic habito*] Quibus ita peractis, Cum hæc perfecissem.

*dixi ad*] Cf. ad 27<sup>5</sup>.

13 *vocate*] advoca, ut Germanice *rufen* et *herbeirufen*.

*habeo sibi aliquid dic.*] *ich hab' ihm etwas zu sagen*, iubebo eum quippiam,  
mihi eo opus est.

14 *leva mihi etc.*] *hebe mir auf*, tolle, redde.

*cultellum quod*] cultrum qui. Nondum ad postremam mensam (*Dessert*) vene-  
rant, ut cultellis, qui itidem masc. gen. sunt, uterentur. Sed Germanice  
comptum erat, *heb' mir das Meßerchen auf, das mir unter den Tisch gefal-  
len ist.*

15 *libenter misi cadere*] consulto e manu emiseram, *ich habe (hatte) es gern (ab-  
sichtlich) fallen lassen.*

16 *infra*] subter, sub.

*accepit. . infra vestem*] *nahm . . unter den Rock*, abscondidit veste.

distillare et distillatio, metaphorice, quasi stillatim sive guttatim res abscon-  
dere. cf. nostrum *stippitzen, wegstippitzen* (a *stippen*), furtim sibi sumere.

17 *nullus unquam*] nemo, quotienscumque ille aliquid ciborum absconderet.

o s. *Doroth.*] Cur supra p. 32<sup>11</sup> hæc sancta invocata sit, ibi me explicasse puto.  
Crotus, non dubito, legendas legerat, quod de Hutteno, quem huius ep.  
auctorem esse suspicor, non dixerim. Tantum in his duabus epistolis (I. 21.  
et 44.) sancta Dorothea invocatur; itaque posteriorem invocationem nil nisi  
prioris imitationem, non ex legenda explicandam esse puto. nam quæ de rosis  
et malis Theophilo a Dorothea de paradiso per angelum missis hæc habet,  
parum cum hac Curionis narratione comparari possunt, neque, ut iterum  
dicam, Hutteno nota fuisse crediderim.

*si tunc affuissetis*] Multiplicat verba: si in illo reditu ad Lipsiam nobiscum fuis-  
ses, *wenn Ihr damals bei uns gewesen wäret auf der Reise, als wir wieder  
gen Leipzig zogen von Freiberg.* cf. ad 66<sup>30</sup>.

18 *iucunditer etc.*] laete, laute, *pläsierliches, vergnügliches Leben wollten wir  
da gehabt haben.* Quasi bonus Curio nec sine 'suo indivisibili socio' cum  
suo magnifico socio satis heluatus esset. sed amicabilius est id quod scripsit  
quam si accuratius dixisset, quam laute nobiscum vivere potuisses.

19 *reliquis*] Hoc derisorie pro 'reliquis, quæ superfuerant' positum esse videtur.

21 *filtrum*] Ducange „Feltrum, filtrum, filtrus, pheltrum, philtrum, seu feltra,

Pag. 67.

sunt lanæ coctæ ... Hinc Germani *Filz* ..<sup>a</sup> (immo, filtr. a Germ.) — Diez WB. „Feltro it., sp. fieltro, pr. fr. feutre, mlat. filtrum, feltrum, mgriech. ἀφέλετρον *dichtes gewebe von haaren*; vb. it. feltrare, sp. filtrar, fr. filtrer *durchseihen*; vom ahd. filz, ags. felt, mit angefügtem r, was hinter t nicht selten vorkommt ..<sup>a</sup>. Cf. Grimm WB. *Filz*, ubi significatio *Sieb*, *Seihe* (von *Filz*) addi potest, quæ causa fuisse videtur ut h. l. filtrum et saccus coniungerentur; *Sieb und Sack* alliterationem faciunt. Ceterum hoc ‘per filtrum et per saccum’ est = quomodocunque per occasionem fieri potest.

23 in bona fide] per fidem meam, in guter Treu, wahrhaftig.

carere C aureis] supra ‘carere pro x albis’ 60<sup>12</sup>.

25 piras, pomos] pira, poma. Germanice *die Birne, der Apfel*.

botros] uvas. Biblice et ap. poetas Christianos. Moguntinensis domicelli Falkenbergensis hortus procul dubio non admittebat querimoniam Michæ VII. 1. „non est botrus ad comedendum“.

estis in hosp.] cenas in Corona, ubi „semper in mensa sedet ante et nunquam retro“. cf. infra p. 273.

26 n. hab. propr. m.] non cenas domi, Ihr führt nicht eigenen Tisch.

27 carnirum] Hoc vocabulum ferri (irum ex arium fieri) non potest, nisi sumamus i pro ie positam esse, ut *carnierum* ex Italico *carniere* (*Jagdtasche*) factum sit, quod ex Latino carnario deductum est. Carnarium, locus, ubi carnes reponuntur (Catholic., Gemma g.), vel (ut Breviloq. voc. addit) ubi ossa mortuorum reponuntur [unde locus, ubi carnes humanæ reponuntur Ital. *carnaio*, Hisp. *carnero*, Gall. *charnier*]. Carnirum h. l. priorem quidem sensum (ut item Hisp. *carnero*) habet, sed ex tota narratione videmus, non soli, sed mobili carnium non humanarum aliorumque ciborum receptaculo usum esse Matthiam, fuisse illud marsupium, sacculum, ut Ital. *carniere*, Paullini Philos. *Feierabend*. Ff. 1700. p. 774. „.. *die Buben, so mit dem Carnier zur Schule laufen* ..<sup>a</sup>. Grimm WB. *Carnier, Karnier*, m. pera, sacculus, theca, *ledertasche, hirtentasche*. Henisch 589. *Stieler* 932 *hat karnir, kärnir, schulkarnir, speisecarnir, Schmeller* 2, 330 *karnier, it. carniere, s. auch brotkarnier* ..<sup>a</sup>.

simellas] *Semmel*. cf. ad 3<sup>23</sup>.

28 vidit] videat, animadvertat.

29 usus f. a. etc.] ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν. Arist. metaph. I. 1.

31 non v. . . oculo] strabam.

32 in nocte] noctu. Sequentes per se nimium planæ obscenitates imitantur Conradi de Zuicavia Swinconzitates I. 9. 13. 21.

34 O dio] Italice, ut 65<sup>30</sup>.

36 possum] ut ap. Martial. III. 32. et mult. all. locc. cf. 66<sup>15</sup>.

scivi] *verstanden habe, gekonnt habe*. Ut regius poeta: *du der niemals noch gekonnt es*.

37 extra domum] Scilicet ne in domo sua concubinam habere videretur, quod canones vetant. cf. e. gr. tit. X. de cohabitatione clericor. 3, 2.

Pag. 68.

2 mane et sero] i. e. meridie et vesperi.

3 grutz] *Grütze*. med. Lat. *grutum*. Hoc semper fuerit *Kleienmehlbrei*.

4 continue dicitur hoc iusculum, *Suppe*, quia addita aqua pro lubitu augeri sive, ut hodie dicitur, prolongari potest.

muß] *Gemüse*, legumina? immo, puto pulcem e prunis, malis pirisve concoctam.

Pag. 68.

5 *gebrottes*] ‘*Braten!*’ hodieque vulgaris apud Lipsienses interiectio est, significans ‘non præbetur’.

6 *Keße*] Caseum ‘numquam’ vocari miror. illo tempore rarius is Lipsiæ fuisse videtur.

7 *conventum*] Cf. art. Cerevisia. *Covent* (*Kofent*) hodieque superstes nomen. ecce *videte*] Amat Curio tautologias. *da sehet*.

9 *habitationibus*] conclavibus, *Stuben*.

*extraordinarie*] *außer der Zeit*, præter cenam meridianam et vespertinam. Ientacula ex puteis sumebantur.

13 Hunc versum Gartnerus ap. Grimm WB. art. *Bursch* ita dat:

*geh nicht zu armer bursch zu gast,  
so du ein spets nicht bei dir hast.*

et Husemannus (*Lang u. Schletter Monatsschr. Lpz. 1853. p. 263.*):

*Unse burße heft düsse sede,  
de wat eten wil, de bringe wat mede,  
so mach he eten deste bat:  
bringet he dan genog,  
so mach he eten sin genog.*

14 prandia (*Morgenbrot, Voreßen, zweites Frühstück*) sumebant suppositi, scholares in bursa habitantes, si pecunia sua quid comparaverant sibi. Illud esurire discere etiam tum iubebantur litteris sese daturi.

16 *blauio etc.*] Diez WB. „Biavo it. . . , altsp. blavo, pr. blau (*fem. blava*), fr. bleu (*wie peu aus pau*), daher it. blù *cæruleus*; . . . vom adh. blão, blaw . . .“ Cf. etiam Ducange „Blavus, blaveus, blavius, bloius“.

17 *apis . . . undis*] Est in proverbio, et una ex valedictionibus Caroli, quas carpit Bebelius fol. xxx<sup>a</sup>. Comm. epist. confic. Phorce. 1510. 4<sup>o</sup>.

*adhuc semel*] iterum. Paulo ante cum amasia valere iusserat.

19 *totum librum plenum*] Puto *ein ganzes* (non *das ganze*) *Buch voll*, ut hic quoque locus argumento sit, illud Epistolare magistror. Lips. (66<sup>a</sup>) ficti libri fictam inscriptionem esse.

20 *debile ingenium*] indoctum iudicium.

*alias . . . scribere*] *sonst kann ich Euch nun nichts mehr schreiben*. alia quæ tibi scribam, iam non habeo.

22 *vel . . . me*] Parcatur etiam Gallo quod vel robustius quam Curio (66<sup>19</sup>) iuravit. Istud *oder der T. soll mich holen* etiam nunc in rudium ore est.

Sexta feria est dies Veneris, qui semper est ieiunii dies. cf. 226<sup>22</sup>. Feria = *Wochentag*, hebdomas autem a die dominica incipit. Consulto quidem ita inaccurate dies indicatur, ut consulto vitiose ‘infra pasche et penthecoste’ scriptum est; sed ante pentecosten anni 1515. (d. 27. Mai.) hanc epistolam scriptam esse, veram indicationem esse puto. Si pro ‘feria’ poneretur ‘dominica’, haberemus d. 20. Maii, quæ illo anno fuit ‘Exaudi’.

#### EPISTOLA 45. (APP. 4.) ARNOLDVS DE THVNGARIS ORTVINO.

25 *Arnoldus de Th.*] cf. Ind. biogr. p. 490. art. Tungris.

26 *in s. pag.*] id est Theologiæ, non ‘in bibliis’. cf. Ind. biogr. art. Baccalaureus.

28 *Magistro*] non Magistro nostro. cf. ibid. p. 381. art. Gratius, et infra 69<sup>23</sup>.

30 *dicterium*] Germ. *Es kommt kein Unglück allein*.

*poetarum*] i. e. sæcularium.

34 *libellum etc.*] Articuli sive propositiones. cf. Ind. scrr. n. xi. supra p. 76. sq.

Pag. 68.

Pag. 68. v. 5 . . . Pag. 69. v. 17.

34 *defensorium*] Reuchlini Speculum oculare. cf. Ind. scr. n. VIII. supra p. 76. sq. Pag. 69.

1. sqq. *permittimus etc.*] Omnes Pepericorni libellos Latine editos (cf. Ind. scr. n. II. III. v. VI. VII.) non ipse, sed (præter n. VII. a Kantero Frisio translatum) Ortvinus Latinos fecit, sed neque in Germanice tantum editis (cf. Ind. scr. n. VIII. XII. XVII.) magistrorum nostrorum adiumentum ei defuit.

4 *ut tunc ver. e.*] *wie es dann* (pro *hodie* *denn*) *wahr ist*, quod sane negare non possumus, et quod v. 10. sq. aperte dicitur.

*in conf. dixi*] Hoc sub sigillo confessionis tibi dictum esto. cf. ad 49<sup>27</sup>.

6 *Defensorium*] cf. Ind. scr. n. XXI. supra p. 88. sq. Ex hoc quoque loco cognoscimus has Appendicis epistolas post editam Pepericorni Defensionem contra famosas compositas esse; unde Pepericornus non solum non in Germanica *Beschyrmung* sed neque in Latina Defensione (quæ magnam partem non Pepericorni, sed Gratii est) ad has adpendicis epistolas respicere potuit. Ceterum nomen 'Defensorium', quamvis Coloniensium libello 'Defensio' inscriptum fuerit, ad exemplum sic inscriptorum libellorum, qui varios de processu q. v. tractatus continent, factum est. cf. e. gr. Hain. n. 15601. 9393, et imprimis *Stintzing Gesch. der popul. Lit.* p. 279. sqq.

8 *theutonisavit*] i. e. Germanice edidit, non Germanicum Latine vertit. Adparet autem non longe post Germanicam *Beschyrmung* prodixisse Pepericorno-Gratianam Defensionem. Ad hanc solam respiciunt epistolæ novæ sive quæ sunt voluminis II. 1...62.

10 *me . . . certum*] me inscio, clam me.

*interrogasset*] consultavisset.

12 *uno . . . fuisse*] semel (contra Reuchlinum) scripsisse sufficere.

13 *nihil acq.*] non vincemus, causam nostram non promovebimus.

14 *quod hab. diabol.*] Germanice *daß es den T. hat*, miro cum successu.

15 *corrector*] Quamvis Gratius etiam tum, cum Arnoldus hæc scribere fingeretur, correctorem in Quentelliana officina ageret, tamen Pepericornianam Defensionem non solum ab operarum erroribus purgavit, sed ipse Latinam, si Latina ea est, fecerat: Arnoldus autem suspicari tantum fingitur, fore ut istud Defensorium ederetur.

16 *lardare*, obscene. Ducange „Lardare 1) lardo suffigere, Gall. *larder* [ital. *lardare*, Hisp. *lardar*, *lardear*] Io. de Ian. Lardare, lardo impinguare, vel guttatim lardo assare, vel lardatum facere [Germ. *speicken*]. 2) metaphor. pro configere, Gall. *larder*. Litt. remis. Mf. a. 1361.“ ‘Lardare, lardere, *spicken*, *specken*’. Diefenb. Gloss. h. v.

17 *c. hon. dico*] Non quasi turpe quid, magistro indignum, tibi opprobare velim. Mireris non repeti Horatianum ‘Ne sit ancillæ tibi amor pudori’. Ceterum Arnoldum videmus non abhorreere a sententia eius Hagenoensis fratris, de quo Wimphelingus (De concordia curatorum. s. l. et a. 4<sup>o</sup>. p. bij<sup>b</sup>) refert: „Et quidam doctissimus Theologus magister Martinus contemptibilis et fere infamis fieri posset. Dixit enim frater ille [in Hagenoia prædicans] meretriculam, quæ cum professo, immo cum centum monachis carnis habet commercia, longe minus peccare, quam si uni soli layco uxorem habenti commisceatur. dixit: nondum constare, si luxuria mortale sit peccatum, et nos nescire deusne an dyabolus decem præcepta nobis dederit“ et q. s.

*Quentels*] Germ. genet. pro Latino iam in vulgarem usum venit, ut in libellis academicis etiam sæc. XVIII. duravit.

Pag. 69..

18 *ded. sibi veniam*] dimisit eam, eiecit domo.

19 *in propria domo*] seorsum habitat.

*fac. ant. tun. novas*] acu victum quæritat, *ist Flickschneiderin geworden.*

20 *propt. . . alternatim*] per veterem nostrum mutuuum amorem.

21 *lib. . . supp.*] iam diu eam cupivi.

*timebam . . . virgo*] Scilicet cum deflorata rem habere non veretur. cf. 249<sup>21</sup>.

*talis* 'ipse est adhuc virgo' 20<sup>22</sup>, et 'purus virgo' 226<sup>6</sup>.

*fecistis*] facere etiam apud Latinos scriptores, ut apud nos *es thun*.

*ad unam dicam*] *auf ein Kerbholz, eine Rechnung*, communibus expensis. „Dica (Ducang.) 1) Charta, a dicendo. Ita Papias. Io. de Ian.: Dica, tabula, vel cautio, vel charta proprie, ubi continetur summa debiti, et nomina debitorum, et ponitur pro qualibet parte chartæ: et dicitur a dico, cis. . . Glossar. Lat. It. Mf. Dica, la carta del debito. 2) Non tam pro charta . . . quam pro taleola, Gall. taille, Germ. *Kerbholz*, in qua rerum numerus annotatur . . . vid. Diche . . . Dica *eine Kerffe* [*Kerbe*]. Procul dubio ab obsol. voce *dichen*, *deichent*, fodere, scindere. vid. Diccus & Dicella [*Deich*] . . . 3) . . . tallia, exactio, præstatio . . . 4) . . . iudicium, actio [*δίκη*] etc.“

*mutuis*] communibus.

27 *scio*] Iam sciscitando sibi persuaserat ante quam condiciones Ortvinio proponeret.

29 *renes purgare*] cf. ad 14<sup>8</sup>.

30 *fuiss. . . transic.*] alvo cita laborarem. 'Debilis transitionis' vocabatur a grammaticis verbum transitivum, „quod requirit post se obliquum alium ab activo, ut misereor pauperis . . .“

*met iviss.*] ipse venissem.

31 *bursa M.*] cuius regens primarius est noster doctor in sacra pagina. cf. Ind. biogr. p. 322. v. Bursæ Colonienses.

#### EPISTOLA 46. (APP. 5.) IOANNES CURRIFICIS ORTVINO.

34 „Ioannes Currificis Landsbergensis Bavarus, Lips. Mag. Med. Dr. collegii maioris collega. Claret adhuc [a. 1515.]“. Mader. Centur. n. 58. Idem 'Ioa. Currifex, alias Wagner, Landsbergensis' collegii princ. maioris collegiatus ad a. 1490...1509. memoratur in act. univ. Lips. ap. Zarnck. in *Abhh. der sächs. Gesellsch. d. W.* vol. II. Lips. 1857. p. 751. n. 65. Hunc ipsum deridere voluisse huius ep. auctorem minime equidem opinor, opinor autem memoriam sibi noti viri effecisse, ut eius nomen epistolæ, quæ Heidelbergæ scripta fingitur, præposuerit; quod ne nimium manifestum esset, ex Landsbergensi fecit Ambachensem: oppidum aut vicus *Ambach* (quamvis hoc nomen alicuius vici esse potius quam multa alia, e. gr. *Dummervitz*, expectes) in tota Germania, quod sciam, neque extat, neque extitit. *Hambach*, vicus cum arce in Spirensi diocesi, satis notum est nomen, quod, ut *Hainbach* in aliis quoque Germaniæ partibus occurrit. — Alius 'Ioannes Currificis Herbornensis, baccalauius theologiæ formatus, a. 1486. Basileæ collegio Brandiano in XII annos primus præfectus est' sec. Vischeri *Gesch. der Univ. Basel* p. 84. Et in album univ. Viteb. sec. Förstem. p. 11. 26. inscripti sunt: a. 1503. 'Frater Caspar Currificis de erfordia lector ordinis minorum', et a. 1508. 'Fr. gaspar currificis ord. S. Augustini Monacen.'

Pag. 70.

1 *doctores et magistræ*] Quibus discipuli, anno 1514. Heidelbergæ inscripti Philippus



Pag. 70.

Pag. 69. v. 18 . . . Pag. 70. v. 20.

Melanchthon et Erhardus Schnepff multo celebriores facti sunt. Rectoratum Heidelbergensem gesserunt a. 1514. Ioannes Maler et Erhardus Diel, a. 1515. Ioannes König et Leonardus Dieterus, a. 1516. idem et Sebastianus Löschenbrant. cf. Schwab syllab. rector. Heidelb. p. 88. sqq.

3 *complere ad gradum*] cf. infra ad 277<sup>10</sup>.

4 *pauper Henricus*] id est Henricus Septimellensis, alias Samariensis, qui a. 1191. s. 1192. carmen 'De diversitate fortunæ et philosophiæ consolatione composuit. cf. Ind. biogr. p. 389. art. Henricus pauper.

5 *scr. ad pellic. suum*] cf. Io. Piemont in cit. art. Henricus pauper, et „Adeo pauper fuisse traditur, ut cum papyrus deesset, versus suos in veteri et attrito pellitio describere cogeretur. vid. Mich. Neandri Ethice vet. et sap. ed. Lips. 1590. P. III. p. 259.“ Leyser l. c. p. 451. 'Pellicium, ein beltz, de pellibus factum'. Gemma g. — Diefenbach Glossar. „Pellicium . . vestis de pellibus facta . . hd. kurs-e, -an, corssene, beltz, peltz, . . vel [Fell] . .“

*nutrivi se Pl.*] victum quæsivit Plautus. Gell. N. A. III. 3, 14. „Saturnionem et Addictum et tertiam quandam . . in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificum scænicorum pepererat, in mercatibus perdita inops Romam redisset, et ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles adpellantur, operam pistori locasset.“

6 *evasit in d. a.*] factus est d. a.

7 *prosas*] Secundum Obscurorum leges grammaticas et historicas bene dictum.

9 *philos. I. phisicor.*] Arist. physic. auscult. I. 1. „ἔστι δ' ἡμῖν πρῶτον δῆλον καὶ σαφὴ τὰ συγκεχυμένα μᾶλλον. ὅστερον δ' ἐκ τούτων γίνεται γνώριμα τὰ στοιχεῖα καὶ αἱ ἀρχαὶ διακρίνουσι ταῦτα. διὸ ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προῖέναι.“

10 *Porphir.*] Porphyry. Isag. c. 2. § 35. διὸ μέχρι τῶν εἰδικωτάτων ἀπὸ τῶν γενικωτάτων κατιόντας παρεκλήτετο ὁ Πλάτων παύεσθαι. Boeth. interp. c. 3. „ . . quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentes iubebat Plato quiescere.“

12 *gentilis mag.*] Arist. de anima II. 4. „ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἅπαντα προσαγορεύειν δίκαιον. κ. τ. λ.

13 *unus hic*] Nomen huius prædicatoris non exploravi.

15 *tenent* . . . eo] magni eum faciunt. Ioannem prænomen habuisse, ex infra narratis apparet.

16 *in superlativo*] Hodie magis in usu est *von der ersten Sorte*.

*dico vobis*] Germanica confirmatio, *sag' ich dir*, ut 'crede mihi', *das kannst du glauben*, et similia.

17 *intrant*] frequentant, *gehen in*.

*lacerat bonos possos*] *reißt gute Possen*, Witze. Cf. Glarean. in Hutt. opp. I. p. 127<sup>15</sup>.

18 *cancelli*, ut ambo, h. l. sacrum suggestum, *Kanzel*, significare apparet.

19 *ex libris Post.*] Arist. analyt. posterior. II. 1. „ . . ζητούμεν δὲ τέτταρα· τὸ ὅτι, τὸ διότι, εἰ ἔστι, τί ἔστιν.

*quia est quid est*] Corrige: quia est, quid est, : prima enim quæstio est τὸ ὅτι, quod vel quia (*das daß*); altera τὸ διότι, propter quod (*das warum*), tertia εἰ ἔστιν, si est (*das ob*), quarta τί ἔστιν, quid est (*das was*). omnes itaque quattuor quæstiones, sed immutato ordine enumerat Currifex.

20 *in theutonice*] *im Deutschen* sive *auf Deutsch*.

Pag. 70.

20 *predic. de virgin.*] Quod sequitur similem a Sanctio Pansa apud Cervantem dictam sententiam in memoriam revocat.

22 *bene veneritis*] *Ihr kommt mir schön an!* Quid? per vim? quas ego! Infra (p. 442<sup>2a</sup>) est salutandi formula, *willkommen*, salve!

23 *una . . alia*] altera . . altera, ut solent Obscuro.

25 *intra stimulare*] *einstecken*, inserere, condere.

26 *dedit novum annum, sive ut v. 31. pro novo anno*] Similiter Ioa. Niderus in Sermonib. de tempore et de sanctis novum annum sic gratulatur: „Opto ergo hodie pro bono anno novem aves novem generibus hominum cum suis virtuosius proprietatibus, quas per annum inspicere debent, quas aves cepi in rethibus autenticorum doctorum libris“, tum donat 1. flumenam .i. lusciniam clero, 2. aquilam doctoribus et consiliariis, 3. cignum senibus, 4. yrundinem coniugatis, 5. turtorem viduis, 6. apem virginibus, 7. gruem famulis et ancillis, 8. nocticoracem penitentibus, 9. regulum parvis. Cf. *Riederer Nachr. z. Kirchengesch.* IV. p. 39.

27 *tribus bursis*] Cf. Ind. biogr. p. 325. sq. art. Bursæ Heidelbergenses. *moderni et antiqui*] nominalistæ et realistæ. cf. 47<sup>15</sup>.

28 *Saturnum*] „Saturnus autem frigidus et siccus effective: facit natum suum melancolicum: tristem: et mente gravem: discoloratum: et fuscum: paucos pilos in barba habentem: miserum: male vestitum: avarum: durum: cogitationibus plenum: statura aliquantulum incurvatum: ambulando oculos et eos quidem parvos extrinsecus eminentes in terram submittentem, corpore macrum: Siccum: ingenio rudem, tum circa artes viles et graves (cuius modi sunt terram fodere: ripam ducere: lapides sculperre: domos construere. nimirum siquidem in agricultura ac pulcris edifiitiis delectatur) callidum et astutum, non audacem in factis: sed pusillanimum: utilia consulentem: per varias terras peregrinantem: sed venenosus est et proditor: obnoxius: mendax: falsus: fur: secretus: et sermone rarus . . .“ Chyromancia doctoris Andree Henrici. (Francof. ad Od. per Iohannē hanauī 1514. 4<sup>o</sup>.) p. Gij<sup>a</sup>.

29 *s. Thomam*] Cf. Ind. biogr. p. 383. sq. art. Thomas Aquinas.

30 *Copulata et Reparata*] cf. ad 17<sup>23</sup>.

*unum puerum etc.*] Quod de Ganymede h. l. legitur, aperte quidem ex quodam commentario ad Aen. I. 38. (. . rapti Ganymedis honores) sumptum est, sed Torrentini [cf. Ind. biogr. h. art.] ad Aeneida commentarius nunquam quod sciam editus, puto nec scriptus est, et in eius commentariis (misera adnotatione) ad eclogas et ad georgica nihil eius modi est; neque in eius Elucidario, ubi hæc tantum: „Ganymedes filius Troie regis Troie ob admirandam pulcritudinem suam raptus ab aquila et pincerna Iovis factus“. nihil ibi de vino et cerevisia et dulci potu de lacaritia (nectare). Similia fere habet Thomas de Walleis I. c. 2.

33 *lacaritia*] *Lakritz*. „Liquiritia, glycyrrhiza [*γλυκύριζα γλυκύριζον*]“, Gall. reglisse. Regolizia in Medic. salern.“ „Liriquicia, i. q. Liquiritia . . .“ Ducange. cf. etiam Frisch voc. *Lakritz*.

34 *interpretavit*] active, ut 76<sup>33</sup>. Sæpius ita ‘mirare . . . speculavit’ v. ss. et ‘minare’ et similia. cf. Ind. verbor.

35 *reales*] realistæ. cf. ad p. 47<sup>15</sup>. Plenior est laudatio eorum, qui sunt sub ipsis Iovis dominio, apud Henric. Chyromanc. l. c. „ . . . Iuppiter vero calidus et humidus reddit natos suos sanguineos: felices et fortunatos, pulchros, albos: et rubicundos in facie: statura proceros et corpore plenos: habentes duos

Pag. 70.

Pag. 70. v. 20 ... Pag. 71. v. 9.

dentes anteriores magnos et latos, capillos longos : barbam plenam : bene vestitus et mundi victus : sapientes : morigeratos : legales : letos, placidos : audaces in periculis : risu : coitu : et amicorum et locutionis multitudine gaudentes et multos filios generantes : diligentes bonum : atque odientes malum : religiosos : deum timentes : misericordes, elemosinarum elargitores : veridicos iudices : et in omnibus fideles : artes sibi vendicantes leues . cuiusmodi sunt scribere, legere : aurum cambire : pulcros pannos tractare : facere : emere : vendere . sed in negotiis suis aliquantisper segnes ...“

36. 38. *mirare* ... *speculavit*] cf. ad sup. v. 34.

39 *Quacculator*] id est *Gackeler* quasi *gackelator*, a strepitu anseris dictus, non a coaxante rana, neque a coagulando, de quo cf. Isidor. voc. *quactum*.

40 *auca caput*] *Ganskopf*, ut infra 73<sup>20</sup> ‘monachus meretrix’ et similia. *Hans* et *Gans* parem exitum habent.

*stetit semel male*] *er hat einmal schlecht bestanden*, quondam male stetit, insufficientis inventus est.

Pag. 71.

1 *tunc* ... *est*] tum cum graviore quam cuiquam intra C annos contigit, ignominia dimissus, reprobatus est, *sie haben ihm schmähhlicher als irgend einen in 100 Jahren durchfallen lassen*.

2 *lectorium*] „1) Analogium, ambo, pulpitem, in quo legitur ..“ Ducange. In Gemma g. est ‘Lectrum .i. pulpitem sive locus ubi lectiones leguntur’. Hodie *Kathedr*. nam *lectorium* non significat auditorium, conclave in quo lectiones audiuntur.

*detraxit* ... *ab inde*] deripuit ei baretum. (birretum. cf. ad 5<sup>1</sup>.)

3 *coronisaver.*] Cf. Matth. xxvii. 29. „et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius ... et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes Ave, rex Iudæorum“.

5 *deus* ... *balneum*] „*Einem das bad gesegnen: wol bekomme das bad!* prosit balneum! rief man einsteigenden zu. häufig aber auch in schlechter bedeutung: es übel bekommen lassen ...“ Grimm WB. art. *Bad*. Formulam a lavando recens natos (cf. Grimm l. c. n. 1.) deductam esse opinor.

7 *oculi* ... *aqua*] valde madebant.

*eius* ... *sibi*] *seine Augen ihm ganz voll Wasser standen*.

8 *doluit mihi in ventre*] *that es mir im Leibe (innerlich, non im Bauche) weh*. me miserebat eius intime.

9 *leccator*] *Lecker*. Gallice olim *lichard*, Ital. hodieque *leccatore*. „Diez WB. Leccare ... Neben it. leccatore, altfr. lecheor *leckermaul*, *schmarotzer* gilt auch pr. lec. ... it. leccone .... Die älteste kunde des roman. wortes findet sich in den isidor. glossen: leccator ‘gulosus’ ... Leccare ist das ahd. leccôn, alts. liccôn, leccôn, ags. liccian ... Kaum zwar kennen die isid. glossen ein deutsches wort; gegen leccator aber ist schwerlich etwas einzuwenden ...“ Cf. Diez Roman. Gramm. I. p. 31. et Quicherat Add. lexic. Lat. p. 156. Etiam ‘leccatrix’ habet Henr. Pauper I. v. 139. ap. Leyser. l. c. p. 460. In Vocabulario Incerti sine inscr., quod incipit *Registrũ Vocabularij* legitur (p. 85<sup>b</sup>): „m t Leccator lecker, est hō vanus : gulosus q sequit leccacitatē . et dicit a lecta e . qđ idē ē quāfi ppetas lingēdi S; parasit⁹ ta. dicit a para : iuxta fitos id ē panis ¶i tenēs se iuxta panes . et pducit mediam“. Vocabulum etiam scurram, nebulonem, ardelionem significat. cf. Ducange h. v., cui addesis epistolæ Rud. Agricolæ ad Alex. Hegium epistolæ verba, quibus post expo-

## Pag. 71.

- sita vocabula 'scurra, parasitus, nebulo, nepos' utitur: „Leccator Germanicum est, ut pleraque alia apud nos corrupta, quale est *reisa*, *burgimagister*, *scultetus*“. Philologicar. epistolar. centuria. Lips. 1674. 8°. p. 49.
- 9 *perc. me cum eo*] *ich hätte mich mit ihm geschlagen*, certamen singulare (sed fustibus pugnisque puto, non gladiis) cum eo iniissem.
- 10 *si deb. . . trussisse*] vel si mihi timendum fuisset, ne assi me decapitarent; Germ. *und sollten sie mir auch den Kopf mit einer Diele abgestoßen haben*. Dila (= *Diele, Bret*) alibi non legitur.
- 11 *mihi est*] Item Germ. ad extollendum additur: *das ist mir* = *das ist wahrhaftig, das ist, glaube mir*, et similia.
11. 12. *quasi*] *vielleicht*.
- 13 *simpl. . . biblia*] cf. Ind. biogr. p. 303. art. Baccalaureus.
- 14 *viginti . . . sophism.*] ex Thoma Aquinate sumpta, præcipue eius lib. de ente et essentia. cf. 60<sup>a</sup>.
- 15 *Utrum . . . prædic.*] Vide an huc pertineat Thomæ: „ . . Universale in nostra comprehensione existens respectu artificialium non est posterius, sed prius . . per rationes æternas deus producit creaturas.“ Prantl *Gesch. der Log.* III. p. 113. not. 511. et cf. not. 512.
- modernos*] h. l. ut 47<sup>16</sup>., realistas.
- 16 *essentia . . . distincte*] „Ens per se dicitur dupliciter etc.“ Thom. Aq. ap. Prantl. III. p. 116. cf. Buhle V. § 749.
- rollationes*] Hoc inauditum vocabulum, sive a rollus (*Rolle*. cf. Diez WB. „*Rotolo, rullo, rol, rolle, rôle*“) deducendum s. ex corollariis, corollationibus, corruptum esse dicamus, ferri vix poterit: videtur mihi ex voc. rationes s. ex 'ratiocinationes' per nescio quem abusum factum esse. Sic e. gr. Duns Scotus ap. Prantl. III. p. 207. not. 102. „ . . quid est, intelligitur sub ratione universalitatis; illa vero ratio non est idem essentialiter cum illo quod quid est, sed modus eius accidentaliter; ergo intellectus potest cognoscere differentiam inter suum obiectum primum et illum modum.“
- 17 *decem . . . distincta*] Thom. Aq. ap. Prantl. III. p. 113. not. 507. „ . . In nullo autem prædicamento ponitur aliquid nisi res extra animam existens, nam ens rationis dividitur contra ens divisum per decem prædicamenta“.
- hui*] Germanice etiam admirantis interiectio est.
- 19 *imposuit honorem*] *hat Ehre eingelegt*, stetit honorifice, 'expedivit suos opposcentes'.
- quia . . . suffic.*] Si magistro gloriosum fuisset vel unum adversarium vicisse, quanto gloriosius erat simplici baccalaurio in biblia tantæ multitudini adversariorum victoriam eripuisse.
- 20 *miravi . . . admisit*] miratus sum tot respondentes a decano admitti, cum statuta certum numerum excedere prohibeant. ita e. gr. est in stat. refor. fac. art. Ubior. c. 20. „ . . novelli baccalaurei exercitationis causa cum paribus et nonnullis sophistis bis disputent in qualibet hebdomada etc.“
- 21 *insan. pr. canic.*] Ut totum pondus omnemque huius magistralis excusationis concinnitatem recte æstimemus, memorandum est plerumque statutis ipsis etiam ipsas publicas disputationes vetitas fuisse. cf. e. gr. Statuta fac. art. Lips. de a. 1499...1522. VIII. 11. (*Die Statutenbücher der Un. Lpz. ed. Zarncke*) p. 446. „*Lectiones aliquæ pro gradu in canicularibus ad tempus debent suspendi.*“
- 24...31 Hos versus quantum potui superiore adnotatione explicavi.

Pag. 71.

Pag. 71. v. 9 . . . Pag. 72. v. 5.

32 *Quod*] i. e. eius modi intimationes.35 *facit*] legit, explicat. Hunc 'unum' si per temporis rationem fieri liceret, Buschium fuisse dicerem. sed is per a. 1515. Heidelbergæ non docuit.36 *in media parte tam bene*] zur *Hälfte*, halb so gut.38 *de neglecta rel. etc.*] Sunt quorundam Valerii Maximi capitum inscriptiones.39 *Cathenam . . . Thomæ*] cf. Ind. biogr. p. 484. art. Thomas Aquinas.40 *Durandum*] cf. Ind. biogr. p. 359. h. art.

Pag. 72.

1 *puncta locos, verba versusve.*3 *intran]* *eintreten* : hic, Heidelbergæ, minor quam Coloniae studiosorum numerus immatriculari solet.

4 *scutones*] Vocabular. theutonic. 1482. „Scuto .i. scholaris mendicans, *schutz*“. Glossar. bibl. „Schutze, tiro“. Vocabulum in hod. *Abcschützen* superest. Illorum Scutonum (*der Schützen*) genus ad vivum depictum legimus in Thomæ Plateri vita ab ipso scripta, unde (edit. *Fechter* Basel 1840. 8°. p. 16. sqq.) e. c. transcribimus hæc: „... *zogen also [von Zürich] unser miteinandren 8 oder 9, dry klein schützen, die andren groß Bacchanten [vagantes, ältere fahrende Schüler], wie man sie do nampt, under welchen ich der aller kleinst schütz was und iungst. Wen ich nit woll mocht zu gan, gieng min vetter Paulus nach mier mit der rutten oder stäklin, zwikt mich umb die blossen bein, dan ich hatt kein hosen an und böse schülin . . . . . Do lyff ich zuhin und erwutst die gans by dem kragen und mit under das röklin und gieng die straß durch das dorrff . . . . . Zur Nümburg [Nürnberg] bliben wier ettllich wuchen. Wier schützen giengen in der statt ettllich singen, die singen kondon, ich aber gan heischen, giengen aber in kein schul. Das wolten die andren nit liden, tröwtun uns in die schul zu züchen. Der schulmeister empot auch unsren Bacchanten, sy sölten in die schul kommen oder man wurde sy reichen . . . . Es sind uff ein mall in der stat [Breslau] wie man sagt, ettllich tusent Bacchanten und schützen gsin, die sich all des almusens ernarten. Man sagt ouch, das ettllich 20, 30 jar und mer do werin gsin, die ire schützen hatten, die inen präsentierten. Ich han minen Bacchanten oft eins abentz 5 oder 6 trachten heim uff die schul tragen, do sy dan wonten . . . . . Den winter ligend die schützen uff dem herd in der schul, Bacchanten aber in den kämerlinen, deren zu S. Elisabeth ettllich hundert waren; den summer aber wen es heiß was, lagend wier uff dem kilchhoff . . .“ Hæc narratio, quam totam legisse neminem pigebit, in a. 1515., ut Epistolæ, quas explicamus, incidit. Ex eadem etiam plurima sumpsit O. Dolch *Gesch. d. d. Studententhums*. Lpz. 1858. 8°. p. 97. sqq. „*Die fahrenden Schüler*“.*

*scutant]* Scutare = *schießen*, ut *scutones* facere consuevisse paullo ante vidimus, et ut hodieque furta quasi licita facere maxime inter studiosam iuventutem significat, dum inter aliarum condicionum homines vocatur *krippen*, *kapern*, *wegputzen*, *mitgehen heißen* et quæ sunt horum similia.

5 *parthecas]* „parteca, portio“. WB. a. 1517. Voc. in Lutheri scriptis sæpius obvium explicatur hoc loco (*Luthers Werke*. III. *Thl. Leipz.* 1729. fol. p. 255.) „... *da ich ein kleiner Knabe war, und meinen Gesellen, mit denen ich die Parteken gesammelt, davon wir uns bey unserm Studio erhalten möchten, auch begegnet ist . . . . da uns der Bauer singen hörete, kam er heraus, und fragete mit groben bäurischen Worten, wo wir wären und sagte: Wo seyd ihr Buben, und brachte zugleich etliche Würste mit, die er uns geben wolte.*

Pag. 71.

*Wir aber erschrecken für den Worten sehr, daß wir alle von einander weg-lieffen . . . . Endlich . . . rief uns der Bauer wieder, und wir legten die Furcht ab, und empfiengen von ihm die Parteken, so er uns reichete.*"

8 *scalaverunt*] *scalare* est ap. Ducange = 1) *scalis* muros ascendere, 2) *scalæ* pœna reum damnare. Tertiam, quam h. l. verbum habet, significationem, = *de gradibus*, *scala* deicere, omisit.

*stetit . . . audivit*] *delatorio* animo auscultavit.

9 *q. luserunt interius*] eos in conclavi *alea* ludere, quod omnium *bursarum* et *facultatum* legibus vetitum erat. Ita Statuta antiqua univ. Colon. a. 1392. § 9.): „... Magistri et scholares discoli indecentes habitus deferentes, belliosi, ebriosi, noctivagi, lenocinantes, fures, tabernarum et aliorum locorum vetitorum frequentatores, taxillorum lusores, statutorum . . . transgressores, privilegiorum abusers, insolentes et præcipue Civium offensores et alia consimilia vitia exercentes, unde plurimi scandalizantur, si non destiterint . . . , per suspensionem a lectionibus vel retardationem a gradu aut suspensionem . . . puniantur, et tandem incorrigibiles ab honoribus, privilegiis et consortio membrorum universitatis penitus excludantur“. Et Statuta ref. fac. art. Ubior. a. 1522. c. 36. i. f. „... inhibemus omnibus scholasticis nostris ludum chartarum, fritilli et taxillorum cæterorumque huius modi sub muleta perpetuæ repulsionis a gradibus.“

11 *percutiunt se*] *schlagen sich*, depugnant. Ita ‘secare se’, e. gr. De generib. ebriosor. ed. Zarnck. p. 130. „... secant se cum stadtknechtibus, quod diabolus extra saltat“. reuteri = *Reuter*. h. l. equites publicæ securitatis custodes, *Land-reuter*, *Gensdarmen*. Gemma prenosticationum . . . Ortwin Gracij siue Charitativi [cf. Ind. serr. p. 97. n. xxvi\*.] ed. 8. p. 64. ed. 4. p. 32: „*Marcialiste*. vt capitanei reuteri *lädtfknecht*. *pixidifagittatores* [capitanei. Ruteri. *Läfknecht*. *pixidifagittatores*. 4.]. Gentes de armis Schnapalli [Snappalli. 4.] et gñaliter oēs eqitātes hoies per burfas eorū : nō erūt hoc anno fortunati . . .“. „*Doleator* vel dolator [‘*Dolator*, *ein hobler*’. Gemma g.] victor dolearius [Faßbinder, *Küfer*] vel alius similis artifex“. Ducange. Et puto h. l. non vietorem significare, sed hos doleatores (doliatores) esse dolia promoventes operarios, *Schröter*, *Faßschröter* (*schroten*, *wälzen*, *schieben*), quod genus hominum neque hodie morum elegantia insigne habetur.

12 *productis*] nudis, strictis.

*chordis*] Etiam Latine chorda [‘*ein schnur oder seyt*’. Gemma g.] interdum pro fune sumitur. ‘*Funis*, *ein seyl*, *strick* oder *reyff*’. Gemma g.

13 *spadis*] *Spatha*, *σπάθη*. ensis latus, *Säbel*. ‘*Spata* i. gladius, *ein schwert*’. Gemma g. *Spada*, *spata* et *spatha*. cf. Ducange. p. 207. *spados*. Diefenb. Glossar. „*Spada*, *Spata*, *Spadus*, i. mucro, *swert*, *eyn breyt swert*; *helmax*, *spath* vel *tilitzer* (arma), *schnidmesser*, *spatte*, *spattel*, *brechsen*“.

*plumbatis*] ‘*Plumbata* est globus plumbeus cum reste etc. contra canes’. Gemma g. De *plumbatis* veterum non est quod h. l. dicamus.

*cordula*] Hoc deminutivum *chordæ*, nostrum *Kordel* (funiculus, *thomix*, *θώμιξ*, *θώμιγξ*, *θώμις*), apud veteres quod sciam non legitur.

14 *secaverunt . . . per scabiem*] *haben sie . . . über den Grind gehauen*, capiti eius vulnus inflixerunt. Cf. ad sup. v. 11.

16 habere sanctum Valentinum = morbo comitali sive caduco, epilepsia laborare. Ceterum Valentinum (*Válant*) sæpe pro diabolo poni notum est. cf. Grimm Deutsche Mythol. 1835. p. 562. 555.

Pag. 72.

Pag. 71. v. 8 . . . Pag. 73. v. 3.

17 *fugens*] Impossibile participium pro adverbio.18 *non est minim.*] Arnoldus in inscript. Articulorum (Ind. scrr. p. 78. n. xi.) sese nominat artium et sacre theologie professorem profundissimum, sed in epistola ad imperatorem est 'humilis theologie professor'.19 *ludere in taxillis*] id est taxillis. cf. loc. Statutor. reform. ad sup. v. 9. transcriptum. Secundum Summul. Antonini Flor. c. 71<sup>b</sup>. clericus confitens inter alia interrogandus est „si lusit ad aleas, et taxillos, vel se immiscuit enormitatus etc.“. Gemma g. „Taxillus, ein wyrrfel oder doppelstein. versus:

„Ludens taxillis bene respice quid sit in illis.

Mors tua, fors tua, res tua, spes tua pendet in illis.“

20 *perluserunt*] perdidierunt, *haben verspielt*. Hi ribaldi sunt procul dubio fratres de Bock, qui cum aliis bufonibus in conspectu theologorum Moguntiae 'luserunt cum talis pro indulgentiis', ut infra p. 273. narratur.21 *Iac. . . Maguntia*] cf. ad 41<sup>2</sup>. et Cons. chronol. p. 128. d. 13. Oct. a. 1513.25 *dicere*] referre, denuntiare.26 *erunt . . . confundere*] *werden (erunt) sie recht* 'confundere, beschamen oder lesteren oder begyessen'. Gemma g.*volo . . . ponere*] *und ich will ihnen auch selber in eigner Person, ich bin wohl so kühn, etwas auf ihr Brot zu legen*. Rustice, ab inquinando pane, ut eo vesci non possint. Vult: ipse quoque difficultates damnaque quantum potero parabo eis.27 *pl. . . mihi*] Nimium Germanismorum: *Nun ist nichts mehr zu schreiben, außer 'Grüßt mir' etc.* Plura quæ scribam non habeo, addo tantum salutes meo nomine ancillæ Q. impertiendas.28 *ancillam . . . puerp.*] cf. supra p. 69<sup>16. 199</sup>.29 *pancrat. etc.*] Erasm. adagior. n. 1886. „Valere Pancratice. Plautus in Bacchidibus [II. 3, 14.] Valere pancratice dixit pro eo quod est firma esse valetudine. nam in pancratistis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit Vale athleticæ [ibid. et Epid. I. 1, 18.], Valere pugilice [Epid. I. c.], Valere basilice [interii basilice. Epid. I. 1, 54.] . . .“

## EPISTOLA 47. (APP. 6.) WENDELINVS PANNITONSORIS ORTVINO.

32. 33 Hunc Pannitonsorem (*Tuchscherer*) Argentorati scribere fingi, quamvis nomen urbis in hac ep. semper (quater) *e* pro *u* habeat, vix opus est monere. nomen autem tonsoris (*Scherer*) fortasse ad Schürerium adludit.36 *balsamus*] .i. balsamum. sed Germ. *der Balsam*; masculine etiam ap. Ducange. Balsamum non solum magno emitur, sed et facile fugit.37 *bissinus*] byssinus, ex bysso factus, quæ item auro contra permutabatur. Simul autem frigidæ facietæ in eo esse videntur, quod byssus alba est, itaque calamus byssino colori intinctus non facit nigras litteras.*papyrus*] papyrus s. papyrum, f. sive n. *Papier* sive *bappier* Germanice scribere tum solebant.

Pag. 73.

1 *volo . . . scribere*] in posterum tibi diligenter scribam.2 *in quinto loco*] cum essem quintæ classis discipulus.3 *vitrinus*] vitrinus pro 'patrinus. *ein gevatter*: dicitur qui levat puerum de fonte baptismatis'. Gemma g. Germanice in quibusdam regionibus *Pütter*, a *Pathe*, provinc. *Patt*.

Pag. 73.

- 5 *bonus super latere*] firmiter stas a parte, strenue defendis, *weil Ihr gut auf Seiten der Dominicaner seid.*
- 6 *unus*] Sub hoc uno Glareanum latere pro certo affirmaverim: ei optime conveniunt quæ hic et infra p. 248. partim inter se simillima narrantur. Basileæ cum Pannitonsor scriberet, habitabat Loritus, Argentoratensibus Friburgensibusque amicitia coniunctus. Cf. Ind. biogr. p. 380. art. Glareanus. Etiam Agrippa ab Nettesheim [Epp. VII. 26. in Opp. Lugd. ap. Beringos fratres s. a. 8<sup>o</sup>. II. p. 1037.] de suo libro verba facit, „quem de Fratrum Prædicatorum sceleribus et hæresibus inscripsi, ubi infecta sæpius veneno sacramenta, ementita sæpiissime miracula, interemptos veneno Reges et Principes, proditas urbes et respublicas, seductos populos assertasque hæreses, et cetera eiusmodi heroum illorum facinora flagitiaque in varias transfusa linguas omnique populo exposita dilucide narrabo.“ Neque Glareani neque Agrippæ liber in publicum prodiisse videtur.
- 9 *ad . . miss.*] *zur . . Meße.*
- 10 ‘prævaricator’ pro ‘prædicator’ iam non nova nominis distortio fuit: in litigiis inter Dominicanos Franciscanosque actis sæpius occurrit.
- 12 *in Berna*] cf. ad 34<sup>34</sup>.
- 15 *illi Nolhardo*] letzero. Cf. Ind. biogr. p. 508. sqq. art. Wirt et subiuncta excerpta ex libello De quattuor heresiarchis 1509. 4<sup>o</sup>. — *Nolhard* alia forma nominis *Lolhard*, de quo cf. ad 47<sup>22</sup>. Gödeke Pamph. Gengenbach 1856. 8<sup>o</sup>. p. 605. not. 1. „Nollharte, Lollharte (vgl. Lauterbachs historia monast. Lips. 1738. p. 79.) waren eine art von laienbrüdern, die zu vielen spötteereien anlaß boten. sie waren faul und gefräßig, liefen umher und hatten das üble weltlicher und geistlicher müßiggänger . . .“. Ita e. g. De fide concubinarum (ed. Zarnck. p. 102.) „... multisque stationariis et monachis terminantibus, vulgariter den Nolbrüdern, in terminis illis caseos, nuces, farcimina, lardumque colligentibus . . .“
- 18 *quomodo unus præd. Mog. etc.*] Similia rettulit Henr. Stephanus (*Apologie pour Hérod.* t. 1. 517. sq. ed. 1738. 8<sup>o</sup>.) „De ma part j'ay bonne souvenance d'avoir ouy reprocher à Paris à vn prestre qu'il auoit paillardé avec vne femme dedans l'eglise mesme, incontinent apres l'avoir confessee. Aussi ay ouy faire le recit d'un curé qui fit surpris (il-y-a environ douze ans, aupres de Vienne en Dauphiné) paillardant derriere le grand autel, le iour du grand vendredi, avec vne qu'il faisoit semblant de confesser, avec laquelle il auoit ia de long temps intelligence. Pour punition dequoy il fut condamné par l'Euesque du lieu de ne chanter messe dedans vn certain temps.“
- 20 *monachus meretrix etc.*] barbare versa nomina turpia *Mönchs-, Kirchen-, Altar-Hure.* cf. auca caput p. 70<sup>40</sup>.
- 22 *cognoscunt*] norunt. non ambigue accipiendum.  
*componere*] narrare, in illo tractatu Catalogo prævaricatorum.
- 23 *uno modo*] *einmal*, quondam, olim, nuper.
- 24 habere indulgentias = celebrare venditionem chartarum sive schedularum veniam peccatorum spondentium, *Ablaßbriefe, Ablaßzettel.*
- 25 *iacuerunt*] deverterant, habitabant.
- 26 *currit ei postea*] cucurrit, *ist ihr nachgelaufen*, insecutus est eam.
- 27 *ante*] *an sie*, comprimere eam.
- 28 *oportuisset . . . ex*] ancillam per vim stuprasset, ancilla coacta fuisset stuprum pati.
- 29 *in Straßberg*] Similes obscenas narratiunculas monachorumque ac nonnarum



Pag. 73.

Pag. 73. v. 5 ... Pag. 74. v. 20.

luxuriæ exempla tædet referre. fere innumera tam de Germanicis quam de Gallicis Belgicisque, Italicis aliarumque gentium monasteriis relata sunt. Non novum exhibet sequens ep. 49.

32 longe] diu, lange, lange Zeit.

pro monachis] i. e. habitæ. für Mönche.

33 proditæ] verrathen.

34 bachantibus] den fahrenden Schülern, Bachanten, de quibus vide ad p. 72<sup>4</sup>.

36 correxerunt] castigaverunt, haben sie durchgeprügelt, ut ludimagistri pueros solent corrigere.

38 tota ... re] rumor per totam civitatem spargebatur, die Sache kam in der ganzen Stadt herum, die ganze Stadt war voll von der Sache, der Geschichte.

41 tamen adhuc non] attamen non, neque eo quidem casu.

42 in ... templarii] 'Templarii erant magnus ordo in ecclesia et erant milites strenui b. Mariæ. et destructus fuit ipso tempore Clementis [V.] papæ ad procuracionem regis Franciæ [Philippi pulchri, a. 1307...1314.]'. Alberici de Rosate Dictionar. iur. h. v. — Clementem papam ad infernum, Philippum ad purgatorium damnavit Dantes. — Verba 'in una hora' Pannitonsore historico digna sunt. Cf. (Pirckheimeri) Ecc. dedol. § 82. (Hutt. Opp. IV. p. 532.)

Pag. 74.

2 ad viginti arcus papiri] auf 20 Bogen Papier. Similiter p. 68<sup>19</sup>. totum librum plenum.

5 quom. conf. me] quid me refellere audes? quam male contradicis.

8 principalem] Hauptanführer, Vordermann, Rädelsführer.

9 Wigandus] Wirt. cf. Ind. biogr. p. 508. sqq. h. art. et lege J. B. Ritter Evangelisches Denckmahl der Stadt Franckfurth a. M. 1726. 4<sup>o</sup>. cap. 1. § 5.

10 in Berna ... et de Wesalio] De utroque facinore cf. cit. Ind. biogr. art. et p. 500. sq. art. Wesalia. de hac causa etiam infra II. ep. 68.

12 fecit ... sturmgiock] cf. quæ Ind. scrr. p. 83. n. xvii. i. f. adnotata sunt.

13 misit ... scribere] hat Pfefferkorns Namen (auf den Titel) schreiben lassen, dissimulanter libellum sub Pepericorni nomine prodire concessit. Quod libelli inscriptio operarum errore Pfefferkorn pro Pfefferkorn habet, nec Pannitonsor animadvertisse videtur. Cf. 266<sup>22</sup>.

14 daret sibi] i. e. Pepericornus Wigando dimidiam honorarii partem.

16 quando ... lucraret] wenn er nur Profit machen könne, modo quid lucruli faciat. Lucrare in his non Croticis epistolis frequentius quam lucrari. Pepericornum etiam de Iudeorum libris delendis non nisi lucri faciendi animo sollicitum fuisse, et in his epistulis sæpius, et maxime in Melanchthonis de Capnione Phorcensi oratione adfirmatum est cf. art. Melanchthon Ind. biograph. p. 414.

17 q. eorum ... meorum] adversariorum numerum maiorem esse quam eorum qui mecum a parte prædicatorum stant.

19 ego ... posuisse] ich wollt' den Teufel angethan haben [?]. 'Ponere ... tria significat. versus: Designat pono parit, apponit, removetque'. Gemma g.

20 Datum etc.] i. e. Argentorati die 25. Aug. a. 1516. (nam festum s. Bernhardi est 20. Aug.). Sequenti epistolæ subscriptum est: Romæ 21. Augusti [s. a. sed idem a. 1516. subintelligendus videtur]. Altera Hutteni ad Crocum epistola (Hutt. Opp. I. n. xxxviii.) Bononiæ d. 22. Aug. [a. 1516.] scripta est. Nihil certius est quam Huttenum intra quinque dies Argentorati, Bononiæ et Romæ non fuisse, cum præsertim constet in Italia eum iam ante a. 1516.

## Pag. 74.

fuisse ('ix menses iam in Italia sum' scripsit Bononiæ d. 9. Aug.: Opp. l. c. p. 124<sup>16</sup>), indeque proximo demum anno in Germaniam rediisse. Itaque ut nomina auctorum epistolarum, ita locorum quoque ubi scriptæ feruntur, ficta esse apparet. Sed et dierum subscriptiones epistolis 47. et 48. additæ aut veræ non sunt, aut Huttenus eas Bononiæ scripsit, aut non Huttenum sed alium auctorem eas habent: quod postremum negaverim. Quæ in his VII appendicis epistolis leguntur, omnia etiam ante ætatem a. 1516. scribi potuerunt et ab Hutteno, puto, scripta erant; neque illæ dies 25. et 21. Aug. verum quo scriptæ sunt epistolæ tempus, ut neque illud 'ex Straßberg' et 'Rome' veras ubi scriptæ sunt civitates indicant: si, cum scribebatur ep. 48., dies 2. Iul. a. 1516. iam præteritus fuisset (cf. Conspr. chronol. p. 139. h. d.), Hochstratus non ita ut in illa ep. factum est, depingi potuisset: ipse Huttenus iam die 31. Iul. Gerbellio scripsit, Hogostratum nihil effecisse fractumque animo destitutumque discessisse lupum hiantem. (cf. Hutt. Opp. I. p. 106. v. 3. sqq.) Vide etiam ep. II. 53. Id quoque observandum est, ex omnibus O. V. Epp. non nisi his duabus diem adiectam esse.

## EPISTOLA 48. (APP. 7.) IACOBVS DE ALTA PLATEA ORTVINO.

- 23 *Iac. de Alta platea*] cf. Ind. biogr. p. 394. sq. art. Hochstrat.
- 24 *Septenarum*] sic, pro septem, solebant et Ortvinus et Hochstratus. cf. p. 284<sup>13</sup>. *humillimus*] In libello accusatorio (cf. Conspr. chronol. p. 126. d. 15. Sept. a. 1513.) est: „Nos Iacobus de Hochstraten ordinis prædicatorum sacre theologiæ humilis professor, ac apostolica auctoritate hæreticæ pravitatis Inquisitor...“.
- necnon ingenuar.*] Hoc non usitatum elogium adiectum est ad deridendam magistrorum nostrorum grandibus honoris nominibus superbiendi inopotentiam. cf. ad inscript. epistolæ I. 1.
- 26 *in aliquib. partib.*] Hoc referendum est ad Hochstrati usurpationem, qua, cum non nisi per Coloniensem provinciam hæreticæ pravitatis inquisitor esset, Moguntia d. 8. Oct. a. 1513. exempla Speculi ocularis commissariis tradi publico mandato iusserat, sic exorsus: „Fratr Iacobus de Hochstraten sacre theologiæ professor ordinis prædicatorum nec non per Moguntinam Coloniensem Treverensem provincias hæreticæ pravitatis Inquisitor a sancta sede apostolica deputatus salutem, et nostris immo verius apostolicis obedire mandatis.“ Breve apostolicum d. 17. Nov. a. 1513. Romam citat „fratrem Iacobum de Hochstraten pro ordinis prædicatorum professore et hæc. prav. in certis provinciis Germanicæ nationis inquisitore se gerentem“, et ipse Reuchlinus in ep. ad Wimpheling. d. 30. Nov. a. 1513. scripta „Iacobus Hochstraten“, ait „Prior Coloniensis prædicatorum, qui se nominat Inquisitorem Provinciæ Moguntinæ, cum tamen is neque sit, neque esse possit ex ordinis sui constitutionibus, misit ad me scripturam privatam et non authenticam, nec ipse nuncius de commissione sua fidem fecerat, qua me citavit...“. Etiam in Hochstr. ovante § 37. Hochstratus ait „Ego princeps sum Magistorum Hæreticorum, habeo sub meo districtu tres archiepiscopatus“ etc.
- 27 *hæreticorum magister*] ambiguum: sæpe et ab ipsis inquisitoribus pro eo quod est hæreticæ pravitatis magister scribebatur, interdum autem et maxime ab adversariis et humanistis pro principali hæretico, hæreticorum capite.
- 29 *trahens*] Euge! Vel si non nominativum sed dativum posuisset, tamen delectabilis barbarismus esset: ipse misere et infelicitè Romæ degens Hoch-

Pag. 74.

Pag. 74. v. 23 ... Pag. 75. v. 16.

stratus felicem Ortvinum læte Coloniae vitæ iucunditate perfruentem 'vitam trahere' dicit.

- 30 *in dom. etc.*] Hæc una epistola theologicalem salutandi formulam habet: ceteræ omnes aut simplices aut magistrales sive poeticales, aliæ secundum veterem, aliæ secundum novam grammaticam conceptas salutationes habent.
- 31 *uriculis*] quasi nomin. esset *uriculus*, *uricola* apud Latinos non nisi poeticum verbum est. sed hæc epistola quoque non solum principio sed etiam .. 'hinc inde' perquam poetica est, non 'per totum', ut e. gr. nude Germanicæ prosæ est sequens
- 32 *litera ... misist.*] litteræ tuæ nuper mihi (adhuc Romæ moranti) redditæ sunt.
- 33 *tunc ... flevis.*] tanto desiderio litteræ tuæ animum meum expleverunt, ut vix lachrimis temperassem; *da war ich so voller Freude, daß ich gern geheult hätte.*
- 35 *quartas*] *Quart.* Quarta Coloniensis (quattuor *Schoppen*) fere duabus lagenis (*Flaschen, Boutellen*), quales nunc in usu habemus, æqualis fuit.
- 36 *vinum*] vini.
- in assere*] *Bretspiel.*

Pag. 75.

- 4 *spiratione*] inspiratione, i. q. biblicum 'spiraculo'. Theologicalius est 'divina spiratione' quam illud 'cum adiutorio dei' 26<sup>19</sup>. 42<sup>2</sup>. vel simplex 'deo gratias'.
- 5 *causa ... adversa*] cf. ad p. 74<sup>20</sup> et 19<sup>10</sup>.
- 8 *curtisani*] h. l. omnes sunt curiæ Romanæ officiales, curialeve munus ambientes, candidati.
- 12 *Erasmus*] Aliunde et ex ipsius Erasmi Hochstratique epistolis et ex Agrippæ epistola supra sæpius in testimonium advocata satis constat et Hochstrati cum Erasmo litigia contrahendi conflictandique inclinatio, et huius ars evadendi illiberalis procacisque inquisitoris manus. In plerisque fere, non omnibus, casibus Erasmus illud Ciceronis (Læl. 24, 88.) bene observabat: „est .. varius et multiplex usus amicitiae, multæque causæ suspicionum offensio- numque dantur, quæ tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est“.
- 14 *in ... tractatu*] Moriae encomium primum prodierat „Argentorati in ædibus Matthiæ Schurerii mens. August. MDCXI. 4<sup>o</sup>.“ sed sæpe per sequentes quinque annos repetitum erat. cf. Panzer. Ann. typ. X. p. 326. Vide infra p. 263<sup>14</sup>. 299. Die 26. Iun. a. 1517. Pirckheimerus Hutteno scripsit (Hutt. Opp. I. p. 137.) Erasmus Antverpiæ est; edidit iam commentaria super Pauli epistolas, quæ nunc Basileæ imprimuntur ... magno animo susurrones illos, qui quotidie ei minantur, contemnit, immo deridet. haud credo nebulones aliquid contra illum ausuros : iam enim temeritatis suæ poenam dedere, et ille aculeum habet“.
- iam ... theologicæ*] Mense Februario a. 1516. prodit Novum testamentum (cf. Hutt. Opp. I. p. 103.) et ab a. 1516. usque ad a. 1518. prodierunt Hieronymi operum tomi IX. cf. Panzer VI. p. 196. n. 160.
- 15 *ad Almaniam*] *nach Deutschland.* Die 26. Iun. a. 1517. Pirckheimerus ex Nurenberga scripsit: „Hogostratus cum quibusdam aliis cum sero applicuisset, summo abiit mane, a quodam, ut insidias caveret præmonitus“ etc. Hutt. Opp. I. p. 136<sup>31</sup>.
- 16 *codiculos*] Contemptim et invidiose barbarissat. satis ampla volumina esse hos theologicos Erasmi libros etiam Hochstrato notum fuit.
- parvissimum p.*] *auch nur den allerkleinsten Punct.* Optime hic superlativus iracundiam malitiamque inquisitoris prodit.
- ubi ... intelligo*] De Hochstrato eiusque 'in hæreticorum magistratu successore,

Pag. 75.

- magistro nostro Conrado' [Kollin de Ulma] Agrippa ab Nettesheim in ep. sæpe cit. (Opp. II. p. 1038. ed. Lugd.) sic scripsit: „Sed solent isti porci et lutosæ sues, quoties est aliquid quod displicet, quod non intelligunt, obgrunnire hæreses, scandala, offencicula, superstitiones, maleficia atque omnem ethnicam philosophiam, præter suum pestilentem Aristotelem [sive rectius Petrum Hispanum cum sua commentatorum cohorte], paganismum et perfidiam exponunt“.
- 17 *ipse ... cutem] dann* [Crotus 'tunc' non omisisset] *soll er sehn, daß ich ihm über den Pelz will*, experietur ultrices meas manus. Reuchlinus Questenbergio scripsit d. 21. Nov. a. 1514. „Lovanii fertur hoc adversariis esse constitutum, ut si me oppresserint, Erasmus Roterodamum sint aggressuri, et ita singillatim omnes se velle poetas (sic enim bonarum literarum studiosos appellat) eradicare; sed dii meliora“.
- 19 *non Græci]* Notissimum est quam ridiculum theologistæ in Græcas litteras odium præ se tulerint, quod tamen eorum ignorantia superabatur. In Hochstrat. ov. §. 28. Hochstratus Eduardo Leo Aristophanicum versum recitanti respondet „Hoc nomine mihi minus carus es, quod Græcus es“. Thomistæ vel ideo Græcas litteras spernebant, quod Thomas Aquinas 'contra errores Græcorum' scripserat.
- 20 *Italicum etc.]* Scilicet præter vulgarem Neerlandiæ nullam linguam Hochstratus didicerat: nam et Latine et Germanice barbarus erat.
- 21 *in ... diabol.]* Hodie usitata formula, *in 1000 Teufels Namen*. (centorum diabol. 78<sup>28</sup>.)
- 22 *per Utrum etc.]* Ita scripserat etiam Reuchlinus in Speculo oculari, qui inelegans error non minima causa fuit, quod theologistæ tanto furore in eum inveherentur.
- 24 *meam paupert. etc.]* ad quantam inopiam nunc redactus sim. „Hogostratus theologistarum Alpha ingenti decocta pecunia ... fractus animo est destitutus-que lupo hians discedit“. Hutten. Bononiæ d. 31. Iul. a. 1516. (Opp. I. p. 106.) Vide etiam infra II. ep. 53. descriptionem paupertatis Hochstrati, quæ tantum fuit, ut „debet ambulare pedibus suis per merdā et per lutum“. Quam acerba Hochstratus inopia tum laboraret, ad vivum magister Cornelius Storati (infra II. ep. 6.) depinxit.
- 25 *apostata]* apostatam, non eum qui a Christiana fide, sed qui ab ordine suo descivit. Nescio quidem quando Hochstratus ab officio inquisitoris et honoribus omnibus depositus fuerit, sed hoc factum fuisse, discimus ex iis quæ in Consp. chronol. p. 151. sq. a. 1520. d. 23. Iul. et a. 1521. d. 8. Aug. repetivimus.
- 27 *Meyer]* cf. Ind. biogr. p. 415. h. art.  
*ita bene sicut me]* non minus quam me.
- 28 *habet mel.]* melior est eius condicio quam (tristissima) mea.
- 29 *capellanus]* cf. ad 54<sup>23</sup>. Ducange h. v. „... Capellani denique sequioribus sæculis vocati qui capellis, sacellis seu ædiculis sacris præfecti sunt.“
- dei agro]* Gottesacker, cœmeterio.
- 30 *vilissimum]* minimum salarium ferens, beneficium ecclesiasticum tenuissimum.  
*quæ ... esse]* Romæ conferuntur.
- 31 *hoc nihil nocet]* das schadt nichts, nihili hoc facio.
- 32 *habet ... hoc]* victus cottidianus ei ex hoc beneficio redit.  
*nutrit se t. q.]* habet victum quidem non nimis parcum. *und er ernährt sich doch so so.*
- 33 *suam causam]* 'contra canonicos Franckfordienses' p. 238<sup>32</sup> et 250<sup>23</sup>. I. B. Rit-

Pag. 75.

Pag. 75. v. 17 . . . Pag. 76. v. 21.

*ter Evangelisches Denckmahl der Stadt Franckfurth a. M. 1726. 4<sup>o</sup>. pag. 79: „Aus welchem allen erhellet, was maßen dieser Petrus Mayer ein unrichtiger Mann, und gewohnt gewesen dem Guten ohnverschamter Weise zu widerstehen; womit er aber um die dasige Zeit hier nichts anders ausgerichtet, denn daß er dem Evangelio ohnvermerckt und wider seinen Willen nur desto mehr die Thür aufthun helfen. Vorher, ehe die Reformation angieng, hatte er mit denen Canonicis gleichfals einen hefftigen Streit, denn er wolte nicht die Recompensen wegen der Pfarr bezahlen, worgegen ihm das Capitul die Präsenten aufhielte. Siehe davon Schurgii Collectanea Eccles. Francof. II. p. 88<sup>o</sup>. Idem pag. 11. „... von dem Baarfüsser Orden allhier ist . . . bekannt, daß er mit dem Stifft zu S. Bartholomäi zumahlen wegen einiger zu liefernden Gefällen und wegen des Festes der reinen Empfängniß Mariä besonders alliiret und behängt gewesen ...“.*

34 *omni die quasi] alle Tag' fast, cottidie fere.*

*in campo flore] prope quem palatinum cancellariæ apostolicæ fuit. cf. Ind. biogr. p. 336. sq. art. Campoflor.*

35 *Teutonicos] Germanorum greges Romam tum pererrabant, alii beneficiorum captandorum, precibus pretiisque impetrandorum causa, alii ut lites suas in curia Rom. agitas promoverent, sive de fidei sive de pecuniariis causis ac redditibus et repetundis iudicia accepta essent; pauci, quantum video, antiquarum artium litterarumque studendarum causa.*

36 *monstrant . . . nos] weisen mit Fingern auf uns. Aliter atque illud „digitis monstrarier Hic est“.*

38 *merdunt] Sic, non 'merdant' est in ed. princ., et ut merda et merdum, ita etiam merdare et merdere dicebatur. sed merdum et merdere minus in usu fuit.*

39 *S. Maria] cf. ad 9<sup>to</sup>.*

Pag. 76.

1 *qui debent etc.] Crotus apertius respexisset ad Pauli ep. ad Hebr. xii. 1. sqq.*

2 *ipsi . . . volunt] Egregia invidiæ Hochstraticæ significatio.*

5 *vellem levem] facile possem quærere, facile invenirem.*

*uno modo] einmal, forte.*

6 *et nos p. eos] Verboſitas volgo rudi consueta.*

7 *cedulam] schedulam, Zettel.*

*misit . . . cad.] de industria proiecit, ließ ihn gern (absichtlich) fallen.*

9 *epithaphia] Sic falso th pro t vel illi qui non omnino a Græcis litteris alieni erant sæpe scribebant. eius modi menda elegantiae habebantur.*

10 *„Impia molitur certamina Capniomastix:*

*Heu quibus ille odiis, heu quanta exæstuat ira!“ Eob. Hess.*

15 *taxi] Taxus, cui letale venenum inest, ob noxiam vim feralis inferisque tributa arbor. cf. Sil. Ital. xiii. 595.*

*aconitum, mortem inferens herba, interdum pro ipso veneno ponitur. cf. Salmas. exercitt. p. 619. 'Ανδύριον, Wolfswurzel, Eisenhütlein, Sturmhut, Neerlandice Monnikskappen.*

21 *Hic iacet H.] Simile est Pasquini epitaphium Pauli PP. IV. (Ioh. Petri Caraffæ, † d. 18. Aug. 1559.) ap. Henri Etienne Apol. pour Herod. ed. 1757. 8<sup>o</sup>. II. p. 317. sq.*

Hic Carapha iacet superis invisus et imis,  
Styx animam, tellus putre cadaver habet.  
Invidit pacem terris, diis vota precesque:

Pag. 76.

Impius et clerum perdidit et populum:  
Hostibus infensis supplex, infidus amicis.

Scire cupis paucis cetera? Papa fuit.

Paulum Iovium (eumque sequentes recentiores) errare scribendo „Hostrati tumulto hoc nobile carmen ‘Hic iacet Hochstr.’ Capnionis puerum [!] affixisse“, etiam ad Bælium art. Hochstrat adnotatum est. Ibique etiam legitur: „*Ce n'est qu'une imitation de celle-ci de Politien sur le Poète Mabile (Marulle) son ennemi:*

Flecte viator iter, foetet [foetens] nam putre Mabili

Hac fovea corpus conditur atque animus.“

- 23 *Ipse quoque etc.*] Verg. Aen. v. ult. et xi. 831. „Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.“
- 24 *Mæstus . . . erat*] Viventi Hochstrato Huttenus hæc epitaphia fecit, de moriente Erasmus Ioanni a Lasco Basil. d. 17. Mai. a. 1527. scripsit: „Colonie perit Iacobus Hochstratus, coryphæus huius tragœdiæ, qui tamen in morte dicitur nonnullis verbis prodidisse parum, sinceram conscientiam.“
- 25 *ivimus ad d.*] domum rediimus.
- 26 *iacuimus . . . supra*] diu multaque nobiscum reputavimus, *und wir lagen über 8 oder 14 Tage drüber her.* (cf. ‘*ein Tager 8 od. 14.*’)
- 28 *stat . . . interius*] *drin steht*, nomen Hochstrati ibi scriptum est.  
*att. me ante*] *nich anbetreffen*, non me volunt, non me petunt illa carmina.
- 29 *in teut.*] *im Deutschen, auf deutsch.* Ita inutile *in* non omittere solent Obscuri.
- 33 *volo sibi etc.*] ei. Erumpit iracundia inquisitoris.
- 35 *stafirus*] Ital. *staffière*, qui stapedem (Ital. *staffa*, ab antiq. Germ. *stapho*, unde hodie *Stapf*, *Fußstapf*), quem Romanice stapiam vocabant, equum adscendenti tenet. *Steigbügelhalter, Reitknecht.* Cf. Ducange voc. *Staffa* n. 2. *Stapia card. s. Euseb.*] Petri de Accoltis. cf. Ind. biogr. p. 293. art. Accoltis.
- 39 *Pfefferk. . . Ind.*] cf. Ind. scrr. p. 84. sq. n. xviii.

Pag. 77.

- 2 *mammaluca*] sive Mameluchus. Ducange: Mameluchi. Sic appellabant Aegyptii mancipia Christiana, aut ex Christianis parentibus orta, in pueritia capta, et pretio distracta, ex quibus eligebatur qui ceteris eligeretur, Sultani appellatione . . .“ Hic significare apostatam monere vix opus erit. Cf. p. 261<sup>s. 11.</sup> 272<sup>10.</sup>
- 6 *Datum etc.*] cf. ad 74<sup>20.</sup>  
*hosp. ad camp.*] ad quod Teutonicos præcipue deversos esse videtur, ut hodieque solent. cf. ad 75<sup>24.</sup>, p. 226<sup>23.</sup> et Ind. biogr. cit. art. Campoflor.

## (EPISTOLA 49. TOLLETANVS RICHARDO KALBERSTATENSI.

Hanc epistolam priores non ita feciliter imitantem, neque ad causam Reuchlinianam pertinentem, non recepissem, nisi per hæc tria sæcula pro particula verarum O. V. epistolarum habita fuisset. cf. Ind. edd. p. 9. n. 6. Pauca tantum adnotabo, neglectis consulto contra grammaticam orthographiamque commissis peccatis fere omnibus, ut et aliis sribliginibus inficete coactis.

- 17 Tolletanus a Germ. *tollen*, insanire, factum esse videtur, ut sonum Toletani, Toletoriundi, habeat, ut Narragonia factum est ex Arragonia. Similiter
- 19 Kalberstat, a *kälbern*, fatue iocari, factum ad sonum *Halberstadt* respondet.
- 24 *convento*] pro ‘conventu’: Germanice *das Kloster*.
- 25 *spectabilis*] non religiosæ, sed academicæ dignitatis appellatio est.

Pag. 77.

Pag. 76. v. 23 . . . Pag. 78. v. 13.

28 *olim quando fuit*] i. e. quæ formosa fuit, dum ordinis faulrix erat.

31 *leta mente*] 'lete mente' habet ed. 1. et scriptorem voluisse 'laetæ mentæ' puto. *leviter sensati cum ea*] 'Sensatus, a, um, habens sensus'. Gemma g. *lustigen* (*leichtfertigen*) *Sinnes mit ihr*.

32 *in festo Codri*] Is Codrus neque sanctus, neque Atheniensis rex, neque pauperimus ille pessimusque ap. Iuvenal. Romanus poeta, sed Antonius Urceus, qui ab hoc cognomen Codri adsumpsit, Bononiæ a. 1500. mortuus. Inter scripta viri (quæ indicant Panzer Ann. V. p. 457. xi. p. 185., ubi Opera prodidiisse Bonon. 1502. fol., Venet. 1506. fol., Paris. 1515. 4º. relatum est, quibus ex Iöcher art. Urceus addi potest ed. Basil. 1540. fol., Hain. n. 16099. sq.) plura sunt, ex quorum inscriptionibus ea non raro lascivire conicere licet, ut sunt Sylvæ, Satyræ, Eclogæ, Epigrammata, Rhythmus festivissimus'. Fortasse Tolletanus ad Codri 'orationem de ducenda uxore' respexit, quam et ipsam, ut alia Codri, non legi, sed in quodlibetico libello sæpius laudatam inveni, cui inscriptum est '*Disceptatio An uxor sit du|cenda in publica dispu|tatiõe Lipsensi enar|rata a magro Hê|rico Ribsch | philocalo | Budin|gio*' in cuius fine est: *Liptzick Septimo Idus Octobris Anno 1509*'. 4º. 18 folior. sign. A...C.

34 *exterius mittere*] *herauslassen*.

35 *solarium*] Sic obscoene pro 'salarium'. rediv seq. v. 25.

*pro alios omnes*] quod tu et alii omnes mihi debetis.

Pag. 78.

4 „dalmatica, vestis sic dicta, quod in Dalmatia primum sit reperta. Isidor. Papias. . . Usus dalmaticarum in ecclesiam invexisse credunt S. Silvestrum PP., cum antea colobiis uterentur sacerdotes, veste sc. sic dicta, quæ manicis carebat. sed longe ante Silvestrum Pontius in vita S. Cypriani scribit 'et cum se dalmatica exspoliasset' . . . Dalmaticam in modum crucis factam docet Missa antiqua . . . Glossæ Arab. Lat. 'Dalmata, vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis'. Dalmaticam propriam episcoporum vestem fuisse docet Zacharias PP. . . Fuit etiam dalmaticia diaconorum vestis propria . . . tamen diaconi non utebantur, nisi in maioribus festivitibus . . . sed maxime diaconorum ecclesiæ Rom. fuit dalmatica, cum ceteris non nisi ex indultu Pontificis Rom. hac uti fas esset, qui eam interdum transmittibat . . ." Ducange.

*albis*] „Alba . . 3) vestis sacerdotalis linea et stricta, quæ camisia dicitur, et poderis, et talaris, et subucula . . . Albas gerere et Esse in albis dicuntur clerici, dum albis induti procedunt, vel officia ecclesiastica peragunt . . ." Ducange.

5 *se . . prævīdit*] *daß er sich keiner Bosheit zu ihr versah*, ut malitiam eius nullam suspicaretur.

11 *consecratum*] immo, benedictum.

*illud*] Matth. xxvii. 35.

13 *coronatos*] *Kronen, Kronenthaler*.

*lyripiptolo*] cf. ad 5<sup>28</sup>.

*cucullo*] 'dicitur illud quod monachi habent supra cappam [cf. ad 54<sup>23</sup>], *ein munk-kugel*.' Gemma g. „Cucullus 1) cuculla, cucullio, cucullus, vestis nota Latinis scriptoribus, qua sc. caput operiebatur' Gall. *cucule*, aliis etiam *coules*, *goules* vel *gules*, Armoric. *cougoul*, operimentum capitis et humerorum. Germ. *Gugel*, *Kogel* . . ." Docte hoc verbum omnium fere linguarum Europæarum explicat Diefenbach Origines Europææ. Ffurt. 1861. 8º. p. 242. sqq. Ad historiam vestimenti pertinet hic locus ex Paquot ad Molani hist. ss. imaginum. Lovan. 1771.

## Pag. 78.

4<sup>o</sup>. p. 515. sqq.: De Cuculla fuse tractat Augustinus Calmet Commentario Gallico ad Regulam S. Benedicti, Tomo II. pp. 217. et sqq., e quo pauca hæc accipe. Cuculla purioribus Latinis vocabatur Cucullus, quibusdam Cucullio, et Bardocucullus. Erat capitis indumentum, in Galliis præsertim et Romæ, usitatum pauperioribus, opificibus, ac servis maximeque ruri et in itinere. Cassiano teste Lib. I. cap. 4. Aegyptii Monachi sæculo v. „Cucullis perparvis usque ad cervicis humerorumque dimissis confinia, quibus tantum capita contegunt indesinenter diebus utuntur ac noctibus“. Purpuream Cucullæ crucem assuebant discipuli S. Pachonii, ut est apud Palladium Hist. Lausiaca cap. 28. Benedictini ab initio gesserunt „Cucullam in hieme villosam, in æstate puram, aut vetustam“. Regulæ cap. 65. Postea sagum, seu pallium, adiecere Cucullo, qui ideo Cappa, seu Casula, dictus fuit. Aetate S. Benedicti Anianensis, id est nono sæculo, „nonnullis usque ad talos Cucullæ pendebant“, quemadmodum in eius Vita legitur. Fuldenses eas ad genna tantum usque demittebant; quod et Anianenses in Monasteriis sibi subiectis observari iussit. Cuculla S. Remacli, quam Stabulenses adservant, veterem Casulam refert, undique clausam, manicis carentem, et caputio instructam non dissimili ab eo, quo Cartusiani caput operiunt. Apertæ deinde utrimque fuerunt eiusmodi Casulæ, et retinaculis ab utroque latere constrictæ: deinde et manicæ admiserunt saltem ab initio XII. sæculi. Exstat adhuc apud Cassinates „Vestis Desiderii, Abbatis cucullati, talari vestimento undique clauso, nec admodum sinuoso, manicis non amplis“: sic enim loquitur Angelus de Nuce scholiis in Theodomari Epistolam ad Carolum magnum. Plura de Cucullo dabit Anselmus Solerius, sive Theophil. Raynaudus, Lib. de Pileo. Sect. xv.

19 *non bene consideratus*] inconsiderate, inconsulto.

22 *misit pro ea*] citavit, accersit eam.

26 *facere . . . rehabere*] restituere, reddere.

28 *centorum*] Pulchellus quidem genetivus, sed cum non *in* 100 sed *in* 1000 *T.'s* *Namen* imprecari vulgo soleant, prætulerim ‘milliorum’.

29 *refutatorios*] non quos ICTi dicunt refutatorios apostolos, sed sententiam contra actorem, absolutariam.

29 *illudebant ei etc.*] Cf. Matth. XXVII. 29. sqq. Marc. xv. 20.

33 *misit . . . pertingere*] ließ . . . gelangen, rettulit ad.

## Pag. 79.

6 *percipere et exponere*] *Einnahme und Ausgabe führen*, res pecuniarias procurare.

7 *esse erit*] *sein wird*, fiet.

*habet finem circa*] *hat's ein Ende um die, mit der*.

8 *vivi p.*] ‘O Lycida, vivi pervenimus’. Verg. ecl. 9, 2.

9 *hunc etc.*] ‘Hunc ego si potui tantum sperare dolorem’. Verg. Aen. iv. 419.

16 *moniales crepitus*] dulcia hodieque *Nonnenfürzchen* dicta.

24 *non simpl. etc.*] Simplex conversio esset ‘m. non furavit c.’, sed ipsi ‘caseum’ convertunt in ‘cucullam’.

27 *scripturæ*] Lamentt. Ierem. cap. v. 8. 14. 15.

33 *pangratice*] cf. ad 72<sup>29</sup>.

34 *Datum etc.*] Hæc subscriptio, si dubitatio superesset, satis probaret, Germanicum hominem, non Belgam aut Gallum, hanc epistolam scripsisse.

40 *inchristianis*] *unchristlichen*. in Epp. O. V. non legitur, sed Colonienses theologistæ passim eo vocabulo usi sunt.)



Hæc recentior Novarum Epistolarum O. V. designatio (cf. Ind. edd. n. 7. 8. supra pagg. 10. sqq.) fraudi fuit, ut adhuc in originem operis universi, quasi hoc ab initio inter socios pro partibus perficiendum convenisset, inquireretur, et ut docti homines sibi societatem ad conscribendas epistolas O. V. ab auctoribus initam fingerent. Tacitam quidem ad renascentium litterarum studium promovendum barbariemque expellendam societatem inierant harum epistolarum auctores, sed non hi tantum inter sese, sed pariter etiam cum aliis multis qui eas aut editas demum aut nunquam viderunt; et alii, ut Crotus et Huttenus, etiam arctiore amicitiae necessitudine coniungebantur. tum extitit quoque quædam Reuchlinistarum contra theologistas quasi coniuratio, ut suo quisque more pro Reuchlino ageret, scriberet ac diceret, apud potentiores gratiam ei impetraret, adversarios frangeret: unde evenit, ut et scriptæ nondum editæ epistolæ inter amicos communicarentur. Illud vero plane negaverim, statim ab initio, postquam Colonienses contra Speculum oculare furere cõpissent, inter Reuchlinistas sive omnes sive non nullos convenisse, ut eius modi opus, quale paucis annis post prodiit, ab ipsis scriberetur; neque Huttenum, quem superioris Appendicis septem epistularum auctorem esse opinor, prius quam Croticas epistulas, fortasse sibi ab amico singulas aut una plures, ut scriptæ fuerant, communicatas legisset, operis continuationem cõpisse mihi persuasum est; et plus dico, Huttenus tum demum, cum post illarum septem epistularum compositionem in Italiam revererat, ad novas has epistolas scribendas sese accinxit, quas fortasse omnino non aut certe longe aliter quam factum est composuisset, si theologistæ illis Croticis strigilibus satis se depexos laceratosque sensissent, neque Pepericorni Ortvinique fetum, Defensionem contra famosas et criminales O. V. epistolas, edidissent, quam, cum sequentibus novis epistolis scribendis præcipue ansam dederit, eaque sine illa maximam partem recte explicari nequeant, ab oblivione vindicatam inter utramque epistolarum O. V. partem repetendam esse censimus.

## Pag. 183.

De hac primæ novarum epistolarum O. V. editionis inscriptione vide supra Ind. edd. n. 4. pagg. 5. 6.

- 4 *et novæ ... et superiores*] Ita suos libellos librosque non solum theologistæ et Obscuri, quos hæ epistolæ derident, sed plerumque fere omnes eius et superioris ætatis, ex quo inscriptionum, quos titulos vocamus, usus receptus est, scriptores sibi blandientibus elogiis exornare soliti sunt. Equidem huic plenæ laudi vix accesserim, alteram *συλλογήν* priori lepidiorem ac venustioremem esse: multa imitatoremem, quamvis ingeniosissimam, et facilius effervescentem impetuosiorememque auctorem prodere mihi videntur, cum veterum illarum scriptorem terebro non minus acris sed minus inquieto ac stridulo minusque ramenti circuminicienti pro stilo in exercenda naturali sua deridendi satirasque scribendi arte usum esse dixerim. Ita neutram partem in universum

## Pag. 183.

alteri prætulerim, cum utraque proprias suas dotes habeat; sed maiorem inter utramque partem differentiam videre mihi videor, quam alii statuunt, ut ubi occasio tulerit, adnotabo.

- 7 *Heraclitæ*] pro 'Heraclito', cuius sectatores Heraclitistæ sunt. Noster vult, vel Heraclitum quamvis perpetuo fletu res humanas prosequeretur, tamen non nunquam risisse, et certe, si has epistulas legere posset, risurum esse.
- 8 *Stoicidæ* apud Iuvenal. sat. II. v. 65. scholiastæ sunt „qui sub prætextu philosophiæ infamiam exercent. Dicit contumeliose . . .“. Lemærius (Iuvenal. Paris. 1823. 8<sup>o</sup>. p. 111.) adnotavit: „Stoicidæ contemptim dicuntur homines libidinosi flagitiosique, sed Stoicorum speciem præ se ferentes eorumque more de virtute disputantes, ut *Στωϊκῆς* vel *Στωϊκῆς* diminutive et per contemptum pro *Στωϊκοί* in loco Athenæi . . .“. Noster non contemptim sed ironice sive iocose Stoicidas patronymice, i. e. pro Stoicorum filiis, rugosæ frontis viris, severitatem philosophorum præ se ferentibus posuisse videtur.
- 10 *Exerce pulmonem*] Iuvenal. sat. 10. v. 33. sq. „Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus . . .“.

## Pag. 184. .

Hæc est secundæ novarum epistolarum O. V. editionis inscriptio. cf. supra Ind. edd. pagg. 7. 8.

- 2 *paleas*] Paleæ quamvis proprie granorum frumenti tegumina, *Spreu* (*spruwer* Gemma g.) significant, scriptor tamen minus h. l. quam p. 214<sup>74</sup> cogitavit de paleis, Gratiani decreto a Paucapalea aliisque viris interspersis capitibus, quæ diu præ ipsis Gratiani granis contemnebantur. Scripserunt de his paleis multi, e quibus Rieggerum (Friburg. 1773.) et Bickellum (Marburg. 1827.) nominasse sufficit. Paleæ, fæces et quisquilæ, in quas hæ epistolæ ludunt, sunt Ortvini, Pepericorni aliorumque Antireuchlinistarum libelli.
- fæces*] et *fæx* (*Bodensatz*, *Hefe*, *Trube*, etiam *ausgährender Schaum*) tam de rebus quam de hominibus sordidis, abiectis, vilibus in usu est. item
- quisquilias*] (*σύνβαλα*, *φρονιάων χαῖται*, *περιψήματα*: Philox. gl.; *Auswurf*, *Kehricht*, *Abfälle*, *Wegwurf*) tam res quam personas abiectas, viles, spernendas etiam Romani vocabant. Cicero (ad Attic. I. 16, s.) vocabulo de miseris iudicibus habet: „... triginta homines . . . levissimos ac nequissimos nummulis acceptis ius ac fas omne delere, et quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciant, id Talnam . . . et ceteras huius modi quisquilias statuere nunquam esse factum“.
- e quib. sese . . . iactitant*] Nisi se suo more Obscuri iactitassent, hodie eos muscæ comedissent, ut fere Curionis utar verbis (ap. Cic. Brut. 60, 217.).
- barbari*] Si hanc inscriptionem etiam veteres epistolæ O. V. (i. e. vol. I.) habuissent, fieri non potuisset quod Erasmus rettulit (Hutt. Opp. II. p. 442.): „Post in Brabantia prior quidam Dominicanus et Magister noster volens innotescere patribus coemit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret ordinis proceribus, nihil dubitans quin in ordinis honorem fuissent scriptæ“.
- 3 *elingues*] Cf. Cic. or. post red. in sen. 3, 6. „mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis“.
- sciolis . . . arrogantes*] Cf. Arnob. adv. gent. II. c. 62. (p. 86.): „neque illud obrepit, . . . quod a sciolis non nullis et plurimum sibi arrogantibus dicitur, deo esse se gnatos . . .“.
- 5 *delicatis . . . aurib.*] Quintil. Inst. or. III. 1, 3. „... ne ieiuna atque arida traditio averteret animos et aures præsertim tam delicatas raderet . . .“.

Pag. 184.

Pag. 183. v. 7 . . . Pag. 184. v. 9.

6 *ingenio . . amœno*] Cf. Tacit. Ann. II. 64. „ . . regum ingenia illi mite et amœnum, huic atrox, avidum et societatis impatiens erat“. Ibid. XIII. 3. „ . . ut fuit illi viro [Senecæ] ingenium amœnum et temporis eius auribus accommodatum“.

*Hieronymum*] Immo Augustinum, de baptismo contra Donatistas lib. VI. c. 44., in Gratiani decreto Caus. I. qu. I. can. 37. „Nonne Sodomitæ ethnici erant, id est gentiles? Peiores ergo erant Iudæi, quibus dominus dicit ‘Tolerabilius erit Sodomis in die iudicii quam vobis’, et quibus propheta dicit ‘Iustificastis Sodomam’, id est comparatione vestri iusta facta est . . . sacramenta divina quæ apud Iudæos erant . . et in bonis hominibus illius temporis erant, et in malis peioribus quam sint ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt, et tamen illa sacramenta erant in utrisque integra atque divina. Nam et ipsi gentiles, si quid divinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbaverunt sancti nostri, quamvis illi per suas superstitiones, et idololatriam, et superbiam, ceterosque perditos mores detestandi essent, et, nisi corrigerentur, divino iudicio puniendi“.

7 *scomma*] *σκάμμα*. cf. ad p. 268<sup>24</sup>.

8 *Urbanum papam*] Huic non recte adscribitur Palea quæ est „ex responsione Hadriani papæ ad Carolum cap. 49.“ in Gratiani decreto can. 6. Dist. xxxvii. „Omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ philosophorum sententia definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit deo salvum facere populum suum : regnum enim dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis“.

*Rabanum et Origenem*] Can. 7. eiusd. Dist. „[Pseudo-]Rabanus de pressuris ecclesiasticis. Legimus de beato Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab angelo est correptus eo quod vir Christianus paganorum figmentis intenderet“. [cf. supra ad p. 36<sup>4</sup>.] *Ad quem can. Gratianus in dicto* § 1. „Hinc etiam Origenes cyniphe et rana, quibus Aegyptii sunt percussi, [homil. 4. ad cap. 7.] vanam dialecticorum garrulitatem et sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis sæcularium litterarum quærenda peritia“.

9 *Aul. Gell.*] Noct. Att. I. cap. 2., ubi referuntur ab Herode Attico tempestive deprompta in quendam iactantem et gloriosum adulescentem, „vocalibus haud facile cognitis syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis“ strepentem, specie tantum philosophiæ sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter a vero Stoico seiunxit vulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos iactarent. — Idem V. c. 15. i. f. „ . . Hos aliosque talis argutæ delectabilisque desidie aculeos cum audiremus vel lectitaremus, neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitæ pertinens aut finem ullum quærendi videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait:

— — — — Philosophandum est paucis : nam omnino haut placet.“ — Idem lib. X. c. 22. exhibet locum ex Platonis Gorgia de falsæ philosophiæ probis, quibus philosophos temere incessunt qui emolumenta veræ philosophiæ ignorant.

*Cicer. lib. I. officior.*] *puto* lib. I. cap. 6. § 19. „Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias . . .“.

Pag. 184.

- 10 *Senec. epist.* 49. (s. *epist. moral. lib. V. ep. 9.*) ad Lucilium: „... [§ 5.] Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat lyricos; eodem loco pone dialecticos: tristius inepti sunt: illi ex professo lascivunt, hi agere ipsos aliquid existimant. [§ 6.] Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum et a limine salutanda in hoc unum, ne verba nobis dentur et aliquid in illis esse magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques et maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse quam solvere? securi est et a comodo migrantis minuta conquirere...“.

*Aeneæ Sylvii*] descr. urb. Vienn. Pann. (sive Opp. Basil. ex off. Henricpetr. [a. 1571.] fol. p. 719. *epist. clxv.*) „... Maximum autem huius Gimnasii [*Vindobonensis*] vitium est, quod nimis diutinam operam in dialectica, nimiumque temporis in re non magni fructus terunt. Qui magisterii artium titulo decorantur, hac una in arte maxime examinantur. cæterum neque Musicæ neque Rethoricæ, neque Arithmeticæ curam gerunt: quamvis metra quædam et epistolas ab aliis editas imperite exhibentem magistrandum compellant. Oratoria et Poetica apud eos penitus incognita, quibus omne studium in elenchis est vanisque cavillationibus, solidi haudquaquam multum. Qui libros Aristotelis et aliorum philosophorum habeant, raros invenies, commentariis plerumque utuntur. Cæterum studentes ipsi voluptati operam præbent, vini cibique avidi. pauci emergunt docti, neque sub censura tenentur, die noctuque vagantur, magnasque civibus molestias inferunt. Ad hæc mulierum procacitas mentes eorum alienat...“.

- 11 *Laur. Valla* de libero arbitrio (Basil. ap. Cratandrum, m. Nov. a. 1518. 4<sup>o</sup>. pag. a3) init. „Maxime vellem ... ac summopere optarem, ut cum cæteri Christiani homines, tum vero hi qui Theologi vocantur, non ita multum tribuerent philosophiæ, nec tantum in ea operæ consumerent, et prope parem ac sororem, ne dicam patronam, Theologiæ facerent. Male enim sentire mihi videntur de nostra religione, quam putant philosophiæ præsidio indigere: quod minime illi fecerunt, quorum iam multis seculis opera extant, apostolorum imitatores, et vere in templo dei columnæ. Ac quidem si probe animadvertamus, quicquid illis temporibus hæresium fuit, quas non parum multas fuisse accepimus, id omne fere ex philosophicorum dogmatum fontibus nascebatur, ut non modo non prodesset philosophia sanctissimæ religioni, sed etiam vehementer obsesset. At eam isti de quibus loquor, natam esse ad extirpandas hæreses iactant, quarum potius seminarium est, nec intelligunt se imperitiæ accusare piissimam antiquitatem, quæ in expugnandis hæresibus philosophiæ arma non habuit, et sæpe contra ipsam philosophiam depugnavit acerrime... Vos contra tali armatura muniti ne tueri quidem potestis, proh rem indignam et flebilem, quod ipsi nobis quasi patrimonium reliquerunt. Quid igitur causæ est, cur in maiorum vestigiis nolitis insistere? Si minus ratio, certe auctoritas illorum effectusque inducere debuit, ut se imitarentur potius quam novam viam ingrederentur... Itaque eo insolentiæ processistis, ut putetis neminem posse theologum evadere, nisi qui præcepta philosophiæ teneat, eaque diligentissime perdidicerit, stultiusque simul eo facitis, quod antehac vel nescierunt hæc, vel nescire voluerunt. O tempora! o mores!...“.

14...19. cf. ad p. 183. vers. 6...11.

- 20 *Cum additionibus*] Hæ additiones sunt quæ editio nostra p. 284...300. repetiit. eas vero 'novo privilegio ad septennium sancitas' esse, Obscuros obfu-

Pag. 184.

Pag. 184. v. 10 ... Pag. 185. v. 9.

scandi causa adiectum videtur, cum neque a quo neque quo tempore privilegiatum impetratum esset, indicetur, ipsumque exemplum sine loci et anni indicatione prodierit. cf. Ind. edd. n. 5. supra p. 7. sq.

Pag. 185.

## EPISTOLA 1. IOHANNES LABIA ORTVINO.

- 2 *Labia*] Fortasse hoc nomen epistolæ auctor ad Latinum 'ductare aliqui labiis' finxit, quod est 'irridere distortuendo os, sannis illudere' ap. Plant. Glor. II. 1, 14. — Cum sæpius in hac epist. liber Iob laudetur, ex eodem verba VIII. 20. 21. repetere liceat: „Deus non proiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum et labia tua iubilo“.
- 3 *dei gr. prothon.*] Summum ecclesiasticum magistratum, si non pontificatum ipsum maximum gerere sibi videtur hic protonotarius, qui se 'dei gratia apostolicum' gloriatur, cum tamen protonotariatus eius nihil nisi titularis fuisse videatur sive extraordinarius. Protonotarii (ordinarii sive participant) quasi per excellentiam vocabantur notarii apostolicæ sedis, quos primum Clemens PP. I. septem urbis regionibus attribuisse fertur, „ut passiones martyrum et res ab iis gestas diligentissime conquassatas litteris mandarent“. horum officium Sixtus PP. IV. (a. 1471...1484.) primus vendidit. postea (a. 1586.) quinque collegis auctum, nostris autem temporibus (a. 1838.) ad primum septenarium numerum revocatum est. Non participant sive extraordinarii sive supranumerarii personatum sine propria dignitate gerunt, neque collegii Romani socii sunt; ex eis alii officiales sunt, qui extra ordinem protonotarialibus officiis funguntur, alii honorarii sive titulares tantum, quales et ab ipsis pontificibus maximis, et deinde ab eorum legatis nuntiisque aliisve prælatis nominabantur, aut qui titulus sine officio etiam cum certis canonicatibus ipso iure coniunctus erat. ita supra (p. 103. n. XXXIII.) legimus Ioannem Ingewinkel præpositum Xantensem, Ortvinum theologistarumque amicum, „sacrosanctæ sedis apostolicæ Prothonotarium“ fuisse. Ceterum „ut Prothonotarius qui sit, habeat ius legitimandi spurios et Comites palatinos creandi“ (ut est in Hutteni dial. Bulla § 67. Opp. IV. p. 326.), quod ius Sixti PP. V. bulla 'Laudabilis sedis' d. d. 4. Febr. a. 1585. §§ 4. 5. protonotariis apertis verbis adscripserat, id iam diu in desuetudinem abierat, cum Pius PP. IX. tolleretur per breve 'Quamvis peculiare facultates' d. 9. Febr. a. 1853. datum, quod breve et ad historiam instituti et ad hodiernam protonotariorum condicionem cognoscendam egregie facit.
- 6 *ut fratri*] Labia religiosus non est, Ortvinus prædicatorii ordinis.
- 7 *centum ... gramm.*] Quadratus error: 'sestertia' (HS) aut pro mensura accipitur aut pro 'sestertium' ponitur, idemque pro inventione novorum Latinistarum (humanistarum) habetur. Germanice minus ridiculum foret *hunderttausend Scheffel Grüße nach ... Grammatik*. sed hæc insipientiæ natura est, recte cogitandi legibus repugnare.
8. 9. *Acceperim — miserit*] Ita coniunctivo pro infinitivo, ut sæpe faciunt hæ novæ epistolæ, quasi hæc singularis elegantiae esset (cf. imprimis infer. epist. 36.), veteres illæ, Croticæ, non abutuntur.
- 8 *nudiustertius*] Hic et p. 197<sup>17</sup>. Crotus commodam contra Latinam linguam peccandi opportunitatem non ita neglexisset.
- 9 *Epp. O. V.*] Puto primam secundamve editionem, epistolas 1...41. continentem. cf. supra Ind. edd. p. 1...3. n. I. II.

## Pag. 185.

9 *metr. vel pros.*] i. e. partim metricæ, partim prosaice.

12 *fuit m. m. gaud.*] cf. ad 184<sup>2</sup>.

13 *rethoricos*] Inter orationes quodlibeticas Ortvisi (Colon. 1508. 4<sup>o</sup>. pag. 6<sup>ult.</sup> sqq.) una est „in qua rhetorice artis excellentia et eloquentie laudes exprimuntur“, ubi etiam ‘differentia inter poeticam et rhetoricam’ incondite exponitur.

14 *Habuimus etc.*] Hæc confabulatio convivalis similis est epist. I. 1.

15 *curtisan*] cf. ad 181. et Ind. verb. h. v.

21 *Iurista*] imprimis Legista, iuris civilis peritus. Ad ius canonicum etiam veteres (Croticæ) epistolæ passim respiciunt, iuris civilis loci in novis demum epistolis (Huttenicis) frequentius allegantur. Cf. supra ad p. 5<sup>11</sup>.

1. *Ita fid.*] Lex Ita fidei (40.) Dig. De iure fisci XLIX. 14. Paulus lib. XXI. Quæstionum. „... cum diversitas rerum obscurum faciat legatum“.

22 *resp. prim. i. f.*] hodie scribitur ‘pr[incipio] in fine’.

23 *progeniei*] gentis sive familiæ.

*scribitur q. D.*] „[Diocletianum] Dalmatia oriundum, virum obscurissime natum, adeo ut a plerisque scribæ filius, a non nullis [ut a Victore epit. c. 39.] Anulini senatoris libertinus fuisse credatur“. Eutrop. hist. IX. 19.

26 *theologum*] Theodoricum de Ganda? cf. supra p. 3. i. f. 4. init. et Ind. biogr. p. 375. sq. h. art.

28 *Aristot.*] ut supra 3<sup>2</sup>.

29 *eximietas*] Hoc nomen in vet. epp. non legitur, et adiectivo quoque ‘eximius’ novæ epistolæ multo sæpius quam veteres utuntur.

*assignavit*] *hat mir zugewiesen, zugetheilt, vorgelegt*, proposuit.

## Pag. 186.

1 *fac. imprimere*] *als er drucken ließ*, cum publicaret, operis edendum traderet.

5 *un. auctor.*] Ut hodie dicunt ‘locum classicum’, i. e. dictum sive locum insignis alicuius scriptoris. Cf. Ind. verb. voc. allegare. Non omnes auctores apud omnes religiosos ‘allegabiles’ fuerunt.

6 *Iob*] XII. 22.

*Micheæ*] VII. 8.

7. 8 *Iob XXVIII.*] 18.

8 *Virgil.*] Aen. VI. 100. „obscuris vera involvens“.

9 *datur intelligi*] *es wird zu verstehen gegeben*, significatur, sciendum est.

10 *inquir. secr. scr.*] Cf. Iob XI. 6. „ut ostenderent sibi secreta sapientiæ, et quod multiplex esset lex eius, et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua“.

12 *Regum CXXXVIII.*] Psalm. CXXXVIII. 12.

16. sqq. Quæ hi tres versus de Bernhardo Gelff (cf. Ind. biogr. p. 377. art. Gelff), cui Parisiensi magistro inferior ep. 28. adscripta est, habent, illo tempore omnia, omisso tamen ‘ibi’, i. e. Romæ, et mutato ‘Parisiensis’ in ‘Tubingensis’, de Melanchthone dici poterant.

19 *mov. cap. hincinde*] tardo capitis motu nutans, huc illuc caput movens, ut solent profunde cogitantes dubitantesque.

*vid. austeriter*] gravi et abducto vultu. ‘Austere’ (sed non ‘austeriter’) semel Cic., sed Catholicon habet: „Austerus ... unde austere vel austeriter austerius austerissime. et hæc austeritas tatis .i. asperitas“.

22 *quamv. . . scire*] quamquam fortasse nescitis.

24 *Epistolare am. s.*] i. e. Clarorum virorum epistolæ, supra p. 81. Ind. sscr. n. xv. descriptæ, quæ prodierunt ‘mense Martio, Anno M.D. XIII.’

Pag. 186.

Pag. 185. v. 9 ... Pag. 187. v. 22.

28 *carminam et dictaminas*] nimium hoc videtur: vix ipsi Obscuri tam fœde scripserunt; et Crotus tales sine sale errores non adhibebat.

31 *Psalmista*] Psalm. ciii. 28.

33 *Psalmista*] Psalm. cxxx. 1.

34 *suam*] pro 'eius', ut etiam in vett. epp. (vol. I.) fere perpetuum est. *dabit gr.*] cf. 47<sup>36</sup>. obiter adludatur ad originem nominis Gratii, de qua I. ep. 38. et p. 281. plenius tractatur.

36 *Iob*] xvii. 12.

*non intelligendo etc.*] i. e. quod non sic intellegi voluit, istud Epistolare non esse artificialiter compositum.

Pag. 187.

3 *etiamsi*] In vett. epp. (vol. I.) hoc vocabulum non legitur.

*deberent ... sua*] i. e. capitis poena eis impenderet. Germanice diceremus *und wenn's ihre Köpfe gölte*. Inconcinntas cogitationis quam verborum maior est.

4 *excellentiora ... se*] Ita Ortvinus ut veterum epistolarum O. V. editio, etiam harum novarum colligendarum edendarumque consilium adfingitur.

5 *non curat ... titulis*] Cf. 'et plus si vellet' p. 3<sup>o</sup>.

6 *Dominus etc.*] Psalm. xxvi. 1.

7 *minorando .. maiorabitur*] Minorare in Vulgata sæpius est minorem numero facere, non, ut h. l. et Gemma g. „minorem facere i. e. humiliare se“. maiorare' h. l. et in Gemma g. „großer oder groß machen“ in Vulgata non legitur.

*scriptura*] Matth. xxiii. 12.

8 *Ecclesiastici*] xx. 11.

10 *Prophetam Naim*] Nahum i. 8.

11 *quod ... inimici*] eos mihi succensere.

13 *Horatium*] art. poet. 78.

14 *scribens scribam*] i. e. cum primum scribam, exquiram rationem.

16 *disp. ad ign.*] quasi de hæresi ageretur ab Hochstrato diiudicanda condemnandaque.

18 *quid ... vos*] quid tibi propositum habueris, *was Ihr doch vorhattet*.

20 *in Curia Rom.*] H. l. nondum, ut sæpius infra, Curia Romana tanquam ipsius urbis esset nomen, usurpatur.

## EPISTOLA 2. IOHANNES GRAPP ORTVINO.

22 Iohannes Crapp, ut infra ep. 40. nomen scriptum est, sive Crappe ab a. 1494. usque ad mortem a. 1503. subsecutam sæpius consulatum Wittenbergensem gessit, reliquitque filium Hieronymum et filiam Catharinam, natam a. 1497., quam sibi æqualem Melanchthon a. 1520. uxorem duxit et quacum vixit usque ad d. 11. Oct. a. 1557. Bretschneiderus (Corp. Reform. I. p. cl. i. f.) falso Catharinam 'Hieronymi' filiam fuisse scripsit, cuius soror fuit. cf. Förstemanni *Neue Mitth. a. d. Geb. antiquar. Forsch.* vol. II. fasc. 4. p. 653. sqq. — Hæc adnotavi non quasi hunc Crappum Ortvinus quondam discipulum ac Melanchthonis socrum eundem hominem facere velim. Sed fortasse nostro nomen fuit 'Andreas Crappus', ad quem Sibutus in 'Silvula in Albiorim illustratam (Lipez per .. Martinū lantzberg Herbipolitanū: [s. a. 4<sup>o</sup>] pag. a<sup>4</sup>. sqq.) nimis laudis plenum elegiacum carmen xiii distichorum composuit.

## Pag. 187.

Idem 'Andreas Crappus Guittenbergius Vtriusq[ue] Iuris Baccalaureus' ad Othonem Beckmannum Wartbergium carmen fecit, quod extat in huius Panegyrico in princ. Ericum duc. Brunsvig. edito 'Wittēburgii per Ioannē Viridi montanū. Anno. m.d.ix.' 4<sup>o</sup>. pag. Biii<sup>j</sup>.

30 *carminalem seu metrosum*] Novum synonymum.

31 *libenter*] pro comparativo 'libentius'. magis delectaris poeticis quam prosaicis scriptis.

32 *non est disc.*] Matth. x. 24.

33 *usitatus*] exercitatus, doctus, *geübt*.

## Pag. 188.

2 *novelli*] 'Novellus, a, um, aliquantulum novus, et ponitur pro rudi'. Gemma g. Paulo ante 'non adhuc bene exercitatus in tali arte'.

*poeta carm.*] 'carminalis' non superabundat: nam et Plinius, et Valerius Maximus et alii Obscuris poetæ sunt, sed non carminales sive metrosi. cf. ad 7<sup>12</sup>.

5. sqq. Sequentes 30 versus quam insana perturbatione exhibeantur in editt. 7...23. per hæc tria sæcula nemo observaverat. cf. Ind. edd. p. 11. n. 7. 8. Inde a medio sæculo xvi. has bonas epistolas plures editores quam veros lectores expertos esse dixerim.

v. 5. sqq. *Si non*] Pro sequenti 'tamen' sumendum est 'quia'. Vult: Sane quidem mei versus duriusculi sunt, cum tui dulci numero fluunt, sed alius aliud callet. O modestum poetam! quam numerosum est 'quoque', ubi de solis Ortviini carminibus scriptis loquitur, et illud 'que' post 'medicos', et 'Aliter' pro 'alter', et tota epistola carminalis.

10 *habet grat.*] Gratius. cf. ad 186<sup>24</sup>.

12 *Roma*] scilicet 'in' ante 'Colonia' pro repetito est: in Roma = Romæ.

13 *beani*] Cf. Ind. biogr. p. 305. art. Beanus.

15 *lis Pro...vicaria*] Cf. p. 239<sup>21</sup>.

21 *legifluis iuristis*] Hoc si quid aliud Huttenicum est.

24 *Tungar...Peperic.*] Cf. Ind. scr. n. xi. xxi. p. 78. sq. 88. sq.

25 *schola Francor.*] Universitas Parisiensis, quæ d. 2. Aug. anni 1514. Speculum oculare comburendum esse iudicavit (cf. Consp. chronol. p. 133.), quod ex Coloniensi sententia iam d. 10. Febr. eiusdem anni fecerant Colonienses. cf. Consp. chronol. p. 129.

27 *dimittere*] relinquere, omittere.

28 *bene...Plato*] „Philosophus nimis es nimiumque Platonior ipse“ Henricus Pauper lib. iii. v. 87. ap. Leyser. hist. poet. med. æv. p. 479. Thomistæ contra Platonem arguere solebant. cf. e. gr. Prantl. *Gesch. der Logik* III. p. 113. not. 508. Vix crediderim Huttenum h. l. ad veterum locos, quibus Platonis de ideis doctrina et longinqua viri itinera litteraria laudibus evehuntur (e. gr. Cic. de fin. V. 29, 87.), aut ad academæ Medicæ de Platonicis studiis merita respexisse.

## Pag. 189.

4 *Parcatis mihi*] Benigne censeas hos versus fortasse non ab omnibus numeris absolutos.

5 *philosophum*] Immo, Terentiani Chrēmetis dictum est notissimum.

7 *mirab. poma*] mala medica sive aurantia, *Orangen, melarancie*.

8 *per...pendunt*] In Grappi patria poma adnumerant emptoribus propolæ. 'bene' non nisi versus explendi causa



## EPISTOLA 3. STEPHANVS ROMEDELANTIS ORTVINO.

- 12 Magister Parisiensis Romedelantis non est poeta *Meister Rumelant*. illud quoque nomen quasi exsulem significare puto, *Räum das Land*.
- 16 *Thom. Murner*] In Murnaro Leviathan pag. B. hæc dicit Murnerus: „Profligatus itaque a Friburgo, concessi Treuerim, et tunc me cœpit stimulare invidia, pruribatque lingua, ut et ibi aliquod struerem incendium. Auxerunt audaciam istic insignia et pileus receptus. Ilico ostendi qualis eram, et quid nescio machinatus fuerim in spurios et in Canonicos Treuerenses, iussus sum abire tandem, atque id citissime, ni Mosæ [i. e. Mosellæ] amnem velim epotare. cf. Ind. biogr. p. 424. art. Murner.
- 17 *superiorista*] *Oberländer*, ut hodieque in terris Rhenanis fines inter primam secundamque Germaniam in nominibus *das Ober- und das Niederland* supersunt. In Defens. Peper. p. 107<sup>29</sup>. „Theutonicum ipsius [Reuchlini] superioristicum“.
- præsupponit*] cf. ad 24<sup>22</sup>. infra 190<sup>31</sup>. præsupponitur = præsumendum est.
- 18 *cartas*] *Karten, Spielkarten*. Sermo est de libello inscripto ‘Chartiludium logice’ etc. qui primum Cracoviæ a. 1507. prodiiit. de eo vide supra Ind. biogr. p. 423. art. Murner. not. 2.
- 19 *grammaticam*] Perperam ‘Instituta’ (pro ‘grammaticam’) est in adnot. ad Waldaui *Nachrichten von Murners Leben etc. in Scheible's Kloster Bd. IV.* p. 515. nam ‘Chartiludiū Inſtitute ſūmarie doctore Thoma Murner memorante et ludente .. Argentine per Joh. Prūs Impenſis ac ſumptibus .. Ioannis Knoblauch Anno m.d.xviii.’ 4<sup>o</sup>. (c. figg. ligno incc.) prodiiit. (cf. Panzer Ann. VI. 87, 504. Vide de libro Stintzing *Gesch. d. popul. Lit. des röm. kan. R.* p. 465...467.) Sed aversa primi folii pag. habet „Intimatio 1515. facta in Uniuerſitate Treuerenſi in die S. Andreæ Apoſtoli“. Treueris itaque suam *Inſtitutam* (nam sic voluisse videtur) docuit Murnerus.
- 20 *scaci*] „Scacco it., sp., pg. xaque, pr. escac, fr. échec *schachfigur, schachspiel; vom pers. schach König, als hauptfigur* ...“ Diez WB: Anno 1511. prodiiit Ffurti (ad M.) ‘*Ludus ſrudētū| Friburgensium*’, qui liber constat 16 foliis in 4<sup>o</sup>; fol. 3<sup>b</sup>. habet figuram manus sinistrae, cuius digitorum articuli singulis litteris signati sunt, a b c, e g f d, i u m l, o r q p, v < t f; fol. 5<sup>b</sup>. est ‘*scacus qñtittatis syllabarum*’, fol. 7<sup>a</sup>. ‘*Exemplaris alea ludentium*. fol. 16<sup>a</sup>. „*Beatus Murner Argentineñ. | Fräpſchodie imprimebat | Anno dñi 1511 | Repetitus est libellus anno 1512. 4<sup>o</sup>. et s. a. et l. prodiiit ‘Scaccus infallibilis quantitatis syllabarum*. fol<sup>o</sup>.
- pretendit ... hebr.*] Hebraicis litteris vix imbutum fuisse Murnerum traditur. sed edidit Francofurti a. 1512. ‘Ritus et celebratio phase iudeor. ... ex hebreo in latinū traducta eloquium’ (16 foll. in 4<sup>o</sup>), ‘Benedicite iudeor. ante et post cibum’ 4<sup>o</sup>; Der iuden benedicite ... vnd wie ſy ieren dodten begraben. Gedr. . . Franckenfurt durch Batt Murner’. 4 foll. 4<sup>o</sup>.
- 21 *comp. ... Teutonico*] *Die Schelmenzunfft* iam quinquies prodierat, cum hæc ep. scriberetur. Vid. cit. art. Murner Ind. biogr. p. 424. not. 6.
- 22 *in omn. ... aliq.*] Insolenter gloriari Murnerum multi æquales testantur.
- 24 *amic. R.*] Quæ amicitia vix maior fuerit, quam simultas Franciscanorum cum Dominicanis. neque inter Reuchlini defensores (Hutt. Opp. I. p. 130. sq.) memoratur Murnerus.
- confundat eum*] Germanice usitatus *hol’ ihm der etc.*

Pag. 189.

29 *corrig. . . perv.]* züchtigt sie wegen ihrer Verkehrtheit, emendat perversos theologos.

*schisma etc.]* Contra Colonienses minari schisma, 'quando Papa facit sententiam contra eos', refertur inf. ep. 57. cf. ad p. 275<sup>27</sup>.

31 *nemo . . . stud.]* Apertius p. 54<sup>12</sup>. magistri nostri asini appellantur.

Pag. 190.

1 *doctorum]* operar. error. l. doctorem

3 *schlem]* item 299<sup>34</sup>. ut ad 'similem' adsonet, ex *schelm* factum esse videtur. Sed cf. etiam 'schlemm = schief, schräg, abhängig, varus, distortis cruribus' *Schneller Baier. WB.* III. p. 448. — *Brant Narrensch. Vorrede* v. 60. „Schlym schlem, eyn yeder findt sin glich.“ *Geilers Narrensch.* 67, 5. „Pares cum paribus veteri proverbio facillime congregantur“ Cic. Cat. mai. 3. § 7. Aristot. rhetor. I. 11. § 25. *Καὶ ἐπεὶ τὸ κατὰ φύσιν ἡδύ, τὰ συγγενῇ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστίν, πάντα τὰ συγγενῇ καὶ ὅμοια ἡδέα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἷον ἄνθρωπος ἄνθρωπον καὶ ἵππος ἵππον καὶ νέος νέον. ὁθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἰσὴνται, ὡς ἡλιξ ἥλικα τέρεται, καὶ ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον, καὶ ἔγνω δὲ θῆρ θῆρα, καὶ αἰεὶ κολοῖος παρὰ κολοῖόν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.*

5 *fidelis . . . Neptalim]* Hæc sæpius antea, sed nuperrime in Defens. (p. 170.) dixerat Pepericornus.

8 *Accip. etc.]* Hoc dicerium, quod alibi me legere non memini, simile est ei *Friß deine eigenen Worte.*

12 *quod . . . magister]* In incerto relinquitur utrum Murnerus magisterii dignitatem agnoverit an contempserit.

14 *mortificare]* ad mortem damnare, summo supplicio afficere.

15 *malef.]* cf. ad 55<sup>14</sup>. 599.

16 *Ecce etc.]* Germanice *Da sieht man, was den Juden zu schlecht ist, ist den Christen gut genug.*

20 *modicum]* ein bißchen, doch nur.

21 *furavit etc.]* cf. cit. adnot. ad p. 55., unde apparet huius epistolæ scriptorem Defensionem Pepericorni legisse, quæ cum epistola I. 36. scriberetur, nondum prodierat.

22 *quod . . . verum]* quod ut verum esse probetur sive probem.

27 *communiter dicitur]* in proverbio est.

28 *comedit . . . porca]* Olim hoc pro plena probatione erat Christianum factum esse Iudæum, ut nec desint exempla Iudæorum a fanaticis conversoribus carnem porcinam manducare compulsorum — ut compelleretur Eleazarus ap. II. Macchab. vi. 18.

30 *farcimina?]* Fortasse hæc quæstio vult, num Pfefferkorn adhuc lanius sit. cf. Defens. Pep. p. 170<sup>14</sup>. et infra p. 226<sup>10</sup>.

31 *præsupp.]* cf. ad 189<sup>17</sup>.

33 *si . . . aures]* Scilicet Halis combusto Ioanni Pfefferkorn in sacrilegio deprehenso dextra auriculæ ima pars abscisa fuerat. cf. Ind. serr. n. xviii. i. f. Hutt. Opp. III. p. 351. § 12.

35 *in æternum]* Hyperbolice, ut in Defensione Pepericorni solitus est Ortvinus.

36 *communiter]* maior pars, plerique.

37 *criminavit]* Active, ut raro, sed ap. Plautum, quem Huttenus præcipue imitatur.

Pag. 191.

1 *nullis . . . demeritis]* Ex Defens. Peperic. p. 84<sup>2</sup>. 599. „nullis meis demeritis quovis modo precedentibus“; p. 130<sup>28</sup>. „nullis etiam præcedentibus demeritis“;

Pag. 191.

Pag. 189. v. 29 . . . Pag. 192. v. 10.

p. 154<sup>19</sup>. 'meis demeritis minime præcedentibus'. Sed ipse Reuchlinus in tristi ad Tungarum epistola scripserat „Peperiphrones mihi nullis meis demeritis præcedentibus . . . struunt (calumnias).“ Defens. Pep. p. 117<sup>1</sup>.

4 *XII animas*] Immo XIII. Ipse Pepericornus (sive Ortvinus potius: nam in Germanica *Beschyrmung* ep. dedicatoria ad Leonem PP. X. non est) in Defens. p. 84<sup>34</sup>.<sup>44</sup>. 'nam qui' ait, animas quatuordecim ex tenebris cæcorum ad veritatis lumen traduxi, nullam commerui Christianorum contumeliam'.

6 *in silva Boh.*] Quod Murnerus Pepericornum latrocinantem duodecim animas in cælum misisse suspicatur, mirum est non maximam magistri Stephani iram excitare: immo, placida responsio homuncionis fatuitatem cum ignavia non infeliciter certare demonstrat. — Ceterum silvam Bohemicam etiam tum latrociniis famosam fuisse, notatu dignum est.

9 *pie præ. est*] p. 272<sup>3</sup>. pie credendum est de Ioh. Pf.

11 *vadit ad eccl. etc.*] Quod sæpius de se testatur Pepericornus.

13 *quod sic*] i. e. erit, ja.

15 *dimisit me*] *hat mich losgelassen*, non amplius mecum altercatus est.

16 *riserunt*] Scriptor hoc adsentiendi laudandique causa factum esse non dubitat. *audacter*] cf. ad v. 6. adnot.

19 *Dat. Trev.*] Datum in Treviris 29<sup>16</sup>.

## EPISTOLA 4. IOHANNES PILEATORIS ORTVINO.

21 'Iohannes Pileatoris *oder Huter*, Northus. Ord. Serv. Mar.' inter theol. doctores Erfurtenses legitur ap. Motschmann Erford. liter. cont. I. *Fortsetz.* p. 25. num. 113. (ad a. 1514?) Infra 16. eiusdem Pileatoris item Romæ scripta epistola legitur.

24 *evang.*] Matth. vii. 2. Marc. iv. 24.

26 *q. magn. imp. h.*] maxime tua interesse. *Importantia, importance, importanza.*

28 *virī . . . zelosi*] Ita sæpius, et rectissime, quamvis alio quam theologistæ volebant, sensu appellant Hochstratum.

30 *hab. deum præ oc.*] 'Solum deum præ oculis habentes' igneam sententiam Colonienses dixerunt d. 10. Febr. a. 1514. cf. Def. Pep. p. 139<sup>6</sup>.

32 scribere est in ed. princ. (n. 4.), quem operarum errorem in inferiore margine adnotare neglexi.

33 'guttam scribere' anceps videtur.

*indulgere*] non retribuere, veniam dare, ea tamen condicione, ut.

Pag. 192.

7 *frascaria*] cf. ad 25<sup>5</sup>.

*theol. . . apost.*] cf. ad 4<sup>14</sup>. 253<sup>20</sup>. Latius de hac theologistica superbia scripsit Huttenus ad Crotum. Hutt. Opp. I. p. 182.

10 *dom. . . Reuchlin.*] Geræandri epistolam quam ex Illustr. viror. epp. ad Reuchl. Hagenæ 1519. 4<sup>o</sup>. p. Biii repeto, non a. 1517., ut in editione adiectum est, sed ante Romanam sententiam d. 2. Iul. a. 1516. latam scriptam esse opinor. est enim hæc:

Paulus Geræander Ioanni Reuchlin S. D.

Et ego habere me vellem, ornatissime mi Capnion, et nescio an unquam magis Homeri illam Minervam simulatam Mentoris, cui dicerem '*Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἔω, πῶς τ' ἄρ' προσκτῦξομαι αὐτόν*;' Adeo mihi non placeo, cum ad tuam præstantiam scribo, nec, id certe mirum. Quid enim Capnioni literarum omnium parenti Paulus offerre dignum oculis, adeo ne auribus quidem, homo literis

Pag. 192.

tinctus potest? Sed malo in hanc partem peccare, ut || ne sim omnino ingratus iuxta illud lyrici senis *καφὸς ἀνὴρ πρὸς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει*. cum alias illud ipsum gravissimum simul et sanctissimum nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Franciscus Poggius Florentinus nuper ad summum pontificem oravit 'Pater Sancte, Ego sumam mihi parteis Reuchlin, et volo stare loco ipsius. legi suas lucubrationes omnes omnes quas habere potui. homini fit iniuria'. Cui Pontifex post multa respondit 'Noli curare, Poggi, non feremus ut quicquam mali patiatur hic vir'. Reverendissimus dominus Cardinalis noster favit laudibus tuis. interrogavit me sæpius de omni vita tua, an præter literas etiam alia ageres, et quid in redditibus? an liberos haberes, et quid frater, quid consanguineus Philippus [Melanchthon] tuus ille, ille mei amantissimus, et postremo quantum ego amarem te. Respondi Mon sor Reverendissimo *Ἰσὼν ἐμῇ κεφαλῇ*. Maior pars votorum omnium est pro te, et credo non quatuor esse pro adversario. Videtur demum mihi maxime ex re tua, si iam denuo literas ad Reverend. Cardinalem dominum meum dares cum primum vacaret. Habuit nuper literas ab Erasmo Roterodamo, quem summopere laudat. posset prodesse si commonefaceres illum. Expectantur ab omnibus tua Pythagorica. Romæ. Anno M.D.XVII.

- 11 *est poeta etc.*] Leonis PP. X. bonarum litterarum artiumque amor prædicatoribus summopere invisus fuit, et iam supra 19<sup>27</sup>. aperte dictum est Papam non esse bonum Christianum, et p. 17<sup>19</sup>. non esse theologum et beatum Thomam contra gentiles non intelligere.
- 12 *Sanctissimitas*] i. e. sanctitas. Bis tantum, h. l. et p. 139<sup>11</sup>. hoc monstrum in his epistolis legitur.
- 13 *non dabit*] iam datam esse (d. 2. Iul. a. 1516.) huius epist. auctor fortasse sciverat.
14. 15. Hi duo versus in prioribus editionibus ac si non 'metrificasset' Pileatoris, expressi sunt.

## EPISTOLA 5. IOHANNES DE WERDEA ORTVINO.

- 18 *Iohannes de Werdea*] Huius nominis plures ad memoriam nostram venerunt. sed is cui epistolæ huius auctor monumentum erigere voluit, procul dubio est ille iur. utr. doctor Obermayr de Werdea [*Werdau* circuli Zviccaviensis], qui secretarius et a. 1486. Lips. univ. rector fuerat. cf. Ind. biogr. art. Werdea.
- 21 *causa male stat*] Hæc quoque epistola ante d. 2. Iul. a. 1516. aut scripta est aut scripta fingitur.
- 22 *inhibit. apost.*] cf. Consp. chronol. p. 135. Ian. a. 1515.
- 24 *modic. fidei*] Cf. e. gr. Matth. VIII. 26. XIII. 31. XVI. 8.
- 26 *timax*] cf. infra 277<sup>13</sup>.
- 28 *longis cultris*] *Schwertern*, ensibus.  
*armum s. d.*] Singularem ap. Latinos non legi satis notum est; sed neque ea de causa hic error commissus est, quod veteres non nulli grammatici 'arma' ab 'armo', i. e. humero, deduxerunt, sed quod scriptor Germanicum *Waffe* oder *Wehr* suo modo latinizare voluit. 'Defendiculum, munitio'. Ducange.
- 31 *magnum cor*] *große courage*. p. 207<sup>26</sup> bonum cor. poterat etiam scribere 'multum cor' *viel Herz*.
- 35 *Papa perm. etc.*] Etiam ante sentent. d. d. 2. Iul. a. 1516. secundum Acta iudicior. p. ult. „Et Oculare speculum tunc denuo iusserat [Prioratis prædecessor] Romæ imprimi tanquam non scandalosum, sed magis ædificativum.“

Pag. 193.

Pag. 192. v. 11 . . . Pag. 194. v. 2.

4 *ex evang.*] scil. Matth. xvi. 19.

6 ix. q. iiii. c. *Cuncta*] Can. 17. Causa IV. qu. 3. [non n. ut in adnot. est.] „Gelasius PP. omnibus episcopis. Cuncta per mundum novit ecclesia, quod ss. Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio . . .“ Similiter seq. can. ab iisdem verbis exordiens.

7 *glosa in cap. Ad ap.*] omissum est ‘in VI<sup>o</sup>.’ Cap. Ad apostolicæ est c. 2. in VI<sup>o</sup>. de sent. et re iud. n. 14. („Innocentius IV., sacro præsentē concilio, ad mem. semp.“) cuius summa est ‘Papa imperatorem deponere potest ex causis legitimis’, et ad quod glossa: „Decretalis hæc potest dividi in quattuor principales partes. In prima præmittit dissensionem, quæ erat inter ecclesiam et Fridericum imperatorem . . . In tertia quæ incipit ibi ‘Nos itaque’ ipsum deponit ab imperio, fideles absolvit, faventes excommunicat, dat licentiam electoribus eligendi successorem . . . Et nota primo quod in superscriptione dicitur ‘sacro præsentē concilio’, potius est ad honestatem quam ad necessitatem, et sine sententia vel licentia concilii sententia papæ sufficeret contra imperatorem et quemcunque alium. xv. q. vi. alius. ibi non dicitur, quod in concilio facta fuerit depositio . . .“

8 ii. q. vi. *De cetero*] Can. (De cetero) 109. Ca. i. qu. 1. huc non pertinet, et nullus canon Ca. ii. qu. 6. incipit De cetero. Ipse auctor epistolæ voluisse videtur. in superiore glossa citat. can. 3. Ca. xv. qu. 6. „Alius item Rom. Pontifex, Zacharias . . . regem Francorum . . . a regno deposuit, et Pipinum, Caroli M. imp. patrem, in eius locum substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis absolvit . . .“

10 *gl. sup. c. xi. etc.*] i. e. gl. ad c. 11. (Ab arbitris qui secundum formam iuris etc.) in VI<sup>o</sup>. De officio et potestate iudicis delegati i. 14., ad quod Io. Andreæ Summa est „Ab arbitris iuris appellatur ad papam“. et glossa ad v. iuris „Ubi sunt iura videbis infra . . . ad ipsum ius, a quo potestatem habent, oportet appellari, et sic ad papam, qui est lex animata in terris.“

11 *quod*] operar. err. pro quid

13 auditor Rotæ = iudex in curia Romana, quod tribunal ex xii insignioribus prælatis compositum est.

16 *fantasæ*] i. e. qui nihil nisi fantasias (cf. 8<sup>12</sup>.) curant, fere ut ‘fantastici’ 17<sup>26</sup>, non idem quod hodie *Fantasten* dicimus, *Schwärmer*. cf. infra 299<sup>28</sup>.

17 *inhibitione*] cf. Consp. chronol. p. 135. d. 19. Ian. a. 1516.

20 *habuit convivium*] Cf. supra 20<sup>10</sup>. 19<sup>21</sup>.

24 *Cursicum*] Corsicanum sive Corsum. Ital. *Corso*. cf. Hutteni Febris I. §. 2. (Hutt. Opp. III. p. 31<sup>2</sup>.)

26 *sperantiam*] Hoc quoque vocabulum in hoc vol. II. sæpius obvium, quod in vol. I. har. epp. non legitur, mihi indicare videtur Huttenum in Italia scripsisse has epistolas.

*concludere*] finem facere. nostrum *schließen*, *Schluß machen*, pariter etiam claudere, finire et concludere, ratiocinari significat.

28 *Mag. N. etc.*] Adecuate h. l. dignitates distinguuntur, neque Pfefferkorn magister appellatur, ut ille Diltappus p. 44<sup>21</sup> fecit.

Pag. 194.

EPISTOLA 6. CORNELIVS STORATI ORTVINO.

2 Cornelius Storati. ‘Cornelius’ ludicrum mæsti sive tristis nomen fuit. Cf. Disputatio de Cornelio, in edit. Epp. O. V. n<sup>o</sup>. 14. p. 605. sqq. repetita (p. 608.

42\*

Pag. 194.

„... Cum in comico ludo quidam Cornelii nomine Conscientiæ personam sustinisset, isque ex scenis prodiens chorum semper lætum inventum subinde digrediens tristem ac mœrore plenum reliquisset, abiisse has affectuum vices in proverbium, ut quoties quis solito mœstior esset, diceretur Cornelium habere...“). Itaque considerato huius epistolæ argumento, quod præcipue in depingenda horribili Hochstrati condicione consistit (cuius adpectu quis non obstupesceret?), nomen Storati scribendum esse ‘Stordati’ dixerim: „Stordatus, obtusus, obstupefactus...“ Ducange. Diez WB. „Stordire *it.*, *altsp.* estordir, *fr.* étourdir *betäubt werden, betäuben, adj.* stordito, étourdi.... *Das wort . . . ist von torpidus starr, fühllos, woraus mit leichtigkeit extorpidire, extordire geschaffen werden konnten.... wie aus tepidus tiédir (lau werden), so konnte aus torpidus tourdir (starr werden) entstehen.*“ Storati nomen a *stura, steura, steuer* deducere (nam Cornelius prædicatoribus pro Hochstrato etiam tributum imponi vult), ut esset pro ‘Sturantius’, vetat passiva forma.

5 *postulata*] ut hodieque *Begehren*.6 *Curia Rom.*] H. l. primum, ut infra sæpe, quasi hæc ipsa urbs esset. cf. Ind. verb. voc. datum.*articulariter*] Neque hoc verbum, sed Latinum ‘articulatim’ in vol. I. legitur.9 *poetria*] Debebam hunc omnium editionum errorem non retinere, sed reponere quod auctor scripserat ‘patria’.11 *est in m. paup.*] De hac paupertate eiusque causis supra I. 12. et 48. et in proxime superiori ep. dictum est, et dicetur infra ep. 53.12 *non mitt. ei pec.*] cf. p. 295<sup>10</sup>.15 *cum duob. vel trib. eq.*] Supra 19<sup>23</sup>. et infra 269<sup>31</sup> „cum tribus equis“.*hab. pec. in banco*] De ‘banco’ cf. ad 55<sup>15</sup>; de re vide 227<sup>16</sup>, et ad 19<sup>24</sup>.16 *dans prop.*] cf. cit. not. ad 19<sup>21</sup>. Apertius Hochstratum pecunia corrupisse curtisanos Huttenus in sua pro Capnione intercessione significavit (Opp. I. p. 140. v. 79. sq.):

Miscet Hogostratus fas omne nefasque per artem,

Remque adeo gerit hanc largitione palam.

*unus ad alium*] Germanismis hæc epistola egregie scatet.18 *argumentifex*] Vocabulificis nostri novum inventum.20 *iuristam secularem*] Reuchlinus ipse sæpius se doctorem *in weltlichen Rechten* esse crabronum theologisticorum a se repellendorum causa scripserat, e. gr. in exordio defensionis *Ain clare verstentnus* (Ind. scr. p. 77. n. x.) et in ep. ad Tungarum iam se excusat, in scholis theologiam se non didicisse sed leges civiles. Defens. Pep. p. 117<sup>3. 44</sup>.24 *cappam*] cf. ad 54<sup>23</sup>.25 *script.*] Psalm. LXVII. 11.27 *tabesc.*] Psalm. CXVIII. 139.30 *indulgent.*] cf. p. 33<sup>33</sup>.

Pag. 195. EPISTOLA 7. ALBERTVS ACVFICIS ORTVINO.

2 Acuficis. Acufex, *Nadler, Nadelmacher*, ignotum nomen.6 *sigillum vestrum*] Fateor meam in rebus sphragisticis ignorantiam. graculam si Ortvini sigillum habuisset, certe in his epistolis legeremus, quæ tamen, quod mireris, ne graculæ quidam vocabulum habent.10 *sicut scribæ etc.*] cf. infra p. 232<sup>31. 44</sup> et vide Matth. XXVII. 28...42.12 *in conc. duor. imp.*] Privilegia Reuchlino a Friederico III. imp. „in oppido nostro Lyntz d. 24. Oct. a. 1492. concessa et in Claror. virr. epp. [Ind. scr. n.

Pag. 195.

Pag. 194. v. 5 . . . Pag. 195. v. 29.

xv.] pagg. K<sup>b</sup>...K5<sup>a</sup>, et in Ill. virr. ep. [Ind. scr. n. xxxviii.] p. m4<sup>b</sup>...niii<sup>a</sup>. publicata sunt. Iis „Honorabili Iohanni Reuchlin artium et legum doctori [a. 1485., licentiatu a. 1481.] sacri lat. Palatii, aulaeque nostrae et imperialis consistorii comiti“ etiam nobilitas et ius armorum insigniumque tribuitur, quae exacte ibi describuntur — sunt scutum et Ara Capnionis, quibus postea semper usus est Reuchlinus. Maximilianus imp. Reuchlinum ‘Consiliarium nostrum’ appellare solebat, e. gr. in litteris ad Leonem PP. X. d. 24. Oct. a. 1514. scriptis „... causam quandam inter honorabilem, fidelem, nobis dilectum Ioh. Reuchlin . . Consiliarium nostrum, et quosdam Theologiae professores studii Coloniensis . .“. De Reuchlini magistratu in Suevico foedere gesto intellegendum est quod seq. v. dicitur. Et ipse Reuchlinus (Defens. a. 1513. p. Bii<sup>b</sup>) de se ad Maximilianum imp. „non tantum“ ait „sub divo patre tuo causarum patronus militavi quondam tam in senatu quam in consistorio assessor et imperialis palatii comes, verum in maximis rebus etiam tuis gerendis, in regia dignitate consequenda, in corona et unctione suscipienda, inter tuos clarissimos annumeratus sum, et catalogo adscriptus . .“.

13 *probum et fidelem*] Hoc referendum est ad ‘Summarium libri’ quod in ipsa Defensionis suae [Ind. scr. pag. 80. n. xiii.] inscriptione Reuchlinus posuit.

„... ain cristenlicher frummer erber bidermann.“

*iuristria*] Minus fastidiens quam hodie *Juristerei*.

*iuvavit*] Dubium hoc perfectum praeferunt Obscuri iusto ‘iuvit’. Cf. Ind. verb.

16 *multi canes superl. un.*] Hanc proverbii formam et verbum ‘superlatrare *überbellen*’ alibi non legi.

18 *communiter*] plerique fere omnes.

21 *habuit princ. a Io. Pf.*] Quod ipsum quidem neque Antireuchlinistae negabant, sed crimini Reuchlino dabat quod perfide pio zelo ecclesiae pro fidei orthodoxae amplificatione et occasione conversionis gentis hebraeae adversatus esset, ut Arnoldus ad imp. queritur. Ind. scr. p. 78. n. xi.

22 *qui est etc.*] cf. Ind. scr. p. 84. n. xviii. Die 4. Sept. a. 1514.

25 *turri*] carcere publico. Inde ab hoc demum saeculo differre coepit *im Thurm* et *im Gefängniss sitzen*, quod tamen adhuc promiscue in vulgari usu est.

*spiculator*] h. l. aperte est carnifex, ut et Gemma g. ‘Spiculator dicitur qui solet homines occidere vel punire, *pyniger*’, et Io. de Ianua „... spiculari i. iaculari vel spiculo occidere, unde spiculator i. carnifex, qui portat spiculum ad occidendum.“ Verbum et significatio ex eo errore venerunt quod vulgata Marc. vi. 27. *Ex graeco ἀποστellaς σπικουλάτορα* ‘misso spiculatore’ fecerat, nihilque est illa ab Ioa. de Ianua recepta explicatio.

26 *ille alius*] Cuius confessiones Huttenus Germanice publicavit, posteaque Latine editae sunt. cf. cit. n. xviii. Ind. scr. p. 84. sq.

*ipse inst. . . et ipsi inst.*] Ita revera mutuo se instigaverunt Pepericornus et theologistae. Scriptor huius ep. praecipue locum Defensionis Reuchlinianae [Ind. scr. p. 80. n. xiii.] respexit quem in Ind. scr. p. 75. n. viii. i. f. repetii, et ad hunc (Defens. cit. a. 1513. p. E<sup>b</sup>) „... ut ardentius in personam meam inveherentur, per Arnoldum, ut ipse affirmat, eorum mandatarium et collegam, addiderunt cum ementita calumnia turpissimi nebulones haec etiam quae sequuntur convicia“ etc.

29 *cum m. pecunia*] Hoc turpe lucri faciendi consilium neque ipsius Pepericorni, certe non primarium, fuit, cum contra libros Iudaeorum suas artes agitare inciperet, sed multo minus Reuchlini, quem rumorem ex suis moribus alie-

## Pag. 195.

nos metientes adversarii spargere non verebantur, in tota defensione tum librorum iudaicorum tum sui ipsius eius modi sordidum consilium fuisse manifestum est. Sed ipse Reuchlinus (Defens. a. 1513. p. C<sup>b</sup>) scripserat: „... licet contra eos (Colonienses) evidentissima suspicio sit, quod auri quærendi causa spreto magistro quem solis verbis hypocritice præferunt [Christo], hoc vafrementum de libris iudæorum cremandis excogitaverint...“. Et iam antea (Oct. ? a. 1511.) in ep. ad Conr. Kollin (Illustr. virr. epp. pag. p 4<sup>b</sup>) „Pfefferkorn omnibus viribus adhuc conatus, ut et singuli Hebræorum libri præter solum et nudum bibliæ textum concremarentur, vel potius sicut ego ipse somniasse dicerer, incendio ignique tantummodo a Cæsare demandarentur non secuta executione, ut ante scilicet executionem, si mandatum illud auro et argento gravi, ut ipsemet notavit, aliquando revocaretur, particeps fieret auri...“.

- 34 *scrib. . . latino*] Ex ind. scrr. satis constat Latine editos Pepericorni libellos omnes ab aliis ex Germanico translatos esse, et Latinam Defensionem, qui, cum hæc ep. scriberetur, novissimus adversariorum libellus erat, tantum a Germanica *Beschrymung* diversam esse, ut utrumque, et Ortvinum et Pepericornum, auctorem eam habuisse appareat. et hæc quoque ipsa auctoritas, ut recentiori vocabulo utar, physica tantum sive et physica et intellectualis fuit: nam inter dramatis personas, quamvis non in scenam procedentes sermocinentur, etiam Arnoldum et Iacobum et Conradum aliasque reverendissimas dominationes fuisse, non hodie demum cognitum est. Cf. 266<sup>25</sup>.

- 35 *alphabetum*] cf. p. 212<sup>11</sup>. Arnoldus [Ind. scrr. p. 78. n. xi.] posuerat ‘Alphabeta’ n. pl. quod Florilegium [Ind. scrr. p. 111. n. xxxxi.] deridet, et auctor quoque huius epistolæ, si memoravisset, vix non derisisset.

## Pag. 196.

- 1 *igitur*] ea de causa.

- 4 *occularent se cum*] sive ‘occulerent’ sive ‘occultarent’ voluerit scriptor, nihil interest. neutrum hoc ‘se cum’ admittit. cf. p. 266<sup>25</sup>.

- 5 *aliqui*] In ipsa quidem inscriptione (titulo) nonnisi Articuli [Ind. scrr. p. 78. n. xi.] Arnoldi nomen præ se ferunt, sed eidem Arnoldo suum *Handt-Spiegel* dedicavit Pepericornus. cf. Ind. scrr. p. 75. n. viii.

*inventus est falsarius*] „... cum tamen . . . Erratorum suorum (ait Groningus) sylvam trecentis pene in locis illis exhibuerim, quibus innocentem virum hostiliter circumscribere nitebantur . . . , sæpissime interpellati et provocati, ut eos locos diluerent, minime responderunt. eam ob causam eorum traductio tanquam perversissima et calumniis undique scatens a reverendissimis iudicibus ignominiose abiiciebatur...“. Cf. Consp. chronol. p. 185. Ian. a. 1515. Reuchlinus iam in Spec. ocul. (fol. xxxii<sup>a</sup>... xli<sup>b</sup>) obiecerat *mer* [immo, 34 tantum] *dann vier und dreissig onwarhaitten oder lügenen*“, de quibus idem in Defensione sua (a. 1513. p. Eii<sup>b</sup>): „Vide, oro, quibus conatibus, quibus modis, qua industria, quo consilio, immo quo dolo adversus me bellum instituunt, ducem sibi elegerunt exercitus Arnoldum de Tungari...“. Contra hæc Pepericorniana Defensio (p. 128<sup>22</sup>) ‘Arnoldum de Tungari præcipuum amatorem veritatis’ appellat, et ipsa (p. 170. sq.) ‘capitalia quædam mendacia Reuchlini’ summam recenset..

- 9 *Ortvinus*] In huius non honorem Reuchliniana defensio (a. 1513. p. Eiii<sup>a</sup>... Fiii<sup>b</sup>) longum caput habet (cf. supra ad 59<sup>30</sup>), in quo inter alia appellatur



Pag. 196.

Pag. 195. v. 34 ... Pag. 197. v. 10.

„professor Ortvinus Coloniensis versifex, metrifex, immo fex omnis sceleris et perfidiæ“.

- 11 *Vig. Wirt*] cf. Ind. biogr. p. 508. sqq. art. Wirt. pag. 74<sup>9</sup> recte dicitur „caput omnium nequitiarum“.
- 22 *incommodosa*] incommo ditatium plena, multis incommodis difficultatibusque nos afficiens.
- 23 *ivi ... pro caseis*] frater casearius (p. 9<sup>34</sup>.) caseorum colligendorum causa discurreram.
- 25 *det tibi caseos*] Reuchlinum scilicet ei pro meritis prædicatorum aut dura verba aut fortasse eius modi caseum daturum esse significat, qualem reportavit Schlauraffus p. 202. v. 155.

## EPISTOLA 8. MATHEVS FINCK ORTVINO.

- 28 Mattheus Finck. cf. Ind. biogr. p. 370. hunc art. et infra II. ep. 54.
- 31 *copistria*] Hoc nomen a copista sibi finxit auctor, ut iuristria a iurista factum erat, ut infimum scribarum genus sive officium denotaret. Inlegitimum nomen alibi non legitur. videtur autem bona stantia quam habuit Finckus (q. s. v. 6. sq.) in parco minore cancellariæ apostolicæ fuisse.

Pag. 197.

- 1 *productas*] longas.

- 3 *ad ... mense*] zum wenigsten einmal im Monat, certe singulis mensibus semel. *cursores*] addito ‘vel postæ’ explicatur. *Briefboten*.

*posta*] cursus publicus, equis vehentes nuntii, *reitende Boten*. Posta proprie est ipsa statio, equorum mutatio, sed extenditur etiam ad ipsos equis sive veredis insidentes nuntios, ut hodieque dicimus *hier ist eine Post* et *die Post geht ab, kommt an* et similia. Diez WB. ‘Posta it. sp. pg., fr. poste, Post; von positus, wegen der aufgestellten pferde’. Alias significationes vid. ap. Ducange. In Vocabulariis et ap. Diefenb. Glossar. deest.

- 4 *in bellis ... Franciæ*] Ex inferioribus (v. 23. sqq. et 198<sup>2. 99.</sup>) apparet hanc epistolam in primam a. 1516. partem conlocandam Franciæque regem Franciscum I. esse.
- 6 *stantiam*] condicionem, officium, ministerium, *Anstellung* sive, ut vulgo dicitur, *Platz*. cf. ad præc. v. 31. adnot. Infra (p. 201. v. 87.) denotat potissimum domicilium, locum ubi quis habitat. Vocabulum in Glossariis non legi. Cf. ‘quomodo sto’ 198<sup>31</sup>.
- 8 *græcismo*] i. e. Græco, Græcis litteris, Græca grammatica, idque probabiliter duce Græcismo Everardi Bethuniensis. cf. Ind. biogr. p. 360. art. Eberhardus.
- pro parte*] Ita tum solebant disciplinas omnes quasi certis finibus inclusos fundos dividere, et hoc ‘pro parte bonum Græcum esse’ non idem est ac si diceres hodie *er ist auch im Griechischen nicht unbewandert*, sed potius simile nostro *er hat's im Griechischen bis zur Tertia aut Secunda gebracht*.
- 9 *diab. . . deum*] Narratur quandam regiam maiestatem nunc supremissime in deo quiescentem de fide sua dubitantibus respondisse ‘Diabolus auferat me, sum bonus christianus’.
- 10 *Gregorius*] Nescio quis, sed scio hanc dieterii formam recentiore esse, cum ingratitude verbo boni Latini scriptores non usi sint, neque in vulgata biblicorum versione legatur. est quasi in proverbii formam translatio eius quod Cic. ad Att. viii. 4. dicit: „Nihil cognovi ingratius, in quo vitio nihil mali non inest“.

Pag. 197.

12 *pecc. in o. p.*] E converso Antonin. Flor. Summula conf. fol. 58. ed. m. „Ingratitudo reperitur in omni peccato mortali . .“.

15 *pro magna parte*] per longius tempus.

19 *exivit*] ‘de me’, quod ed. princ. (n. 4.) habet, ex ed. 5. per negligentiam ex-  
cidit; igitur adde. *exivit de me, ist von mir abgegangen.*

*petia*] s. pecia s. pecies, *Fetzen, Stück.* Ducange: Pecia vel petia, fragmentum, frustum, membrum, Gall. pièce. Mammoth. Frustum, pars s. pecia . .“. Diez WB. „Pezza, pezzo it., sp. pieza, pg. peça, pr. peza, pessa, fr. pièce, alb. pjese. *Die allgemeinste bed. ist fetzen, lappen, stück zeug, daher auch stück land, sogar stück zeit. Seit etwa dem 8. jh. kennt man es in der latinisierten form petium, petia stück land . . . . kymr. peth stück . . ? . . gr. πίφα Fuß, saum, rand . . ? . .*“. Diefenb. Gloss. „Peci-es, -a *hd. nd. stücke* . .“.

21 *causat*] efficit, creat, *verursacht.* „Notum est a Scholasticis usurpari verbum *Causare* pro efficere“. Ducange h. v., ubi alias verbi significationes exposuit.

*scio iterum b. c.*] *ich kann wieder gut essen*, cibi fastidium abactum est, stomachus meus cibum appetere coepit.

22 *si maneo sanus*] Quæ spes bonum Finckum fefellisse videtur: p. 271. legimus eius epitaphium.

23 *Sanct. est . . . Florent.*] p. 209<sup>20</sup>. Cum Gallorum rex Franciscus I. m. Sept. a. 1515. Marinianensem victoriam tulisset Maximilianusque Sfortia Mediolano Cremonaque cessisset, Leo PP. X. cum Francisco pacem iniit, Viterbii, d. 13. Oct. a. 1515., deque conventu Bononiæ habendo statutum est. Itaque Pontifex octo cardinalibus aliisque principibus multis ac tota curia Romana comitatus patriam Florentiam d. 30. Nov. a. 1515. summa pompa exceptus introiit. Bononiam ingressus est d. 8. Dec., biduo post Gallorum rex; ‘triduum (Guicciardinii verba sunt) in iisdem ædibus maximis benevolentiae signis mutuo declaratis fuerunt, quo tempore, præter quam quod verbis atque promissis iam ictum fœdus confirmarunt, multa de regno Neapolitano simul egerunt . . . Pontifex Florentiæ Bononia profectus circiter mensem unum est moratus . . Rex Mediolanum reversus’. Die demum 28. Febr. a. 1516. e patria Romam petiturus discessit Pontifex. Cf. Ughelli in Ciaconii Vit. Pontiff. tom. III. (Rom. 1677. fol.) coll. 320. sq. Guicciardini hist. Ital. lib. XII. post med. Cf. Hutteni epigramm. 65. 66. Opp. III. p. 231. sq.

24 *non poss. . . neg.*] Curia aberat. cf. proxime superiorem not.

26 *sunt etc.*] Cf. c. 1. X. de maledicis v. 26. et „Quia cunctos ipse [papa] iudicaturus a nemine est iudicandus . .“ can. 6. Dist. XL.

27 *iura*] Proprie hoc significat locos iuris imperialis sive Romani, sed h. l. promiscuo est locos iuris sive Romani sive pontificii.

*vado . . . Sap.*] *ich gehe in die Sapienz.* Hoc studium urbis sive archigymnasium Romanum, hodieque *Sapienza* dictum, anno 1303. Bonifacio PP. VIII. conditum, anno 1431. ab Eugenio PP. IIII. restitutum, in iuris studiis promovendis nunquam excelluit. Cf. *Savigny Gesch. des R. R. i. MA.* ed. 2. III. § 119.

28 *in uno . . . alio*] Poterat etiam pro more sociorum suorum dicere ‘et pro parte iam sum bonus legista et pro parte bonus canonista’.

29 *oculi dol. Sanct.*] De Sanctissimo ab oculis dolente vid. Hutt. Opp. V. p. 169. not. 7. Myops fuit Leo X.

*ambulare per aerem*] liberiori aeri se exponere, *in die freie Luft gehen, im Freien spazieren* (quod constat Leonem facere consuevisse).

Pag. 197.

Pag. 197. v. 12 . . . Pag. 198. v. 6.

30 *Rex . . . patriam*] Eodem fere tempore, quo Romam Leo X. (cf. ad v. 23.), dimisso ex magna parte exercitu in Galliam reversus est Franciscus. Sed cum Finckus scribat:

*vult portare magis populum etc.*] adducturus maiorem exercitum, *und will mehr Volk heranzuführen*, aperte ver a. 1516. indicat, quo Maximilianus imp. cum suis 15,000 auxiliariis Helvetiis, 5000 equitibus Germanis et 10,000 Germanicis Hispanicisque equitibus Alpes transcendit, Gallos expulsurus, quod male successisse imperatori constat, ut neque tam 'magna guerra' facta sit, quam Finckus ne foret timuerat. cf. infra p. 209<sup>2</sup>.<sup>299</sup>.

32 *auxiliare*] Activo scriptorem usum esse puto non ut obsoleto verbo uteretur, sed ut male Latine scriberet.

33 *da pac.*] Ecclesiastici L. 25. „det . . . fieri pacem in diebus nostris . . .“

34 *non est . . . curtisanis*] Germanicis clericis Romæ beneficia aucupaturis aut apud curiam pro iustitia gratiam empturis — nam huius modi Curtisanos vult h. l. Finckus — non solum in itinere Romano ab exercitibus Mediolanenses Lombardicasque et ipsas pontificias regiones aut infestantibus aut defendentibus timendum est, sed et in ipsa urbe et curia piæ venationes et causarum fidei profectus impediuntur.

35 *vacantia*] beneficium ecclesiasticum vacans, denuo alicui conferendum, præbenda vacua, *Vacanz, erledigtes Amt etc.*

36 beneficium curatum est quocum cura animarum coniuncta est, sine qua beneficium simplex, non curatum est. cf. titt. De præbendis et dignitatibus.

*de iure patr.*] i. e. sive a patrono sive a superioribus ecclesiasticis conferendum sit. cf. titt. De iure patronatus.

37 *nunc*] corrige ex ed. princ. 'pro nunc'. altera huius partis editio (5.) omis. *pro. habeo bon. exper.*] bene didici artes opportunitatesque obrependi.

Pag. 198.

1 *sollicitare vobis*] i. e. pro vobis. Eius modi sollicitatorum quasi propria ars et ordo fuit, eorumque operæ mercede conducebantur.

3 *collegit . . . articulos*] præter eos de quibus iam diu, et in Tungrensis Articulis [Ind. sscr. p. 78. n. xi.] ut hæreticus criminatus erat Hochstratus, quique prioribus certe non iustiores reperti sunt, quod derisoriis verbis 'et sunt . . . sicut alii' epistolæ auctor significat. Ceterum æstate a. 1516. summo certamine ab utraque parte laboratum esse, ipse Groningus Reuchlini amicus et defensor Hutteno scripsit. cf. Consp. chronol. p. 141. d. 29. [corrige 31.] Dec. a. 1516.

5 *est Florentie*] cf. supra ad 197<sup>23</sup>. et infra p. 209<sup>20</sup>-269. v. 16. sqq.

*corta*] corta, cortis [a cohors, chors, cors], *Hof*, non id. quod Curia. Ut nostrum *Hof*, varias significationes habet. cf. Ducange voc. Cortis. Diez WB. „Corte *it. sp. pg., pr. cort, fr. cour, wal. curte hof; . . . Ableitungen, die sich der rom. bedeutung 'fürstlicher hof' anschließen, sind z. b. it. cortese, sp. cortes, fr. courtois, gleichsam cortensis; hieraus sp. cortesano, fr. courtisan, it. cortigiano, höfling, schon im früheren mlat. Cortisanus (wie it. Parmigiano aus Parmensis); vb. it. corteggiare, sp. cortejar, pr. cortejar u. cortezar, fr. courti-ser den hof machen; subst. it. corteggio gefolge, daher fr. cortège“.*

*non debetis dubitare*] Contra Groningus ad v. 3. cit., qui 'certam Reuchlino promittit victoriam'.

6 *similiter*] vicissim.

## EPISTOLA 9. PHILIPPVS SCHLAURAFF ORTVINO.

- 9 Schlauraff sive Schlaraff, Schluraff, Sluraff, ex subst. *flur* = *faules Geschöpf* (cf. Müller et Zarncke mhd. WB. II. 2. p. 416., unde et hodie vulgare adiect. et adv. *schlurig* deses, neglegens, piger, segnis) et *Affe*. Adelung WB. d. hochd. Mundart III. col. 1507. „Der Schlaraffe . . eine Person, welche ihr Leben in einem hohen Grade des trägen Müßigganges zubringet, welche sich einer wolüstigen und üppigen Muße widmet . . . Pistorius ‘ein sehr schläfriger Mensch’, Göbler ‘ein müßiger Mensch in einer Stadt’. Daher Schlaraffenland, ein erdichtetes Land . . ., welcher Ausdruck durch Brands Narrenschiff [1494.] und Mori Utopiam [1516.] vorzüglich gangbar gemacht worden. Hans Sachs schrieb schon 1530. ein Gedicht ‘Schlauraffenland, welches . . . endiget: „Zur Straff der Tugend zugericht, | Die gewönlich faul ist und gefressig, | Unge-schicht, heilöß und nachleßig u. s. f. “. Die letzte Hälfte dieses . . Wortes ist nach Frisch . . . ‘Affe’ (wie in Maulaffe, Zieraffe u. s. f.) Die erste Hälfte ‘Schlar’, ehemdem ‘Schlaur’ . . von dem niedersächs. ‘sluren’ . . “. Cf. Schmeller WB. III. p. 456. Sebastiani Branti Navis stultif. c. 110. non solum inscriptioni huius epistolæ, sed etiam egregio carmini rithmicali exemplo fuisse mihi videtur; igitur ex Zarnckii ed. p. 104. transcribo illius initium:

*Das schluraffen schiff.*

- |  |   |
|--|---|
| <p>Nit meyn, vns narren syn alleyn<br/>Wir hant noch brüder groß, vnd kleyn<br/>In allen landen über al<br/>On end, ist vnser narren zal<br/>5 Wir faren vmb durch alle landt<br/>Von Narbon jnn Schluraffen landt<br/>Dar nach went wir gen Mont/lascun<br/>Vnd jnn das landt gen Narragun<br/>All port durch süchen wir, vnd gestad<br/>10 Wir faren vmb mit grossem schad<br/>Vnd künnent doch nit treffen wol<br/>Den staden do man lenden sol<br/>Vnser vmbfaren ist on end</p> | <p>Denn keyner weiß, wo er zû lend<br/>15 Vnd hant doch keyn rûw tag, vnd naht<br/>Vff wißheyt vnser keyner acht<br/>Dar zû hant wir noch vil gespanen<br/>Trabanten vil, vnd Curtisanen<br/>Die vnserm hoff stâts ziehen noch<br/>20 Kumen jnns schiff zûm letzten doch<br/>Vnd faren mit vns vff gewynn<br/>On sorg, vernunft, nißheyt, vnd synn<br/>Dûnt wir für wor eyn sörglich fart<br/>Dañ keyner sorgt, lûgt, merckt vñ wart<br/>25 Vff Tablemaryn [tabula marina] vnd den<br/>compaßß u. s. w.</p> |
|--|---|

De auctore huius epistolæ, quem Huttenum fuisse et hac ipsa et comparatione cum ultima Querelarum elegia (Hutt. Opp. III. p. 64...81.), maxime autem aperto Cochläi testimonio (Hutt. Opp. I. p. 126. v. 10...15.) satis probari censeo, h. l. nihil adnotarem, nisi ex infelici coniectura Förstemanni, Philippo Melanchthoni Schlauraffianum carmen adiudicantis, periculum ingrueret, ne hic error, quo se decipi iam passi sunt Eichstadius, Bretschneiderus, C. Schmidtus et fortasse alii, latius latiusque serpat. Förstemannum, ut in illam opinionem incideret, seduxerant et quod litteris *M. Philippus Sch* nomen *M. Philippus Schwarzerd* indicari putaret, et quod de ipso Melanchthone ipsiusque amico Angstio versus 91 et 124 carminis ludant. Quæ argumenta, quamvis infirmissima, cum præsertim prænomena fictorum auctorum vel licentius quam ipsa cognomina mutata esse magna pars inscriptionum doceat (ut e. gr. I. 1. ‘Thomas’ pro ‘Ludovicus’ et alia multa, de quibus in adnotatione ad singulas inscriptiones passim diximus), moverunt tamen Eichstadium (Programma Ienens. æst. a. 1832. „de poesi culinaria“ III.) ut Förstemanni opinationi accederet novisque verbis, non argumen-

Pag. 198.

Pag. 198. v. 9.

tis, exornaret, carmenque Schlauraffianum, quod antea (Progr. Ien. æst. a. 1831. „de poesi culin.“ I.) tanquam Huttenianum repetierat, tanquam Melanchthonianum biographicis adnotationibus satis levibus instrueret. Mala herba cito crescit: successit Bretschneiderus (Corpus Reformatorum, tom. X. Halis 1842. p. 470...479.), qui totum carmen cum Eichstadianis notis textui subiectis ‘a Melanthonis scriptis abesse noluit, falso id anno 1515. tribuens. „Quamquam (ait) hæc Förstemanni sagax opinatio, quam Eichstadius valde probabilem habet [ita ut exclamaverit „quod me pudet non prius animadvertisse“], non eiusmodi nititur argumentis, quæ omnem dubitationem removeant, tamen ego quoque eam probare non hæsito. Primum quidem hærebam in eo, quod hoc carmen notitiam hominum doctorum in tota Germania prodit, qualem in iuvene xvii annorum, qui Melanthon illo tempore erat [d. 16. Febr. a. 1516. Melanchthon undevicensimum annum ingressus erat], esse vix credideris. Sed quum Camerarius in vita Melanchth. (p. 7. ed. Strob.) de Melanthonē puero tradiderit, illum solitum esse ‘et circuire et vestigare advenas scholasticos, qui tum peregrinari consueverant’: dubitandum non est, quin Philippus advenas etiam de doctoribus suis interrogaverit. Accedit quod . . . scimus, Melanthonem illo tempore aliis quoque libris, qui ex Anselmi officina prodierunt [falsum autem est „prodiisse a. 1515. ex off. Anselm. librum notissimum Epp. O. V.“], aliquid sua manu addidisse. Quod postea Melanthon se auctorem huius carminis non confessus est, non officit opinioni Förstemanni. . . . Hæ ‘sunt apinæ tricaque et si quid vilius istis’, neque eas memorassem, nisi iis deceptus etiam C. Schmidtus (*Melanchthon. Elberf.* 1861. 8°. p. 21.) probabilissime a Melanchthone compositum esse carmen Schlauraffianum repetiisset, aliorumque commentum hoc novo confirmare studuisset, quod Eobanus Reuchlino d. 6. Ian. a. 1515. (Hutt. Opp. I. p. 454.) scripserat „spero enim, et Huttenum et Buschium et Crotum et Spalatium et tuos conterraneos. Philomusum et Melanchthonem et prætereā multos mecum futuros huius victoriæ buccinatores“. In his Eobani verbis catalogum eorum cognoscere, qui epistolas O. V. composuerunt, exque iis colligere, potissimum huius eximie epistolarum O. V. particulæ, carminis Schlauraffiani, non Huttenum, non Buschium, non Crotum aliumve ex iis, quos Hesus sibi pugnæ victoriæque socios fore cupit, sed Philippum Melanchthonem auctorem esse, id fateor emunctiores quam mei sunt nares requirere, ut mihi quoque mirum videtur hoc fabrilē de carmine iudicium „*der Hauptwitz liegt eben in dem schlechten Latein*“. Secundum meum obtusum intellectum (ut cum Antonio N. loquar) Huttenus ut priores maximamque sequentium epistolarum partem, ita scripsit et carmen et totam epistolam, quam recentiores illi critici plane neglexerunt; Melanchthon ne quidem scribere potuit: ab huius ingenio totaque eius vitæ Tubingæ Wittenbergæque actæ condicione alienissimum est præcipue hoc dictamen; nullius autem ex omnibus O. V. Epp. auctor fuit Melanchthon. Unum Cochläi supra advocatum testimonium, vel si alia indicia deficerent, ad omnes istas argutias profigandas probandumque, Huttenum, non Melanchthonem, huius epistolæ carminisque auctorem fuisse sufficeret: scripsit enim „Ioannes Cochläus ad Bilibaldum Pirkheimerum, ex Bononia 9. die Septembris anno domini 1516. ‘Mitto ad te . . . Marcum [Hutt. Opp. III. p. 295...300.] Hutteni nostri, qui hoc vespere nobiscum cœnavit, aliquot nobis novas recitans epistolas multo cum risu, ex quibus una per totam fere Germaniam vagata est, tuique facit

Pag. 198.

*mentionem, quod contra usuram scripseris, quam magister noster disputavit Bononiæ* [cf. versus 39...47. carminis]. negat tamen se libelli illius auctorem in hæc verba 'nullo modo, est deusmet' . . .

- 11 *sesquipedalem*] ut ap. Horat. art. poet. vv. 96. sq. „pauper et exul . . Proicit am-  
pullas et sesquipedalia verba“. Et ut hoc addam : sæpius in veteribus (Cro-  
ticis) quam in his novis (Huttenicis) epistolis O. V. legimus nugatorias sa-  
lutes, quas pondere numero mensura constare dixerim.
- 14 *Datum in Col.*] Hæc Ortvini epistolæ extrema pars poeticalis scitum exor-  
dium rhythmicaliter respondentis epistolæ Schlauraffi facit : ille cum bonis  
sociis in hilaritate laute Colonie luxuriatur, hic ab sæcularibus et hæreti-  
calibus poetis tribulationibus et vexationibus adflictus per totam Almaniam  
superiorem circumagitur, sed redit tandem Coloniam et ad Coloniensem læ-  
titiā; uterque 'propter honorem universitatis'. Etiam forma utriusque  
poetriæ, brevis Ortvinianæ, amplæ Schlauraffianæ, similis est, 'non atten-  
dens quantitates et pedes'.
- 15 *gravitate*] *Ernst, Würde*, magisteria dignitate.
- 16 *Et sic consideravi*] Ex quo intellexi, collegi.  
*vinificatus*] Hoc vel auctori temerius fictum visum est, unde explicationem  
adicit 'id est vino repletus'; nos *weinselig*.
- 20 *habens mandatum*] Interioris prædicatorum missionis agentem hodie Schlaur-  
affum appellarent.
- 21 *a poetis . . . hinc inde*] 'Sed pete Germanos ex ordine quemque poetas' etc.  
Hutt. Querel. II. 10, 9. sqq.
- 22 *iterum*] vicissim.
- 24 *non attendens etc.*] non observans etc., spretis metricis legibus, neglectis quan-  
titatibus et pedibus. cf. p. 229<sup>7</sup>. 44.
- 25 *sonat melius etc.*] cf. p. 188. v. 5.  
*illam poetriam*] eam artem metricam, quam isti poetæ exercent, quantitatum  
et pedum observatione impeditam.
- 26 *Bruneck*] Puto Brugas, *Brügge, Bruges*, velle. cf. 'sum ex Flandria' v. 102.
- 30 (1) *Ens*] h. l. non Thomistice, sed vulgari sensu 'creatura'.
- v. 2. *deus deorum*] Is est Iupiter. Hoc non minus hæreticum est quam Ortvini  
'Iovis alma parens'.
- v. 3. *tribulat*] cf. Psalm. cv. 42.

Pag. 199.

- 6...8 *in Saxonia etc.*] Wittenbergæ. Cf. Ind. biogr. p. 469. sqq. art. Sibutus, et supra  
p. 7<sup>12</sup>, infra epist. 51. et Hutt. Querel. II. 10, 61. sq.
- 9 *Facha*] Balthasar Fabricius Vachanus. cf. Ind. biogr. p. 369. art. Facha, et Hutt.  
Querel. II. 10, 57. sq.
- 11 *Engentinus*] Engelbrecht Engensis. cf. Ind. biogr. p. 361. art. Engentinus.
- 13 *cogitavi bon. rem*] e re me facturum esse mihi visum est. cf. infra v. 83.
- 14 *Buschius mortific. unum carm.*] *einen* (i. e. me) *zu Tod gepeinigt hat*, acerbis-  
sime confecit. cf. Ind. biogr. p. 330. sqq. art. Buschius. Non exacte temporum  
rationem habet scriptor: Buschius longe ante quam Reuchliniana causa ex-  
orta est, Rostochium reliquerat (cf. *Krabbe Die Univ. Rostock*. 1854. 8°. p.  
259. sqq.), et eundem pugnacem Buschium infra v. 176. Colonie, ubi annis  
1515. et 1516. habitabat, Schlauraffo instantias facientem deprehendimus, et  
p. 257<sup>16</sup> 'Buschius non est amplius Colonie'. Sed magna huius carminis pars  
periculis, quæ ipse Huttenus olim in itineribus suis obierat, colorem inducit.

Pag. 199.

Pag. 198. v. 11 . . . Pag. 199. v. 34.

16 *Gripswaldiam*] Hic versus in memoriam revocat Gryphiswaldense Hutteni infortunium, quod Querelis componendis occasionem dedit.

17 *quam . . . nox*] Schlauraffus e Rostochio per Gryphiswaldiam Francofurtum apud Oderam petit; Huttenus olim e Francofurto Gryphiswaldiam venerat, quam Rostochium iturus exeunte anno 1509. reliquit.

19 *Trebellius*] Hutteni præceptor. cf. Ind. biogr. p. 485. h. art. et Hutt. Querel. II. 10, 31. sq.

21 *duo Osthennii*] Iohannes et Alexander de Osthenn, eiusdem Trebellii discipuli Huttenique amici, quibus Artem versificatoriam adscripsit. cf. Ind. biogr. p. 431. art. Osthennii, et Hutt. Querel. II. 10, 35. sq.

22 *cognominibus*] *Nicknamen, Spottnamen.*

*in civibus*] inter cives, *bei den Bürgern.* hodie studiosi dicunt *bei den Philistern.*

23 *Copulat*] discipulus inferioris classis, quæ in Copulatis Petri Hispani discendis hæret. cf. ad 17<sup>23</sup>. Coloniensis copulatista p. 244<sup>11</sup>.

24 *ambul. in Austriam*] Vindobonam præfectus sum.

25 *Collimitius*] Georgius *Tannstetter von Rain* (cf. Ind. biogr. p. 482. h. art.) anno 1512. rector universitatis Vindobonensis fuit, cum Huttenus per Moraviam Vindobonam venerat, unde paullo post Italiam petiit.

*veniat ei s. Anton.*] i. e. corripiatur igni sancti Antonii, i. e. erysipelate. Sancto Antonio ignis et porci sacri sunt. De hoc sancto Henr. Stephanus (*Apologie pour Herod. a la Haye.* 1735. 8°. p. 256. sq.) hæc: „Il est vray qu'il-y-a des saints plus coleres et plus dangereux les uns que les autres: entre lesquels S. Antoine est le principal, à cause qu'il brule tout pour le moindre despit qu'on face ou à luy ou à ses mignons. Car si quelque iniure est faicte à ses mignons, soyent hommes, soyent pourceaux, (car il entretient les deux) ils prient incontinent leur S. Antoine en venir faire la vengeance, et alors le diable y est. Quant aux pourceaux, il est vray qu'ils ne disent mot, mais ils n'en pensent pas moins: d'autant que ce saint ne les laisse pas demeurer si bestes qu'ils sont de leur naturel. Or peut-on bien dire de ce saint et de quelques autres des plus coleres et des plus dangereux, ce qu'un poete Latin a dict generalement de tous les dieux, Primus in orbe deos fecit timor. Car comme la bonne femme, apres avoir donné vne chandele à saint Michel, en donnoit aussi vne au diable qui estoit avec luy: à saint Michel, a-fin qu'il luy fist du bien, au diable, afin qu'il ne luy fist point de mal: ainsi ne faut-il douter que saint Antoine et autres semblables saints n'ayent esté adorez autant et plus pour crainte de mal qu'ils pouvoient faire, que pour esperance de quelque bien . . .“.

26 *inimicator*] inimicus, adversarius. Vocabularii præter Carpentierium vocabulum non habent.

28 *fecisset*] Puto 'fuisset' legendum esse, nam vult Schlauraffus: *wäre Heckm. nicht gewesen*, nisi Heckm. prohibuisset. Hic Schlauraffum a carceris periculo contra rectorem universitatis liberat Heckmannus; supra epist. I. 14. idem Huttenum incarceravisset, 'si non habuisset notos in civitate'. cf. p. 237<sup>22</sup>. et Ind. biogr. p. 388. sq. art. Heckmannus.

29...31 *Vadian . . . defensione*] Cf. Ind. biogr. p. 494. art. Vadianus, et Peperic. Defens. p. 157. ed. n.

34 *rector bursæ lili*] Nomen viri nescio. Secundum Eder. (Catalog. rector. Vienn. 1559. 4°. p. 31.) „Anno 1456. rectore [Vindobonensi] Thoma de Wuldersdorff

## Pag. 199.

erigitur Academia Grypswaldensis in Pomerania, Fundatur hic [Vindobonæ] Bursa Liliorum a Burckhardo Krebs Decretorum Licentiatō et Canonico Pataviensi<sup>44</sup>. Vide etiam Ind. biogr. p. 329. de Vindobonensibus bursis.

cum vi] captum, invitum.

- 35 *Cuspinianus*] *Iohann Spießhammer*. cf. Ind. biogr. p. 355. sq. art. Cuspinianus. Epistola ad Cuspinianum, de qua Peperic. Defens. p. 157<sup>10</sup>. queritur, anno 1512. sine diei indicatione scripta est. cf. Consp. chronol. p. 123. Vide etiam 279<sup>12</sup>.

- 38 *Philomusus*] *Iacob Locher*. cf. Ind. biogr. p. 435. sq. art. Philomusus. *contra theol. metrif.*] Vid. annot. ad Hutt. Opp. III. p. 79. v. 227.

- 40 *Pirckheymer*] Cf. Ind. biogr. p. 442. sq. h. art. et supra ad 198<sup>9</sup>.

- 41 *fec. . . instant.*] facere instantiam sive instantias = difficultates, impedimenta, moras obstruere. instantia = *anstoss*, *widerwärtigkeit*, *hemmniss*. Etiam iudiciorum 'instantiæ' impediunt, quo minus causæ, lites, ad celeriores exitum perveniant. cf. 220<sup>1</sup>. 222<sup>24</sup>.

- 43 *coniur. . . pro Capn.*] Sane hic Bilibaldus nescio quis in causa Reuchlini defendenda theologisticque conficiendis acerrimus maximeque adsiduus scriptor et adiutor fuit. cf. Peperic. Defens. p. 156<sup>20</sup>.

## Pag. 200.

- 45 *librum Scr. de usura*] i. e. Plutarchi commentarium *περὶ τοῦ μὴ δεῖν δαπέζεσθαι*, quem Latinum fecit Pirckheimerus. Exemplum quod h. l. memoratur, alterum eorum esse puto, quæ Hirsch. Millenar. III. n. 50. et I. n. 50. Panzerusque (Ann. typ. VII. 455, 100. et 456, 114.) indicant: 1) Plutarchus de vitanda usura, ex græco in latinum traductus. (Dicavit Bilib. Pirckheymer Bernardo Adelmanno Canonico Eystettensi.) Impressum Norimbergæ per Fridericum Peypus pridie kal. Iul. 1513. 4°. 2) Plutarchus de vit. us. ex gr. in lat. trad. Interprete Bil. Pirckh. Impr. Norimb. per Frid. Peypus. a. 1515. [Panz. falso 1513.] die xxvi. mens. Ianuarii. 4°. Ipse autem Pirckheimerus in Ecc. dedol. (Hutt. Opp. IV. p. 522.) Eckium hæc dicentem inducit: „Usuram ego defendebam, quam ille [Cochlæus] patrono olim suo [i. e. ipsi Pirckheimero] patrocinans oppugnabat. Insuper quum Bononiæ fœneraticios contractus publice licitos esse demonstrassem, . . ille tamen cum ea de re ad amicos scriberet, doctrinam et linguam et gestus et materiam ipsam sugillabat, cum Ioannes Fabri . . . maxime laudasset“. Cf. adnot. ad p. 198<sup>9</sup>.

- 46 *quam admittit theologia*] i. e. Eckiana et Magistrorum Nostrorum theologia: nam multum et acriter etiam postea et theologos et iuris consultos inter se dimicasse constat, antequam usura admitteretur.

- 47 *Bononiæ est disput.*] Cf. cit. loc. Eccii dedol. et ibid. §§ 67. sq. (Hutt. Opp. IV. p. 530.) Etiam Vindobonæ Ingolstadiique Eckius, a Fuggeris conductus, ut ferebatur, publicis disputationibus fœneraticios contractus defendit.

- 49 *Crocus*] Cf. Ind. biogr. p. 352. h. art.

- 50 *per viam*] per Lipsiæ plateas forte euntem.

- 52 *quia ego non sum*] Ut hodieque dicunt pro 'Non is sum quem tu putas me esse'.

- 53 *pro theol. est proditor C.*] i. e. theologi eum emisierunt, ut proderet Capnionem.

- 54 *pultronus*] Cf. ad 41<sup>14</sup>.

- 55 *iuraver. invic.*] iure iurando præstito sese obligaverunt.

*accipere ei lectionem*] Puto esse 'lectionibus ei interdicare', *die venia docendi ihm zu entziehen*. Ad lecturam aliquam conducto professori, si lectiones



Pag. 200.

Pag. 199. v. 35 . . . Pag. 201. v. 89.

non satis assidue diligenterque habebat, stipendium (*Gehalt*, non *Honorar*) denegabatur. Crocus lecturam Græcarum litterarum habebat.

57 *Mosellanus*] Petrus Schade, vico *Bruttig* ad dextram Mosellæ ripam sito oriundus. cf. Ind. biogr. p. 422. art. Mosellanus.

59 *licentiatuſ*] *verabschiedet*, non peramice dimissus, abactus. cf. ad 31<sup>10</sup>.

*intentionatus*] *Intentionare* h. l. est consilium capere, decernere, apud se constituere. Alias (ut ap. Ducange h. v.) est = litem sive intentionem vel controversiam alicui movere.

60 *Aperbachius*] non, ut Eichstadius et ex eo Bretschneider adnotarunt, „Gottschalcus Aperbachius, mathematicus Erford. tum temporis [immo, longe post] celeberrimus“, sed, qui tum temporis inter Erfordiensenses humanistas celeberrimus fuit, Petreius Aperbachius (*Eberbach*). cf. infra p. 257<sup>18</sup>. 278<sup>29</sup>. et vide Ind. biogr. p. 301. sq. art. Aperbachius.

61 *Eobanus Hessus*] Cf. Ind. biogr. p. 390. sqq. art. Hessus, et Hutteni Querel. II. 10, 81. sqq.

62 *querere*] alios instigare, excitare, impellere.

66 *Crotus Rubianus*] Verus huius satiræ generis inventor, *Joh. Jäger*. Cf. Ind. biogr. p. 353. sqq. art. Crotus, et Hutteni Querel. II. 10, 77. sqq.

69 *Buchoniam*] A qua sua patria Huttenus antiquissimo suo quod nobis superest carmini nomen Phagigenæ (*Buchenerzeugter*) inscripsit. cf. Hutt. Opp. III. p. 5. et Querel. II. 10, 97. sqq. Ab Erfurto Coloniam via per Buchoniam, versus occidentem, ducit, sed per Gotham, ubi

70 *Mutianus* habitat, quem timens Schlauraffus orientem versus per Campaniam in Misaniam redire præfert. De Mutiano cf. Ind. biogr. p. 426. sqq. h. art. et Hutteni Querel. II. 10, 89. sq.

73...75 Aesticampianus, cum Schlauraffus ambularet per Almaniam, iam Fribergæ docuisse videtur (ann. 1515. sqq.), cum Spalatinus eius vicinus dicatur, qui eo tempore canonicus Altenburgensis factus erat. cf. Ind. biogr. artt. Aesticampianus et Spalatinus, et Hutteni Querel. II. 10, 60. 67. sq.

77...80 *nemus*] *Erzgebirge*. Sturnus, i. e. *Joh. Staar*, Annæbergæ tum docuit. cf. Ind. biogr. p. 481. art. Sturnus, et Hutteni Querel. II. 10, 47. sq.

81 *Huttenus* se non nimis minacem depingit, cum virgas tantum, non gladium ensemye minetur. sed, ut alii fecerant, Schlauraffum tanquam beanum propellit.

Pag. 201.

83 *cogit. m. salutare*] prospexi salutem meam, ut v. 13. ‘cogitavi bonam rem’.

85 *Beutinger*] Sæpius Pentinger. cf. Ind. biogr. p. 433. h. art. Antiscotista fuit Peutingerus. cf. Ind. biogr. p. 319. art. Brulifer.

86 *me perm.*] mihi p., *mich zulaſſen, mir erlauben*.

87, 88 *præterivi*] non ingressus sum, quia ibi domicilium habuit Capnio, tum Suevici fœderis iudex, a quo immanissima mihi metuenda fuissent. cf. Camerar. ad v. 91. transcr. Vid. etiam Hutteni Querel. II. 10, 231. sqq.

89 *Tubingæ* sedebant non solum multi socii, Reuchlinistæ, qui versib. 94. sq. nominantur, et Lempus et alii quos nunc non recenseo, sed ibi quoque erat inde ab a. 1511. Thomæ Anselmi Badensis officina typographica, ex qua tot exitiales in theologistarum gregem libelli emissi sunt. Etiam Camerar. in vita Melanchth. Lips. 1556. 8°. p. 13. de Tubinga cum Melanchthon ibi moraretur ‘erant Tubingæ tunc’ ait ‘et theologi ut illis temporibus eximii. erant Icti, quorum nunc etiam nomina illustria et opera laudabilia in ore

Pag. 201.

et manibus sunt eorum, qui hæc studia tractant. Humaniorum autem studiorum et philos. professores eos semper habuisse Tubingam constat, quorum eruditionem et scientiam totam Germaniam excoluisse scimus“.

- 91 *vilissimus*] Melanchthonem puto vilissimum (*unansehnlichsten, unachtbarsten*) dici propter iuventutem recensque artium magisterium quod d. 25. Ian. a. 1514. adeptus fuerat, ita ut inter præceptores novissimus esset. Sed possis etiam ‘vilissimus’ interpretari *der verwerflichste, elendigste, schmödeste*, maxime si respicias ad id quod Camerarius l. c. p. 18. rettulit: „Capnioni igitur tum rebus et dubiis et valde difficilibus ac molestis assidue et fideliter præsto fuit Philippus Melanchthon describendo potissimum ea quibus defensio causæ continebatur, et quæ ad iudicium mittenda erant, et quicquid omnino ad Capnionis innocentiam declarandam et conservandam salutem dignitatemque (quæ petebatur utraque) pertineret, omnibus modis adiuvando. neque Philippus ad Capnionem modo Stuggardiam, ubi hic habitabat, crebro accedere, sed Capnio quoque ipse sæpe venire Tubingam ad Philippum et cum eo . . . confabulari.“ Vide quoque infra p. 279<sup>2</sup>. — Vilis *snode, schönöd, lilich, ellenczdich, licht gescheczt, wolffel ding, unachtbar*.“ Diefenb. Glossar. h. v.
- 93 *ad s. Iacobum*] Compostellanum (*San Jago di Compostella*). quæ sacra peregrinatio inter efficacissimas est.
- 94 *Bebelius . . . Brassicanus*] cf. Ind. biogr. hh. artt. Si Stofflerum quoque nominaret Schlauraffus, putarem Camerarium ad hoc carmen respexisse, cum post verba ad v. 89. transcripta sic pergeret: „ex quibus tunc, cum eo [Tubingam] Philippus venit, viventes et operam navantes docendo Iohannem Stofelerum et Franciscum Stadianum, quem et coluit et dilexit Philippus inprimis, et Henricum Bebelium, quem mortuum versibus epitaphiis Græcis Philippus ornavit, et Iohannem Brassicanum [*Kohlburger*] nominasse in præsentia satis habuimus“. Bebelium celebrat etiam Hutt. Querel. II. 10, 229. sqq.
- 95 *Vereander*] cf. Ind. biogr. p. 494. h. art. Alias scribitur Gereander sive Geræander, ut *G* et *V* commutari solent. Futilis est Bretschneideri adnot. „Vereander, *Wahrmann?* sed Förstem. coniicit esse Gereandrum . . .“. Germanice nomen esse *Altmann* videtur, quod hodieque frequenter occurrit. *Wahrmann* vix ipse Celtis aut huius aliquis discipulus ex Latino et Græco vocabulo composuisset, et si tamen fecisset, non *Vere* -aut *Veræ* -sed *Veriander* scripsisset.
- 97 *quidam . . . Franciscus*] Hunc Stadianum esse, Melanchthonis amicum præceptorem (cf. Camerar. ad v. 94. repet.), demonstratum est Ind. biogr. p. 478. art. Stadianus.
- 98 *cavisatione*] h. l. non significat, ut Eichstadius omnia iuris vocabula permiscens adnotavit, „cautionem, ubi aliquis prædis loco pro aliquo sponsonem facit“, sed prudens consilium, providum Schlauraffo instantis periculi indicium. cf. ad 24<sup>17</sup>.
- portavit me*] curavit ut effugerem, *hat mich herausgebracht*.
- 99 *ab . . . venire*] *von dem Poetenpack loszukommen*, evadere ab istis poetis.
- 100 *patriu*] non solum *Vaterland, Vaterstadt*, sed etiam generaliter *Land, Landschaft, Gebiet*, provinciam sive regionem, et hoc loco civitatem, *eine Stadt*, significat. Cf. supra ad p. 66<sup>23</sup>.
- Argentinam*] iam sæculo quarto exeunte eam civitatem appellare cœperunt,

Pag. 201.

Pag. 201. v. 91 ... Pag. 202. v. 135.

quæ antea Argentoratum (sive Argentoratus) nominabatur et paucis sæculis post Strateburgi sive Stratisburgi nomen accepit. Argentinae et Argentorati nomine librarii sæc. xvi. promiscue utuntur, illo tamen sæpius quam hoc. Cf. adnot. meam ad Notit. dignitt. Occid. p. 595\* sqq.

101 *in media via*] i. e. civitatis, *mitten auf der Straße*.

*rebaldria*] idem quod *ribaldria*. cf. ad 37<sup>23</sup>.

102 *Gerbellius*] cf. Ind. biogr. p. 378. sq. art. Gerbelius.

103 *confudit me in populo*] publice mihi pudorem iniecit, me opprobrio dedit, refutavit. cf. ad 7<sup>22</sup>.

104 *Brant*] cf. Ind. biogr. p. 316. sq. h. art. et adn. ad p. 198<sup>9</sup>. et Hutt. Querel. II. 10, 219. sqq.

106 *in Narragoniam*] 'Ad Narragoniam' ipsi iconi Navis stultiferae exemplis præmissæ inscriptum est.

107 *Schurerius*] Matthias. cf. Ind. biogr. p. 465. h. art.

109 *Schlauraffenlandt*] cf. supra ad 198<sup>9</sup>.

*vast voll*] *fast wol, gar gut*, perbene.

111 *Wimphelingum*] cf. Ind. biogr. p. 503. sqq. h. art. et Hutt. Querel. II. 10, 207. sqq. *pellicium imping.*] *einen schmierigen Pelzrock*. cf. ad 70<sup>5</sup>. *Wimphelingum* parvo contentum angustas domos incolere laudat etiam Huttenus Querel. I. c.

113 *Spigel*] cf. Ind. biogr. p. 476. sq. art. Spiegel.

*daubengigel*] cf. ad 36<sup>23</sup>.

115 *Kirherus*] Iohannes, Schletstadiensis. cf. Ind. biogr. p. 403. h. art.

116 *discerem græcas litteras*] quas theologistæ abhorrebant. cf. ad 204<sup>4</sup>.

117 *Sapidus*] Ioh. Witz, clarissimus scholæ Schletstadiensis, quæ sub eo usque ad 900 scholares habebat, rector. Cf. Ind. biogr. p. 464. art. Sapidus.

118 *dans mihi disciplinam*] procul dubio cum baculo.

119 *Storckius*] Ioannes. item Schletstadiensis. cf. Ind. biogr. p. 479. sq. h. art.

*volvamus . . de gradib.*] 'Volvere, *weltzen . . wentzelen . . wentzeln, . . weltern, winden, spolen, trollen, . . überbürtslen*'. Diefenb. Glossar. h. v. Moguntia demum Schlauraffus re vera de gradibus detrusus est. v. 167.

120 *Phrygio*] Paul Seidensticker, item Schletstadiensis. cf. Ind. biogr. p. 437. h. art.

*parcatis sacerdotio*] Magister est Schlauraffus. p. 198<sup>9</sup>.

Pag. 202.

121 *Beatus Rhenanus*] Cf. Ind. biogr. p. 455. sq. art. Rhenanus.

124 *Haganaw*] Hagenoa, *Hagenau*, nunc *Haguenau* (*dépt du Bas-Rhin*), tum librariis celebris.

*do . . . blau*] cf. *braun und blau schlagen, bläuen, durchbläuen*.

125 *Angst*] Is tum in Anshelmi officina Hagenoensi correctoris recognitorisque munere fungebatur. Cf. Ind. biogr. p. 301. art. Angst.

127 *Setzerius*] Ioannes, Lauchensis. Cf. Ind. biogr. p. 466. sq. art. Setzer.

129 *quod non habui spiritum*] ut exanimarer, spiritus intercluderetur, *daß mir der Athem ausging, versagte*.

133 *ibi multi nobiles*] Vix ineptiorem locum nomina Eitelwolff de Stein († a. 1515. m. Mai.?), Francisci de Sickingen et Hartmuthi Kronenbergii, omnium non Friburgensium, invenire potuerunt, quam Eichstadius eis in adnotatione ad hunc versum dedit.

135 *Zasius*] Ulricus. Cf. Ind. biogr. p. 511. sq. h. art. et supra ad 12<sup>23</sup>.

## Pag. 202.

- 136 *Scotista*] i. e. nominalista sive modernus, sectæ doctoris subtilis. cf. Ind. biogr. p. 466. art. Scotus. De differentia inter Scotistas et Thomistas vid. *Prantl. Gesch. der Log.* III. p. 233.
- 137 *doctor sanctus*] Thomas Aquinas, Dominicanorum coryphæus. cf. Ind. biogr. p. 483. sq. art. Thomas Aq. — Perperam Eichstadius adnotavit: „Albertum Magnum intelligit“. cf. p. 235<sup>2</sup>. 260.
- 138 *fecit me risibilem*] derisit me, ludibrio me habuit, *machte mich lächerlich*.
- 139 *Amorbach*] Bonifacius Am., Zasii discipulus familiarissimusque amicus. Cf. Ind. biogr. p. 300. h. art.
- 140 *brietschen*] *Grimm WB.* „Britsche, f. auch brütsche, pritsche, nnl. pritse, dän. brix. ein mit bret und briten *zshäng. wort wenn man nicht vorzieht eine nachahmung des schalls anzunehmen*. Frisch I. 140. Schmeller I. 272. . . . 2) crepitaculum, ein leichtes, gespaltenes bret zum schlagen, *schlegel, holzhummer. der Hanswurst führt eine solche britsche und schlägt damit*; einem die britsche geben, *schläge*; britsche schlagen. . . . ‘die brütschen schlag’. Brant Narrenschiff c. 37. i. f.
- 142 *quendam qui Erasmus dic.*] ‘mihi dixit tunc de uno, qui erat dictus Erasmus Roterodamus, mihi prius incognitus’ p. 63<sup>10</sup>.
- honoratus*] ‘universitas nostra, quæ facit magnam reverentiam Erasmo inclinata est pro Reuchlin’ p. 248<sup>6</sup>.
- 145 *Si estis magister nostrand.*] cf. supra p. 64. i. f. 65. init. et ad 3<sup>30</sup>. 4<sup>20</sup>.
- 147 *domo Frobenii*] in qua Erasmus habitabat. cf. Ind. biogr. p. 373. art. Frobenius, Ioannes.
148. sqq. *Glarianus etc.*] Henricus Loritus Glareanus, „homo terribilis et iracundiosus, semper volens percutere, quapropter sibi habeat diabolium“ p. 248<sup>12</sup>. cf. Ind. biogr. p. 379. sq. art. Glareanus.
- 150 *lauream*] poeticam Glareano Maximilianus imp. a. 1512. dederat. cf. cit. art.
- 152 *Theobaldo*] Fettich. cf. infra p. 207<sup>20</sup>. 399. et Ind. biogr. p. 370. art. Fettich.
- 155 *caseus*] ‘Colaphis tuber est totum caput’ Syrus in Terent. Adelph. II. 2, 37.
- 158 *Barth. decimator*] cf. Ind. biogr. p. 512. art. Zehender.

## Pag. 203.

- 162 *Carbachius*] non solum discipulis exposuit, sed etiam edidit cum Hutteno Livium. cf. Ind. biogr. p. 338. art. Carbach.
- 163 *Huttichium*] Ioannem, Moguntinum, theologistic præcipue infensum. cf. Ind. biogr. p. 398. art. Huttich.
- 165 *feci un. bombum*] cf. ad 51<sup>32</sup>. Germanice *einen F... ließ*. Supra ipsum scamnum bombisare culpatur, et infra (p. 207<sup>3</sup>) eadem uni in isto hospitio i. e. Schlauraffo facta iniuria narratur.
- dedit mihi pugn.*] i. e. pugnum sive colaphum duxit, pugno me contudit, pugnum mihi impegit, *gab mir einen Faustschlag, gab mir eins mit der Faust*.
- 166 *Weydmann*] cf. Ind. biogr. p. 502. h. art. Manifestissimam quidem, sed parum doctam ac magistralem explicationem Schlauraffus indignabundus respuit, sed eius modi blanditiis adsuetus statim sedato animo fert, cum novus adulator manifestarius eum adeat.
- wie sal ich das vorstan*] Hodie: *soll das Tusch sein?*
- 167 *Königsteyn*] cf. Ind. biogr. p. 408. h. art. Bretschneider adnotat „Eichstadius scribendum esse censit [sic] Königsteinius, ‘ut postremæ dimidiati hemistichii syllabæ similiter cadant’,“ immo, ‘ut postrema . . syllaba . . cadat’.
- 169 *in navi*] Coloniam versus vehenti.

Pag. 203.

Pag. 202. v. 136 . . . Pag. 204. v. 12.

- 170 *Murner*] Is illo tempore regiones Rhenanas fere pererrabat, modo Francofurti ac Moguntiae, modo Argentorati ac Basileae, modo Treviris atque Coloniae deversatus. cf. Ind. biogr. p. 423. sqq. art. *Murner*.
- 173 *holtzbock*] machina serratoria. hodieque vocabulum contumeliosum. usitatus sed diversae significationis est *steifer Bock*.
- 176 *Buschius*] cf. Ind. biogr. p. 330. sqq. h. art. et ad p. 199. v. 14.
- 177 *Cæsarius*] cf. Ind. biogr. p. 333. sq. et supra p. 49<sup>25</sup>., infra 257<sup>15</sup>.<sup>sq.</sup> *Cæsarius* et *Buschius* (qui 'non amplius est Coloniae') simul nominantur; item p. 258<sup>9</sup>.<sup>sq.</sup>, ubi uterque Coloniae Ortvinio nocet.
- legit ibi Plinius*] et postea etiam edidit indeclinabilem historiae naturalis scriptorem. cf. locc. citt. et cit. art. *Cæsarius*.
- 179 *vixi in letitiis*] cf. supra ad 198<sup>14</sup>.
- 180 *graf v. Neuen Ar*] cf. Ind. biogr. p. 428. art. *Neuenar*.
181. sq. *Pepericornus . . nobilibus*] *Peperic*. Defens. p. 162<sup>27</sup>: „nec quispiam nobilitate excusandus videtur . .“.
- 184 *solvere pro sua obscur.*] poenam dare siveolvere, quod Obscurorum virorum epistolas ediderunt.
- 185 *propter honorem universitatis*] cf. supra ad 198<sup>14</sup>.

## EPISTOLA 10. BARTHOLOMÆVS KVCKVK ORTVINO.

- 2 Bartholomæus Kuckuk. hæc nomina fortasse electa sunt, ut Germanica *Dummbart* et (*dummer*) *Gauch* referrent. — Romæ æstate anno 1516. scribere fingitur Bartholomæus. In multis hæc epistola cum inferiore 49. convenit.
- 4 *Sal. . . a parte ante*] ut Germanice *Gruß zuvor*.
- 7 *nond. exiv. sent. diff.*] Ante mensem Iulium a. 1516. hoc scribi fingitur, et tamen paullo post *Pepericorni* defensionem nuper se vidiisse dicit scriptor, cuius initium facit epistola data 'Coloniae Anno xvi. in Iulio' p. 84<sup>30</sup>. Cf. Consp. chronol. p. 139.
- 8 *Gronigen*] scriptum fuerit Gronigen. cf. Ind. biogr. p. 385. art. *Groningen*.
- 9 *doctor Senensis*] i. e. Senæ promotus.
- Pag. 204.
- 1 *latinisare*] p. 263<sup>28</sup>. 'transferre'. De re cf. cit. art. et Consp. chronol. a. 1515. init. p. 135.
- 4 *græc. non est de . . . script.*] cf. 75<sup>16</sup>.<sup>sqq.</sup> 241<sup>15</sup>.<sup>sqq.</sup> 298<sup>29</sup>. Imprimis 'Magister Ortvinus non curat illas græcas fantasias'. p. 256<sup>9</sup>.
- 5 *non scit . . . sententiarum*] cf. ad 9<sup>21</sup>.
- 6 *syllogismum in . . . Celarent*] cf. supra ad p. 17<sup>1</sup>.
- 8 *tibisavi eum*] cf. supra ad p. 22<sup>23</sup>.
- 9 *arguo quod etc.*] Ad exemplum Cornuti (cf. ad 17<sup>32</sup>.) hic syllogismus asininus dicendus est. Cf. hoc Petri Hispani sophisma (ap. *Prantl Gesch. d. Log.* III. p. 59.): Omne animal fuit in arca Noe, sed Cæsar fuit animal [*ein thierisches Geschöpf, ein lebendiges Wesen*], ergo Cæsar fuit in arca Noe. Quod est falsum, ergo aliqua præmissarum est falsa; non minor; ergo maior. . . species animalis non fuit per se in arca Noe, sed tantum individuum, . . . unde dico quod propositio est falsa. . .“
- 12 *librum*] sine dubio eum quem Ind. scrr. p. 87. n. xx. descripsimus, continentem Reuchlini ad Questenbergium epistolam, scriptam Stutgardiae prid. Id. Sextiles. MDXV., cuius partem vol. VI. p. 179. sq. exhibuimus.

Pag. 204.

- 12 *Questenberg*] Reuchlini vetus amicus et eius apud Curiam agendæ causæ fidus defensor. Cf. Ind. biogr. p. 446. sq. art. Questenberg, et infra ad 230<sup>13</sup>.
- 16 *vos introm. in neg.*] te immiscere negotio, rebus, *euch in eine (theologische) Angelegenheit einlassen*.
- 17 *in facult. vestra*] Questenbergius iuris consultus est.  
*suaderem . . . quod dimitteretis*] *ich möcht' Euch rathen, es bleiben zu lassen*, suaderem ne alienis negotiis te immisceas.
- 18 *al. pot. ven. ad damm.*] *sonst könnt Ihr zu Schaden kommen*, res tibi damno vertetur, male tibi consules.
- 19 *non volunt . . . fidei*] Sæpe repetita Hochstrati cantilena. supra (p. 75<sup>20. 299.</sup>) ne in theologo quidem Erasmo ferre vult Hochstratus, quod 'se non faciat conformem nobis theologia'.
- 23 *Meyer*] qui tum cum Hochstrato in Campofloræ spatium ire solebat. p. 75<sup>34</sup>. *hospitium*] ad Campanam in Campofloræ (p. 77<sup>6</sup>), ubi hodieque 'Teutonici' devertere solent.
- pro comedere*] *zum Essen*, ad prandium, ad prandendum.
- 25 *non intell. f. s.*] nondum idoneus est ad perficiendum negotium, cui sese immiscet, quod in se suscipit. — Sus Minervam!
- 27 *studens Colon.*] Quod aliunde, si bene memini, non notum est. cf. cit. art. Questenberg.
- 29 *declar. periurum*] Similiter p. 207<sup>21. 299.</sup> Statuta antiqua univ. generalis studii Colon. de a. 1392. art. 44. „... statuimus, quod Rector pro tempore existens nullum intitulet seu inscribat in matricula sive registro universitatis, nisi ille. Intitulandus prius præstet iuramentum ad hoc institutum . . .“ art. 48. „statuimus . . . quod Rector et decani nri facultatum neminem ad deliberandum in congregatione universitatis aut alicuius facultatis, seu ad audiendum earum secreta admittant, nisi sit intitulatus vel saltem præstet iuramentum Intitulandorum, et cum hoc iuret, quod fideliter ad bonum et honorem universitatis deliberet . . .“ Statuta reformata facultatis artium Ubior. de a. 1522. cap. 30. De iuramentis magistrorum novellorum . . . Item statuimus ut Doctores artium . . . iurent . . . primo quod honorem universitatis et facultatis artium laudem illustriores reddant ad quemcunque statum devenerint . . .“.
- 31 *cum R. . . univ.*] Scilicet ubique simulant theologistæ, totam universitatem Coloniensem contra Reuchlinum conclusisse, cum tamen soli theologi fecissent. cf. ad 4<sup>1</sup>. 13<sup>3</sup>.
- 33 *Defens.*] Ind. scrr. p. 89. n. XXI. 2. cf. ad 203<sup>7</sup>. et infra ad 230<sup>21</sup>.
- 35 *propositiones*] Ut Arnoldi Articuli sive propositiones. Ind. scrr. p. 78. n. XI.
- 36 *Amen.*] 'Si quis vult hoc epistolium meliorare, textum autem mittere integrum manere' (ut Tolletanus habet p. 79<sup>26</sup>), bene potest addere „Datum Romæ [sive Romanæ Curie] a. 1516.“

Pag. 205. EPISTOLA 11. IODOCVS SARTORIS ORTVINO.

- 2 Iodocus Sartoris. Incertus. cf. Ind. biogr. p. 405. sq. art. Langschneider i. f.
- 6 *trib. m. m.*] Psalm. LVI. 4. „Misit deus misericordiam suam“.
- 7 *Psalm.*] vi. 10.
- 11 *scriptura*] Genes. III. 19.
- 17 *librum*] Prenotamenta. Ind. scrr. p. 81. n. XIII.

Pag. 205.

Pag. 204. v. 12 . . . Pag. 206. v. 14.

- 22 *librum* . . . *Arnoldi*] Articuli et propositiones. Ind. scr. n. xi. supra p. 78.
- 24 *commentum*] Sartor ipsa Ortviini Prenotamenta (v. 17.) non legerat; itaque de ea eorum parte, quæ in ipsa libelli inscriptione sic indicatur „Heretici ex eodem libello articuli ut Christiani omnes male eum scripsisse luce clarius diiudicent“, ac si singularis libellus ab Ortvino nondum editus esset, verba facit.
28. sqq. *Albertistæ etc.*] Sectatores Alberti magni, qui Thomæ Aquinatis, doctoris sancti, præceptor fuit. hunc præcipue prædicatores sive Dominicani sequuntur, unde generaliter etiam Thomistæ audiunt. cf. Ind. biogr. artt. Albertus M. et Thomas Aq.
- 30 *concordant in aliquib.*] præcipue in partitione scientiarum et quod uterque logicam non nisi instrumentum ad alias scientias cognoscendas esse statuebat. Etiam quod ad controversiam de universalibus attinet, Thomas præceptoris vestigia fere sequitur. Cf. *Prantl Gesch. der Logik* III. p. 108. sqq.
- doctor s. est prof.*] Hoc verum est iudicium, ut verum est iudicium Prantli (l. c. III. p. 89.) „*Albertus M. war ein unklarer Kopf und nicht befähigt, irgend eine grundsätzliche Auffassung hinauszudenken, soweit dieselbe reicht*“. Sed idem de Thoma sic (p. 107): „*Durch Albert läßt sich Thomas v. Aq. leiten und bestimmen, und es wäre ein großer Irrthum, denselben für einen selbstständigen Denker zu halten. Er ist von 2 Auctoritäten zugleich gefeßelt, von der christlich-dogmatischen und von der (durch Alberts Belesenheit übermittelten) aristotelischen.*“ Infra (p. 260.) disputatur utrum sanctus Thomas an sanctus Dominicus sanctior sit.
- 31 *ex spec. insp.*] ipse Gratius ‘a supernali gratia’ nomen habet. 59<sup>1</sup>. 281<sup>4</sup>.
- 34 *iuristam*] Is fuit, puto, Martinus Gröning, de qua rixa proxime superior epistola rettulit.
- 35 *poeticare*] pro ‘poetizare, poetisare’, *tichten*. Vocab. incip. teuton. ante lat. Pag. 206.
- 1 *arte metr. Bebelii*] ‘Arte condendorum carminum Bebelii’. cf. Ind. biogr. p. 306. sq. art. Bebel.
- 3 *astripotenti*] ‘astripotens, sternmechtiger’ Vocab. theut. ap. Diefenb. Glossar. ‘astripotenti’ Sartori nostro melius sonare visum esse videtur, quam ‘astripotentis’.
- 7 *clarificatus*] ‘Clarificare, lutern, clarenaken’. Diefenb. Gloss. clarificatus nec desuper illuminatus: *erhell, noch von oben erleuchtet*.
- 9 *tuum . . . rogat.*] recita filio tuo nostras preces.
- 10 *facultati suæ*] i. e. theologicæ Coloniensi.
- 11 *elegiacum et scanditur etc.*] utrumque secundum ipsius Sartoris artem metricandi: primo metro Boethii de consol. philos. (in quem librum etiam Thomas Aquinas ‘commentum’ scripsit: cf. Ind. biogr. art. Boeth.) in vett. editt. inscriptum est „Metrum primum heroicum elegiacum“. incipit sic:  
 Carmina qui quondam studio florente peregi,  
 Flebilis, heu, mæstos cogor inire modos.  
 Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camenæ  
 Et veris elegi fletibus ora rigant.“
- 12 *non dixit . . . misisse*] i. e. nisi nuntius, quod nunc demum audio, abitum properaret, statim abiturus esset, mitterem tibi —, si nuntii festinationem morari liceret, transcriberem tibi et alia non nulla —
- 14 *cogitate*] noli oblivisci, *denkt dran, daß Ihr*.

Pag. 206.

14 *tale commentum*] de quo supra, v. 24.

15 *practicatum*] cf. ad 10<sup>35</sup>. h. l. est = artificialiter (ad mortificandum hæreticum accommodate) compositum.

16 *Valete r. etc.*] i. e. Vale. Datum etc. Sic adiectis adverbis etiam Huttenus in seriis epistolis tum uti solebat. 'Faustin *abenteuerlich, seliglich, todlich*'. cf. Diefenb. Gloss.

*zelose*] cf. ad 45<sup>31</sup>.

*Olmuntz*] Ubi Huttenus quondam 'pannosus et naufragio squalens' hospitalissime receptus est. cf. Hutt. Opp. I. p. 23. Olomucensis prædicatorum conventus provinciæ Bohemiæ adscribebatur.

## EPISTOLA 12. WILHELMVS LAMP ORTVINO.

18 Lampus duplex magister, primum 'theologiæ' sive κατ' ἐξοχήν Magister, tum 'artium', ut ipsa epistolæ inscriptio expressit. Nomen Lampus non inmerito gerit: est enim leporini animi: *Lampe der Hase*. Eiusdem Lampi est epistola II. 35., item 'datum Romanæ Curiae'. Huius epistolæ eundem atque Schlauraffianæ (II. 9.) auctorem esse, Huttenum, utriusque inter se comparatio aperte docet.

27 *ad Mogunt. etc.*] In describendo itinere Romano non a Colonia, unde egressus fingitur Lampus, sed a Moguntia incipit, et statim de Reuchlinistis sociis in hospitio coronæ convenire solitis, quos ex Schlauraffiano carmine (p. 203. vv. 160. sqq.) novimus, quosque infra (p. 272. sq. cf. p. 207<sup>27. 399.</sup>) iterum offendimus, refert. Ipse Huttenus cum autumno anni 1515. Italicum iter susciperet, ex Steckelberga Moguntiam venerat, unde incipit narrationem.

32 *qui nihil hab. agere*] *die nichts zu thun haben*. Ovid. met. iv. 414. sq. "... lucemque perosæ Nocte volant, seroque trahunt a vespere nomen".

34 *alligavi*] idem quod 'allegavi'. Cf. Diefenb. Glossar. artt. Aliare, Allegare, Alligare.

*Flores legum*] libellum ordine alphabetico 'auctoritates iuris civilis cum allegationibus' continentem. cf. Ind. biogr. p. 371. art. Flores legum.

Pag. 207.

3 *nuper ... scamno*] Ut relatum est ab ipso percusso Schlauraffo p. 203. v. 164.

5 *qui vad. ... ad mensam*] *Tischabonnenten, σύνδειπνοι*, compransores.

6 *spados*] cf. ad 72<sup>13</sup>.

*Comes*] Quamvis hic comes satis distincte, ut videtur, describatur, tamen quis fuerit, adhuc non inveni. Apud Ioannis rer. Moguntiacar. III. p. 820. 825. 827. memorantur Eberhardus de Königstein (cf. Ind. biogr. p. 403. h. art.), Wilhelmus comes de Henneberg, Ioachimus comes de Oetingen, inter quos fortasse noster gigas est.

7 *accipit*] *nimmt, faßt*, comprehendit.

9 *sicut gigas*] i. e. habet. tantæ longitudinis quantæ gigantum, Lampo et nobis ex fabulis bene notorum, gladii esse solent.

12 *assessores ... cameræ*] Iudicium cameræ imperialis d. 7. Aug. a. 1495. conditum, non Francofurti, ut ab initio constitutum fuerat, sed usque ad annum 1527. maxime in locis, ubi cum aula imperator residebat, habebatur, Wormatiæ (a. 1516.), Spiræ, Norimbergæ, Ratisbonæ, Esslingæ etc.; inde ab illo anno usque ad a. 1688. Spiræ (lege anno 1530. lata) habuit, quo anno, cum Galli Spiram destruxissent, incerta denuo facta est iudicii sedes, usque dum



Pag. 207.

Pag. 206. v. 14 . . . Pag. 208. v. 15.

anno 1698. Wetzlariam translatum est, ubi cum ipso imperio Romano-Germanico anno 1806. expiravit. Exactiones vide ap. Datt de pace publica p. 718.

14 *Sturmloch*] Cf. Ind. scrr. p. 83. n. xvii.

*videbitis etc.*] Hæc biblicis verbis expressa prophetia infra epist. 50. latius explicatur. Cf. Proverbior. ii. 22. „Impii vero de terra perdentur et qui inique agunt, auferentur ex ea“. Amos vi. 7. „Et auferetur factio lascivientium“.

18 sq. *Erasm., Ricius, Reuchlin.*] Infra p. 264. Erasmus, Reuchlin et Mutianus Ruffus allegantur, sed p. 279<sup>11</sup> inter alios Reuchlinistas multos etiam Ricius. cf. Ind. biogr. p. 456. sq. art. Ricius.

19 *Stult. stulta loq.*] Isai. xxxii. 6. „Stultus enim fatua loquatur“.

20 *Fettich*] cf. Ind. biogr. p. 370. h. art. et supra p. 202. vv. 152. sqq.

21 *recordare*] obsolet. pro ‘recordari’. cf. Ind. verbor. h. v.

*fecistis iuram.*] Cf. ad 204<sup>29</sup>.

24 *viri terribiles*] Sickingani milites. cf. supra ad 66<sup>21</sup>. *Wormser Fehde.*

25 *balistas*] ‘Balista, ballista, armbrust, eyn donre busse (Donnerbüchse), selbscoz, selfschot’. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

26 *bonum cor*] gute *Courage, Herzhaftigkeit.*

27 *domini gratiosi*] gnädige Herren (*Landsknechte*).

28 *inimici vestri*] non sumus ex eis quibuscum faidam, guerram habetis.

29 *tendimus R. pro benef.*] curtisani sumus.

31 *bibalia*] ‘i. e. bibilia, das man trincken mag, trenck, tranck, trunk. Bibales, trinkgelt’. Cf. Diefenb. Glossar. h. v.

32 *venire de ipsis*] von ihnen loßkommen, liberari ab eis, evadere.

*oportet . . . florenos*] coacti fuimus dare duos florenos. [florenes operar. error.]

34 *citare ad Cur. R.*] Clericis enim iniuriam metumque iniecerant isti viri terribiles.

36 *ad Augustam*] Inter Wormatiam et Augsburgum non hominum malitia, sed cæli intemperies et cœnum terræque lubricitas viatoribus pericula attulit. Si per Stutgardiam iter fecissent, de Reuchlino non nihil narraret Lampus. *ninxit*] iam adulto autumnio iter fit. cf. ad 206<sup>27</sup>.

38 *Si essem . . . Rom.*] quasi diceret ‘utinam Coloniae mansissem nec suscepissem hoc molestissimum iter Romanum’.

Pag. 208.

4 *non curavit et*] spretis monitis meis, *hat sich nicht darangekehrt, sich nicht drum bekümmert.*

6 *Ecclesiastes i.] 2.*

8 *Lanßpergk*] Landsberg ad Licum, oppidum hodierni circuli Bavarie superioris.

9 *equus suus claud.*] equus eius claudicavit, ut amissa solea ferrea solent equi. de deflorata virgine hodieque volgo dicitur eam ferream soleam amisisse, *sie hat ein Hufeisen verloren.*

10 *iuvavit ei*] *hat ihm geholfen*, calceavit equum. etiam Germanicum verbum *beschlagen* ambigui sensus est.

11 *Schangau*] Schongau, item ad Licum oppidum superioris Bavarie, hodieque officinis, nescio an etiam speculorum (*Spiegelfabriken*) celebratum.

12 *Insprucken*] Via per Ammergau, Partenkirchen (Parthanum) et Mittenwalde ad Oenipontum nostros duxisse videtur.

14 *dom. imp.*] Maximilianus I. imp. Oeniponti residere amavit.

15 *satrapæ*] *vornehme Herren.* „Satrapa, lanther, stadtholder vel scholtz, leenman, mechtige leut, dischdiener, truchseß, teuffel. ruter“. Diefenb. Glossar. h. v.

Pag. 208.

16 *collibus*] vult 'collis'.

18 *si esset imp., ipse vell. susp.*] i. e. ipse, si imperator esset, suspenderet, suspendi iuberet. Hanc de curtisanis querelam Huttenus postea et orationibus et carminibus, maxime Germanicis, sæpius similiter repetiit.

22 *peribunt sicut p.*] Psalm. xxxiiii. 5. „Fiant tanquam pulvis ante faciem venti“.

23 *montem*] *Brenner*, montem Ræticum inter Oenipontem Brixiamque (*Bresanone*).

24 *transit*] ascendit. *bis mitten an den Himmel hinangeht*.

26 *stufa*] non conclave (*Stube*) sed æstuarium, fornacula, *støveken, stüfchen, stübchen*. „Estuarium (i. e. stufa, stuba, stupa) *turnitz, stobe, stave. ein stove vol hyczden*“. Diefenb. Glossar. h. v.

27 *pellicium*] cf. ad 70<sup>s</sup>. 201. v. 111.

*queritis*] querimini.

*frigiditate*] lepide pro frigore. *frigiditate* non laborabat in ancillas ardens socius.

30 *infrigidat*] Sic iam non boni Latini pro 'refrigerat'.

32 *famulum hosp.*] servum domesticum, *Hausknecht, Aufwärter*.

33 *non habemus aliq.*] *haben wir nichts, nicht etwas für ..?* adduc scortum!

*genibus*] i. e. feminibus.

*datulus*] 'Dactylus i. erreus, mento, membrum virile, *zerß, zumpff, zysel, fisel*.

Dactylus, dactulus, .. dattulus, .. datulus, *datteln* ...". Diefenb. Glossar. h. v.

34 *vellem ... percut.*] possem eo nuces tundere, frangere.

35 *ad Trid.*] Tridentum, *Trient, Trento*.

Pag. 209.

1 *purgavi renes*] cf. ad 14<sup>s</sup>.

2 *gentes*] *Kriegsvolk*. cf. ad 197<sup>so</sup>. Male cessisse Maximiliano I. hanc 'captivationem Venetiæ' constat. quicquid cecinisset Huttenus (epigramm. 18<sup>b</sup>. Opp. III. p. 215.):

Pugnaces revolant Aquilæ; vidi ipse volantes,

Et tota horribili spargere ab Alpe minas.

Quid gemitis, Veneti, tandem? quid, Galle, tremiscis?

Hæc ego non dixi sæpe futura prius?

Non vera prædixit: Maximilianus a militibus mercenariis Helvetiis mercedem frustra postulantibus desertus recessit, Veneti Gallis adiuti Brixiam ceperunt (d. 24. Mai. a. 1516.), Franciscus I. cum Leone X. pacem iniit. cf. ad 197<sup>ss</sup>.

4 *captivare*] expugnare, *einnehmen, erobern*. Infra 214<sup>11</sup> est = *gefänglich einziehen, 'fangen, vaen, fahen'*. Diefenb. Glossar. h. v.

5 *in dieb. vitæ meæ*] *mein Lebtag*.

*una sabb.*] 'Una autem sabbati ..' Luc. xxiiii. 1. Ioann. xx. 1. Sed Peperic. Def. p. 111<sup>19</sup>. „factum est in uno sabbatho ..“.

7 *Ditheri de Bern*] cf. Ind. biogr. p. 357. art. Dither.

11 *iaceb. ante Brixiam*] obsidebant Br., *lagen vor Brescia*. cf. ad v. 2. adnot.

12 *Hic nat. f. Virg.*] Andes, vicus agri Mantuani, Virgili patria, nati anno 70., mortui anno 19. ante Chr.

13 *Bapt. Mantuan.*] Spagnoli, Mantuæ nat. d. 12. Apr. a. 1448., mort. m. Mart. a. 1516. Cf. Ind. biogr. p. 304. art. Baptista Mant.

15 *Donatum etc.*] In cuius vita Vergili hic adducta verba non leguntur, quæ leguntur in Iohannis Schram *Monopolio der Schweinezunft*, Quæstione Er-

Pag. 209.

Pag. 208. v. 16 ... Pag. 209. v. 38.

fordiæ a. 1494. habita (repetita a Zarnckio in *'Die Deutschen Univv. im M. A. Lpz. 1857. 8°.* p. 105.) „... sicut de Ruperto, regis Cecioli filio, legimus, qui tantæ fuerat obtusitatis, ut fere omnes amici de eo desperarent; sed pædagogus eius sollers Esopi fabulas obtulit ei legendas, quibus in tam grande sciendi desiderium tractus fuit, ut brevi non modo domesticas artes, verum ad sacræ theologiæ penetralia mira perspicuitate convolvavit, ut de eo testatur magister sententiarum dist. 13. 6<sup>ti</sup> libri 'Ipse fuit doctissimus, in-quiens, poetarum vel optimus plebis'.

*plebis] des Volks, seiner ganzen Nation*, non, ut in ed. a. 1858. 16°. coniectaveram *philos. i. e. philosophus*.

18. 19 *est super ... mortuus]* Cf. cit. art. Baptista Mantuanus.

20 *Bononiam etc.]* De Bononiensi conventu Leonis X. et Francisci I. cf. ad 197<sup>22</sup>. Hic quoque locus docet, Lampum more poetico non accuratam temporum rationem habere, nam paucis diebus ante quam Bononiam venisset, Mantuæ Baptistæ mortem (mart. a. 1516.) acceperat; Bononiæ autem papa et Gallorum rex morati sunt triduum a die 10. Dec. a. 1515.

23 *fuit ... Hochstr.]* Is agmen papale secutus esse videtur. cf. ad 198<sup>5</sup>.

27 *imp. per reg. Fr.]* cf. p. 213<sup>16</sup>. 229<sup>15</sup>. Iam Ludovicus XII. binas eius modi litteras ad facultatem theol. Paris. subscripserat d. 22. Mai. et 6. Iun. a. 1514. (cf. *Consp. chronol.* p. 132.). Francisci I. ad Leonem X. epistolam contra liberos Reuchlini (scriptam, ut videtur, m. Mai. a. 1515.) repetiit Pepericorni Defens. p. 149. — Hanc patriæ prodicionem Hochstraticam Huttenus (Opp. I. p. 140. vv. 65. sqq.) etiam in sua pro Capnione intercessione v. 65. sq. incusat:

Quid quod Hogostratus contra patriam imperiumque

Proh facinus, Galli flagitat hostis opem.

31 *Wilh. Parvi]* cf. *Ind. biogr.* p. 432. art. Parvus et supra ad 53<sup>13</sup>. de Hackineto, i. e. ipso Parvo adnot.

37. *Senam etc.] Siena.* Ibi adhuc est universitas (condita a. 1321.), sed sunt non solum pauci theologi, sed pauci omnium ordinum studiosi. Memoratu dignior erat cathedrale templum.

38 *parvæ civitt.]* Ne Urbs quidem vetus (*Orvieto*) memoratur, tantum properare videntur nostri curtisani, ut veniant Monteflasconem (*Montefiascone*), oppidum episcopale territorii Viterbiensis, ubi crescit optimum vinum, non id quidem quod proprie 'lachryma Christi' appellatur (nam id Vesuvius gignit), sed ex apiana uva (*Muscattertrauben*) pressum, quod *Est Est Est* vocant, de quo nominis origine hæc ex Bruzen de la Martinière *Geograph. Lexic.* VII. 1338. sq. subicimus: „Montefiascone, Lat. Faliscorum mons oder Mons Phiscon [?] *kleine St. im Kirchenstaate, auf einem Hügel [am See von Bolsena], 3 Meilen von Orvieto.* Der P. Labat (*Voy. d'Italie* III. 36.) sagt: man nennt fiasco in Italien eine runde Bouteille von ohngefähr einer Pariser Kanne, und fiascone eine — die doppelt so viel hält. Der Wein dieses Landes ist vortrefflich: es ist der Muscater oder Muscateller, von welchem man vorgiebt, daß ein Deutscher desselben so viel trinkt bis er davon stirbt. — — Uebrigens wird auch von dem obgedachten Muscateller Wein erzählt, daß sich der sogenannte *Est, Est, Est* darinnen zu Tode gesoffen habe. Welches sich so verhält: Ein gewisser Deutscher, der nach Italien gereiset ist, hat, wie man erzählt, seinem Diener befohlen, er möchte allezeit vorausgehen, und in denen Wein-Häusern unter Weges den besten Wein auskosten, und wo er dergleichen anträge, das Wort *Est* über die Thüre schreiben; da ihm nun

Pag. 209.

der Muscateller Wein zu Montefiascone am besten geschmeckt, schrieb er an die Thüre des Wirths-Hauses ein dreifaches Est; der Herr aber besoff sich dermaßen, daß er krank wurde und starb. Der auf sein Grab gelegte Leichen-Stein ist ein paar 100 Schritte von der Stadt zu S. Floriano zu sehen. Sein Bildniß ist also vorgestellt, daß er eine Mütze auf dem Kopfe hat, an jeder Seite 2 Schilde seines Wappens, und 2 Trink-Gläser; zum Füßen liest man folgendes in abgenützter und Gothischer Schrift: Est, Est, Est, propter nimium est, Io. de Fuc. (welches einige durch Ioannes de Fucris, oder Fugger, erklären) Dominus meus mortuus est. Und soll ihm dieses Epitaphium sein Diener gesetzt haben. Selbiger versoffene Mann verordnete in seinem Testamente, daß jährlich am Heil. Pfingst-Tage 60 Flaschen mit Wein auf seinem Grab-Steine von denen Armen auf sein Gedächtniß sollten ausgetrunken werden, welches zwar lange Zeit observirt worden, aber anjetzo theilet man vor den Werth denen Armen nur Brod und Weinaus“. Cf. etiam infra p. 288<sup>26</sup>.

Pag. 210.

- 4 *b. positionem*] einen guten Satz, amplam copiam, ut hodieque dicimus *einen guten Satz geben*, i. e. lautas epulas præbere et imprimis luxuriosas compositiones parare.
- 5 *Laud. etc.*] Lampus etiam est poeta, ut infra p. 243<sup>27</sup> ipse dicit: probanda itaque erit scriptura, ut in adnot. dedimus.
- 6 *scarparia*] sutrina, σαρρεῖον, sutoris officina. ab Ital. *scarpa*. Adeiusmodi tabernam Romæ devertisse videtur Lampus, donec in domo unius Notarii Rotæ famulus fieret. p. 243<sup>28</sup>. — Diez WB. „*Scarpa it.*, *sp.* escarpa, *fr.* escarpe, *böschung* . . . *Bedeutet scarpa etwas scharf oder spitz zulaufendes, so darf man an altn. scarp, ahd. scarf, nhd. scharf erinnern. Auch it. scarpa in der bed. schuh (nach dem spitz zulaufenden absatz [oder dem spitzen schnabel?] genannt), worin Muratori ein lat. wort carpusculum sieht, kann nur hierher zu stellen sein. Von scarpa in letzterer bed. ist it. scappino, altfr. escapin, besser sp. escarpin, auch altfr. escarpin, socke, pantoffel.*“
- intellexi*] comperi.
- 7 *animal*] De hoc papæ elephantō sive potius ‘elephas’ mirabilia narrat Iohannes Kalpus, infra p. 262.
- 8 *rostrum . . . ego*] Ne puta bonum Lampum rostrum elephantinum habuisse, sed rostrum mirabilis creaturæ, i. e. elephantī, tantus fuit quantus ipse Lampus, virilis longitudinis.
- 9 *Mirabilis . . . suis*] cf. Psalm. LXVII. 3. cum Apoc. xv. 3.
- 12 *saniter*] Novum adverbium? immo obsoletum, quod tamen Lampus non ex Afranio ap. Non. Marc. sumpsisse, sed ipse invenisse videtur.
- Romanæ Curiae*] Hoc loco primum quasi urbis nomen usurpatur. infra sæpius cf. Ind. verb. voc. Datum.

## EPISTOLA 13. THOMAS KLORBIUS ORTVINO.

- 14 Klorbius. Nomen alibi non legi, neque quod ad eius explicationem faciat, quidquam habeo, nisi forte huc pertinet, quod Confluentini *klar* pronuntiant *klor*.
- 15 *theol. doctor*] Tantum in huius et sequentis epistolæ 18. inscriptionibus ‘theologiæ doctor’ legitur.
- 17 *scriptum est*] Isai. XXVIII. 19.
- 20 *uno M. n.*] Probabiliter is est magister Warmsemmel, de quo in epist. I. 1.

Pag. 210.

Pag. 209. v. 38 ... Pag. 211. v. 32.

23 *libr. doct. s.*] cf. Ind. biogr. artt. Thomas Aquinas et Versor.*Fortal. fid.*] Alphonsi de Spina. cf. ibid. p. 372. art. Fortaliticium.25 *form. Scoti*] cf. ibid. p. 466. art. Scotus.*ceram*] Vult 'ceræ': nam ceræ, non cera, facile imprimitur.*ultimo*] novissime, in fine.*membr. x univv.*] membrum xiii universitatum: p. 17<sup>15</sup>.

26 *v. e. incongruus*] incongrue dicis, verbis rei non aptis uteris, *unangemeßen, ungeschickt*, „*unbequem, ungelich*“ Diefenb. Gloss. 'Regule congruitatis et figure constructionis' (Erphordie edite a. 1505. 4<sup>o</sup>.) p. 1. „Oratio congrua est quæ conformis est regulis vel figuris permissivis. Et est duplex scilicet congrua Regulariter et est quæ cadit sub aliqua regula congruitatis, ut albus homo, homo currit ... Figuraliter. et est quæ cadit sub aliqua figura permissiva, sicut est oratio appositoria. ... Incongrua est quæ non est conformis regulis nec figuris permissivis. Et est duplex scilicet incongrua Impedimentaliter. et est quæ cadit sub aliqua figura prohibita ... auctoritate tamen prolata, ut turba ruunt. ... Solæcistice. et est in qua committitur solæcismus sicut est oratio incongrua nulla auctoritate prolata, ut albus mulier ... et hanc neque tolleramus neque imitamur sed penitus eliminamus et respuimus a nostro sermone“.

31 *habet ... membra*] constat ex illis membris.*subsunt huic corpori*] continentur hoc corpore.

Pag. 211.

3 *iterum*] etiam hoc casu, rursus.7 *etiam ... homines*] quanquam 'sunt in loco apostolorum' p. 39<sup>33</sup>.

13 *ad tempus studuit*] Tam universalis quam singularum facultatum statuta Coloniensis de temporibus, per quæ studia continuanda essent, sua præcepta habebant.

16 *disconvenientia*] „*unbequemlichkeit, unzimlichkeit* ...“ Diefenb. Glossar. Evitatur incongruitas per disconvenientiam, i. e. per se ipsam.

17 *Virgil.*] ecl. ii. 1.18 *unus rusticus*] Miror non addidisse 'et deliciæ sunt plures feminæ'.21 *non habeatis pro indignatione*] Ne moleste feras, veniam da.22 *ex bono*] i. e. animo, amice.*Confluentiæ*] Semel tantum in his epistolis memoratur, quæ si hodie scribebantur, sæpius celebrarent zelosum oppidum.

## EPISTOLA 14. OTHO HEMERLIN ORTVINO.

25 Hemerlin. Cf. infra ad p. 299<sup>16</sup>, ubi Latinum nomen Malleolus redit, sed sine prænomine.

29 *Def. Ioh. Pfefferkorn*] Ind. scrr. p. 89. n. xxi. 2. qui libellus ipse famosus tota hac epistola dignis laudibus perstringitur.

31 *Iste R. deberet lib. esse m.*] Velim, optandum est, R. esse mortuum. Non optat nunquam genitum fuisse Reuchlinum, quo casu nec notabiles et excellentes reprehensiones lucem vidissent.

32 *plebanus quidam*] puto fictus Antimeyer.

*existens*] i. e. qui est. Duplex vitium a multis editoribus commissum, quod ex 'exñs' exempli 5. fecerunt 'ex nostris' etiam in ed. m. a. 1858. non correctum est. duplex vitium est, nam illud exñs nihil nisi 'existens' significare potest, et hic plebanus non 'ex nostris', sed 'ex adversariis' est.

## Pag. 211.

33 *a maiori ad minus*] a maiore propositone ad minorem. non magistraliter per utrum et contra. Sed vv. 10. sqq. seq. paginæ non sic arguit.

34 *secum*] cum eo, ut Hochstratus cum Meyero p. 75. sq.

*exiv. ab ore*] cf. Apoc. xi. 5. „Ignis exiet de ore eorum . .“.

35 *non obt. . . in Almania*] Spiræ. cf. Consp. chronol. p. 130. d. 29. Mart. a. 1514.

## Pag. 212.

5 *subordinant*] supponunt, veris libellorum auctorum nominibus suppressis Pepericornum eos scripsisse mentiuntur. Cf. p. 221<sup>16</sup> 242<sup>37</sup> 298<sup>30</sup>.

*habet perdere*] zu verlieren hat, i. e. infamis ac proletarius est.

7 *compos. . . latinisavit*] Utrumque pro parte tantum verum est: Pepericornus composuit libellum *Beschyrmung*, sed adiutus theologistis, et Ortvinus latinisavit sed ‘Defensionis’ multa sua intermiscuit. cf. Ind. scr. n. xxi. supra pag. 88. sq.

8 *statim cogn. st. suum*] eius, Ortvini, stilum ego quoque statim cognoveram longe ante quam libellum *Beschyrmung* nactus sum.

9 *Ortvinus . . . latinitatis]* cf. p. 284<sup>1</sup> et Gratium ipsum contra hunc calumniosum rumorem se defendentem p. 402. sq. Ceterum ad h. l. memorandum est Pepericornum de origine sua ex tribu Nephtholim gloriari solitum esse, etiam Defensione, ut p. 170<sup>21</sup>.

10 *habetis fateri*] negare non potestis, debetis confiteri.

11 *non sc. alph. lat.]* alphab. in latino p. 195<sup>35</sup>. ‘nunquam didicit unum verbum latinum’ p. 217<sup>32</sup>. ‘indoctus in artibus liberalibus etc. p. 240<sup>23</sup>.’

16 *materiam*] librum, Defensionem contra famosas. cf. p. 15<sup>17</sup>.

18 *Pf. habet etc.]* Referenda sunt hæc ad ea quæ de se suaque doctrina Pepericornus Defens. p. 145<sup>23. 299</sup>. protulit.

20. sq. *causa . . . facilis etc.]* Defens. p. 170<sup>6</sup>. „articulos nostræ contentionis nulla indigere doctrina eosque tam esse manifestos . . , ut etiam ab uxore mea faciliter convinci possent“. cf. pag. 285<sup>3</sup>.

22 *non vincere]* i. e. tam virosa est uxor Iohannis Pfefferkorn, ut omnibus quinque iuvenibus lassatis usu ipsa necdum satiata foret.

26 *stare in sacro l.]* Reuchlinus (cf. Consp. chronol. pag. 121. d. 7. Sept. a. 1511.) de Meyeri Pepericornique insidiis Speculo oculari structis narrat et hoc: „ . . idem plebeius sacrificulus proclamavit de suggestu coram omni populo inter divina officia congregato, Pepericornum Iudæum baptizatum in sequenti profesto beatissimæ virginis Mariæ eo loci prædicare velle . . . Et ecce stato tempore incidit iste infamis Pepericornus multa sanctitate, o deus et superi, quin potius hypocrisi nequissima præditus, obstipo capite defigens lumina terræ, murmuraque et secum rabiosa silentia rodens, atque exporrecto trutinatur verba labello, vota precesque dicenti similis, Ascendit ante templum Iudæus aqua tinctus, laicus coniugatus, coadunata fidelium congregatione, id est ecclesia convocata, prædicat de verbo dei et fide christiana pontificaliter banausus lanius, cum benedictione ad populum per signum crucis, contra prohibitionem imp. Martiani in lege Nemo [4.] Codice de summa trinitate et fide catholica [1. 1.] . .“. Pepericornus contra (Defens. p. 172<sup>34. 299</sup>. ed. n.) non pontificaliter de verbo dei et fide christiana sed tria solum se prædicasse dicit, „Iudæos ad labores ne usuram acciperent, et ad audiendum verbum dei, et quod ipsi libros suos pessimos merito non retinerent etc.“.

30 *nisi post mortem]* Hanc suspensionem apostasiæ baptizatorum Iudæorum præci-

Pag. 212.

pue ex ipsis iniustis de Iudæorum condicione legibus, simulationem quasi iubentibus, oriri hodieque multi nolunt intellegere.

34 *Respondi*] fere ipsis Pepericorni verbis usus. cf. ad superiorem v. 26.

Pag. 213.

1 *Specklo manuali*] Ind. scr. p. 75. n. viii. Is libellus, *Handt-Spiegel*, m. Apr. a. 1511. editus præcipua edendi Speculi ocularis causa fuit.

2 *cogitaret semper manere*] edd. 7...24. habent 'semper maneret (manet 1581.).

6 *ideota*] sive idiota sive idyota, *unversunen*, *ungelehrt*, *unkunstig*, *unbeheude*, *eyn dor*. Cf. Diefenb. Glossar.

11 *bonus imperialis*] cf. 234<sup>24</sup>.

*epist. ad imp.*] inserta Pepericornianæ Defens. p. 100. sq. ed. n., ubi verba 'Valeat... felicem' leguntur ante „Datum Colonie nono Oct. a. 1510.“

16 *petiit etiam adiutorium*] cf. ad 209<sup>27</sup>.

24 *zelabunt etc.*] cf. Psalm. ii. 1. Act. apost. iv. 25. „fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania“.

25 *fiant dies etc.*] Psalm. cviii. 8.

*Mathusalem*] „Et facti sunt omnes dies Mathusala 969 anni, et mortuus est“. Genes. cap. v. vers. 27.

29 *Vratislavia*] Vratislaviensis Dominicanorum conventus ad provinciam Poloniæ pertinebat, a qua a. 1301. provincia Bohemiæ (et Moraviæ) separata fuerat. Cf. Echardi Serr. ord. prædicator. I. p. xi.

## EPISTOLA 15. PETRVS STEYNHART ORTVINO.

34 *hincinde*] i. e. quæ hac illac eveniunt, variis.

35 *bellis et guerris*] Sine dubio iis quæ anno 1516. in Italia superiore gerebantur. cf. superiorem epistolam 12.

Pag. 214.

3 *Almanus de partib. Misnensium*] Misnensis Saxo.

4 *vocabularium iuris*] cf. Ind. biogr. p. 494. h. art.

6 *omne... debitum*] Germanice '*Versprechen macht Schuld*'. Pacta servanda sunt. cf. Ulp. L. 1. pr. D. de pactis ii. 14. Antonin. L. 7. C. de pactis ii. 3. „... pacti conventionisque fides servanda est“. cf. Proverbior. vi. 1. 2.

7 *vituperativam*] i. e. obiurgatoriam, vituperationis plenam. (Vocabulariis addend.)

9 *mand. de capiendo*] *Arrest-Befehl*, -*Mandat*, et quidem *Personalarrest-Mandat*.

11 *pariselli*] Barigildus, bargellus, i. e. lictorum sive apparitorum dux, *Ital.* bargello, bargello, *a vet. Gall.* barigel. Cf. Ducange vv. Bargellus et Barigildus. Diezius huic adnotationi adscripsit: *p pro b harte deutsche Aussprache*; *s pro g wie öfter, z. B. Franse, franz. frange*“.

*captivandum*] cf. ad 209<sup>4</sup>.

*et mittere*] et mittendum, *zu schicken*.

12 *presunam*] Presuna, pressuna, presona, priona, prisio, priso, *Gall.* prison, *Ital.* prigione, a prendendo, velprehendendo, i. e. carcer, *Gefängnis*, *Kerker*, hodieque vulg. Germ. *das Prison* sive *Brison*, *das Loch*. Cf. Ducange et Diefenb. et impr. Diez WB. „prigione *it.*, *sp.* prision, *pr.* preisó, *fr.* prison *gefängnis*, von prehensio, prensio *ergreifung*, noch im *span.* *verhaftung*, im *prov.* *wegnahme*. Im *it.* *sp.* u. *altfr.* .. auch .. *gefangener*“.

*unam* (unum errore operar.) *strap.*] Strapecorda est corruptio Italici. *strappata di corda*, *Ruck*, *Riß mit dem Wippseil*, ut Diezius me docuit.

13 *circumducere*] i. e. decipere, fallere, moram facere creditori.

Pag. 214.

13 *tenere promissum*] obligationem solvere, *das Versprechen halten*.

14 *rectificare*] i. e. cogere ut iuri meo satisfaciatur, *zurechtsetzen*, iudicio poenam iniustitiæ huius socii repetam.

15 *vel . . . vivam*] i. e. per vitam meam iuro.

16 *pono in ord.*] *ich mache mir meinen Studienplan*, studiorum rationem ordinemque mihi constituo. Sane mira est hæc constitutio, secundum quam omnes quæ nominantur prælectiones eodem tempore audiendæ sunt.

17 *Sapientiam*] *Sapienza*. cf. ad 197<sup>27</sup>.

*audiendo Instituta*] ubi audio Institutiones, primam Corporis iuris civilis q. v. partem, elementa iuris civilis. Cf. Iustiniani const. Omnem reip. pr. § 2.

*Infortiatum*] mediam inter Digestum novum et vetus Pandectarum partem, continentem libri xxxiii. titulum 3. usque ad finem libri xxxviii.

18 *in iure can.*] Probabiliter uno anno Steynhartus et legista et decretista et decretalista fieri voluit.

*regulas canc.*] Hæ sunt mandata sive regulæ, constitutiones et ordinationes a pontifice collegiis administratoriis quæ vocamus, de gerendis quibusdam negotiis curialibus, ut de beneficiis a papa conferendis, de resignationibus appellationibusque, de formandis litteris papalibus similibusque præscriptæ, quæ quidem cum ipso latore expirant, sed quasi tralaticia a successore repetita publicatione confirmari solent. Novissima earum collectio Nicolai PP. V. (a. 1447 ... 1455.) iussu facta erat. Inter xviii exempla edita, quæ Panzer Ann. typ. XI. p. 81. indicat, octo Romana sunt, a. 1471. 1486. 1504. 1510. 1512. 1514. 1515. (omnia in 4<sup>o</sup>.) 1521. in 8<sup>o</sup>. Hoc unum accuratius indico: Regulæ Cancellariæ cum commento et cum privilegio. (Romæ in campo Floræ per venerabilem virum M. Euchar. Silber alias Frank, clericum Herbipolensis diocesis. libror. impressorem in alma vrbe commorantem 1504. d. 5. m. Iun.) 4<sup>o</sup>. (Hirsch Millen. iii. n. 9., ex quo Panzer Ann. typ. VIII. p. 246. n. 13., qui XI. p. 81. falso habet 'fol.' pro 'in 4<sup>o</sup>.)

21 *Casus longi super Inst.*] Wilhelmi Accursii. Cf. Ind. biogr. art. p. 340. Casus.

27 *non habetis libenter*] tibi non placet, *Ihr es nicht gern habt*.

29 *beatificat*] i. e. beat. „Beatificare, beatum seu felicem reddere, in ep. a. 878.“

Ducange.

*illa iura*] i. e. ista iuris prudentia. hodieque dicitur *die Jura studieren* et sim.

31 *Richardum*] de Mediavilla. cf. Ind. biogr. p. 412. h. art.

33. sq. Hos versus desumpsit Steynhartus ex Vocabulario iuris, quem non accepisse supra questus est. Ibi art. 'Ars' sic finit: „et sunt quattuor scientie præ ceteris discende, scilicet

Theologia quæ est anime pabulum. leges quæ sunt egenis remedium.

Decreta sublimitio humilium. Et Phisica morbi subsidium.

unde

Esurit ars, decreta tument, lex lucra ministrat.

Pontifex [*lege Pontificat*] Moyses, thalamos Medicina subintrat.

Dat Galienus opes et sanctio Iustiniana.

Ex aliis paleas, ex istis collige grana.“

33 Galienus sæpe pro 'Galenus', e. gr. Torrentini Elucidar. h. v. „Galienus pergamenus medicus præstantissimus temporibus Antonii [I. Antonini] imperatoris“.

*Iustiniani*] Corrigendum est, ut Vocab. iur. habet, Iustiniana.

34 *paleas . . . grana*] Cf. ad 184<sup>2</sup>.



Pag. 214.

Pag. 214. v. 13 ... Pag. 215. v. 30.

35 *alias*] *sonst.* vult: bene scis me pauperem, itaque ut aliquid mihi acquiram coactum esse.

36 *amplius*] posthac, iam.

Pag. 215.

1 *sic est per deum*] quasi diceret 'tam desperatæ sunt res meæ'.

2 *Val. cordial.*] *Lebt herzlich wohl!* i. e. ut valeas ex animo precor.

## EPISTOLA 16. IOHANNES PILEATORIS ORTVINO.

4 *Pileatoris*] cf. ad 191<sup>21</sup>.

v. 2. *in Polonia fures*] Cf. Hutt. dial. 'Bulla' § 73. „adeste, Poloni, .. perpetuo furari vobis liceat.“ (Opp. IV. p. 327.)

3 *hæretici*] Fratres Bohemici sive Moravici.

4 *rustici*] i. e. liberi agrorum suorum cultores, *freie Schweizerbauern*.

8 *articuli*] Parisiensis universitas pro tota civitate est Pileatori. ea 'articulatim' Speculum oculare damnaverat, ut Arnoldus de Tungaris 'Articulos' ex eo extraxerat.

9 *Saxonia pot.*] cf. Hutt. Bulla cit. § 73. „adeste, Sachsones, .. si facietis, butiro vesci dabitur ieiuniorum diebus ... ac bis die inebriari cerevisia.“ „Aus Baiern kommen die Diebe, aus Sachsen die Trinker, aus Friesland die Meideidigen“. Wander Sprichw. Lexic. I. col. 222.

13 *caballi*] Caballus, Capallus, Cauallus, Gaballus, Cabalus, *hengst, roß, ritros, groß, ein troßpferde, reysener. maiden* (i. e. vilis equus). Diefenb. Gloss. — Diez WB. „Cavallo it., sp. caballo, pr. caval, fr. cheval, wal. cal (auch alban. cale, calļ) pferd; von caballus (καβάλλης) nach A. W. Schlegels muthmaßung ein italisches bauernwort, womit das pferd in der Landwirthschaft bezeichnet ward ...“. Frisia hodieque *ἰνρόφοτος* est.

14 *terra Franciæ*] Franken- (i. e. Franzosen-) land, nondum 'regno Franciæ' Frankreich. Magnorum vasallorum potestatem regia nondum satis fręgerat.

15 *pisces in Marchia*] cf. Hutteni Laus Marchiæ vv. 12 ... 18. (Opp. III. p. 5. sq.)

16 *Pomerania*] Hodie fortasse 'Westfalia' scriberet, ut neque hodie sequentem versum scriberet. Bebelius „Bavaros“ ait „sues vulgus vocat ob maximum eorum in Bavaria proventum“, unde olim „*Baiersuw*“.

17 *terra Angliæ*] Engelland.

18 *in regno Daciæ*] *Ungrische Ochsen*.

19 „*Baiern hat ganz Deutschland mit Dieben, und Schwaben hat es mit Huren versehen*“. Wander Sprichw. Lexic. I. c.

22 *Pharisæi*] i. e. theologistæ.

25 *Busto ducis*] Ita sæpe pro Busco ducis, s' *Hertogenbosch, Herzogenbusch*.

27 *Franconia*] orientali, *Franken*, patria Hutteni, qui ut generis sui nobilitatem, ita et patriæ suæ nobilium ubertatem gloriatur.

29 *Sodamitici Fl.*] S vel Z, do vel da scribitur. De verbis 'florentinare, florentzen' dixi alio loco. cf. Grimm WB. h. v. et v. „*Florentzer, Päderast*“. Addo ex Henr. Stephano (*Apol. pour Herod.* I. 51. ed. 1735. 8°.) Bareleti verba: 'Quis te conducit ad inhonestates et ad libidines et cardinalitates et ad sodomias?' In hunc v. 29. invehitur Ortvinus (infra p. 379) quasi non sexcentiens antea scriptum fuisset Florentinos sodomiticos esse.

30 *ex ord. prædicator ind.*] Dominicanos præcipue præstantium venumque prostantium indulgentiarum divitiis celebrari, etiam hæ epistolæ satis testantur.

Pag. 215.

- 33 *Wettrania*] Ita non solum Huttenus, pro Wetterauiā, Hassiaco pago a rivo *Wetter* appellato.  
 34 *Bavaria*] Hodie pro caulibus cerevisiæ sextarii scribendi essent. cf. supra v. 16. 19.  
 38 *in caritate non ficta*] cf. ad 15<sup>19</sup>.  
 40 *versus*] Non ille antiquus. Ap. Zenob. et Suid. est *Σαυτήν ἐπαίσεις* Laudas te ipsam. cf. Erasmi Adag. n. 2759.  
 41 *Teutonice*] In ed. princ. (4.) operarum errore est 'Toutonice'.  
 42 *unum P. n.*] Ducange voc. Pater: „... Paternoster, Ital. Paternostro, sacer globulus seu corolla precatoria ex his globulis composita, Gall. *Chapelet* ...“.

Pag. 216.

- 1 *bufli*] „Bufalus, buphalus, buffalus, bufolus, bufarius (cf. bubalus), *buffel*, *bufel*, *wufel*, *rint*, *ogse*, *ofse*, *oschgin*“. Diefenb. Glossar.  
*tetigit ... reliquias*] eadem verba 219<sup>28</sup>.  
 3 *interfectoriales nequit.*] i. e. interneciva incantamenta. ('Interfectivus' sed non 'interfectoralis' in Vocabulariis legitur.)  
 4 *rosarium*] „Gallice *rosaire*, series sacrorum globulorum, maiorum 15 et minorum 150 intermixtorum, quos percurrunt recitando *Pater noster*, si maiores sint globuli, vel *Ave Maria*, si minores; in honorem scilicet quindecim Mysteriorum Domini nostri I. C. quorum consors fuit B. Virgo Maria: cuiusmodi orationis auctor fuisse dicitur S. Dominicus in Bulla Pii V. PP. an. 1596. ubi usum eius auctoritate confirmavit“. Ducange h. v.  
*unam rem etc.*] i. e. Antidotum Paulinum, compositio medica contra serpentum morsus. cf. Hutt. de Guaiac. cap. vi. §. 6. (Opp. V. p. 415).  
 7 *dedi carl. pro*] emi Carlino. Carlinus, Carlenius, Carlenus, nummus a Carolo Siciliæ rege dictus. cf. Ducange voc. Carlenii et Gigliati (lilio insigniti). „a. 1405. ... Carlenorum seu Gillatorum decem pro quolibet ducato“. In communi usu 10 Iulii (= 10 solidi Turon.) = 12 Carlini (sive Carleni sive grossi) = 1 ducatus.  
 8 *per virt. s. Pauli*] cf. Act. apost. xxviii. 3...10. „... vipera .. invasit manum eius .... ille quidem excutiens bestiam in ignem nihil mali passus est .... omnes qui in insula [Melita] habebant infirmitates, accedebant et curabantur; qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, et navigantibus imposuerunt quæ necessaria erant“.  
*habuit multum de serp.*] Paulus (Ictus, non apostolus) lib. I. Sententiar. l. 11. Dig. de extraord. criminib. xlvii. 11. „In circulatorum qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur“.  
 12. sqq. Hæc ex prædicatione nescio cuius Dominicani super locum Act. apost. ad v. 8. allegatum sumpta esse videntur.  
 19 *ego sum Paulus ap. I. C.*] Complures Pauli epistolæ incipiunt a verbis „Paulus apostolus I. C.“ similibusve.  
 23 *fides etc.*] Marc. v. 34. Luc. vii. 50. viii. 48.  
 25 *veneficari*] 'veneficare' non habent Vocabularia. sed 'venenare'.  
 27 *novalia de guerris*] Qualia tum facilius Roma Coloniam quam Colonia Romanam scribi potuerunt.  
 29 *nullis ... demeritis*] cf. ad 191<sup>1</sup>.  
 31 *Hochstrat dixit mihi*] Unde facile colligi potest quo tempore hæc epistola scripta fingatur. cf. supra ad I. 48.

## EPISTOLA 17. FREDERICVS GLANTZ ORTVINO.

34 Fradericus edd. principes duæ, sed operarum errore opinor, quamvis a fortasse Hisp. nomine *Fadrique*, *Fadrich* explicari possit. Si pro *Glantz* scriptum esset *Glatz*, haberemus nomina idem fere significantia ac 'Stephanus Calvastrius', sub cuius nomine epistola I. 19. item Monasterii data est. Ceterum argumentum huius epistolæ simile est ep. I. 3. et parti epistolæ I. 1., nisi quod in his non per 'iura' lis componitur.

Pag. 217.

- 1 *magnum dominum*] *einen großen Herrn*, virum procerem, præpotentem.  
 2 *bibimus in simul*] Ut hodieque studiosi *wir kneipen zusammen, haben eine kneipe*.  
 6 *impert. contra*] Recentiores *ich fürchte mich nicht vor einer Kanne Bier*.  
 12 l. *Vin. etc.*] i. e. L. 22. D. de rebus creditis si certum petatur XII. 1. (Iulianus libro III. ex Minicio): „Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petatum est: quæsitum est cuius temporis æstimatio fieret, utrum cum datum esset, an cum litem contestatus fuisset, an cum res indicaretur. Sabinus respondit, si dictum esset quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset; si non, quanti tunc, cum petatum esset. interrogavi cuius loci pretium sequi oporteat: respondit Si convenisset ut certo loco redderetur, quanti eo loco esset; si dictum non esset, quanti ubi esset petatum“.  
 13 *me iura*] me pro mihi, ut per multas septentrionales Germaniæ partes solæcum michi pro mir faciunt. iura = locos corporis iuris civilis.  
*interrogare desuper*] *darüber erkundigen, fragen*. peritos de re consultabo.  
 15 *dimittatis*] *laßt's bleiben*. contemptim: nihili facio tuam sodalitatem.  
 16 *per contrarium*] vicissim.  
 17 *ponderat*] *wiegt*, pondus habet, pendit, non ut Latine *wägt*, ponderibus examinat.

## EPISTOLA 18. SIMON WORST ORTVINO.

- 20 Simon, non Iohannes, ne nimium evidenter *Hansworst*, *Hanswurst* scriberetur. Sed fortasse nomen *Hille* significatur: nam *hilla* = *Wurst*. cf. Diefenb. Glossar. h. v.  
 25 *quam comp. in lat.*] Redit disputatio, de qua novissime supra p. 212<sup>6. 99.</sup>  
 28 *Olympiæ ... defecturum*] Ortvinus sunt verba in Peperic. Def. p. 155<sup>26.</sup>  
 29 *transcunter*] obiter.  
 30 *sæc. m. ... minor.*] quorum omnium Dominicani æmuli insectatoresque fuerunt.  
 32 *nunq. ... lat.*] 'non scit alphabetum latinum' p. 212<sup>11.</sup> non scit latinum 221<sup>22.</sup>  
 34. sqq. *obiectio etc.*] Pepericorni Def. p. 145<sup>16. 99.</sup> „Respondeo hanc obiectionem esse futilem“ et secuntur fere verba, quæ repetit hæc epistola usque ad p. 218<sup>14.</sup>

Pag. 218.

7. 9. sqq. *Pefferk. ... poetæ*] Peperic. l. c. sive potius Ortvinus: „Præterea ego hoc mediusfidius (citra iactantiam tamen) de meipso profiteor quod omnia ... recitare didici, quod non omnes fortasse facere poterunt, qui in litteris sæcularibus et fabulis plus æquo obbrutuerunt“.  
 12. sqq. *habet ... pallidus*] 'Habeo fil. ... impallescentem' Peper. Def. p. 145. 31 ... 33. Ortvinus in Lamentt. O. V. I. 15. (p. 344. ed. n.) Capnioni scripsit: „Salutate plurimum uxor Pepericorni et Laurentius Pepericornus, filius Ioannis, do-

## Pag. 218.

- etus adolescens, qui Coloniae in Laureto (quod Græci daphnona vocant) bonis artibus operam impendit tibi que non parum minatur“. In novissimo eodemque foedissimo suo libello *Eyn milleydl. dæg*, d. 21. Mart. a. 1521. absoluto Pepericornus mentionem facit „*meynes sons Laurentij Magistri in artibus*“, post hoc tempus neque patris neque filii mentionem factam esse me legere memini.
- 17 *scit. . . Hugonem*] Peper. l. c. „allegavit Hugonem“ de prato florido, puto, auctorem Sermonum de tempore et de sanctis. Cf. Ind. biogr. p. 396. art. Hugo.
- 18 *ita ut . . . perficiat*] ‘ita etiam ut . . . perficiat’ Peper. p. 146. s. 4.
19. sqq. *Doleant . . . eos*] Peper. p. 146. 7...9. „Doleant . . . quod propter scripturarum allegationes meum manuale speculum [cf. Ind. scr. p. 75. n. VIII.] ab eisdem doctoribus et compositum et subornatum foret“.
- 21 *Erubescat. . . qui*] Ipsa verba Pepericorni p. 146. 9. 10. quæ secuntur, paullulum immutata sunt.
- 23 *Manuale spec.*] Ind. scr. p. 75. n. VIII. ibiq. adnotata.  
*tres viri . . . allegavit*] Peper. p. 146. 16...21. „quis tibi tot allegationes scr. dedit? Illi profecto tres celeberrimi iustissimique viri . . . concordarunt“. i. e. ii tres qui p. 104. 22...26. laudantur et qui consultationi p. 104...107. repetitæ subscripserunt p. 107. 8...15. Cf. Ind. biogr. artt. Angelus de Besutio, Baldung, Reysch.
- 26 *Genesi*] XVIII. 2. „Cumque elevasset oculos (Abraham), apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi et adoravit in terram“. In his tribus viris alii cum Augustino (de trinit. XI. 20.) trinitatis imaginem, alii angelos (Michaellem, Gabrielem, Raphaellem) agnoscunt. Certe inter illos tres viros qui Pepericorno ‘autoritates dederunt’, unus fuit Angelus, scilicet I. V. D. et Friburgensis ordinarius. Vid. Peperic. Def. p. 107. v. 12.
- 27 *subsannant me*] ‘Subsannare, subsannare, subsanare, *spotten*, *be-ver-spotten*, *-schimpfen*, *-lachen*, *die nasen uber ein rumpffen*. *snerken* . . .“ Diefenb. Glossar. h. v.  
*scutonem*] cf. ad 72<sup>a</sup>.  
*percuteret eos plaga m.*] Verba non ex Iob sumpta sunt, sed ex Esth. IX. 5. „...percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna . . .“.
- 30 *semel*] aliquando, denuo, ut fecit Iob XLII. 10. sqq. „Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Iob . . et addidit omnia, quæcunque fuerant Iob, duplicia . . .“.
- 31 *salutare uxorem etc.*] Iterum iterumque Ortvinus adulterii cum Pepericornia commemoratione pungitur.
- 32 *non valde speculative*] Scilicet Worstiana defensio fere omnia sua ex ipsa Pepericorno-Ortviniana habet.
- 33 *Antverpiæ*] unde hæc una ep. data est. Hollandici Belgicique monachi Coloniensium partibus etiam in hac causa fidei favebant.

## Pag. 219. EPISTOLA 19. CONRADVS VNCKEBVNCK ORTVINO.

- 2 Unckeboonck est inter ‘attributa quæ meretrices dant suis amatoribus’ in Iacobi Hartlieb De fide meretricum (p. 82. ed. Zarnck.). puto significare sive nigrum vel bufonicum bulbum vel globum, ut *unk*, *ink* est atramentum, sive *unc*, *unke* rana bombina, et *punc* sive *bunge* = *knolle* sit. Schmeller

Pag. 219.

Pag. 218. v. 17 ... Pag. 219. v. 15.

WB. I. p. 287. „pункet adj. knollig, knotig; von Menschen klein, höckericht, kurz und dick ..“. Grimm WB. „Bunge, tympanum, trommel ... dem kraut bachbunge, wasserbunge entspricht bereits ein ahd. bungo m. bulbus (Graff 3, 131.), wahrscheinlich von den aufgeschwollenen knollen ..“. Tam *Schwarzpanß* quam *Unkenpanß* secundum morem scortorum, quibus Hartliebus nominis usum adscribit, satis bene formatum esse videtur.

4 *Mirabile*] mirum, molestum, odiosum.

6 *bene*] certe, wohl, wenigstens.

8 *me obl.* ... *cameræ*] De pœnis *cameræ* (eius *curiæ Romanæ* officii, cui *redituum* sedis apostolicæ cura incumbit) proprie in eos qui mutuam pecuniam deberent (qui se obligarent mutuam pecuniam danti) constitutis nihil equidem didici; sed Unkebuncum ne vocabula quidem iuris intelligentem fingi docet quod sequitur ‘accommodando’ pro ‘mutuo sumendo’: itaque fortasse verus epistolæ auctor (is autem est qui Bononiam abiverat ad fiendum doctor iuris) illum usitatissimum ‘*cameræ*’ vocabulum confundere fecit cum minus vulgari ‘*cambiæ*’ sive ‘*camariæ*’. (cf. Ducange vocc. *Cambia*, *Cambiare*, *Cambium*, *Camiare*.) hoc liquet, clericulum ‘habuisse in voluntate quod voluit’ a campore dato cambio sicco duos florenos mutuari. Summula confess. Antonini Flor. c. 43. „De cambiis ... Si fecit *cambia* que vulgariter dicuntur *sicca*, ut per Venetos a libre de grossi: usura est. quia realiter est ibi mutuum sed sub spe lucri. hoc frequentatur Florentie“. Itaque mutuo dantem in crimen usurariæ pravitatis ‘instar furti’ incidere manifestum est (c. 10. 11. C. XII. q. 5.), sed secundum Innoc. III. c. 20. X. de iure iurando 2, 24. etiam debitores sub poena excommunicationis ad testimonium de commissio crimine proferendum coguntur; quam tamen ‘poenam *cameræ*’ neque Unkebuncus adpellaverit. itaque hic ‘*cameræ*’ aut pro ‘*camariæ*’ posuit, aut ‘*carceris*’ poena (*Wechselhaft*) eius animo obversata est.

9 *dicere opinionem m.*] exprobrare eis incuriam, impiam neglegentiam. Hodieque apud nos qui dicit opinionem suam alteri, iniuriam ei facit, maxime *wenn er ihm recht* sive *derb* sive *tüchtig seine Meinung* (vel etiam *die Wahrheit*) sagt.

10 *ita grosse ... tangere*] *handgreiflich*, so *derb* daß sie's spüren sollen. Proprie hæc ‘*opinio*’ non verba sed verbera essent; sed ira pultroni extinguetur, ubi satis *impiarum* vocum iactaverit.

11 *natus sup. arb.*] ut volatilia cæli, quæ cælestis pater pascit. cf. Matth. vi. 26. *vel debeo ... animal*] i. e. fenum quasi bos comedam? Cf. Iob xl. 10. Dan. iv. 22. 29.

12 *et semper nihil .. nisi*] neque unquam alio cibo utor quam salato.

13 *salatum*] a salare, *salzen*, Gall. *saler*, It. *salare*, Hisp. *salar*. *Salat* Gall. *salade*, It. *insalada*, Hisp. *ensalada*. *Salatum* in Vocabb. non legitur sed ap. Ducang. „*Sallada*, herbæ sale, oleo et aceto conditæ ..“.

*menestrum*] ‘*Menestra*, vox It. *minestra* [Hisp. *menestra*], pulmentum, iusculum, [*Suppe*]. Ducange.

14 *spinaciam*] ‘*Spinacium*, *spinacia*, *spinathia* ... *heydenisch kol.* ... [*spinat*]. Diefenb. Glossar. Gall. *épinard*, It. *spinace*, *spinaccio*, Hisp. *espinaca*. more Italico i. e. sine condimentis coctum. [Ceterum ad h. l. monendum est It. *spinare* (spina pungere) et Germ. *Dorn*, imprimis autem *Spinat stechen* etiam turpeni sensum habere.]

15 *et non ... me*] neque mei recordantur, *denken nicht, an mich*.

Pag. 219.

17 *instare*] supplicare instanter.

20 *frustrum*] frustum, inserta *r*, ut sæpe in similibus verbis, et in hoc ipso vocabulo ap. Ducange: Frusta vel frustra terræ; frustrare, frustrare etc.

23 *fastidiosum* ... *atram*.] quia atramento scripta vitiosa non ut cera scripta detergeri possunt.

24 *ligas*] ligamenta, *bendel*, *nestel*, *schuhriemen*, -*bänder*.

26 *Veronicam*] i. e. icunculam divæ. nam veronicæ nomen etiam plantæ officinalis, nobis *Ehrenpreis*, *Wundkraut* dictæ, est. de quo nomine Krausius (ap. Blancard. Lexic. medic. h. v.) „reduces ex expeditione in Palæstinam eo consilio suscepta, ut Hierosolymas et loca sic dicta sancta infidelibus eriperent, inde Romam attulerant sudarium Christi, in quo imago servatoris, qui sudorem sanguineum exhalaverat, conspici ferebatur. Sudarium hoc in templis venerationis publicæ causa expositum fuerat cum epigraphe *VERA ICON* seu *VERA UNICA ICON*, quam cum vulgus non intelligeret, in sindone mulieris sanctæ, cui nomen Veronicæ esset, imaginem depictam esse somniabat“. Sed Tillemontius (*hist. eccl.* tom. I. pag. 471. ed. Paris. 1693. 4º.) qui de sancta Veronica nihil certi sciri docet, fassus est „il paroist que dès l'an 1011. on connoissoit à Rome le sacré Suaire et la Veronique“. Cf. Molani hist. ss. imaginum ed. Paquot. Lovan. 1771. 4º. p. 406...409.

*tetigit* ... *reliquias*] Ut p. 216<sup>1</sup>.

27 *Agnus dei*] Indeclinabile. Ducange „Agnus dei a) cantilena ... b) cereæ agni cælestis imagines, quæ a pontificibus ipsis consecrantur sabbato sancto ...“, in adversa parte agnum dei cum vexillo, in aversa papæ arma cum clavibus repræsentantes cerei orbes, qui præcipue feminis nobilioribus donari solent. „Pingitur [Iohannes Baptista] etiam cum Agno. Qui ut clarius distinguatur a bruto Agno, appingunt nonnulli ad caput Aureolam sive Coronam Sanctorum: et in humeris vexillum Crucis. Quod etiam in Rom. Ecclesia observatur, dum Agnis-Dei benedicit. Inter alia benedictionis verba [Cærimoniar. Romanar. Lib. I. sect. 7.] sic loquitur summus Pontifex: „Te suppliciter deprecamur, ut nostræ vocis exoratus officio has cereas formas immaculatissimi Agni imagine figuratas bene † dicere, et per invocationem tui sancti nominis sanctificare digneris; ut per eius tactum et visum fideles invitentur ad laudes; fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, ventorum rabies, infesta tonitrua temperentur; fugiant atque tremiscant mali Spiritus ante sanctæ Crucis vexillum, quod in illis exculptum est ...“. Molani hist. ss. imaginum ed. Paquot. Lovan. 1771. 4º. p. 296. sq. cui libro adiecta est (p. 576...622.) peculiaris Oratio de Agnis Dei.

28 *Valent. de Gelterſheim*] cf. Ind. biogr. p. 377. art. Geltersheim.

30 *supposita*] cf. ad 22<sup>15</sup>.

31 *plurime*] i. e. plurimum.

#### EPISTOLA 20. MARQVARDVS FOTZENHVT ORTVINO.

33 „*Fotzenhut*, cunnipileus, cunnum tegens, oft ein unschuldiger spitzname ... Weit vom streit macht alt kriegsleut, wie hauptmann Fotzenhut schreibt: Fischart großm. 61. ... in Wagners handstreich 45 wird einem weinerlichen knaben zugerufen: du votzahut, du koanütziger! ... ein untüchtiger, das ausschweifende leben seiner ehfrau deckender hahnrei heißt ein fotzenhut. Grimm WB. h. v. Cf. ibid. voc. Fotzenhelm.

Pag. 220.

Pag. 219. v. 17 ... Pag. 220. v. 32.

1 *fac. ... instantiam*] cf. ad p. 190. v. 41.3 *cardinalis s. crucis*] Bernardinus Caravajal. cf. Ind. biogr. p. 307. sq. h. art. et adnot. ad Hochstr. ov. § 30. ed. n. p. 472. item Ind. biogr. p. 449. art. Ravennas, ad not. 23.*ille papa*] Leo X. Bernardinus annum quidem et xv dies Leoni (mortuo d. 1. Dec. a. 1521.) supervixit, sed non factus est papa.6 *contra Petrum Ravennatem*] quem Colonienses theologistæ a. 1507. expulerunt. cf. cit. art. Ravennas.10 *antiquus rex Franciæ*] Ludovicus XII. mortuus est d. 1. Ian. a. 1515.*voluit ipsum facere papam*] sed tiara frustra temptata Bernardino detraxerat galerum cardinalicium Iulius PP. II. Cf. cit. art. Bernardinus.12 *pinguem propinam*] cf. ad 19<sup>24</sup>.13 *cuiusdam cardinalis*] Petri de Accoltis Anconitani, puto. cf. Ind. biogr. p. 293. art. Accoltis.14 *bene scit*] egregie callet, bene potest, *gut versteht*.15 *sq. episc. Colonien.*] cf. infra p. 235<sup>11</sup>. Mense Aug. anni 1515. Poppelsdorfi decesserat archiepiscopus Coloniensis Philippus de Duno (*Dhaun-Eberstein*), post quem Hermannus comes Wedanus (*von Wied*), natus a. 1472., electus est, qui a Leone PP. X. confirmatus a. 1518. Coloniæ in possessionem venit. Hunc comitem Hermannum rumor Romæ sparsus cum comite Hermanno de Neuenar confuderat. sed aperte verus huius epistolæ auctor non nescivit rumorem illum falsum esse.17 *contradictoria*] Poeta, i. e. humanista sive etiam 'novus theologus' 'debet esse contra' theologos, episcopus autem pro eisdem, contra Reuchlinistas.19 *quidam curtisanus*] Is fortasse fuit Ioannes Potken præpositus Coloniensis, cuius ad Reuchlinum epistolæ, una Romæ d. 25. Ian. a. 1515., altera d. 13. Sept. a. 1516. Coloniæ scripta, extant. cf. Consp. chronol. p. 140.21 *portavit*] reddidit sive reddendam acceperat, *gebracht, getragen hat*.22 *Erasmus*] 'pontifici commendavit Capnionem literis' scripsit Huttenus Gerbellio Bononiæ d. 31. Iul. a. 1516. Hutt. Opp. I. p. 106<sup>7</sup>.23 *Herbipoli*] apud Friedericum Fischer et Iacobum Fuchs? cf. Hutt. Opp. I. p. 132<sup>17</sup>. 133<sup>7</sup>. et p. 142. n. lvi.24 *ridet*] deridet, ludibrio habet. Ex Bononia d. 9. Sept. a. 1516. Cochläus Pirckheimer scribit: „[Huttenus] hoc vespere nobiscum cœnavit [etc. ut supra ad 198<sup>9</sup> repetivimus]. mirabile profecto mihi videtur hominis ingenium, præsertim in illudenda aliorum stultitia: iocis scatet et salibus. quamprimum hominem audiui, alterum dixi esse Lucianum...“.25 *aliu nobilitarem*] Cochläum, *Iohann Dobeneck aus Wendelstädt*, indicari putaverim, qui quidem ipse non 'nobilitaris', sed nobilitarium, i. e. patriæ gentis fratrum Geuderorum præceptor studiorumque rector fuit.26 *litt. ad ill. comit.*] Hæc epistola Hutteni ad Hermannum comitem de Neuenar Bononiæ Romæ æstate a. 1516. scripta non superest. sed medio fere anno 1517. hic Reuchlino scripsit: „Egregie me animavit Buschius, idemque Huttenus fecit, ambo tui honoris propugnatores, quorum posterior ille ad me litteris suis voluit, ut quoties ad te scriberem, sui facerem honorificam mentionem...“ Cf. Ind. scr. p. 142. d. 1. Mai. a. 1517.29 *ne comburant Speculum oculare*] quod iam diu fecerant. d. 10. Febr. a. 1514. cf. Consp. chronol. p. 129.32 *notaret quod sum*] sentiret, animadverteret me esse.

Pag. 220.

34 *a planta ... Esaias*] Esaias 1. 6. dicit: A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo bonitas.

Pag. 221. EPISTOLA 21. IOHANNES HOLCOT ORTVINO.

2 Robertus Holcot sive Holkot († a. 1349.), magister et professor sacrae theologiae moralissimus atque doctissimus ordinis fratrum praedicatorum ex Britannia magna sive nationis Anglicae super libros Sapientiae Salomonis et Quaestiones super iv libros Sententiarum et Tractatum de studio sacrae scripturae composuit. Hain Repertor. n. 8755...8764. Vitam viri eiusque libros, etiam non publicatos, descripsit Echard Scr. ord. praed. I. p. 629...632. cf. etiam Trithem. de scr. eccless. ed. Ffurt. 1600. fol. p. 324., Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. aet. III. p. 799. sqq., Fr. Haase de med. aev. stud. philol. p. 21. sqq. — Hunc Holcotum mutato praenomine derideri suspicarer, si Crotus ei superiorem epistolam I. 28. adscripsisset; Huttenus autem fortasse non respiciens ad illum celeberrimum sacrae theologiae magistrum, quam dignitatem neque in inscriptione epistolae expressit, nomen ideo tantum inscripsit, quod ei placeret compositio *hol* (*hohl*) et *kot* (*koth*).

5 *Am. pro sal.*] sive 'Amicitiam ... pro salute' ex Caroli epistolari est.

7 *d. s. Margarethae*] i. e. d. 13. Iul. (nam h. l. neque M. peccatricem neque Coloniensem significari puto, ut esset d. 28. Febr. aut d. 23. Febr.)

*d. s. Bartholomaei*] apostoli = d. 24. Aug.

8 *ista ... scripta*] iam diu haec epistola scripta est. Si recte rationem inimus, singulis diebus vix singula miliaria emensa erat Marburgi accepta Coloniensis epistola.

9 *irascabitur*] scil. primae coniugationis. 'Irascari *czornik machen*'. Dict. lat. germ. ap. Diefenb. Glossar. h. v.

12 *Cassel*] Cassela sive Castellum Cattorum, *Hessen-Cassel*.

13 *Margburg*] Marpurgum sive Martisburgum tum pulchrum Dominicanorum monasterium, sed universitatem litterariam nondum habebat: ea decem demum annis post condita est. *Margbach*, quod v. 28. ed. 5. habet, nil nisi falsa explicatio notae 'margb.' est, quam ed. princeps huius partis Epp. O. V. habet.

14 *resumo*] cf. ad 10<sup>33</sup>. resumptor et instructor p. 251<sup>18</sup>.

15. sqq. Redit quaestio de auctore Pepericornianae defensionis, de qua vide p. 212. 217. sq.

17 *dare ad impressuram*] 'impressoria' (*Druckerei*) et 'impressare' (*drucken*) p. 62<sup>28</sup>. 29. 287<sup>10</sup>. impressor (*Drucker*) 69<sup>17</sup>. et saepius. 'impressura' (*Druck*). 'Impressura, impressio. Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad a. 1390. V. impremta .. sigilli ..' Ducange.

19 *intitulare*] *auf den Titel setzen*.

22 *non scit latinum*] ut p. 212<sup>11</sup>. 217<sup>32</sup>. et saepius.

23 *Ortvinus .. est poeta eorum*] Brevius rectiusque Ortvi cum theologis coniunctio eorumque inter se necessitudo designari non potuit. simulque haec brevia verba cur ad Ortvinum pleraeque fere omnes haec epistolae directae sint, explicant. (cf. Ind. biogr. p. 383.) Comparaverim hoc commodissime dictum cum illo de Erasmo 'esse hominem pro se' p. 279<sup>7</sup>.

25 *considerabitis etc.*] consideretis diligentius, antequam faciatis.

26 *cognoscere vestrum stilum*] cf. ad 212<sup>8</sup>.



## EPISTOLA 22. IODOCVS KLYNGE ORTVINO.

30 Hic Berolinensis Klynge sive Kling fortasse ex Hutteni Wittenbergensibus quondam commilitonibus est. Daventriensem Ortvinum sodalem se fuisse, posteaque ad universitatem Wittenbergensem se recessisse ipse dicit; sed in albo univ. Viteb. a Förstemanno edito nomen non inveni.

Pag. 222.

4 *quod nihil est*] *daß es (damit) nichts ist*, sive neget, se bonos dies habere, se minime dulcem ac delicatam vitam agere, sive neget se tam obliviosum esse, ut Ortvinus suspicatus est.

*non sum de talibus*] *ich bin nicht (einer) von solchen*. Ortvinus de me suspitio falsa est.

5 *bene scio*] memoria teneo, memoro, nondum oblitus sum.

*semper ... scripsistis*] scribere solebas.

7 *Qui ... lumine*] Germanice *Aus den Augen, aus dem Sinn*. Fortasse Ortvinus scripserat 'limine cordis', ut consonaret 'cordis' cum 'oculis'.

9 *amæ*] „Amia, amia calva Linnæi; Germ. *Kahlkopf, Moderfisch*; Angl. *the mud-fish*; Gall. *l'amie, la tête nue*“. Nemnich. sed cf. sqq. vv. 25. 27.

10 *optavi vos*] te adesse desideravi, *hab' ich Euch herbeigewünscht*.

*deberet esse præc.*] *hier sein müßte*, fortius quam *hier wäre*.

11 *deberet latari*] *sollte, würde mein Herz sich freuen*, lætaretur.

13 *æcum domi*] i. e. tecum Daventriæ: nam Daventriensis, ut ipse scribebat, et habebatur et nominabatur Ortvinus.

14 *depositor*] Cf. Ind. biogr. p. 305. art. Beanus et supra 60<sup>11</sup>. Non ipsam depositionem beanorum vetant Statuta antiqua univ. Colon. de a. 1392. § 12. sed statuunt „quod nullus præsumat supervenientes de novo, quos aliqui Beianos vocant, indebitis exactionibus gravare, aut alias iniuriis aut contumeliis molestare“. Sæculo demum xvii., postquam „beanorum depositio in eam degeneraverat turpitudinem ac licentiam, ut Bacchi orgyis quam ludo academico esset similior“, abolita est. Cf. Bianco *Die alte Univers. Köln* I. p. 258. sqq.

15 *unum annum ante me*] Id brevissimum tempus erat, post quod depositum ipsum depositorem fieri licebat.

18 *scholirega*] ludum litterarium regens, *Schulmeister*. hodieque Gallice *régent*. Alibi non legi.

21 *Veni Spandaw aggere*] Ibam forte Spandaviæ per vallum 'aggerē', ut adsonet 'amē' i. e. amæ.

25 *plontzgen*] *plotzgen* edit. 5. Hoc loco = amæ, sed Nemnich: „*Plötze*, cyprinus erythrophthalmus“, *Rothauge*. cf. supra v. 9.

29 *solvit*] constat, *kostet*.

32 *in caro foro*] Puto esse pro carnis foro, macello, ut supra 'ecclesia meretrix' et similia, non 'magni constare'.

34 *faciunt ... instantias*] cf. ad 199<sup>11</sup>.

35 *doleo de vobis*] miseret me tui.

*sicut ... mea*] ac si mater mea esses. Fortasse hoc perverse dictum respicit ad locum de concubinariorum condicionibus in Olearii quodlibeto de fide concubinar. (ed. Zarncke p. 90): „... diversas esse conditiones sacerdotum concubinariorum. quidam enim habent corda materna, vulgariter *mütterliche hertzer*, quidam non habent ...“.

Pag. 222.

36 *dominus . . . suum*] Psalm. LXXXIII. 13.

38 *combussistis*] d. 10. Febr. a. 1514. cf. Consp. chronol. p. 129.

*fructificabitis*] *werdet Frucht bringen*, ut in bibliis et sanctis patribus, sed etiam apud Calpurn. ecl. iv. 91.; apud medii ævi scriptores 'fructificare' est etiam *fruchtbar machen*. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

Pag. 223.

3 *Perlin*] Sic vulgo tum scribebatur Berolinum.

*piscalia*] i. e. pisces, piscium genera, ut 'bibalia' 207<sup>31</sup>. et similia. Cf. ad 215<sup>45</sup>. cit. Hutteni Laus Marchiæ. Alias 'piscale' est locus ubi piscatio exercetur. Cf. Ducange h. v.

#### EPISTOLA 23. BERTHOLDVS HACKSTRO ORTVINO.

5 *Hackstroh*, stramentum concisum, *Häcksel*, *Heckerling*, Magister noster nominari videtur a ministerio stabulario ei oblato.

*reliqui vobiscum*] i. e. e Colonia proficiscens tibi promisi, *da ich (bei meiner Abreise) bei Euch hinterlassen habe, daß*.

12 *esse in stabulo*] Cf. Hutteni ad Erasmum ep. d. 24. Oct. 1515. (Opp. I. p. 102. sq.) „... scribens Romam commendabis me uni ex litteratis, cui non mulos scabam aut equos fricem, sed inter libros assideam“. Aliæ quoque huius Hackstroianæ epistolæ partes similes sunt illius Huttenianæ. adscripsi etiam hos Murellii (Eleg. moral. iv. 5.) versus:

„O quales vulgo templi spectare ministros  
Cogimur, insulsos grammaticæque rudes!  
Hic coquus, hic structor Romæ fuit, alter agaso,  
Hic fuit a pedibus, ille nutritiv equos,  
Iste sacerdoti successit filius heres:  
Artibus ingenuis rarus habetur honos,  
Præmia virtuti veniunt rarenter, ad aras  
Provehitur quisquis maxima dona dedit.  
Quamlibet ignari, modo vestis et æris abundant,  
Præsunt nunc sacris, optime Christe, tuis.  
Vix tria verba queunt Latiali dicere lingua,  
Barbarico turpis perstrepat ore sonus.  
Accubitus capiunt inter convivia primos,  
Nec nisi de baccho verba et amore serunt...“.

13 *servare in ordine*] *in Ordnung halten*, bene curare.

14 *mundificando*] purgando, mundando. Germanice *putzen*. Mundificativus, Mundificatio, Mundificativus habet etiam Ducange.

*ipse*] non mulus, sed auditor.

*paratus*] non auditor, sed mulus.

15 *sellum*] Sellus (*der Sattel*) alibi pro sella non legitur.

*et postea*] deinde, non 'currento sequi'.

*ad aud. et iter. ad dom.*] Germanice: *nach der (in die) Audienz, Gerichtsversammlung, und wieder nach Haus*, sive *auf dem Hin- und Herwege*.

16 *non est pro me*] *nicht (nichts) für mich*, mihi minime convenit, infra dignitatem meam est. Wimpelingus in ep. ad Matthæum (Schinner) Sedun. episc. d. 9. Iul. a. 1507. (Riegerger Amœnitt. lit. Friburg. 1779. p. 309.) inter alia hæc: „... agrestes et imperitos ab animarum cura repellas, quales olim ante librorum impressionem forte inventi sunt [sed et postea quoque], qui nihil un-

## Pag. 223.

quam nisi Alexandri Galli partes in scholis elementariis didicere, et quidem obiter ac imperfecte, quod studii tempore vel stipem hostiatim petere coacti sunt, vel ob inopiam coqui, pincernæ, lixæ, calones fuerunt, aut aliis obsequi cupientes equos alere, aves instruere, venari pannosve lineos abluendos ad flumina gestare aut alioquin inservire consueverunt.“

17 *et ... non*] Gravitatis causa primum ‘et’, quamvis sensum pervertat, additum est: vult enim: scito me esse magistrum .\., itaque non posse ..

18 *tuum damnum*] tuam prosperitatem impedis, *es ist dein Schade*.

19 *iterum ire ad*] redire, reverti in.

21 *se tenere sicut mag.*] more magistro digno vivere.

24 *copistæ*] cf. ad 196<sup>31</sup>.

28 *magister curiæ*] i. e. Romæ promotus, bullatus (v. 31.), qui bulla Romæ imetrata gradus academicos sive pecunia sive inliberalibus artibus sibi meruerant. eius modi graduati in Germania fere ut qui hodie diplomata q. v. doctoralia a cauponariis ordinibus emerunt, contemnebantur. Sed „in Italia habetur pro vituperio, quando aliquis est promotus in Almaniam in magistrum vel bacularium“ p. 277<sup>28</sup>. cf. adn. ad h. l.

29 *tu ... bonus*] i. e. quid? tu eandem dignitatem atque ego adeptus sum, tibi arrogas? Primum atque postremo in despectum magistri curiæ eum tibiast, sed in media allocutione timide vobissat.

32. sqq. *Quid est Magister*] Cum ipse libellus Vademecum, e quo hæc sumpta esse dicuntur (p. 224<sup>9</sup>), mihi ad manus non sit (cf. Ind. biogr. p. 493. art. Vademecum), de fide transcriptarum nugarum incertus sum: singulæ vero partes definitionis exhibitæ et Statutorum academicorum præceptis et his locis aliorum libellorum confirmantur: Catholic. (ed. 1490. fol.): „Maiister a maior et sterion quod est status componitur. Et dicitur Maiister quasi maior in statione: sicut minister minor in statione ... Quia autem dicitur maiister

## Pag. 224.

quasi magis doctus etymo est ...“. Vocab. iur. „Magister dicitur qui pre ceteris alicuius rei sive negotii curam gerit. Et interpretatur sillabalter quasi in maiori statu existens. Sed litteraliter sic. quasi manum acrem gerens inter scholares tenens eos rigide. Secundum glosam vero .. dicitur a monendo sive a monstrando ...“. Gemma g. „Magister, *ein maister*, et componitur a maior et sterion, et dicitur magister quasi maior statione.“ Cf. Torrentini Elucidarium, Vocabula greca: „Terion i. statio. inde et a cinis. i. dulcis cimiterium. i. dulcis statio animarum vel potius corporum. Vel dicitur a cinis et terion. quia ibi cinis mortuorum teritur.“ scilicet *ἱερήσιον* sibi finxerant. — Similiter atque h. l. nomen ‘Magister’, in libello Stella clericorum inscripto ‘Sacerdos’ describitur: „Quinque enim sunt dignitates sacerdotum præ ceteris. Primo dicitur sacerdos quasi sacris dotatus, scilicet sacris ordinibus: quia ipse est in summo gradu, qui est sacerdotum. Secundo sacerdos quasi sacris deditus, i. e. sacramentis, ad sacrificanda sacramenta: nam ipse sacrificat sacrosanctum corpus domini cum verbis, signis, prodigiis, et cetera sacramenta. Tertio dicitur sacerdos quasi dans sacra. dat enim baptismum, confessionem, pœnitentiam, indulgentiam, eucharistiam, benedictionem, et extremam unctionem. Quarto dicitur sacerdos quasi sacra docens: docet enim verba sancti evangelii et articulos rectæ fidei. Quinto dicitur sacerdos quasi sacer dux, quasi ducatum præbens et iter populo ad regna cælorum, verbo sacræ doctrinæ et vitæ bono exemplo. Unde versus

Pag. 224.

Sacris dotatus, et sacris deditus, atque

Sacra docens, Sacra dans, et dux sacer, esto sacerdos."

Lepidius illud est 'Presbyter quasi prae aliis bibens ter'. cf. Henrici Stephani *Apol. pour Herod.* II. 191. sq. 43. ed. 1735. 8°.14 *evangelium*] sec. Ioann. XIII. 13. Cf. Hutt. Opp. I. p. 182<sup>19</sup>. sqq.18 *Campum flore*] cf. Ind. biogr. p. 336. h. art.

## EPISTOLA 24. PHILIPPVS MESVE ORTVINO.

20 Ioannis Mesue Damasceni medici Arabica scripta Latine versa (cf. Hain. n. 11105...11118. Panzer. Ann. typ. X. 515. sq.) etiam sæc. XVI. magni aestimabantur: Huttenus (Guaiac. § 15. Opp. V. p. 435.) de medico Francofurtensi „Avicennam, Mesuen et reliquos medicinæ autores ut ungues suos callere“ rettulit. Hunc Mesuen circa a. 1160. claruisse scribit Fabric. bibl. Græc. XIII. p. 256., sæc. XII. medio Bruckerus hist. philos. III. p. 27. (qui scriptores etiam de aliis cognominibus Arabicis scriptoribus disputant), unde emendandum est quod adnotavi ad Hutten. l. c. Mesuen iuniorem mortuum esse Cahiræ a. 1015. — Hanc adnotationem scripsi, ut significarem huius epistolæ auctorem, cum Philippo Mesue eam adscriberet, forte de Arabico medico cogitasse.

22 'Subiectionem humillimam loco salutis'. Caroli epist.

*Quoniam quidem*] cf. ad 8<sup>10</sup>.23. sq. *merito ... fidei*] cf. ad 23<sup>2</sup>. Respicitur h. l. ad Pepericorni defens. p. 168. v. 19. sqq.28 *combusserunt*] d. 10. Febr. anni 1514. Cf. Consp. chronol. p. 129.30 *Ecb. de Harlem*] Huttenus hospiti suo quondam Rostochiensis beneficiorum in se conlatorum grato animo recordatus in his quoque epistolis monumentum ponere non neglexit. cf. Hutt. Opp. III. p. 51. et I. p. 12. item Ind. biogr. p. 360. art. Ecbertus.31 *non partialis*] i. e. neutri parti cæce addictus, *unparteiisch*. Cf. Peperic. Def. p. 142<sup>12</sup>. „Cardinalis sanctæ Crucis esset in hac causa partialis...“. In vocabulariis barbarum hoc verbum est *theilbar*.32 *non debite ... processer.*] Verum est quod obicit Harlemensis: nam Colonienses ne sententiæ quidem dicendæ, nedum statim exequendæ ius habebant lite pendente. Cf. Consp. chronol. p. 128. sq. d. 20. Dec. 1513... d. 10. Febr. 1514.

Pag. 225.

3 *duob. cardinalib.*] Grimano et Petro de Accoltis. Cf. Consp. chronol. p. 130. die 18. Febr. 1514. Reuchl. Defens. pag. Iiii. „... Placet et committantur omnia Grimano et S. Eusebii Cardinalibus.“*mand. silent.*] Grimani inhibitoriales contra Hochstratum datæ sunt Romæ d. 19. Ian. a. 1515. Cf. Consp. chronol. p. 135.5 *Parrh. et all. iv univv.*] Parisiensium sententia condemnativa lata est d. 2. Aug. a. 1514. Præcesserant Lovaniensis d. 28. Iul. a. 1513., Coloniensis d. 16. Aug. a. 1513., Erfordiensis d. 3. Sept. a. 1513., Moguntinensis d. 13. Oct. a. 1513. Cf. Consp. chronol. p. 125. sq.8 *tot univv. non err.*] Peperic. Def. p. 109<sup>38</sup>. „cum tot universitates... sunt consulte, et he omnes unius mentis sunt...“. Hoc in memoriam revocat. disputationem, utrum dicterium verum sit „Communis doctorum opinio, ergo vera“, an „... ergo falsa.“ cf. 237<sup>12</sup>. 248<sup>14</sup>.14 *diabolus tenebit candelam*] verba Pepericorni Def. p. 109<sup>8</sup>. In *Beschyrmung*

Pag. 226.

Pag. 224. v. 14 . . . Pag. 226. v. 34.

p. 511<sup>6</sup> est: „*Da ghedacht ich nu will der dufel die kertz halden vnd gedacht an das sprich wort gelernt macht verkert . . .*“ cf. 237<sup>21</sup>. 248<sup>15</sup>. Cf. parabolae *Teufelsregen, Der Teufel citiert die Bibel, d. T. steht zu Gevatter, d. T. betet den Rosenkranz* et similes.

17 *statutum*] cf. ad 13<sup>4</sup>.

## EPISTOLA 25. ADOLFVS KLINGESOR ORTVINO.

20 Infra ep. 50. scriptum est Clingesor. Quamvis etiam in quodlibeto De generib. ebriosorum „autores Ulenspiegel, Klingsor, Pfarrer vom Kalenberg“, quæ sunt notæ Germanicæ fabulæ, laudentur, tamen Clingesor hic ex Germanico *klingen* et *Ohr*, aurium strepitu fictum esse opinor.

26 *Ego . . . quod*] i. e. ego suadeo vobis quod nunquam.

27 *Ipsi . . . hic*] i. e. in me quoque odium suum passim effundunt huius universitatis homines, me quoque fastidiose excipiunt; *auch mir sagen sie hier viel (despectierliches, unangenehmes)*.

31 *adhuc est bonus christ.*] cf. ad 77<sup>2</sup>.

34 *habet nequam post aures*] *hat den Schalk hinter den Ohren*, simulator dissimulatoreque est, habet cutem Christianam, sed in cute totus Iudæus est. Peperic. Def. p. 102<sup>10</sup>. 111. „habuerit Iudaicum nequam post aures suas sedentem“.

Pag. 226.

5 *Arnoldus . . . virgo*] cf. ad 20<sup>31</sup>. 111. et I. ep. 45.

10 *macellarius*] cf. ad 190<sup>30</sup>. Peperic. Def. p. 158<sup>31</sup> „... te macellarium in Iudaismo . . .“ et p. 170<sup>13</sup>. „mentitur Ioannes Reuchlin me lanium fuisse inter Iudæos. quodsi ita esset, non tamen ego ob idipsum contemnendus: beatus enim Petrus piscator fuit et ceteri apostoli piscatores vel omnino indocti“.

12 *spiritus tristis exsiccat ossa*] Proverbior. xvii. 22.

## EPISTOLA 26. HENRICVS SCHAFFSMVLIVS ORTVINO.

15 *Schaffsmulius*] Ab oris ovilli similitudine tum stupidæ faciei (*Schafsgesicht*) hominem *Schafsmaul* (usitatius *Schafskopf*), tum etiam quasdam plantarum ac pomorum species *Schafsmaul* dicimus.

21 *tenetis . . . unus*] i. e. censeas de eo qui forte. *in die Vener.*] cf. ad 68<sup>22</sup>.

22 *alias . . . ieiunium*] alio quocunque ieiuniorum die.23 *Campoflore . . . hospit.*] cf. p. 77<sup>6</sup>. et Ind. biogr. p. 336. sq. art. Campoflor.27 *Carlinum vel Iulium*] =  $\frac{1}{5}$  vel  $\frac{1}{6}$  ducat. cf. ad 216<sup>7</sup>.29 *iuvenis gallina*] *ein junges Huhn*, ipse pullus.

30 *computat . . . magnam*] idem pulli ac gallinæ pretium est, *er berechnet das kleine wie das große*.

31 *intus*] interiorem, ovo inclusum.

32 *vos . . . peccatum*] tu sollicitasti me ad peccandum, tua est culpa quod mortaliter peccavi.

33 *in feriis sextis*] Scilicet constitutiones ecclesiasticæ ‘in feriis sextis, an *Freitag*’ ieiunare sive potius a carnium esu abstinere præcipiunt.

34 *immo non*] ne quidem.

*pullaster*] quasi contemptim. De pullastris (al. pullitris), quas vetulis opponit, Varro de r. r. iii. 9. Diefenb. Glossar. „Pullaster, pullulaster, *iungerhan*, hen-

Pag. 226.

lin. Pullastra, iungs henle, iunge henne, hienlin<sup>a</sup>. Italice *pollastra* et *pollastro*.

34 *reputatur*] i. e. in confessione facienda, non a popinario, qui 'computat parvam sicut magnam'.

Pag. 227.

1 *natus*] Lepidum hoc de pullo ex ovo prodeunte, quasi diceret *bis das Ei entbunden ist*.

*est sicut de caseis*] *es ist wie mit den Käsen*, comparantur pullastri qui nondum provenerunt ex ovis, cum vermibus qui sunt in caseis nimis putridis.

3 *vigiliis apostol.*] diebus alicuius apostoli festum præcedentibus, quibus item a carnium esu abstinendum est. Proprie 'Apostolorum dies (*Apostel- sive Aller Apostel-, Zwölfboten-Tag, Aposteltheilung*) est dies 15. mensis Iulii.

4 *pultroni*] cf. ad 41<sup>14</sup>.

5 *hab. plus pec.*] maius pretium eis solvendum sit, iniquum lucrum faciant.

6 *quom. . . regere*] *wie ich mich verhalten soll*, quid mihi faciendum sit, quomodo hæ difficultates expediendæ sint: libenter quidem consultarem sacerdotem Romanum, sed hi non sunt vere religiosi homines.

11 *pro piscibus*] quibus vesci licet etiam in feriis sextis.

14 *hic acquirere un. absol.*] Romæ facilius commodiusque absolvi potuit, neque temere differre mortalis peccati confessionem licuit.

16 *atq. . . banco*] cf. ad 194<sup>15</sup>. Anno 1514. mille quingentos aureos per trapezitas Romanam miserant theologistæ. cf. ad 19<sup>24</sup>.

20 *dixit*] Matth. xvi. 18.

#### EPISTOLA 27. WILHELMVS STORCH ORTVINO.

23 *Storch* ipse Daventriensem se dicit p. 228<sup>12</sup>. itaque neque Storckius p. 201. v. 119. neque (quod etiam temporum ratio vetat) Zuicaviensis propheta Nicolaus Storch ad h. l. pertinet.

26 *non representatis mihi semel*] ne mittis quidem, dono mittis, *Ihr macht mir nicht einmal . . . zum Präsent*.

27 *illum librum*] vult, ut Kuckuk p. 204<sup>32</sup>, Pepericorni Defensionem, quam Holcoto quoque quasi suum opus annuntiavit Ortvinus p. 221. vv. 15. sqq., ubi 'notabilis liber (*das interessante Buch*)' laudatur.

30 *impressor . . . imprimere*] Quentellum, ex cuius officina Defensio Pepericorni prodisse videtur, non redemisse xx florenis librum apparet, alium autem non Coloniensem librarium tantam pecuniam optulisse gloriosi Ortvini mendacium fuerit.

31 *copiam*] exemplum, *ein Exemplar*.

32 *copistis*] cf. ad 196<sup>31</sup>.

33 *quod . . . Italia*] Germaniam certe non minus quam Italiam doctorum scriptorum gloria excellere.

Pag. 228.

1 *bene bonum, esset*] *es wäre wol gut*, valde utile esset, vehementer optarem.

3 *credunt etc.*] cf. p. 223. vv. 24. sqq.

7 *nuper . . . adveniit*] Hæc cum sequenti carmine rettulerim ad primum post appellationem a Spirensi sententia interpositam Hochstrati Romam adventum, i. e. ad a. 1514., non ad reditum e Florentia Bononiaque a. 1516., quo hanc Storchi epistulam scriptam esse puto.

*ad Pasquillum*] cf. Hutteni epigrammata 'Pro Pasquillo Rom.' et 'Pasquillus'

Pag. 228.

Pag. 226. v. 34 . . . Pag. 229. v. 28.

(Opp. III. p. 214. sq.) eodem fere tempore, quo hæc epistula, scripta. In statuarum reliquiis vulgo *Marforio* et *Pasquino* appellatis superesse symplegma Aiakis et Achillis recentiores docent. cf. *Urlichs et v. d. Launitz Ueber die Gruppe des Pasquino. Bonn.* 1867. 4°.

- 11 *intronisationem*] Puto pompam significari, cum Hochstratus 'ante duos annos veniret Romam cum tribus equis' (p. 269<sup>30</sup>. cf. ad 19<sup>23</sup>), post quam a sententia Spirensi appellaverat et 'in propria persona illuc [Romam] e vestigio profectus erat ad christianam veritatem obtinendam', ut Peperic. Defens. p. 142<sup>10</sup>. scripsit.

v. 5. *collegit . . . caseos*] 'Hochstratus est frater casearius' p. 9<sup>34</sup>.

- 6. *una universitate*] Coloniensi. cf. Ind. biogr. p. 394. art. Hochstrat.

- 8. *sillogismos fac.*] cf. supra ad 17<sup>1</sup>.

- 9. *admirarent*] cf. p. 4<sup>37</sup>.

Pag. 229.

5 *disputativus*] cf. p. 188. vv. 28. sq.

- 6 *primas intentiones*] Notionem intentionum primarum et secundarum ex Arabicis logicis, imprimis ex Avicenna, sumpserunt Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Duns Scotus, Raymundus Lullus, Guilelmus Occam, et ex his logici recentiores omnes, sive Thomistæ sive Scotistæ, utut varie descripserunt, tanquam fidei articulum posteris tradiderunt. cf. *Prantl Gesch. d. Logik* II. p. 320. sq. III. p. 91. et aliis in Indice art. 'Intentio' indicatis locis. ex hoc (p. 338. not. 768.) hunc unum Guilelmi Occam locum transcribimus: „Dicunt aliqui, quod intentiones primæ et secundæ sunt quædam entia ficta, quæ tantum sunt obiective [i. e. quod nos dicimus 'subiective'] in mente, et nulli subiective [i. e. in iis quæ menti subiciuntur, quod nos dicimus 'obiective']. Contra . . . intentio prima et secunda realiter distinguuntur, quia intentio prima est actus intelligendi significans res quæ non sunt signa; intentio secunda est actus significans intentiones primas“. „Intentio secunda est illa quæ est signum talium intentionum primarum, cuiusmodi sunt tales intentiones, genus, species, et huiusmodi“.

- 7 *Ipsi dicunt*] Isti præsumptuosi copistæ, de quibus p. 228<sup>3...5</sup>.

*in pedibus suis*] Scilicet 'composuit rithmice, non attendens quantitates et pedes, quia videtur quod melius sonat sic'. p. 198<sup>24</sup>.

- 9 *non sum poeta sæc.*] 'Non didici illam poetriam, nec curo'. p. 198<sup>25</sup>.

- 11 *respondere ad hoc dictamen*] 'Vos debetis legere et corrigere . . . ' p. 47<sup>38</sup>, 'debetis emendare' p. 187<sup>31</sup>.

- 13 *Hispani . . . Lombardiam*] cf. ad p. 197<sup>30</sup>.

- 15 *per regem Franciæ sollicitat*] cf. ad 209<sup>27</sup>. 213<sup>16</sup>.

- 18 *sed . . . scio*] *Aber nun weiß ich nichts mehr.* Hæc sunt quæ scribenda habebam.

## EPISTOLA 28. BERNHARDVS GELFF ORTVINO.

- 21 Præter ea quæ Labia (p. 186. vv. 16. sqq.) rettulit, de hoc Parisiensi magistro Gelff nihil notum est mihi. Cf. Ind. biogr. p. 377. h. art.

- 22 *unus ex minimis*] Humilitatem suam, ut supra, h. quoque l. ostendit iuvenis magister. cf. Matth. xxv. 40. „... quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis.“

- 27 *causa . . . fidei*] cf. ad 23<sup>2</sup>.

- 28 *totum processum*] Dicit, puto, se omnia processus q. v. acta sive gesta possidere.

Pag. 229.

29 *cursor*] in theologia, ut 46<sup>22</sup>. 47<sup>6</sup>. 55<sup>3</sup>. 198<sup>26</sup>, non *cursor* vel *posta*, ut 197<sup>3</sup>, nec *cursor* qui circumportat libros, ut 205<sup>19</sup>, nec *cursor* in grammatica, ut 280<sup>19</sup>.

30 *habet facere iter*] iter ducturum esse.

Pag. 230.

1 *libenter habeo*] valde gaudeo. Summa cum voluptate accipio litteras doctorum virorum ad me datas.

5 *intit. Epp. O. V.*] Idem credidit ille „in Brabantia prior quidam Dominicanus et Magister noster, qui volens innotescere patribus coemit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret ordinis proceribus, nihil dubitans, quin in ordinis honorem fuissent scriptæ“. Erasm. Rot. in Hutt. Opp. II. p. 442.

9 *quondam Iud. etc.*] ‘*vormals ein Jud, nun ein Christ*’ ipse Pepericornus libellis suis Germanicis inscribere solebat (cf. Ind. serr.), ‘olim Iudæus nunc vero Christianus’ Peperic. Def. p. 83<sup>3</sup>. Cf. ibid. p. 174<sup>37. 399</sup>.

12 *signavi notabilia*] Hoc fiebat ad exteriorem marginem adscripto signo NB. *continuationes* sunt lemmata marginalia, quibus aut initialibus vocabulis aut nominibus e textu repetitis huius argumentum ordoque summam in- dicatur.

*multum ... libro*] magni facio eum librum, valde mihi placet.

13 *ei*] Pepericorno.

*unus officialis*] Questenbergius procul dubio, quem suum veterem amicum Reuchlinus Cubicularium Papæ et a secretis, ipse se Decretorum doctorem et Brevium apostolicorum scribam appellat. cf. Hutt. Opp. I. p. 461. not. et Ind. biogr. p. 446. art. Questenberg. Etiam supra p. 204<sup>12</sup>. Questenbergus cum Pepericorniana Defensione nobis obviam factus est.

14 *collegit articulos*] ut anno 1512. contra Reuchlinum Arnoldus de Tungari (cf. Ind. serr. p. 78. n. xi.) collegerat, et ut in ipsa Defensionis Pepericorni inscriptione (cf. Ind. serr. p. 89. n. xxi. 2.) indicati sunt „Novi Reuchlinistarum articuli execrabiles. mihi atq; aliis iniurii et in ecclesiam dei apertissime blasphemantes. Ex maledictis obscurorum virorum epistolis summam excerpti.“ Cf. etiam Peper. Def. pag. 118... 124. et Hutten. Opp. I. pag. 181. § 30. „Ibi tum accurate legunt ... enotant; inde in articulos errata digerunt ... nonnunquam ‘ad ignem, ad ignem’ ingeminant ...“.

19 *consequenter*] i. e. ipsis articulis singulis subiectas, additas refutationes.

20 *pro posse meo*] cf. ad 47<sup>20</sup>.

22 *extracti*] ‘extracte’ Propositiones scripsit Arnoldus. ‘summam excerpti’ Ortvinus in Pepericorni Def.

24 *intitulatur Def. I. P.*] cf. sq. v. 30. et p. 204<sup>33</sup>. 211<sup>29</sup>. 236<sup>27</sup>. 243<sup>4</sup>. 257<sup>22</sup>. 264<sup>7</sup>. 268<sup>22</sup>.

27 *crimen læsæ mai.*] cuius Reuchlinus in Pepericorni Def. passim accusatur.

31 *epistola ad Sanctiss.*] A qua incipit Defensio Pep. (p. 83. sq.); non extat in Germanico libro *Beschyrmung*.

34 *semel una etc.*] quondam papissa. Nota fabula de puella Moguntinensi, Ioanne Anglico dicta, quam a. 855. in sedem apostolicam evectam, sed puerperam mortuam esse, ex Pseudo-Anastasio bibliothecario narrabant.

35 *scripsit*] p. 84<sup>26. 39</sup>. Poterat alios quoque locos notare, e. gr. p. 140<sup>11</sup>. „ut sanctissimus ... esset instructa ...“.

Pag. 231.

4 *de facto est hereticus*] ‘... nullatenus dubites omnem hæreticum vel schismaticum cum diabolo et angelis eius æterni ignis incendio participandum ... omni



Pag. 231.

enim homini qui ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, neque baptismus . . . neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem.“ c. 3. X. de hæreticis v. 7. (ex Fulgent. lib. de fide.)

6 *non . . . latinum*] Non scit alphabetum Latinum. p. 212<sup>11</sup>. 195<sup>35</sup>. etc. Non nescivit personatus Gelfus Ortvinum Latinam fecisse defensionem Pepericorni.

9 *Alexander*] in Doctrinali: De generibus nominum per regulas speciales, vers. 1.

12 *Theologi non curant grammaticam*] Gregor. M. ad Leandrum episc. in expositionem lib. b. Iob epist. cap. 5. „indignum vehementer existimo, ut verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati“.

15 *Ad et Kiiii*] i. e. ed. n. p. 83<sup>19</sup>. et 145<sup>22</sup>. (et Nii. i. e. p. 163<sup>37</sup> „ego me ab omni medius fidius infamiæ nota liberum reddam.“) Sed Pepericornus sive Ortvinus etiam iurandi formula ‘me hercule’ usus est p. 132<sup>39</sup>.

18 idolatra, ‘ydololatra, abgotter, aptgotter anbeter’. Diefenb. Glossar.

Fidius, fideus, *halbmensch und halbgot* . . . Id.

23 *Donatus*] Immo Charis. gramm. (ed. Keil p. 198) „(M)Edio fidio, per Iovem vel fidem filiumve Iovis Herculem. quæ iuratio propria virorum est, ut feminarum edepol, ecastor, eiuno . . .“. Io. de Ianua voc. Medius: „... Medius componitur cum fidus: et dicitur mediusfidius adverbium iurandi .i. per mercurium qui mediator est et fidus interpret deorum et hominum. vel mediusfidius componitur a medius et fides quasi mediante fide.“ Cf. etiam Ind. biogr. p. 358. art. Donatus.

26 *poeta*] i. e. grammatico novo.

28 *se sustentare eccles.*] p. 174<sup>13</sup>.<sup>sq.</sup> „... ego non solum spero sed firmiter credo, quod propter hunc meum libellum magnam fecerim utilitatem ecclesiæ catholicæ, ut . . . illa . . . tam periculosos homines . . . præcavere feliciter possit.

Pag. 232.

2 *se esse humile ecclesiæ membrum*] Peperic. Def. p. 174<sup>33</sup>.<sup>sq.</sup>

7 *impositione*] ‘Impositio, *aufflegung, aufsetzung*’. Diefenb. Glossar. H. l. prima impositio est significatio propria, primaria vocabuli notio. opponitur v. 9. „largo modo utendo terminis“.

11 *dicit*] Peperic. Def. p. 83<sup>7</sup>.<sup>sq.</sup>

17 *Di*] *ibid.* p. 102<sup>21</sup>.

28 *scribit*] p. 102<sup>22</sup>. „tunc sua gratia ioco dedit mihi alapam et consolabatur me, quod ego in fide Christiana pusillanimis esse non deberem . . .“.

32 *Fi*] p. 114<sup>16</sup>. Sed etiam p. 102<sup>34</sup>: „nam quemadmodum Iudas Salvatorem nostrum tradiderat ac venderat, ita me . . . prodiderat.“

Pag. 233.

1 *tangere cum digitis suis*] Germanice *mit Fingern greifen, faßen*, manifestissimum est.

5 *scrib. et sacerd.*] ‘principibus sacerdotum et scribis’ Matth. xx. 18. Marc. x. 33.

11 *Oi*] Def. Pep. p. 168. vv. 31 . . . 35. „Imprimis protestor . . . deceptos esse.“

14 *imperator met*] cf. ad 21<sup>31</sup>.

15 *nuper etc.*] cf. epistolam Geræandri (m. lun. a. 1516. ? scriptam) quam supra exhibuimus ad p. 192<sup>10</sup>.

18 cardinales s. Marci (Dominicus Grimanus), et s. Georgii (Raphael Riarius), et s. Chrisogoni (Adrianus). vide Ind. biogr. hos artt.

19 *alii plures*] Reuchlini Acta Iudicior. 1518. 4<sup>o</sup>. pag. pænult. „ . . . convenerunt in publicam sessionem Anno dñi M.D.xvi. secunda Iulii præsentibus viris innumerabilibus. Et tunc primus omnium Archiepiscopus Nazareus . . . iusti-

Pag. 233.

ficavit et approbavit Oculare speculum et condemnavit sententiam Parisien-  
sium et aliarum universitatum adversus illum consulentium [cf. ad 225<sup>5</sup>]. Se-  
cundus Episcopus Malfetanus Græcus natus pariter condemnavit, et dictavit  
etiam F. Iacobum inquisitorem et accusatorem esse puniendum. Deinde Epi-  
scopus Forliviensis pari voto, Et sic de reliquis per ordinem. Qui omnes et  
singuli pro Ioanne Reuchlin ac eius innocentia et intemerato libro suo tulerunt  
sententiam absolutoriam. Præter Magistrum palatii de ordine prædicatorum  
[Silvestrum Prieratem] qui noviter factus fuit magister. Nam prædecessor  
suus ille ante eum magister palatii prius sæpe ac publice astipulatus est  
innocentiæ || Reuchlinianæ. Et Oculare speculum tunc denuo iusserat Romæ  
imprimi tanquam non scandalosum sed magis ædificativum. Cæterum quando  
hæc vota tot et tam illustrium ac præclarorum hominum audiverat F. Iaco-  
bus prædicatorum inquisitor, mox et auxilio fautorum, et præterea more  
curiæ mandatum summi pontificis impetraverat de supersedendo. Time-  
bant enim tunc Iacobitæ omnes ne reverendissimi domini iudices apostolici  
commissarii tot et tantorum virorum vota imitantes mox diffinitive pronun-  
ciarent, ita discessum est.“ Ex incerti epist. Romæ (m. Apr. a. 1521. ut vi-  
detur) scripta hic locus huc pertinet (Riederer *Nachrr.* I. p. 180.): „Accedebat  
Silvester ille Prierias et tota prædicatorum factio, præcipue Capnionis ini-  
mici, qui nimiam Pontificis bonitatem incusabant, asserentes si pridem Ca-  
pnionis ausibus via regia obviasset, nunquam Martinum [Lutherum] talia  
fuisse ausurum, hæque occasione sententiam contra libellum Capnionis ex-  
torse- runt, quamvis paullo ante Pontifex quosdam exhortatus fuisset, ut  
Talmut imprimerent, ac ideo privilegiis exornasset. Tulere factum quoque  
illud multi boni indignissime tanquam penitus iniustum, Pontificis digna-  
tioni et æquitati contrarium; sed vicit pars deterior. Credimus tamen præ-  
dicatores divina ira et suis sceleribus ad omne nefas præcipites ferri.“

22 *Oiiij.*] Def. Pep. p. 176. vv. 18...21.23 *Hieremiæ*] XLVIII. 10.24 *melius etc.*] II. Reg. xxiv. 14. I. Paralip. xxi. 13.27 *deus etc.*] Christus est veritas. I. Ioann. v. 6.30 *O ij. col. ij*] Def. Pep. p. 169. v. 21...24.

Pag. 234.

11 *O ij. col. j*] ibid. p. 170. v. 26. sq.14 *imperator in epistola sua ad papam*] d. 23. Oct. (a. 1514.) data. cf. Consp. chro-  
nol. p. 134. Hæc est:

Maximilianus Cæsar Romanorum imperator. Ad Leonem Decimum Ponti-  
ficem Maximum. Beatissime Pater, Domine excellentissime. Licet alias Beati-  
tudo Vestra causam quandam inter honorabilem, fidelem, nobis dilectum Io-  
hannem Reuchlin seu Capnionem, Consiliarium nostrum, et quosdam Theologiæ  
professores studii Coloniensis, super quæstione de libris Hebraicis comburen-  
dis vertentem, venerabili episcopo Spirensi Principi Consanguineo nostro de-  
voto dilecto decidendam commiserit, et præfatus Capnion servata iuris forma  
per eundem Spirensem tanquam Beatitudinis Vestræ Commissarium absolutus  
fuerit. Nos quoque pro pacificatione istius negotii utrique parti silentium  
imposuerimus. Nihilominus intelleximus præfatos adversarios Consilarii no-  
stri Capnionis novam actionem in Urbe, et apud Beatitudinem Vestram, nulla  
tamen interposita (ut fieri solet) legitima appellatione, contra ipsum Capnio-  
nem instituere, et etiam præter viam ordinariam et regiam iusticiæ, quam ex

Pag. 234.

Pag. 233. v. 22 ... Pag. 235. v. 30.

- industria student vitare, variis viis et modis ipsum oppugnare. Et solum ad hoc tendere, ut litem in longum trahant, et hunc virum integrum, bonum, doctum et a catholica doctrina nihil dissentientem. Et ea quæ a se scripta sunt, potius ad instantiam nostram, et in bonum finem, ac communem Christianæ Reipub. utilitatem ac consultationem fuisse emissæ. Existimamus omnino esse officii nostri, viri tam integri, innocentis, et de nobis optime meriti protectionem suscipere. Propter quod Beatitudinem Vestram quanto maiori possumus studio instantè rogamus. Dignetur ad singularem nostri complacentiam, hanc rem quæ nobis plurimum est cordi, ferventius amplecti, et imposito perpetuo silentio adversariis illis captiosis Theologis, qui etiam non veriti sunt in commissione eorum nuper apud Beatitudinem Vestram impetrata, nos, et alios Principes nostros Germaniæ taxare. Causam istam penitus extinguere et suffocare, ut innocentissimus vir ille a tam sinistris vexationibus liberatus, tanto commodius ultimos ætatis suæ annos peragere, et aliis studiis quæ ad communem Reipub. Christianæ utilitatem emittere in animo habet, liberius vacare possit. Quemadmodum Beatitudo Vestra latius ex Reverendissimo domino Cardinali Sanctorum quatuor, et Oratore nostro intelliget. Faciet in hoc rem æquissimam se dignam, et Reipub. Christianæ utilem, nobis autem pergratissimam omni filiali studio et officio erga se recompensandam, quam Deus suæ sanctæ Ecclesiæ diu conservare dignetur incolumem et illæsam. Datum in Inspruck xxiii. Octobris." Cf. p. 239<sup>10</sup>.
- 15 *in multis mandatis etc.*] Quæ tam Reuchlini Speculum oculare, quam Pepericorni libelli Defensio et *Streidtpuechlyn* repetierunt.
- 17 *irremissibiliter*] Adverbium theologicum. 'Irremissibile, *unablässig, nit verziglich*.' Diefenb. Glossar.
- 20 *duo puncta*] Pro quibus hodie scribimus comma (,). neutrum vero ad Pepericornum excusandum sufficere Gelfus non videt: Capnion maneret proditor Cæsareæ maiestatis, etsi etiam perfidus Pepericorni consultor diceretur.
- 24 *bonus imperialis*] *ein guter kaiserlicher, gut kaiserlich gesinnt*. cf. p. 213<sup>11</sup>.
- I.iii.]* Peperic. Def. pag. 138. vv. 36...38. De Spirensi commissione agitur. Cf. Consp. chronol. p. 130. d. 29. Mart. a. 1514.
- 35 Quamvis ridicula videatur hæc defensio, non iniuste papam dedisse, sed iniuste Reuchlinum accepisse commissionem, tamen hoc ipsum voluit Pepericorni Def. l. c.

Pag. 235.

- 6 *dicit*] Pep. Def. p. 138. v. 38 ... p. 139<sup>i</sup>. „Sed ex commissione ... comburi iussit.“
- 10 *scribendo ad papam*] epistolam ad 234<sup>11</sup> repetitam.
- 14 *episc. Coloniensi ... mortuus*] Philippus † m. Aug. a. 1515. cf. ad 220<sup>15</sup>.
- 15 *intentionaliter et implicate*] i. e. declarans et aperte dicens quid intendisset Cæsar, cum mandata in Pepericorni Defens. p. 88. sqq. repetita ederet.
- 26 *liberarios*] idem puto quod 'liberarias' = bibliothecas (cf. 46<sup>38</sup>. 47<sup>6</sup>.); nam nimis eleganter dictum videtur, librorum venditores (librarios) visitari. 'Librarius ... *byecher man, buchverkauffer, eyn die boecher bewaert, boickschryver, boick verwaerre, buochschreiber* ...' Diefenb. Glossar.
- 28 Doctore sancto (Thoma Aquinate), .. subtili (Duns Scoto), .. seraphico (Bonaventura) et Alberto M. Cf. Ind. biogr. hos artt.
- 30 *proficuum*] (Martian. Cap.). 'Proficuum, *nucze, nuczbar, .. profitelich*'. Diefenb. Glossar.
- credo quod adhuc erit*] spero fore.

Pag. 235.

31 *qui regnat*] 'qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis'. Paul. ad Ephes. iv. 6.

Pag. 236. EPISTOLA 29. ECBERTVS VNGENANT ORTVINO.

8 Valentinus Engelhart de Geltersheim bursam Montanam rexit. cf. Ind. biogr. p. 377. art. Gelterßheim.

13 *ex partibus inferioribus vel sup.*] *aus dem Nieder- oder Ober-land.*

14 *intus*] *drin*, i. e. in navibus.

*visitarent in bursa sua*] i. e. eius. Contra eius modi cauponantes manticulariosve magistros, quæ species carnivora nostris quoque temporibus durat, Statuta Basiliensia a. 1477. præcipiunt „de cetero nullos Magistros aut scolares facultatis arcium debere per se aut alium directe vel indirecte allicere practicare vel attrahere Scholares advenientes vel qui de novo advenerint sue vie aut burse applicare, aut iisdem occurrere in ponte Reni aut quibusvis aliis locis sub pena sex florenorum fisco universitatis pro medietate et reliqua damnum passo solvendorum, unde quisque gracia studii de novo adveniens suo relinquendus arbitrio transferendi se ad Bursam, Regenciam aut viam quam sibi putaverit plus proficuum.“ Vischer Gesch. d. Univ. Basel. 1860. p. 153.

15 *bene portavi ei vig.*] adduxi ei certe non minus quam xx.

16 *fuisset ... tempore*] Sane prudentius asellus sine nomine egisset, si tempus in litterarum studium quam in beanorum venationem impendere maluisset.

18 *bursalia etc.*] cf. p. 68. vv. 1. sqq.

*potestis ... dicere*] dicas ei quæso.

19 *recordare*] cf. ad 207<sup>22</sup>.

*Lo.*] Etiam nunc hoc Lovaniam sive Lovanium significare puto.

EPISTOLA 30. BALTHASAR SCLAVCH ORTVINO.

21 *Sclauch*] i. e. Schlauch, uter, utris. Sæpe, sed non h. l., significat potatorem, multibibum, *πολυπότην*.

22 *baccul. th. form.*] cf. Ind. biogr. p. 302. sq. art. Baccalaureus.

27 *qui int. Def. I. Pf.*] cf. ad 230<sup>24</sup>.

30 *Ezech. ix.*] 3.

Pag. 237.

1 *semper habet atram.*] Peperic. Defens. p. 145, 17. sqq. „Ego qui mecum fero et calamum et pugillarem, ea possum adnotare quæ vel in sermonibus publicis vel in conventiculis audio eruditorum..“

2 *auctoritates et notabilia*] cf. ad 218<sup>21</sup>.

4 *Viennæ*] Vindobonensia narrat etiam Krabacii epistola I. 14., de Hutteno, non ab Hutteno, et ante Pepericorni Defensionem editam scripta. hanc autem Sclauchi epistolam in annum 1516. incidere manifestum est. Maxime autem bilem theologis movisse videntur epistolæ a. 1512. a Vindobonensibus ad Reuchlinum datæ huiusque ad illos responsoriæ (cf. Consp. chronol. pag. 123. Apr. 1512.), e quibus unam, Lazii, repetimus.

Simon Lazius Capnioni salutem.

Literas tuas vir humanissime et Apologiam optimo viro Thomæ Resch collegæ theologiæ baccalaurio oratori ac poetæ laureato nomine tuo obtuli, qui osculabundus literas et Apologiam cum maximo animi gaudio suscepit, quippe cui (ut coram dicebat) ad id temporis gratius accidere potuisset ni-

Pag. 237.

Pag. 235. v. 31 . . . Pag. 237. v. 30.

hil. Et id eo libentius, quod is vir perhumanus cum nostri nobilissimi gymnasii gubernacula tunc habebat (Quando enim Viennam appuleram gymnasiarcha electus fuerat) tum tui nominis studiosissimus erat. Multa de te (nomen enim tuum apud nos notissimum est) studio tuo, omnibusque rebus humaniter me interrogabat. Diligentissime vir ille Apologiam tuam legit, quæ postea rus ibat ad Stiborium nostrum, qui eam ex intimo pectore legit ac perlegit. Quæ ubi domuitionem capesserat, Cuspiniani fores appulsabat, qui stomachabundus mihi succensuit, quia ad se literarum nihil abs te afferrem, at excusationem non rancidam pro tempore afferebam, literas tuas probe [i. prope] affuturas significans. Quare tuum erit quod verbis promiserim opere perficias. Lecta autem a Cuspiniano nostro Apologia, salutabat Vadianum, et reliquos meos. Exemplar quoddam illius perniciosissimi hominis adversarii tui Capniomastigis Coloniensis apud quandam mercatorem Suevum inveni, qui etiam plurimum veneni ex libello illo famoso in te nomenque tuum suxerat, cui et nomen tuum odiosum et detestabile erat. Ego statim huic venenoso morbillo mederi satagens, præsentissimum pharmacum attuli, utpote Apologiam tuam, quam legeret petii, Quæ lecta fortiter omne venenum latenter intra pectus irreptum præsentissimo antidoto expulit. Exemplar accommodato acceptum ut legerent omnibus meis obtuli, his quid cum literis et Apologia tua egerim liquido intelligis. Cuspinianus et Vadianus hic ad te scribunt, qui ut rescribas plurimum rogitant. Scripsisset et Thomas noster [Resch], ni subita et insperata tabellarii abitio nos fefellerit, at proximus tabellarius literis vacuus ad te non ibit. Vale sanus in dulces annos. Viennæ. Nonis April. Anno. M.D.XII.“

5 *notus sibi*] amicus eius.6 *in*] ex.7 *Parrhisienses et Colonienses*] Quorum sententias cum aliis m. Febr. a. 1514. edit Ortvinus. cf. Ind. scr. p. 81. n. xiii.9 *P. Meyer*] cf. Ind. biogr. p. 415. sq. h. art.12 *diabolus tenebit candelam*] cf. 225<sup>14</sup>.13 *volunt esse discordes*] Scilicet de summo supplicio sumendo inter se consentiunt, sed utrum furcæ an ignis poena adhibenda sit, certant theologi. Referendum est hoc ludibrium ad id quod Reuchlinus (Defens. 1513. p. A4<sup>a</sup>.) de prodizione consultationis suæ per Pepericornum scripserat: „De quo nefario scelere imperialis lex principum loco [i. e. Paul. L. 38. § 1. D. de pœnis 48, 19.] Consiliorum nostrorum renuntiatores aut vivi exuruntur aut furca suspenduntur.“18 *Pfefferkorn dicit etc.*] cf. Def. p. 163. sq. „Expurgationem infamiæ quæ mihi falso . . . a perversis Christianis est imposita“.23 *Vadianus . . . est factus rector*] a. 1516. cf. Eder catalog. rector. Vienn. Austr. p. 60. Vide supra ad p. 199. v. 29. et infra p. 278<sup>23</sup>.25 *mingentem ad pariet.*] cf. III. Reg. xvi. 11. „ . . . et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem . . . “. (Sæpius in libris Regum ita masculini generis homines designantur).26 *recedere*] relinquere hanc universitatem.28 *Collimitius*] i. e. ex oppido Bavarie superioris Rain oriundus. cf. ad 199<sup>25</sup>. et Ind. biogr. p. 482. art. Tannstetter.29 *Cuspinianus*] cf. ad 199. v. 35. et Peperic. Def. p. 157<sup>10</sup>.30 *Resch*] cf. Ind. biogr. p. 454. h. art.

Pag. 237.

- 31 *Lasius*] Wolfgangi pater. cf. Ind. biogr. p. 406. art. Lazius et epistolam ad superiorem v. 4. transcriptam.  
 32 *Heckman*] cf. ad 199. v. 28.  
 34 *donec Pf. manet christ.*] Idem pag. 280<sup>14</sup>. Peperic. in fine Def. (p. 176<sup>14</sup>. <sup>sqq.</sup>): „Ego I. P. moriturus sum in fide catholica“ etc. cf. supra 77<sup>2</sup>.

Pag. 238. EPISTOLA 31. ALBERTVS STRVNCK ORTVINO.

- \* 2 *Strunck*. Caulis, stipes. Germanice etiam brevis crassusque homuncio inelegans *Strunck* vocatur.  
 7 *ita magnus calor*] Hoc quoque æstate iam adulta (a. 1516.) has litteras scriptas esse indicat.  
 11 *Horatium*] art. poet. 386. sqq. „... Si quid tamen olim Scripseris .... nonumque prematur in annum.“  
 15 *viginti præcepta Eleg.*] cf. Ind. biogr. p. 361. art. Elegantiarum.  
 16 *Modum epistolandi Pontii*] cf. ibid. p. 443. art. Pontii.  
*Niavis*] *Schneevogel*. cf. ibid. p. 429. art. Niavis.  
 17 *isti poetæ*] i. e. molesti illi recentiores sæculares poetæ, novi grammatici, de quibus antea ne verbum quidem fecit, quos vero occulte publiceque timebant oderuntque Obscure.  
*reprehensiv]* *zum Tadeln geneigt, Tadler, Nergeler*. Gallice *répréhensifs*. Vocabularia ‘reprehensivus, a, um’ non habent.  
 19 *veniunt huc*] *sie kommen daher, stolzieren* (*strunzen* apud Rhenanos), ostendant *antiquam*] i. e. scholasticam, barbaram, non antiquam.

EPISTOLA 32. HENRICHS CRIBELINIONIACIVS ORTVINO.

- 23 Cribellum, cribrum parvum, *kleines Sieb, Haarsieb*; linum, *Lein, Leinwand*, acius = *ajo, ario* Ital., itaque noster Cribellinonarius *Haarsiebmacher* sive *Siebmacher*.  
 27 *duas sententias*] ‘in 2 instantiis’ hodierni iuristæ. iam bis contra me iudicatum est; si tertia quoque sententia mihi adversa erit, perii.  
*diabolus erit abbas*] i. e. reget iniustitia, religio diabolica, diabolus abbatis personam induet. Dieterii hoc antiquius exemplum est quam quod adfert Grimm WB. art. Abt: „... *bistu nicht im ampt, so laß dein strafen ... oder der teufel ist schon dein abt, und darf es nicht werden*. Luther 5, 151<sup>4</sup>. *Spruchwort* [quod infra p. 295<sup>36</sup> legitur]: *So der abt würfel auflegt, mögen die andern brüder künlich mitspielen*. Spielteuffel (1557.)“<sup>4</sup>. Vetustiora sunt hæc exempla ex libello *History Von den fier ketzren Prediger | ordens der obseruantz zu Bern* etc. 1521. 4<sup>o</sup>. pag. C:  

<i>Was hat der tüffel schüh zerrissen</i> <i>Ee das er solche hatt durchin bitten</i> et ibid. K3 <sup>b</sup> : <i>Ich syh es ist ein ander orden</i>	<i>Das er im obseruantzer orden</i> <i>Jetzuund selber ein apt ist worden.</i>  <i>Seyt das der teüffel apt ist worden.</i>
---	--

 29 *non habetis ius*] iniusta est causa vestra, temere litigas. cf. seq. v. 22.  
 30 *Ego ... habere*] Hic annus theologis fatalis videtur.  
 31 *Meyer ... Francford.*] cf. ad 75<sup>35</sup>.  
 Pag. 239.  
 5 *Etiam ... Hochstraten* etc.] cf. ad 75<sup>21</sup>.  
 8 *lucrabitur*] cf. ad 74<sup>16</sup>.

Pag. 239.

Pag. 237. v. 31 ... Pag. 240. v. 17.

8 *dominus respiciet*] cf. Psalm. LXXXIX. 16.9 *imp. scrips. un. lit.*] quam epistolam transcripsimus ad 234<sup>14</sup>.11 *sanctissimitas*] cf. ad 192<sup>12</sup>.14 *officialis curiæ*] Non ille de quo ad p. 230<sup>13</sup>. dictum est, sed Antireuchlinista.17 *iterum dedit certas propinas*] cf. ad p. 19<sup>24</sup>.20 *perdo*] non obrepam ad, operam in illo beneficio venando lusero.21 *contendere pro*] ambire, venari, litem movere ut evincam beneficium vicarii Nussiensis, *das Neusser Vicariat*. Cf. supra p. 188. vv. 15. sqq.

23 *univ. Erf. vult revoc.*] Eobanus d. 6. Ian. a. 1515. „ex Herphorthia“ Reuchlino scripserat: „... ipsorum quidam Theologiam profitentium, sed non adeo penitus contemnendam sicut istorum qui te malo iudicio condemnare voluerunt. Sunt enim et hic quoque boni et mali, ipsi autem illi quos tu non bonos sed inter pecores minus malos appellas, pœnitere videntur quod Colonien-sibus Asinis et circumforaneis nugivendis ipsi decepti potius quam instructi suffragium addidere. Sed ipsi viderint. Tu vinces; nos triumphabimus: id enim futurum nobis polliceris: Latinæ civitatis senatus iam tibi triumphum decrevit.“ Hutt. Opp. I. p. 453. v. 30. sqq. Cf. Croti ad Lutherum ep. dat. d. 28. Apr. a. 1520. (Hutt. Opp. I. p. 339. v. 11.): „... veluti rumor de Erffordensibus nostris circumfertur.“

28 *lucet sicut stella*] cf. p. 283<sup>15</sup>, ubi Hochstratus est inter „tria magna candelabra sive lucernas“.

30 *heretici*] h. l. sunt Bohemi. cf. 276<sup>2.3</sup>. 265<sup>11</sup>. 275<sup>29</sup>.32 *Sapientia*] *Sapienza*. cf. ad 197<sup>27</sup>.

34 Hoc in memoriam revocat, de quo tamen scriptorem cogitasse vix crediderim, quod Argyropulus Romæ quondam Reuchlino Thucydidem interpretanti dixisse fertur ‘Eheu, Græcia nostro exilio transvolavit Alpes’.

35 *profundatus*] ‘Profundare, tieffen, dieffen, diepen’. Diefenb. Glossar.37 *præsupponit*] cf. ad 24<sup>22</sup>.

Pag. 240.

1 *triumphare*] cf. Eobanica verba ad superiorem v. 23. repetita.

5 *cuius nos sumus iudices*] Cf. Hutteni in Nem. præf. (Opp. I. p. 182. §§ 37. sq.) „... cumque omnium insulsissimi sint, eos tamen esse se contendunt, quibus semel Christus dixit ‘Vos estis sal terræ. quare et sapientes credi volunt ac apostolis quicquid olim datum est, iure hereditario ad se trahunt...’“

7 *parcatis . . longiloquio*] ‘longiloquium’ ad instar ‘breviloquium’ formatum. Veniam rogat scriptor, „quia etiam non libenter legis productas litteras“ p. 197<sup>1</sup>.

## EPISTOLA 33. PETRVS LAPP ORTVINO.

10 ‘Lap, lelmul, leffelmul, secundum moderniores lebhertz’ est inter ‘attributa quæ meretrices dant suis amatoribus’, in Hartliebi De fide meretr. p. 82. ed. Zarnck. — Schmeller WB. II. 485. „Der Lapp, Lappel, Lapps, Lapps'l, Lappedil, fem. die Lappinn, 1) blödsinnige, taubstumme Person ... 2) scherzhafte Anredewort; vgl. Narr.“ In terris Rhenanis homo fatuus, hebes, neglegens, baro vocatur *Lappes*. — Laponicus quoque, *ein Lappländer*, nobis est *ein Lappe*.

14 *Secundum quod*] ut p. 206<sup>22</sup> est = cum, quoniamquidem, quia; respondet post 19 versus ‘Secundum hoc’ p. 241<sup>1</sup>.

17. sqq. *egregiissimi theologi*] hic nominati omnes noti præter Magistrum nostrum

## Pag. 240.

Petrum sæpius in his epistolis memorati sunt. de singulis in Ind. biograph. dictum est. Petrus hoc uno loco nominatus est Petrus Suls sive Sûls de Colonia, si recte video. Hic Petrus a. 1518. rector univ. Colon. factus est; post eum a. 1519. Rutgerus de Venloe. Cf. Ind. biogr. p. 482. art. Suls.

22 *indoctus in artibus liberalibus*] cf. ad 212<sup>11</sup>.

25 *apostoli non fuerunt docti*] Peperic. Defens. p. 170<sup>16</sup>. „apostoli piscatores vel omnino indocti.“

28 *scriptura*] cf. Sapient. x. 10.

*Barthol. Zehener*] cf. Triumph. Reuchlini vv. 753... 771. et Ind. biogr. art. Zehener.

29 *Petrum Bertram*] cf. Triumph. Reuchlini vv. 772... 789. et Ind. biogr. art. Bertram.

30 *Petrum Meyer*] cf. Triumph. Reuchlini vv. 789... 841. et Ind. biogr. art. Meyer. *mirab. in sermonib.*] „... quantum est potuisse furentis Iudicio vulgi stolidæque placere cohorti! At siquando tibi ridet leviora loquuto Aut si quando oculos fanti lugubria tergit E populo quisquam vel de mulieribus istis, Tum sublime caput tumefactaque nubibus effers Labra tenus ..“ Hutten. l. c. vv. 802. sqq.

## Pag. 241.

1 *faceretis .. excelleretis*] coniunctis viribus sterneretis. Facere ad unum = *zusammen thun, wirken*; non scriptum est ‘faceretis vos omnes ad etc.’ = *daß ihr euch alle zusammen thätet und überwändet*, societate coniuncti profigaretis.

2 *imponatis .. silentium*] Peperic. Def. p. 168<sup>6</sup>. „imperator ipse ... et summus denique pontifex (ut paulo ante est enarratum) ... silentium ... imposuere.“

4 sqq. cf. supra p. 75. vv. 10. sqq. Hochstrati minas.

9 *appellatur Proverbia Er.*] Parœmiæ sive Adagia, id est Proverbia, a Lappo pro prænominis indeclinabili Erasmi habita, iam a. 1500. Parisiis prodierant (cf. Hain. n. 6663.), sed pleniora exemplaria, quæ postea iterum iterumque aucta sunt, ab Aldino incipiunt, quod a. 1508. Venetiis fol. prodiit. ab anno 1509. usque ad a. 1520. undeciens in 4<sup>o</sup> librum edidit Matth. Schurerius Argentorati. optima sunt exempla Frobeniana, quorum plura extant quam indicavit Panzer Ann. typ. X. p. 327.; mala sunt Francofurtensia omnia. Bene faceret qui librum docte emendatum auctumque ederet.

11 *est mos*] Non solum mos, sed etiam Statutis ordinum præscriptum erat. cf. e. gr. Statuta fac. art. Ubior. de a. 1522. cap. ix. De disputatione de quolibet. cap. xx. De studio et exercitatione Baccalaureorum in primo anno. *mittere falcem etc.*] cf. ad 24<sup>3</sup>.

13 *disponant*] *sich zum Disputieren anschicken*. cf. ad 66<sup>1</sup>.

14 *scommatizare bene*] *Hodie tüchtig heruntermachen, aufziehen*. Verbum (quasi Græce esset *σκαμματίζειν*) non habent vocabularia; sed nomen scommma, quod infra p. 268<sup>21</sup>. 272<sup>29</sup>, quasi primæ declinationis esset, usurpatum est. Infra 291<sup>23</sup> vel ‘scompisat’ usurpatum est, pro ‘scoptisat’, ut nos quoque dicimus *scoptisieren*. Græcum est *σώπτειν*, sed non *σκαμματίζειν*.

18 *desp. .. Græcorum*] ‘Nos sumus Latini [at quales], non Græci ..’. Hochstr. supra p. 75<sup>14</sup>. 899. ‘Græcum non est de essentia s. scripturæ’ p. 204<sup>4</sup>. ubi vid. adnot.

19 *nostras scientias*] Revera tum Hebraicis litteris maxime propter cabbalisticam artem studebant Christiani, ut ipse etiam Reuchlinus, quamvis iam in Speculo oculari Thalmudicis libros, quos non legisse fatetur, tum sacrorum biblicorum doctius interpretandorum, tum Christianæ veritatis etiam contra ipsos Iudæos circumspiciens tuendæ defendendæque causa conservandos esse suasisset.



Pag. 241.

Pag. 240. v. 22 ... Pag. 242. v. 23.

21 *fortificant*] 'Fortificare *stercken, starken, stark-fest-machen*'. Diefenb. Glossar. (*fortifier, fortificare, fortificar*.)

22 *Græci recess. ab eccl.*] Neque tenuerat in concilio Florentino a. 1439. ficta magis quam facta unio inter Latinam Græcamque ecclesiam. Cf. p. 265<sup>10</sup>.

25 *Halberstat*] ubi „est unus suspensor qui vocatur magister Gratius, et ille est Ortviini avunculus maternus“ p. 281<sup>16</sup>.

## EPISTOLA 34. IOHANNES SCHNERCKIVS ORTVINO.

27 Schnerckius = *Schnörkel, Schnerke, Schnirke*? sive potius = *Spötter*, subsannator? nam *snerken* = subsannare. cf. ad 218<sup>27</sup>.

29 *simpliciter annunciatam*] Inelegantius implicatam arrogantiusque elaboratam salutandi formulam vix alia harum epistolarum habet.

32 *in die ... tribulatione*] Immo, dies ille, dies iræ, ipse tribulationis dies est. cf. e. gr. Sophon. i. 15. sq. Sed Schnerckius contaminavit Psalm. xxxiii. 18. „Clamaverunt iusti, et dominus exaudivit eos; et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.“

35 *disputare ... exercitare*] cf. superiores vv. 10. 11.

Pag. 242.

1 *aliquid solveret*] i. e. quæstionem, non pecuniam.

4 *cum*] Sic habent edd. principes et 7., et defendi potest, si sequens *et pro etiam* sumatur; sed tamen prætulerim ceterorum exemplorum 'eum': nam 'aliquem concludere' Nostris est 'adversarium syllogismis refutare' (ut nihil sciat respondere: p. 274<sup>2</sup>.) cf. 273<sup>22. 26</sup>. 274<sup>2. 6</sup>. et ad 21<sup>12</sup>.

*confundat*] cf. ad 7<sup>22</sup>.

5 *nuper Hochstratus*] Artibus puto, quibus Hochstratus ad Coloniensem Speculi ocularis Germanicam versionem iudicibus supponendam, Groningianam autem repellendam usus est.

12 *Parrhisius*] Bis tantum in his epistolis legi mireris. ipsi Parisienses hoc indeclinabili nomine, etiam in librorum inscriptionibus, sæpe tum usurparunt. Forma 'Parisius' iam exeunte sæc. iiii. in usum venerat. cf. meam Annot. ad Notit. dignitt. Occid. p. 1023\*. sq.

*dicebatur quod ... componeret*] Immo, longe ante Schnerckii 'tempus' composuisset: nam Petrus de Riga Remensis et Aegidius Parisiensis, de quorum Aurora Schnerckio nonnihil in aures insusurraverant, iam ante tria fere sæcula decesserant. cf. Ind. biogr. p. 458. sq. art. Riga, Petrus de.

13 *Collegio Montis*] cf. Ind. biogr. p. 328. art. Bursæ Paris.

*totam etc.*] Immo, neque totam, neque cum istis metris. cf. cit. art. Riga.

16 *Genesi*] xxvii. 1.

17 *de Stuckgardia qui fuit*] i. e. ex Stutgardia qui fuerat.

18 *feci quasi non scirem*] dissimulans quicquam me scire.

20 *vobis*] *euch* dativus et accusativus est.

*pro primo etc.*] *für's erste, für's zweite etc.*

22 *sine brillo*] Non quidem 'in naso' sed in dextera brillum habet Reuchlinus supra vol. VI. pag. 80. depictus, qui hic descripto persimilis est; et brillum quod, ut obscure loquar, in magnitudine vitæ in inscriptione Speculi ocularis (Ind. scrr. p. 76. n. viii.) depictum extat, etiam obscuratissimi Obscuro-rum oculi viderant.

23 *quom ... quoad*] *wie verhält er sich doch in Betreff des Glaubensstreites*, quid agat circa causam fidei.

Pag. 242.

24 *certas* .. *cum certis*] quasdam .. cum quibusdam.

27 *quid ego vidi ab eo*] Ut apud nos volgus *was ich von ihm gesehen habe*, qualem eum invenerim.

28 *bene veneritis*] cf. ad 70<sup>22</sup>.

30 *bohemicæ*] Bohemi iisdem quibus Germani litterarum formis utebantur.

34 *librum noviter impr.*] Pepericorni Defensionem: p. 243<sup>4</sup>. (Ind. scr. n. xxi. 2.)

36 *quidam amicus meus*] Hermannus de Neuenaar?

37 *theologi ... librum*] cf. ad 212<sup>5</sup>.

Pag. 243.

1 *quid facitis ergo desuper*] *was thut Ihr nun darauf? wie wollt Ihr es nun damit halten?* quid iam referes?

3 *vix ... oculos*] *ich hab kaum Augen genug*, vix oculi mihi sunt satis acuti sanique, vix suppetunt oculi mei.

9 *recenter*] denuo, *aufs neue*, iterum iterumque.

#### EPISTOLA 35. WILHELMVS LAMP ORTVINO.

11. 15. *Lamp*] *litera mea*] Epistola II. 12.

14 *promotoriali*] ea quam promotori suo debet qui ab eo gradum academicum accepit. Similiter de 'verecundia patronali' Marcell. L. 20. pr. D. de donationibus 39, 5.

16 *presentata*] reddita. (*présenter, presentare, presentar*). 'Presentare, antworten, uberantworten, zugegen — gegenwertig — bringen, .... vff leveren' [auß-liefern?] Diefenb. Glossar.

*exinde notare*] *daraus merken, ersehen*, ex ea cognoscere.

19 *quomodo transit mihi pronunc*] quam vitæ condicione iam uterer. Nuper cum scriberet Lampus, brevi ante Romam venerat, neque 'in curia intellexerat aliqua nova, nisi quod viderat unum animal habens rostrum ita longum sicut ipse'. p. 210, 4. sqq.

20 *habeo*] officium sive ministerium meum est.

*ire ad forum etc.*] Quod hodieque apud Italos viri, non feminæ facere solent.

22 *facere .. in ordine*] *in Ordnung bringen*, purgare diætas, disponere supellectilia et præparare mensam.

23 *cum hoc*] *dabei, nebenher*, ubi vacat.

24 *sto .. secum*] ei servierim, ut hodieque *bei einem stehen*, in ministerio alicuius esse, operas suas alicui locasse.

25 *iuvare ad*] *helfen, verhelfen zu*, procurare.

27 *me ... habere*] indies magis mihi favere magis magisque me cordi sibi esse.

30 *patres*] *Kirchenväter*. egregie!

*Alexandrum*] de villa dei Doctrinalis auctorem. cf. Ind. biogr. p. 297. sqq. art. Alexander.

*Græcistam*] Everardum Bethuniensem, Græcismi auctorem. cf. ibid. p. 360. art. Eberhardus.

31 *Verba depon.*] Ioannis de Garlandia. cf. ibid. p. 376. sq. art. Garlandia.

*Remigium*] Regulæ puerorum auctor. cf. ibid. p. 453. art. Remigius. n. 1.

32 *Diomedem*] grammaticum, quem lepidissime Lampus cum cognomine Thracum rege ab Hercule interempto confundit. cf. ibid. p. 357. art. Diomedes.

33 *quomodo tamen ven. super ... grammaticos*] *wie Ihr doch auf diese neuen* [quia *neu eingeführten alten*] *Gramm. gekommen seid*, quid tandem cures hos n. gr.

34 *tertia parte Alex.*] quæ est de syllabis (capitul. x. ed. Basil. 1486. fol.) incipit:

Pag. 243.

Pag. 242. v. 24 . . . Pag. 245. v. 8.

Pandere proposui per versus syllaba quæque

Quanta sit : et pauca proponam congrua metris.

Pag. 244.

3 *dedit* . . . *homines*] 'efferus humana qui dape pavit equos' Ovid. cf. Ind. biogr. cit. art. Diomedes.

4 *subsannavit me*] cf. ad 218<sup>27</sup>.

*Abacuk*] „Abacuc, nomen prophetæ .i. amplexans vel luctator, *ein umbgryffer, ringer*.“ Vocab. et Brevil. ap. Diefenb. Glossar. S. Hieronym. in prol. Habacuc esse = amplexator vel luctator scribit, quia nullus audaci voce ausus sit deum ad disceptandum provocare. — *Ābācūc*. Prudent. cathemer. 521.

7 *Ad placitum*] Debebat Lampus sequentes duos versus Alexandri (III. vv. 10. sq.) addere hos:

Cum sim christicola : normam non est mihi cura

De propriis facere : quæ gentiles posuere.

9 *secundum Alexandrum*] de primis Syllabis vv. 1. sqq. „Ante b corripis a : sicut scabo sive scabellum:

. . . Et labor : hinc demam labi cum fabula flabam . . .“.

11 *Coloniensis copulatista*] '*das Colnisch Copulat*' p. 199. v. 23.

12 *Parrhisiensis*] Aliis non Parisiensis, sed Dolensis. cf. Ind. biogr. p. 208. art. Alexander.

17 *est pro me*] mihi valde placet, conducam eum.

20 *ad partes*] in Germaniam. Partes, provinciæ, opponuntur Urbi.

*fiendo presbiter*] Cf. 'ad fiendum doctor' 3<sup>31</sup>. 273<sup>1</sup>.

*iugiter*] '*stetiglich, ewiglich, emsiglich, dagelics*'. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

22 *confectionatum*] Hoc verbum ipse sibi confectionavisse videtur Lampus.

25 *materiam*] Doctrinale. cf. cit. Ind. biogr. art. Alexander.

27 *glosa notabil.*] magistri Sotphi. cf. Ind. biogr. p. 474. art. Sotphi.

29 *partem tertiam*] Cf. ad 233<sup>34</sup>.

*inertiam*] '*unkunst, unkundigkeit, unweißenheit*'. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

Pag. 245. EPISTOLA 36. IOHANNES ARNOLDI ORTVINO.

2 *Arnoldi*] nobis non nisi ex epistola I. 10. notus Ortveni discipulus. cf. ad 15<sup>21</sup>.

Putide singularibus vitiis ornato stilo, a ceteris omnibus distincto scripta est hæc epistola, ita scatens coniunctivis optativisve modis, deminutivis vocabulis maximam partem spuris, molesta idem significantium verborum cumulatione, contorsionibus variis, ut fere temulentum vesanumve audire credas.

5 *pluscule*] i. e. sæpiuscule.

6 *animali*] vult 'animi mei, cordiali, intima', ut v. 13. opponitur 'corporali'.

Præposterus clericulus pietatis causa, scilicet ut præbendam captaret, Romam migravit.

*viatica ambulatione*] itinere.

7 *urbanam Romæ Curiam*] Romanam.

*causa lucruli*] quæstus causa, beneficii parvi captandi causa.

*consarcinandum*] *einzubündeln, zusammen zu packen*, 'captandum, venandum, inhiandum.

8 *beneficiolum seu præbendiolum*] Nova deminutiva.

Pag. 245.

8 *parrochiam missam*] *Meßpfarre, Meßpfarrei*.

10 *victus et amictus*] ut p. 214<sup>36</sup>.

*divina* .. *dei gr.*] Et '*divina gratia*' et '*dei gratia*' sæpius in his epistolis legitur, sed '*divina dei gratia*' non nisi h. l.

*me hercule vel medius fidius*] cf. ad 231<sup>15</sup>.<sup>344</sup>.

11 *rariuscule* ... *amiciose*] Nova puerilia.

12 *affectionaliter significare*] affectuose, amice, *geneigt, günstig, mit Gunst vermelden. affectionné, con affezione*.

13 *steteritis* ... *animali*] i. e. valeas, an sis sano corpore animoque s. mente. cf. v. 6.

15 *Lactantius*] cf. Institt. divin. II. 9. IV. 6. Ceterum Lactantii loci ita ad rem pertinent, ut permulti sacrarum scripturarum loci in his epistolis allegati.

*intentionali*] i. e. enixo, adsiduo, diligenti. quod Arnoldice convenit cum formali (q. v. cursoria) lectione. cf. ad 18<sup>17</sup>. 258<sup>17</sup>.

16 *Sapientia*] *la Sapienza*. cf. ad 197<sup>27</sup>.

17...21 *apportans* ... *Gratium*] Hæc confuse cogitata perplexius dicta sunt. nam sociolus secum habebat epistolas O. V. ('*apportans epistolia missiva*', i. e. exemplum edit. 1., quod est idem atque '*impressus arte characterali unus librolus qui .... intus*'), quæ quidem '*hincinde*' i. e. '*variis locis et temporibus*', ut inscriptio exemplorum 1...3. habet) '*astipulata*' (i. e. '*missæ*', ut exempl. 1. habet), sed non '*sibi* (i. e. sociolo)', sed '*ad ... Ortvinum Gratium*' missæ erant. ipse Arnoldus nondum viderat exemplum (cf. Consp. chronol. p. 140. d. 9. Aug. a. 1516.), sed sociolus qui id habebat, mirabilem rem ei narraverat.

17 *epistolia* ... *astipulata*] '*epistolæ* .. *variis et locis et temporibus missæ*' ut prima exempla habent, sive '*literulæ ... destinatæ*', ut v. 22. sq. est. '*Astipulata*' h. l. positum esse videtur ac si compositum esset ex *ad* et *stips* (*Beistuer*); possis autem habere etiam sic extricare, stipulari (*sich versprechen lassen*) pro passivo sumpsisse scriptorem; inde '*adstipulare*' = *sich zusammen versprechen lassen*. — Diefenb. Glossar. „Astipulare, astipolari, astiplari, .. aastipulare, .. volborten, helfen, behelfen, bestetigen, cyn testament machen, geloben mit henden oder mit dem mund, verwilligen ..“.

19 *arte characterali*] typographia. Character non solum ligno metallove expressa sed quovis modo, etiam manu scripta litteræ forma est. Catholic. „Character, tas, i. e. scribere et a character dictum est.“ Nihil ad rem nostram facit, quod istud character a Græco *χαράττω* deducendum erat. cf. Diefenb. Glossar. artt. Carater, Charaxare.

21 *talis* ... *intelligendum*] ille (sociolus) mihi rettulit, *wie mir jener zu verstehen gegeben hat*.

23 *etiam* ... *intus*] recepisti, inseruisti meam quoque epistolam: I. 10.

24 *valde* ... *stupefactus*] *sehr wunderbarlich erstaunt*. Potius stupidus factus quam stupefactus es, Arnold.

25 *sesquipedali*] cf. 198<sup>11</sup>. et seq. v. 29.

26 *habueritis scire etc.*] profiteor gratiam tibi me relaturum esse.

27 *per totum*] penitus. Fortasse totam Alexandri tertiam partem perlegerat.

28 *artificio*] Blande cum præceptore suo poeticæ loquitur stipes.

*aliter stilatus*] scilicet scribendi arte excellens. Stilare pro '*stilum emittere*' usurpavit quidem Columella, sed verbo ita, ut Arnoldus fecit, nemo nisi qui '*in qualitate animali*' non bene steterit, uti potuit.

## Pag. 246. EPISTOLA 37. GEORGIVS BLECK ORTVINO.

- 2 Georgius 4. 11 . . . 14. 18 . . . 24. Gregorius 5. 7 . . . 10. 16. 17. 25. 26. — Bleck, fictum nomen, fortasse balantem significans, cf. Schafsmulius, Kalb; sive = *blech* (lamina) signum deridendi causa alicui adfixum (cf. Grimm WB. v. *Blech*).  
 9 *simplex*] Pepericornus non est magister, ut Lumplinus (p. 44<sup>21</sup>.) erravit.  
 13 *sollicitator imperatoris*] cf. Peperic. Def. p. 87. 92<sup>30</sup>. et passim. item supra p. 190.  
 14 *episcopus Moguntin. p. m. def.*] Uriel de Gemmingen † 3. Febr. a. 1514.  
 15. sq. *promisit . . . viatico*] „Quo facto Archiepiscopus adiecit ipse sese (quantum ei possibile esset) me [*sic*] in omnibus rebus auxilio futurum, dans mihi magni precii nummum pro viatico“. Defens. Peperic. p. 87, 30. sqq. cf. p. 109. sq. et Conspr. chronol. p. 121. ad a. 1511.  
 21 *inconveniens etc.*] „quanquam mihi illo tempore omnino hoc esset inconveniens, cum uxorem et liberos meos educare atque alere conveniret.“ Peper. Def. p. 102, 8. sqq.  
 22 *theologi fecerunt multa bona*] Cf. ad 20<sup>27</sup>.  
 24 *de monasterio nostro*] Dominicani.  
 27 *modernus episcopus Moguntinensis*] Albertus Brandenburgensis.  
 28 *aliquos consiliarios*] inter quos ipse Huttenus.  
 30 *non voluit admittere*] Huttenus in ep. d. 3. Apr. a. 1518. § 25. (Opp. I. pag. 168.) „cum illi [Alberto] obtulisset Stromer omni convitiis genere refertum libellum Pepericorni adversum Capnionis amicos, legit quidem, sed lectum, ut ad ignem forte consederat, impurissima Iudæi nebulonis detestatus et hoc omnium seculorum memoria dignum apophthegma præfatus ‘Sic pereant qui sic loquuntur’, flammæ iniecit.“  
 33 *olim Iud. etc.*] ita Pfefferkornus de se ipso in omnibus fere suis libellis.  
 34 *de tribu Neptalim*] cf. supra p. 190<sup>6</sup>. Peperic. Def. p. 170<sup>21</sup>.

Pag. 247.

2 *Genes. XLIX.*] 21.

3 *per totum leger.*] „de articulo ad articulum“ adnotaverant Colonienses Reuchlini litteras et Speculum oc. (Pep. Def. p. 124<sup>22</sup>) et quanta diligentia et assiduitate Parisienses eas perpenderint, ipsi magnis verbis testantur ibid. p. 140, 27. sqq. 141, 14. sqq. Nihil itaque mirum est eosdem Pepericorni et Ortvinii opus studiosissime excepisse.

4 *superiorista*] Puto (ut Ind. biogr. p. 348. art. ‘Copus’ dixi) significari Guilelmum Copum Basiliensem, cuius d. 25. Aug. a. 1514. ad Reuchlinum data epistola cum huius responsoria extat in Illustr. virr. ad Reuchl. epp. 1519. 4<sup>o</sup>. p. xj<sup>b</sup>... xiii<sup>a</sup>. Ille ad hunc ‘ex Parisior. Lutecia’: „Quanquam ante hac nulla mihi fuit cum excellentia tua necessitudo, . . non potui tamen non dolere, quum nomen tuum adeo ab indoctis calumniari intelligerem, cuius rei historiam ab his qui una cum obtestatoribus tuis tum aderant, lucidissime intelliges. Ego agebam in aula Christianissimi Francorum Regis, quum te æmuli lacerarent, interea Episcopus, qui hostibus tuis favebat, cum multa in te diceret, famam tuam laniando, interrogatus a Regia Maiestate, an te noscerem, respondi, xl iam annis non vidisse me te, sed tum quum Basileæ docebas Præceptorem meum Ioannem Heberling Gamundensem, scire me, te celebratissimi fuisse nominis, et in liberalibus artibus et literis humanitatis adeo, ut ea tempestate nemo tibi esset comparandus, nec desiisse te ab illo tempore continuam in literis operam collocare, atque huius rei locupletissimos

Pag. 247.

testes esse libros multa eruditione refertos, qui ex officina tua prodierunt. Tunc adversarius ille, quum nihil aliud haberet, quo verba mea refelleret, dixit me pariter iudaisare. Hæc ideo scribere volui, ut noscas me tibi detestissimum, atque pro nominis tui defensione vel ultima etiam expecturum.“

7 *imp. . . ad sanctiss.*] die 23. Oct. a. 1514. Repetita est epist. supra ad p. 234<sup>14</sup>.

9 *Iac. Fabri Stapul.*] Huic [cf. Ind. biogr. p. 367. sq. art. Faber] Reuchlinus d. 31. Aug.

1513. scripserat [cf. Consp. chronol. pag. 126. h. d.]; tertio kal. Sept. sequentis anni Faber Reuchlino [cf. Consp. chronol. p. 133.] sic:

Consultissimo legum doctori, viro venerandissimo ac doctissimo Ioh. Reuchlin

D<sup>no</sup> præceptori suo. Stutgardiae.

Non sine animi mœrore ad te scribo, Eminentissime doctor. Ex scriptis Coloniensium Theologi nostri definitionem suam qualemcunque dederunt [d. 2. Aug. a. 1514.] et quamquam litteræ Sereniss. Ducis [Wirtenbergensis d. 19. Iul. datæ] et tuæ [eod. die d.] et cetera adminicula quæ misisti, facultati theologicæ exhibita fuere, illa tamen omnia perparum profuerunt, licet etiam semper habueris in congregationibus doctorum eximios et gravissimos Patres, Cancellarium Parisiensem, Pœnitentiarium G. Castalium, Archidiaconum Thuronensem, Martialem Masurium et nonnullos alios doctores theologos, qui puriores erant et saniore iudicio tibi faventes et pro te certantes viriliter; turba tamen multitudine vicit. Itaque expeditur Coloniensibus quæ petierant. Unum tamen amicos tuos solatur, quod speramus hanc theologorum determinationem, cum solum sit scholastica, perparum rei tuæ aut nihil obfuturam; quod deus ita fore velit omnes precamur. Quapropter te rogamus bono esse animo et ut fortiter velis causam tuam coram propriis iudicibus agi curare. Si vinces, nos tecum vicimus. iustum incuties theologis ruborem, qui fuerint ad iudicandum tam præcipientes, faciesque ut respiciant et sint in futuro cautiore. Unum tamen vide, ne ex scriptis et interpretatione illa Coloniensium ferant Rhomæ sententiam. nam si speculum oculare fideliter interpretatum, roboratum et authoratum sufficienter misisses, ut vulgare misisti, forte theologi nostri mutassent sententiam. Verum et theologi nostri maxime qui volebant Coloniensibus, ex iis quæ exhibuerant favere summopere timebant breve pontificium, ideo acceleraverunt suam sententiam, de qua non potuit ad universitatem provocari, quia nullus habuit procuratorium; res tamen tentata fuit, sed frustrata. Matthæus præsentium tabellarius tunc aberat, et nullus fuit, per quem te ilico facerem certiozem; neque hac de causa ad te nunc misissem Mattheum, cum non tempestive rediisset, nisi ob alias causas repetere patriam statuisset. De munusculis tuis quantascunque possum gratias habeo. Si intelligam res tuas bene agi, recte valebo et amici tui omnes. Vale feliciter et diu vive omnibus doctis et bonis. Parisiis. tertio Cal. Septembris.

Quam maxime potest et semper tuus

Iacobus Faber.

Hæc epistola et ipsa Fabri manu scripta et Reuchlini manu transcripta exstat in bibl. regia Berol., edidit *G. Friedländer Beiträge zur Ref. gesch. Berlin* 1837. 8°. p. 34. sq.

12 *non aliter quam etc.*] Hoc quidem ipsum in Fabri epistola non scriptum est. sed cf. supra p. 232. sq. artic. quint.

## EPISTOLA 38. DEMETRIUS PHALERIUS ORTVINO.

- 18 Phalerius 4. 5. 7. 8. 24...26. Valerius 9...14. 16...23. — Demetrius Phalereus, qui sub primo Ptolemæo Lagi prima fundamenta bibliothecæ Alexandrinæ iecit, secundum Cic. de off. i. 1. fuit „disputator subtilis, orator parum vehementis, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere“, et similiter idem Cic. (cf. impr. de fin. v. 19. § 54.) hunc Demetrium passim laudat. Quæ fortasse causa fuit Phalerii inter Obscuros recipiendi. Demetrii de interpretatione liber prodierat inter Rhetores Græcos ab Aldo a. 1508. sq. publicatos.
- 21 *Scribitis . . . interrogans*] Sic plurali allocutionis pro singulari utebantur ab ineunte medio ævo, ut Germanice quoque fit: e. gr. vos estis (unus) doctus vir = *Ihr seid* sive *Sie sind ein gelehrter Mann*.
- 22 *causa fidei*] cf. ad 23<sup>1</sup>.
- 23 *habent malam famam*] Cf. etiam p. 298. i. f. 299. init.
- 24 *disgratia*] (= 1) offensio, infortunium, 2) morbus, infirmitas'. Ducange. Sed h. l. in disgratia esse = in odio, in offensa, non in favore esse, *mißbeliebt sein*. Gall. *disgrace*. Ital. *disgrazia*.  
*Innocentes*] Scilicet „quia nunquam credo . . . quæ dicuntur de eis“.
- 25 *in Bern*] cf. ad 34<sup>14</sup>.
- 26 *igitur etc.*] Prorumpit invidia et obtrectatio inter Dominicanos ac Franciscanos nunquam sopita.
- 30 *deleat*] cf. 34<sup>37. 399</sup>.  
*ipse se nominat*] Solebat Erasmus nomini suo adicere 'theologus', non 'theologiæ doctor' vel similem gradus academici appellationem.
- 31 *poeta*] 'Erasmus vel alius poeta' 65<sup>13</sup>.
- 33 *Proverbior.*] cf. ad 241<sup>9</sup>.
- Pag. 248.
- 1 *proverbias*] fem. gen. ut 'parabolas'. 'una proverbias' p. 249<sup>10</sup>. 'illam proverbiam' 249<sup>16</sup>.
- 3 *fecit . . . epistolas*] Puto hoc ad Erasmi ep. ad Leonem PP. X. d. 28. Apr. a. 1515. [cf. Consp. chronol. p. 137. h. d.] referendum esse, non ad libellum sic inscriptum 'Epistolæ aliquot illustrium virorum ad Desid. Erasmum et huius ad illos selectæ . . . ' qui primum prodiit Lovanii a. 1516. mense Octobri. de quo vide Panzer Ann. typ. X. p. 330. col. a.
- 6 *confundet eum*] Satis sibi cavere solebat Erasmus et observare illud Ecclesiastici v. 14. „sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris“, sed Colonienses semper ei diffidebant. cf. ad 75<sup>17</sup>.  
*facit magnam reverentiam Erasmo*] cf. p. 202. v. 143.
- 7 *inclinata est pro Reuchl.*] Unde etiam Schlauraffus, 'quando visitavit universitates, habens mandatum a theologis quod debuit seminare favorem eorum contra Ioa. Reuchlin' (pag. 198<sup>19</sup>.), Basileæ multum tribulatus est a poetis p. 202. v. 141...150.
- 7...11 *Glorianus in Bern.*] est ille 'unus', de quo vide ad pag. 73<sup>6</sup>. Cf. etiam pag. 202. v. 148. et pag. 294<sup>18. 399</sup>. Glorianus etiam alibi pro 'Glareanus' me legere memini. Cf. seq. not.
- 12 *semper volens percutere*] cf. p. 202. v. 149. Fortasse ab hoc percutiendi et aliis 'super cutem veniendi' studio suo Glareanus in processu 'Contra Sentimentum Parrh.' (Hutt. Opp. VI. p. 318. sqq.) 'Cutius Gloricianus' dictus est; sed possis etiam Cutius ab insueto verbo simplici 'cutere' deducere, ut sit pro

Pag. 248.

- 'lorarius, qui loris utitur, loris alios cædit': nam Loriti nomen familiare Glareani fuit. cf. Ind. biogr. p. 379. sqq. art. Glareanus.  
15 *diabolus tenebit candelam*] cf. ad 225<sup>14</sup>.

EPISTOLA 39. CHVNRADVS STRYLDRIOT ORTVINO.

- 17 *Stryldriot*] Quid hoc nomen sibi velit nescio. Strilla = strigilis, *Ital.* striglia, *streglia*, *stregghia*, *Gall.* étrille, *Germ.* Striegel. driot = *Germ.* driuze, droz *pro* Troß? ut Strildriot esset *Striegeltroßknecht*?  
20 *affectuositas et virtuositas*] in his epistolis alias non leguntur.  
22 *recedere*] reverti, Romam relinquere non potest, non quia etc., sed velit relinquere, quia etc., nec potest.  
28 *samelotum* = *sametum*, *exametum*, *examitum*, *mhd.* samît, *Germ.* Sammet. Hodie inverso ordine nomina conlocare solemus, *Sammet und Seide*. *Same-*lotum non habent vocabularia.  
29 *modicum ... senes*] *ein bißchen alt*, supra puellarem ætatem.  
33 *non placent*] Vult enim tales, qualem incomptam orationem Cicero sibi laudat, de or. 23, 79: fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur, elegantia modo et munditia remanebit.

Pag. 249.

- 2 *recordavi*] archaistice pro 'recordatus sum'. Cf. Ducange voc. Recordare.  
4 *merdasset ei super os*] Hæc hodieque apud faciem plebis vulgari formulæ respondere videtur usitatiōi invitationi ad bestiale delectamentum, *leck m. im A.*  
5 *qualiter debetis supponere*] te supponere. cf. ad 20<sup>21</sup>.  
9 *comedere ex sua patella*] *aus seiner (eigenen) Schüssel essen*, latiore sensum habet, non appetere aliena. Ortvinō autem contrarium proverbium, *es können viele aus einer Schüssel essen*, magis placuisse videtur.  
16 *proverbium ... Erasmi*] cf. 248<sup>1</sup>.  
17 *non potest invenire*] Scilicet non est in Erasmicis adagiis.  
18 *diminutus*] *maneus*, incompletus.  
20 *Amicorum omnia sunt comm.*] τὰ τῶν φίλων κοίνα. Primo loco hoc proverbium est in Erasmi Adagiis.  
21 *debent excipi*] Sic grammatici post regulas q. v. adiciunt ea, in quibus illæ non tenent.  
22 *non habetis ... imp.*] Mireris non comparari Tobiam, item ex tribu Nephthali, qui omnia quæ habere poterat, quotidie concaptivis fratribus impertiebat. Tob. init.  
23 *supponitis ancillam etc.*] cf. ad 69<sup>21</sup>.  
24 *forare nova foramina*] *neue Löcher bohren*. cf. cit. adnot. ad 69<sup>21</sup>.  
25 *maneo cum antiquis*] *ich bleibe bei, ich halte es mit den alten*.  
27 *donec etc.*] Carolina valedictio. pondus huius alaudæ duodecim fere gravium boum pondus æquaret.

EPISTOLA 40. IOHANNES CRAPP ORTVINO.

- 29 *Ioh. Crapp*] cf. ad p. 187<sup>22</sup>.  
32 *epistola mea carminali*] supra p. 188. sq. exhibita.  
Pag. 250.  
3 *non semper oleum*] Iuven. sat. 7, 99. „... petit hoc plus temporis atque olei plus“. Non pertinet huc proverbium Erasmi n. 3772. 'Non est oleum in lecytho, *ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ*, in quo verborum similitudine, *ἔλαιον*, oleum, et *ἔλεος*, misericordia, luditur.



Pag. 250.

Pag. 248. v. 15 . . . Pag. 252. v. 13.

4 *luxuriosus ad metra*] Ut tum Germanice *lustig zum Dichten*. ceterum ambiguitatem voluit auctor.

6 *non habeo . . . Apollinem*] Horat. carm. II. 10, 19. „neque semper arcum Tendit Apollo.“ ib. I. 31. init. „Quid dedicatum poscit Apollinem Vates?“ Satir. II. 5, 60. „divinare etenim magnus mihi donat Apollo.“ Martial. epigr. II. 89. „Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo, Laudari debes.“

9 *Ovid.*] Fast. VI. 771.

13 *hic sunt 3 theol.*] Cf. supra p. 75. et Ind. biogr. p. 340. art. Caspar.

21 *et bene. est etenim*] cf. Ioann. XIII. 13.

27 *oleari*] oleo ungi, sacramentum unctionis accipere. Verbum ‘oleare’ hoc sensu non habent Vocabularia.

28 *rectificare*] emendare, iure cogere, ‘*recht machen, richten, richten eyn dinck dat krumm is*’. Diefenb. Glossar.

32 *fortis sicut leo*] ‘Leo fortis est et occiditur’ Hutteni in duc. Virt. or. III. § 86. (Opp. V. p. 68.)

34 *Absolon*] II. Reg. XIV. 25. „sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israel et decorus nimis: a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula“.

*Salomon*] III. Reg. IV. 30. sq. „Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium . . . et erat sapientior cunctis hominibus“.

35 *Asverus*] Esther I. init.

Pag. 251.

2 *Tetragrammaton*] ‘quattuor litteris constans. Sic apud Iudæos dicebatur dei nomen Iehouah, quod exprimere illis erat religioni’ Ducange h. v.

#### EPISTOLA 41. SIMON POCOPORIVS ORTVINO.

5 Pocoporius edd. prince., non ‘Procoporius’. Fortasse ‘Porcoporecius’, ut Ortwinum Porquinum appellabant et similia ludebant.

8 *Mirabilis facta est etc.*] Psalm. CXXXVIII. 6.

9 *appropriari*] ‘appropriare, *eigen, zu eigen machen, zueignen*’. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

*directe*] plane, omnino, sine ulla mutatione.

11 *orationes*] quodlibeticæ. cf. Ind. biogr. p. 382. n. 6. art. Gratius.

13 *scriptura*] Matth. X. 24.

15 *mirabilis facta est etc.*] Repetitus v. 8.

17 *ex me*] me docente, meus discipulus.

20 *per instinctum spiritus sancti*] cf. 47<sup>96</sup>. 58<sup>15</sup>. 281<sup>4</sup>.

24 *dura cervicis*] Veteres ‘crassæ Minervæ’, ‘sine cerebro’. Nos quoque *einen harten Schädel haben* magis de obstinato difficilique homine quam de imbecilli ingenio dicimus, quod tamen *Dickkopf* volgo significat.

27 *Socrates*] Lactant. inst. div. III. 20. „celebre hoc proverbium Socrates habuit ‘Quod supra nos, nihil ad nos’“. cf. Erasmi Adag. n. 1669.

#### Pag. 252. EPISTOLA 42. ACHATIVS LAMPIRIVS ORTVINO.

2 Lampirius. Fortasse a Lamp (cf. epp. II. 12. 35.) factum nomen. nam Græca verba *λάμπη* et *εἶδος* vel *λαμπηρός* huc non traxerim. — Hæc epistola cum I. 34. non nullam similitudinem habet.

13 *Quæ veteres etc.*] Alexandri Doctrinal. præf. v. 4.

Pag. 252.

- 16 *participare*] communicare, ut 253<sup>7</sup>. 'Participare, *theilhaftig werden, theilhaftig machen*'. Cf. Diefenb. Glossar. h. v.  
 19 *queratis*] compara tibi, adquires tibi.  
 23 *ipsius*] cereæ imaginis.  
 24 *vitreatam*] vitream aut vitreo incrustatam? *einen gläsernen oder einen glasier-ten Topf?*  
 29 *Cosdriel etc.*] Similiter Phrisius incantator ineptis quasi Hebraicis nominibus 'Mumi louiah, Ieliel, hakianiah, feetriah, manadel, Iabaniah, zohoel, kana-kiah' utitur in Murnaro Leviathan, idemque micromanticam agit sic: 'Helii samasai Gelonitros gedebanay, ysara mana clomiud anlostoos donos'.

Pag. 253.

- 4 *quando non videt etc.*] Miraculosus sane incantationis effectus.  
 5 *totiens quotiens*] i. e. quotiens (hæc ars exercita est), totiens effectum habuit.

#### EPISTOLA 43. OTHO FLERSZKLIRDRIVS ORTVINO.

- 10 *Flerßklirdrius*] Nisi hoc nomen ex *Flasche* sive *Fläschel* et *klirren* male compositum est, ut sit *Flaschenklirrer*, quid sibi velit nescio.  
 17 *deponunt pileos*] cf. p. 5<sup>28</sup>. 399.  
 18 *egregitudini*] Egregiatus dignitatis inferioris gradum apud Romanos sub Christianis imperatoribus fuit. egregitudo sibi fecit noster; in Vocabb. non legitur.  
 19 *stratum*] 'stratum, *strat. strewe. beedde*'. Diefenb. Glossar.  
 20 *sicut apostoli*] cf. ad 192<sup>7</sup>.  
 24 *canonici et nobilitares*] Herbipolitani magnam partem Hutteni amici erant.  
 27 *celestitatem*] alibi non legimus. Egregie novum nomen depingit mores tumentis hirci de grege Dominici.  
 28 *personandum*] cf. 45<sup>32</sup>. 70<sup>14</sup>. 259<sup>25</sup>.  
 35 *Christus*] Matth. xix. 28.

Pag. 254.

- 5 *zeositatem*] = zelum. hoc vocabulum sibi finxit autor, ut celestitatem.  
 10 *Io Reyß*] cf. Ind. biogr. p. 455. hunc art.  
 14 *Albertista . . . Thomista*] cf. Ind. biogr. artt. Albertus M.; Scotus, Duns; Occam; Thomas Aquinas.  
 20 *hæreticus*] cf. infra p. 287. sq.  
 29 *mandatum*] d. 6. Iul. a. 1510. emissum. cf. Coloniensis consultatio d. 9. Nov. a. 1510. Vide Consp. chronol. p. 119. sq.  
 33 *super cancellis*] in ambone.

Pag. 255.

- 2 *Permittatis me in pace*] *laßt mich in Frieden*. urbanius quam 'apage!'  
 3 *ego sum . . . debeo*] mei officii est.  
 4 *scriptum est*] Matth. xviii. 6.  
 6 *in alio passu notavi*] alio tempore animadverti.  
     *Iacobus*] Hochstratus, quem supra quoque (p. 72<sup>21</sup>) 'indulgentias dare, quando terminavit causam Reuchlini', vidimus.  
 7 *seminavit*] dispensavit, distribuit, ut venderentur.  
 10 *darent*] corrige 'daret', ut edd. princ. habent: nam vult *daß es Geld gebe in den Kasten*, ut daretur pecunia, ut inpleretur cista.  
     *permisit eum dicere*] neglexit eius dicta, nullam desiderii eius rationem habuit.  
 14 *ecce etc.*] Hæc scripta sunt ante illud Tetzelianum „*sobald das Geld im Kasten klingt, die Seele in den Himmel springt*“.

Pag. 255.

Pag. 252. v. 15 ... Pag. 256. v. 34.

19 *qui bene facit, bene ibit*] *Wer gut (recht) handelt, der gut wandelt.* Salvos facis sperantes in te. Psalm. xvi. 7.

23 *sic notavi*] inde cognovi.

## Pag. 256. EPISTOLA 44. PETRVS DE WORMATIA ORTVINO.

2 *novum librum ... hic impressus*] Erat procul dubio „Homeri Iliados libri aliqui per Nicol. de Valle latino carmine redditi ... Impressus est iste liber Rome in domo Iohannis | Philippi de lingnamie messan. S. D. N. familiaris Anno | m. cccc. lxxiii. prima die mensis Februarii. f. min. r. ch. s. f. c. et pp. n. 97 ff. Hain Repertor. bibliograph. n. 8780.

3 *vos meliorare*] artem poeticam perfectius addiscere.

4 *audientia*] cf. 223<sup>15</sup>.

6 *Homerus in greco*] prodierat Florentiæ a. 1488. fol. cf. Hain Repertor. n. 8772.

7 *quid mihi cum greco*] cf. ad 204<sup>4</sup>.

13 *X annos*] cf. Iliad. ii. 328. sq. xii. 15.

15 *campus sanguinavit*] Il. iv. 451. xxi. 326. ἔς ἐ δ' αἵματι γαῖα. — πορφύρεον δ' ἄρα κῆμα Δικητεὸς ποταμοῖο ἴστατ' ἀειρόμενον.

17 *clamor audiebatur in caelo*] Il. xii. 338. αὐτὴ δ' οὐρανὸν ἔκινε. et sæpius.

18 *onus proiecit lapidem*] Hector. Iliad. xii. 445. sqq. sed non duodecim viri non possent elevare<sup>1</sup>, sed τὸν δ' οὐκ ἐ δὴ ἀνέρε δῆμον ἀρίστῳ Πηϊδίῳ ἐπ' ἄμα-ξαν ἄπ' οὐδεὶς ὀχλίσσειαν.

19 *equus incepit loqui et prophetizavit*] Xanthus. Iliad. xix. 404. sqq.

## EPISTOLA 45. IOHANNES GERILAMBIVS ORTVINO.

24 *Gerilambius*] A ger (*Gier*) sive gēr = hasta, et lamb (*Lamm*)?

26 *Am. in nec. prob.*] *Den Freund erkennt man in der Noth*; paræmium omnium fere linguarum. In Germanicis ludis Saturnalib. *Reht freunt erkennt man in der nôt, ir gën wol hundert auf ein lôt.* Wander I. pag. 1174, 58. Proverb. xiv. 20. et xix. 4. 6. „Amici divitum multi. Divitiæ addunt amicos plurimos. Amici sunt dona tribuentis.“ Erasmi Adag. 4505. „Amicus certus in re incerta cernitur. ex Ennio. Frater in angustiis probatur. Hebraei.“ Id. 3504. „Felicitas multos habet amicos. Εὐτυχία πολὺ φίλος. Pauci in rebus adversis fidi mortales. Pindar.“

27 *habetis memoriam mei*] mei sis memor.

*presentium lator*] Tum ut hodie *Ueberbringer dieses*, qui has tibi reddet litteras.

29 *facere ad universitatem*] *auf die Universität thun*, ut v. 32. *facere ad bursam, in die Burse thun.* mittere ad, committere.

30 *via antiquorum*] nominalistæ. cf. ad 47<sup>17</sup>.

32 *bursam Montis . . via Thom.*] cf. ad 7<sup>35</sup> et 24<sup>1</sup>. Montani, i. e. bursæ Montis alumni, Thomistæ, Laurentiani, i. e. bursæ Laurentii alumni, Albertistæ erant. cf. *Bianco Gesch. der alten Universität Köln*. I. p. 255.

33 *ille rector*] Valentinus de Geltersheim, superiorista, i. e. *Oberländer*, Wirzburgensis Franco, a. 1516. (nam hoc anno, postquam Buschium expulerant Colonienses, p. 257<sup>16</sup>, scripta est hæc ep.), Montanam bursam rexit. Novimus captatorem studiosorum ex ep. II. 29. cf. Ind. biogr. p. 377. sq. art. Geltersheim.

34 *diff. inter Thom. et Albert.*] Quæ sequuntur differentiæ, si recte video, desumptæ sunt ex ipsius Gerardi de Monte [† 9. Nov. a. 1480.], a quo bursa Montis nomen accepit, scriptis, quæ ipse non vidi, ab Hartzthem. Bibl. Colon.

## Pag. 256.

p. 101. enumeratis, ex quo hæc repeto: „1) Tractatus Ger. de Monte ... ad favorem dirigens concordiam quædam problemata inter s. Thomam et ven. Albertum M. in Fol. impr. Colon. s. a. et typi nom. [Panzer Ann. IX. p. 229. n. 491<sup>o</sup>. „Colonie, Char. Quintell. fol.“] Hic liber cum impugnaretur, edita fuit: 2) Apologetica s. responsiva venerandi Magistri Gerardi de Monte ... ad quandam invectivam a nonnullo recenti et opulento Philosopho ... quæ ostensorem concordie inter s. Thomam et ven. Dom. Albertum M. impugnat opprobriis, autoritatibus et rationibus omissis, in fol. Colon. impr. s. a. et typi mentione. 3) Tractatus aureus S. Thomæ Aq. de ente et essentia, seu de quidditatibus rerum intitulatus. ... Colonie s. typi et anni mentione.“ Cf. etiam *Bianco Gesch. d. alten Universität Köln*. I. p. 264.

- 35 *adiectiva appellant*] Cf. *Prantl Gesch. d. Logik* III. p. 106. et p. 17. de proprietatibus terminorum „quæ sunt significatio, suppositio, copulatio, appellatio. ... Appellatio autem est præsens convenientia termini, i. e. proprietas, secundum quam significatum termini potest dici de aliquo mediante hoc verbo ‘est’ ... appellatio autem in omnibus substantivis et adiectivis et participiis et non in pronominebus .. nec in verbis ..“ p. 20. not. 67. „Partes autem enuntiationis sunt ... principales .. nomen substantivum et verbum ..., secundariæ sunt nomen adiectivum et adverbium et coniunctiones et præpositiones: hæc enim non sunt necessaria ad esse enuntiationis ..“. Similes altercationes mutuasque infestationes etiam in aliis universitatibus litterariis diversæ sectæ inter se exercebant, maxime Heidelbergenses nominalistæ et realistæ, quorum illi antiquam, hi novam viam sequi dicebantur. ita e. gr. disceptabant utrum vocativus suppositum esset, et utrum idem in præpositione pro subiecto poni posset nec ne. cf. *Hautz Geschichte der Universität Heidelberg* I. p. 348.

*corpus mobile est subiectum phys.*] i. e. quod nos obiectum appellamus. Arist. metaph. v. c. 1. (1026 Bekk.) εἰ δὲ τι ἐστὶν ἀκίνητον . . . , φανερόν ὅτι θεωρητικῆς τὸ γινώσκειν· οὐ μέντοι φυσικῆς γε (περὶ κινήτου γὰρ τινῶν ἢ φυσικῆ) . . . ἢ μὲν γὰρ φυσικὴ περὶ ἀχώριστα μὲν, ἀλλ’ οὐκ ἀκίνητου . . .“

## Pag. 257.

- 2 *Albertistæ*] de Alberti M. confusa logices definitione cf. *Prantl* l. c. III. p. 91. sqq.  
3 *Thomistæ*] cf. *Prantl* l. c. III. p. 109. sq.

- 5 *galaxia*] ὁ γαλαξίας (κύκλος) *die Milchstraße*, via lactea. Aristot. metaphys. i. c. 8. (Bekk. p. 345. sq.)

*mobile etc.*] Aristot. phys. aud. viii. impr. 10. (Bekk. p. 266. sq.)

- 8 *sic vel sic tenere*] sive hanc sive illam sententiam sequamur.

*dummodo sit etc.*] i. e. ut illi, contra quos iam Ioannes Sarisberiensis († 1180.)

Enthet. v. 41. sqq. ap. *Prantl*. l. c. p. 117.:

Si sapis auctores, veterum si scripta recenses,

Ut statuas si quid forte probare velis,

Undique clamabunt ‘Vetus hic quo tendit asellus,

Cur veterum nobis dicta vel acta refert?

A nobis sapimus, docuit se nostra iuventus,

Non recipit veterum dogmata nostra cohors,

Non onus accipimus, ut eorum verba sequamur

Quos habet auctores Græcia, Roma colit ....

Temporibus placuerè suis veterum bene dicta,

Temporibus nostris iam nova sola placent .....

Hæc schola non curat quid sit modus, ordove quid sit,

Quam teneant doctor discipulusque viam.

9 *comedit in bursa*] cf. p. 68. init.

10 *currat exterius*] *heraus laufe*, quod nisi nobilibus ditioribusque domesticis legibus severis erat vetitum.

11 *detis ei disciplinam*] *bestraft ihn*. cf. ad 10<sup>22</sup>.

*Proverbior. xiii.*] 13. 14.

14 *disputationes bursales*] cf. ad 60<sup>21</sup>. lectiones bursales 258<sup>16</sup>.

15 *Cæsarii . . Buschius*] cf. hos artt. et supra ad p. 199. v. 14. et 203. v. 175. sq. et p. 258<sup>9. 49</sup>. Buschius Vesaliam abierat circa diem festum sancti Michaelis (29. Sept.) a. 1516. munus rectoris in schola magna adiens, quo per sequentem annum functus est.

18 *Hessus . . Aperbachus*] cf. Ind. biogr. hos artt.

20 *dant ei rectum*] *geben ihm Recht*, ei adsentiantur, causam eius iustam iudicant, defendunt eum.

22 *ostendi eis . . et sic abivi*] Hoc simile est isti 'eum tam subtili argumento superavi' p. 64<sup>31</sup>.

24 *vadat*] *ergehe*, dicatur.

*frivola*] *Frevel, Schabernack*. cf. Diefenb. Glossar. voc. Frivulus.

#### EPISTOLA 46. CVNRADVS VNCKEBVNCK ORTVINO.

28 *Unckebyunck*] cf. ad p. 219<sup>2</sup>. Hæc epistola in multis similis est Iri Perliri II. 58.

31 *Os habent etc.*] Psalm. cxiii. B. 5. 6.

33 *thematizari*] *thematizare* Latine alibi non lectum verbum = *θεματίζειν*, thema proponere, als Text zu einer Erörterung, Predigt u. dgl. voranstellen.

Pag. 258.

4 *ad partes*] cf. ad p. 244<sup>20</sup>.

6 *iterum amare*] i. e. redamare.

10 *Buschius et Cæsarius*] cf. ad p. 257<sup>15. 16</sup>.

*trahunt . . abinde*] Etiam in 'Conceptu Dominis de Senatu præsentato super reformatione Universitatis. 24. Apr. 1525'. conqueruntur Magistri „Item ist auch mercklich zum Schaden und zu Verstörung dieser löflicher Vniversitet gefallen, dat man in Schollen und anderen Platzen zugelassen hat Vßwendige und auch Heimische ihre Lezzen [lectiones] zo thon ob die Uhren und Stunden, die den warhaftigen Meister und Ordinarien behören, und denselbigen Ordinarien und Meistern ihre Lezzen behindern, ihre Discipulen abzuziehen, zo sich rufen und die rechte Kunst, Bücher und Lezzen der Meistern und Ordinarien verachten, und ihre lichtfertige Dingen den Jungen vorschlon, mit Widerrath, Verachtung aller Promotien, Ordnung, Ehre und Stant der löflicher Universitet, wider Statuten, Gesetz, Recht und Gewohnheit der Universiteten, und auch zom großen Schaden der ganzer Bürgerschaft und der ersamer Gemeine, behindert ihre Nahrung und Gewin, sie auß den Promotien und Doctor-Essen plegen zu haben . .“. Bianco Gesch. d. alten Universität Köln. S. 319. des Anhangs.

14 *magister xxxvi annor.*] i. e. ante 36 annos magister factus. cf. p. 4<sup>4</sup>.

15 *in xx miliaribus*] i. e. Lipsiæ et intra xx miliaria ab universitate Lipsiensis.

16 *compleveverunt lectiones*] cf. ad 13<sup>6</sup>.

17 *formales et materiales*] „... libri in gymnasiis edocendi partim sint formales, partim ut vocant materiales: formales quoad interpretationem textus, et

## Pag. 258.

materiales in exponendis commentariis, hi videlicet Physicorum, de Cœlo et mundo, de Anima Aristotelis, Vetus ars et Nova logica. Sed disputationes et Summulæ Petri Hispani una cum Parvis logicalibus et lectionibus grammaticis connumerentur duntaxat materialibus artibus... Statuta Facultatis Artium Ubiorum a. 1522. apud Bianco I. p. 298. Cf. supra ad 16<sup>25</sup>. Lectiones a disputationibus differunt: in his præside magistro inter se disputabant scholares, in illis præceptorem prodocentem audiebant. cf. ad 60<sup>21</sup>. 257<sup>15</sup>.

18 *Petrum Hispanum aut Parva logicalia*] cf. Ind. biogr. p. 393. sq. art. Hispanus, Petr. et infra ad 259<sup>22</sup>.

19 *partes*] i. e. Doctrinale. cf. ibid. p. 297. sqq. art. Alexander de villa dei.

20 *Vademecum vel Exerctium pueror.*] cf. ibid. hos artt.

*Opus minus*] cf. ibid. art. Alexander de villa dei.

21 *Dicta Io. Sinthen*] cf. ibid. p. 472. sq. art. Sinthen.

25 *sunt*] præsens pro præterito. vivide delectatur memoria feliciorum temporum.

26 *unus stetit per ann. etc.*] cf. ad 277<sup>9</sup>.

28 *exposuerunt pecunias*] studiorum sumptus filiis præbebant.

30 *Virgilium et Plinium*] Quos Coloniae tum Buschius Cæsariusque præcipue explicabant. Cf. etiam Lipsiensium querimoniam cit. p. 277, 17. sqq.

33 *nihi*] ut Huttenus, cuius præfatio ad Neminem ad h. l. conferenda est.

35 *penitent de pecunia*] pænitet eos frustra factarum impensarum.

36 *trufantes*] hodie scandalierend. cf. ad 10<sup>3</sup>.

## Pag. 259.

1 *talis ... tempore suo*] ille ... circa annum 1480.

4 *magistri Lipsenses ... conqueruntur*] cf. infra epist. 58.

8 *Liptzig*] Lipsiæ, cum ibi doceret.

9 *rubetum*] proprie 'rosetum'. In quo nemusculo, *Rosengarten*, hodieque Lipsienses otio dulcique cibo ac potu frui solent.

10 *excessus*] delictum contra leges academicas. Cf. p. 257<sup>11</sup>.

12 *ieiunare singulis sextis feriis*] Quasi poenæ essent quæ communi omnium clericulorum officio continebantur.

17 *ita servire*] Ergo invenit tandem Unckebugckus, quo Romæ sustentaret sese: supra p. 219. desperarat ibi se vivere posse.

18 *proficuitatem*] *Profit*, lucrum, reditus, 'idem quod Proficuum'. Ditmarus l. 2.<sup>4</sup> Ducange.

*socii*] h. l. non pares, magistros, sed supposita, scholares, bursarios significat, ut Germanice quoque *Gesellen* eos vocamus, qui sub magistris, *den Meistern*, sunt.

22 *resumptionibus*] Statuta fac. phil. univ. Lips. a. 1499...1522. (Zarncke, Die Statutenbücher der Lpz. Un. 1861. 8°. max. p. 432. sqq.) Cap. ix. § 5. „Resumptiones publicæ fieri non debent sub horis deputatis pro lectionibus et exercitiis et de poena contrafacientis“, „fiant 4. 5. 6. mane in æstate, in hyeme mane 5. 6. 7.“ Capitulum x. „de resumptionibus publicis per facultatem arcium deputatis“ § 1. „Placuit, quod facultas arcium qualibet mutacione (*Cursus*) quatuor magistros... deputet, quorum unus in grammatica Donatum et secundam partem Allexandri textualiter in una mutacione æstivali resummat, in hyemali vero deputatus magister et ad hoc ydoneus propter metrificandi artem terciam partem Allexandri, habeatque horam quartam de die... Secundus in loyca primos quatuor tractatus Petri Hyspani seu parvulum loycæ, habeatque horam quintam in æstate, in hyeme sextam.

Pag. 259.

Pag. 258. v. 18 ... Pag. 260. v. 29.

Tercius in rethorica modum epistolandi .. vel alium in rethorica utilem libellum .., habeatque in diebus festivis et collegiorum horam secundam. Quartus in philosophia naturali, ut philosophiam compendiosam Alberti M. aut parvulum philosophiæ; et sit eius hora in æstate sexta, in hyeme septima ... Et nullus baccalariandorum ad examen admittatur, nisi præfatas quatuor resumpciones ad minus semel audiverit et realiter satisfecerit."

24 *expedit*] Ioann. xi. 50. „... expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat."

## EPISTOLA 47. BENEDICTVS DE SCOCIA ORTVINO.

30 Thomas quidam de Scotia inter Colonienses theologos fuit, qui pro immaculata Mariæ conceptione acriter contra Wigandum Wirt contenderunt. cf. Ind. biogr. p. 408. sq. art. Wirt. Eidem 'magistro nostro seniori Thome de Scotia' sese commendari voluit Theodoricus de Gouda in epist. d. 13. Aug. a. 1514. ex academia Parrhisiana data, quæ legitur Actor. Parrhis. p. ult. cf. Consp. chronol. p. 133.

33 *in festo sancti Michaelis*] die 29. Sept.

34 *proximas vestr.*] fere Latinum hoc esset, nisi 'epistola vestra' præcessisset.

35 *grossiori voce*] cf. ad 253<sup>23</sup>. Etiam in Physiophili Monachologia method. Linnæan. etc. Aug. Vind. 1783. 4<sup>a</sup>. p. C3 de monacho Dominicano dicitur 'Latrat media nocte, voce ingrata, rauca'.

Pag. 260.

1 *Esaia lxx.*] 11. „Rugiemus quasi ursi omnes, et quasi columbæ meditantes gememus“. potuit etiam ex eodem versu addere Benedictus: „expectavimus iudicium, et non est; salutem, et elongata est a nobis“.

4 *an ... sanctior*] Similiter in Manual. scholar. c. 4. (*Zarnck. Die Deutsch. Univv. i. MA. Lpz. 1857. 8<sup>o</sup>. p. 14*) Camillus et Bertoldus inter se disputant, utrum sanctus Thomas an Albertus magnus præferendus sit.

*Thomas ... Dominicus*] cf. Ind. biogr. p. 483. sq. 358. hos artt.

6 *Aliqui tenent quod etc.*] Scilicet Dominici regulam, Thomæ doctrinam sequimur nos prædicatores.

11 *non discipulus super magistrum*] Matth. x. 24.

24 *veterissimo*] Hunc superlativum alibi non legi, sed neque ipsum librum, qui anilem istam disputationem, certe inter monachos frequentem, prohibebat.

26 *Pfefferk. perseverabit*] Dubitatio in his epistolis sæpius repetita, ipse Hochstratus (p. 76<sup>39</sup>) audierat 'quod Pfefferkorn esset iterum Iudæus', sed non credit 'quod fiat mammaluca' p. 77<sup>2</sup>. Cf. supra ad p. 237<sup>34</sup>.

28 *ad sanctum Andream*] ubi Speculum oculare d. 10. Febr. a. 1514. combustum est. cf. Consp. chronol. p. 129. De templo in Erhardi a Winheim Sacrario Agrippinæ. Colon. 1736. 8<sup>o</sup>. p. 50. legitur: „Collegiata ecclesia s. Andree primitus sub patrocinio s. Matthæi Apostoli a s. Brunone eius nominis primo, Episcopo vero Coloniensi 25. fundata, sacratis Deo Virginibus assignata, sed paullo post ab eodem in Collegium Canonicorum, Matthæi patrocinio in S. Andree commutato, conversa fuit. Canonicos habet 26. Vicarios 16. Præpositum et Decanum in Clero Prælatos“.

*unus decanus e. e. Iud.*] 'Victor von Carben?' temere adnotavit *Grätz Gesch. d. Juden* IX. p. 190. Victor de C. neque unquam decanus ad sanctum Andream fuit, neque postquam fere quinquagenarius relicta uxore cum tribus liberis ac patrimonio sub a. 1472. synagogam eiuraverat, 'voluit mori sicut bonus Iu-

Pag. 260.

dæus', sed, ut habet eius epitaphium ap. Hartzh. Bibl. Colon. 1747. fol. 313, „devotus Christi sacerdos . . olim Iudæus, qui xci annos natus, quadraginta autem duos aqua et spiritu renatus in magna fidei constantia hoc sæculum reliquit a. MDXV..’ d. 2. Febr. . . ‘cum ultimum spiritum exhalaret . . hæc ultima verba fuere: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace“. Tota hæc fratris Benedicti narratio de nullo decano ad s. Andreæ vera, sed ex falsa ærearum imaginum, de quibus statim dicendum est, interpretatione apud Colonienses enata fabula est. Decanos eccl. s. Andreæ recenset Aeg. Gelenius in hoc raro (maxime e Cæsario Heisterbacensi exscripto) libello: *Canon Canonicorum* | V. ENFRIDVS ELEEMON, | Insignis Collegij S. ANDREÆ | Coloniæ | DECANVS & CANONICVS, | Obijt anno 1193. 27. Martij. | *Opinione Sanctitatis & Miracul:* | *ab obitu clarus.* | Cui accessit brevis Elenchus ve- | nerabilium Præpofitorum ac | Decanorum Ecclesiæ | S. ANDREÆ. | & (o) & | COLONIÆ | Excudebat GISEBERTVS CLEMENS | ANNO M.DC.XXXVI. | (20 foll. 8<sup>o</sup> min. sign. A B C); sed de nullo quicquam huius narrationis simile indicat; refert autem idem Gelenius (de admir. s. et civ. magn. Coloniæ Claud. Agripp. 1645. 4<sup>o</sup>. p. 422. sq.) hæc: „Ante Ecclesiam [sancti Pauli parochialem] supra portam immunitatis S. Andreæ, duæ statuæ æreæ, inque unius manibus cattus et mus, in alterius canis et lepus. de his seniculi commemorant esse monumentum Iudæi ad Christi fidem conversi, qui voluerit fidendum esse tantum sinceritati conversorum Iudæorum, quantum concordie istorum animalium. Bernardus Mollerus lib. 4. de Rheno sic Anno 1520. carmine commemorat maiorum traditionem:

Aspicit Andreæ delubrum culmina Pauli:  
 Hoc igitur possum mira referre loco.  
 Doctus Agrippinæ fuerat Iudæus; avitam  
 Deposita liquit suspitione fidem,  
 Patria prætextu pietatis dogmata sprevit:  
 Propterea Christi dulce subivit onus.  
 Crimina Naturæ Baptismi diluit unda  
 Fictitia Lympham religione tulit.  
 Plurimus astabat tota susceptor ab Vrbe,  
 10 Plurimus et fidei testis in Vrbe fuit.  
 Mente quidem Iudæus erat, deserfor avitæ  
 Legis, et æterni transfuga Mosis erat.  
 In Domini legem falso iurarat Iesu  
 Nomine: vox fidei dissita corde fuit.  
 Transfugium sævo precii mercatus amore:  
 Crediderat stulte cuncta latere Deum.  
 Id sceleris cernit nemo: laudatur Apellæ  
 Integritas: nemo falsa subesse putat.  
 Fallitur occultis ecclesia, fallitur orbis:  
 20 Numina cœlorum ludere nemo potest.  
 Transfuga secretis imponit ritibus urbi,  
 Verpus et externo prædicat ore Deum.  
 Temporis interea dum viveret accola templi,  
 (Accola Paulinæ, suspicor, ædis erat)  
 Ecce catum pavit cavea, pavitque Molossum:  
 Dividuis animal clausit utrumque locis:



- Bruta velut rebus Domini pergrata fuere,  
 Sic Domini rebus digna fuere sui:  
 Verpus avaritia poterat superare Molossum,  
 30 Composita vicit calliditate Catum.  
 Pensa novercantis tandem suprema senectæ  
 Attigerat, tandem fata dedere mori;  
 Aeger erat, morbo carnem depastus edaci,  
 Iam moriens Christo numen inesse negat;  
 Ex postliminio revocat Iudæus avita  
 Dogmata, Iudæi dogmata Mosis init;  
 Quod latuit dura vitium cervice, fatetur,  
 Nostram sacrilego conficit ore Crucem.  
 Id faceret quare iussus narrare, ferebat:  
 40 A famulo brutum iussit utrumque dari.  
 Carcere desumpsit felem, quo clauserat ante  
 Servulus, et cavea liberat inde Canem.  
 Alter it allatum, tenuit quos carcere, Murem  
 Et leporem, Domino sistit utrumque suo.  
 Ad Domini lectum famulus procedit uterque  
 Et quæ iussus erat ducere bruta, tenet.  
 Prodedit extemplo Iudæus crimina vitæ:  
 Singula mittendo currere bruta iubet.  
 Hanc fuerant plures rem qui spectare pararent.  
 50 Hinc famulus felem protulit; inde canem,  
 Alter et apprensus famulus dat currere Murem  
 Et leporem clausa facit abire domo:  
 Quattuor inverso discurrunt ordine bruta:  
 Degener exemplum cernere verpus amat.  
 Arripuit presa leporem cervice Molossus,  
 Concitus in Murem turbine Felis abit;  
 Dente canis leporem discindit avarus iniquo;  
 Corpore Mus lacero fertur in ora Cati.  
 Scena foret finem simul ac sortita cruentum,  
 60 Ad populos tali fatur Apella modo:  
 Quando Lepus versa rapiat virtute Molossum,  
 Mus simul ac felem vincat, utroque minor  
 Cultor ero vestri, quem nunc insector, Iesu,  
 Mosis et e dicto vivere fessus ero;  
 Quamve diu vigeat Natura potentior arte,  
 Totus in Hebrææ fœdera gentis eo.  
 Sic loquitur: quassat subito correpta dolore  
 Pectora, sacrilego spiritus ore fugit,  
 Impius horrendo permutat funere vitam,  
 70 Horribili dirus morte domatur homo,  
 Morte quid horrenda gravius censetur in orbe?  
 Mors animam Diti mancipat, ossa luto.  
 Nobile succedens exemplum protulit ætas:  
 Cuius apud Paulum signa videre licet:  
 Aereus excelso portarum vertice servus

Suspicitur, brutum gestat utrumque manu.  
 Historiam dixi, quamvis horrenda videtur,  
 Perfidiam signat gentis, Iuda, tuæ.

\* \* \* \* \*

Hæc simplex genuinumque sui temporis colorem representans fabula sic moleste fucata est in male conscripto libro *Die Bischöfe und Erzbischöfe von Köln ... Von v. Mering u. Reischert. Köln 1843. 8°. I. p. 94...97.* hoc modo: „Gelen erwähnt eines sonderbaren Denkmals, welches sich in ältern Zeiten über dem zur Immunität des St. Andreasstiftes führenden Thor befand [‘supra murum ante cimiterium’ sec. Nostrum]. Dasselbe bestand aus zwei menschlichen Figuren aus Erz, deren eine, einen Hund und einen Hasen, und die andere eine Katze und eine Maus in Händen hielt. Diese Symbole sollen eine Anspielung auf folgende Begebenheit sein: Im 13. Jahrh. lebte, der Sage nach, in Köln ein Jude, der sich in seiner Jugend den Studien gewidmet und es durch Fleiß und natürliche Anlagen sehr weit in den Wissenschaften gebracht hatte. Aus eigenem Antriebe und durch Einwirkung der ihn umgebenden Christen — die Quelle gibt dies nicht genauer an — entschloß er sich zuletzt dem mosaischen Glauben zu entsagen — ein Katholik zu werden und sich taufen zu lassen. Eine so plötzliche Bekehrung erregte zu jener Zeit in der heiligen Stadt Köln die größte Theilnahme, welche fast bis zum Enthusiasmus gesteigert wurde; und in der That war der Triumph der Religion hier um so größer, als der Jude als einer der aufgeklärtesten Köpfe seiner Zeit betrachtet wurde. Die Taufhandlung wurde öffentlich und mit großem Pompe vollzogen, und der Jude empfing von allen Seiten Glückwünsche. Es währte nicht lange, so äußerte der Bekehrte sich dem Priesterstande widmen zu wollen. Der kölnische hohe Klerus, der die vielseitigen Kenntnisse des Juden zu schätzen wußte, und eine gute Acquisition an ihm zu machen dünkte, sich auch sehr hohe Begriffe von dessen Moralität machte, kam seinen Wünschen mit der größten Zuworkommenheit entgegen. Der Neubekehrte wurde Priester, erhielt bald darauf eine Kanonichenstelle bei St. Andreas, und bezog die damit verbundene Wohnung neben St. Paulus. Seine Lebensweise als Priester und Kanonich war der Art, daß sich auch nicht das Mindeste dagegen zu erinnern fand: die strengste Erfüllung der Pflichten seines Standes schien vielmehr sein Hauptbestreben zu sein; er lebte still und einsam und hielt die Horas pünktlich. Zu seiner Belustigung hielt er in seinem Hofraum einen Hund und eine Katze, jedes dieser Thiere für sich getrennt, in einem besonders Behältniß eingesperrt, die er mehre Jahre hindurch sorgsam füttern und pflegen, aber niemals umherlaufen ließ. Endlich traf, nach vielen Jahren, eine schwere Krankheit den Kanonich, sein Zustand wurde immer bedenklicher, und seine Todesstunde schien ganz nahe. Da glaubte Jeder, er würde sich zu seinem Hintritte vorbereiten und bald zu den Heilmitteln der Kirche — den heiligen Sacramenten — seine Zuflucht nehmen. Aber wie sehr staunte man, als er nicht nur den Trost und Beistand der katholischen Kirche hartnäckig verschmähte, sondern sogar allen Priestern den Zutritt zu sich strenge untersagen ließ. Man unterließ nicht, ihm die dringendsten Vorstellungen zu machen, um ihn eines Bessern zu belehren — aber vergebens. Da sagte er eines Tages zu seiner Umgebung: „Wundert euch nicht, Leichtgläubige, die ihr das Lager des Sterbenden umsteht und mit leichter Mühe zu errathen wähnt, was in des Herzens geheimsten Fallen steht! wundert euch nicht, wenn ich endlich sage, was euch gar seltsam klingt; verarget mir es nicht, wenn ich euren Gott Christum nicht als Gott erken-

Pag. 260.

Pag. 260. v. 29.

nen mag. *Wisset! in euerm Glauben blühte mir die Seligkeit nicht, und weit entfernt war ich sie darin zu suchen. Doch wozu der vielen Worte, wenn ein einziges Beispiel, welches die Natur euch bietet, genügt, euch zu belehren: die Natur ist wahr und treu, sie duldet keine Widersprüche, drum schaut und urtheilet selbst“.* Hierauf befahl er einem Knaben sich in den Hofraum zu begeben und den ihm wohlbewussten Hund heraufzuholen; einem andern Knaben befahl er die Katze aus ihrem Behälter hervorzuziehen, und sie sorgsam auf dem Arm in die Stube zu bringen. Nachdem dies geschehen, ließ er noch einen lebendigen Hasen und eine Maus, welche er zu dem Ende lange genährt hatte, zum Vorschein kommen. Den Knaben befahl er ferner auf ein gegebenes Zeichen alle vier Thiere niederzusetzen und sich frei bewegen zu lassen. Kaum aber fühlte der Hund sich frei, als er, seinem Instinkte getreu, mit Pfelesschnelle auf den Hasen losstürzte, und diesen erfaßte. Mit Begierde haschte die Katze ihrerseits instinktmäßig nach der Maus, tödtete und verschlang sie. Alle Anwesenden sahen mit gespannter Aufmerksamkeit, bald nach dem Kanonich, bald nach dem seltsamen Schauspiele hin. Eine feierliche Stille herrschte, die der kranke Kanonich zuerst mit folgenden Worten unterbrach: „*Habt Ihr nun gesehen, wie wunderbar die Natur bei diesen unvernünftigen Thieren sich bewährt? Keines derselben hat das andere oder ein ähnliches in seinem ganzen Leben gesehen; alle Viere waren von dem Tage an, als sie das Licht der Welt erblickten von einander getrennt und jedes für sich eingeschlossen, und so haben sie gelebt bis auf die gegenwärtige Stunde und dennoch haben — wie Ihr seht — weder der Hund noch die Katze ihre Natur verleugnet, sondern sich vielmehr getreu als Thiere ihrer Gattung bewährt. Dasselbe gilt auch von dem Juden, er steht fest und unerschütterlich auf dem Glauben seiner Väter, und mag er noch so lange unter den Christen leben, mag er durch gegenseitige Bande der Liebe und Freundschaft mit ihnen verbunden sein, selbst Wohlthaten aller Art von den Christen empfangen haben, welche ihn zu Dank verpflichten: er verläßt den Glauben seiner Väter nie, und bleibt immer ein Jude. Und so wenig als es möglich ist, daß der Hase nach dem Hunde jage, und die Maus die Katze verfolge, eben so wenig wird es den Christen gelingen, einen wahren Juden zu überlisten und zum Christenthume zu bekehren. Das merkt euch Alle, die ihr mein Sterbelager umsteht, und vor Schauder und Entsetzen euch von mir abwendet, als ob ihr ein Medusenhaupt erblicktet; höret und erzählt es euern Kindern, tragt es in die Geschichtsbücher ein, daß auch die ferne Nachwelt es erfahre: „ein Kanonikus von Andreas war Jude, und stirbt als ächter Jude“.* Diese Begebenheit erregte damals große Sensation unter dem Clerus der Stadt Köln und bildete eine geraume Zeit hindurch das Tagesgespräch in allen gesellschaftlichen Zirkeln. Die Geistlichkeit konnte es lange nicht verschmerzen, auf eine so unerhörte Weise geöffnet worden zu sein, und das Volk wurde fast irre an der menschlichen Natur, indem es nicht begreifen konnte, wie das menschliche Herz eine solche Tücke und Arglist zu fassen vermöge.

Apparet ex istis 'æreis imaginibus', quæ sæculo xvi. ineunte 'adhuc erant super murum ante cimiterium', hodie non supersunt, narrationem de clerico Iudæo enatam, non imagines in memoriam conversi inconversi Iudæi exstructas fuisse. In Salomonis et Marcolfi disputationibus sæculo xvi. longe vetustioribus simile exemplum 'Plus valere naturam quam nutrituram' legitur hoc:

„Rex sedit ad cœnam cum maximo apparatu suorum, et Marcolphus sedens cum aliis inclusit tres muros in manicam tunicæ suæ: fuerat enim in curia

## Pag. 260.

regis Salomonis catus ita nutritus, ut omni nocte rege cœnante teneret candelam duobus pedibus coram universis cœnantibus stans et duobus pedibus lucernam tenens. Cum iam bene omnes cœnassent, Marcolphus emisit unum de muribus, quem cum catus despexisset et post illum ire voluisset, nutu Regis est retentus, dumque de secundo mure factum fuisset similiter, Marcolphus emisit tertium murem, quem cum catus conspexisset, ultra non tenens candelam eandem reiecit et post murem currens illum apprehendit. Hoc Marculphus videns dixit ad Regem 'Ecce, Rex, coram te probavi plus valere naturam quam nutrituram'. Dixit autem Salomon 'Proicite eum de conspectu meo; si amplius venerit, dimittite currere super eum canes meos'. Marcolphus 'Nunc pro certo scio et dicere possum quia ibi est mala curia, ubi non est iustitia': cumque expulsus fuisset Marcolphus, cœpit intra se dicere 'Neque sic, neque sic sapiens Salomo de Marcolpho britone [? bricone? i. e. rixatore] pacem habebit', in sequenti autem die de lectulo consurgens cogitavit quomodo curiam regis intrare posset sic ut canes regis eum non devorarent. et abiens emit unum vivum leporem et posuit sub veste sua, sicque reversus est ad curiam regis. quem cum servi Salomonis vidissent, canes super eum eiecerunt; Marcolphus vero leporem emisit: protinus canes Marcolphum relinquentes leporem invaserunt. et sic Marcolphus venit ad regem. cumque rex vidisset eum, dixit „Quis te huc intromisit?“ Marcolphus respondit 'Calliditas non parva'.

## Pag. 261.

- 1 *cimiterium*] i. e. cœmeterium, *κοιμητήριον*. sed sec. Ioa. de Ianua Catholic. „Cimiterium, a cimis, quod est dulcis, et sterion, quod est statio, componitur hoc cimiterium, rii, quasi cimisterium, id est dulcis statio animarum vel potius corporum. vel dicitur cimiterium quasi ciniterium, quia ibi cinis mortuorum teritur. vel dicitur a cis, quia cis, id est ante ecclesiam soleat fieri. unde cimiteriolum, li, diminutive.“
- 5 *deberet coqui*] i. e. coquendo molliatur. Qua ratione ille ad sacram terram peregrinans mendicus, de quo Hebelius in thesauraphylaciolo rettulit, ut sibi ex silicibus et aqua iusculum coqueretur, etiam non nulla alia, ut olera carnesque, adhiberi iussit.
- 7 *apud ignem*] Etiamnunc Germanice dicimus *bei'm Feuer*.
- 8 *lucrum ... timorem ... prodicionem*] Nullam harum causarum non habuisse Perpericorum, ut a Iudæis desciscens Christianus fieret, in his epistolis passim indicatum est.
- 11 *conservabit eum in fide*] cf. ad 77<sup>2</sup>. et ad p. 260<sup>26</sup>.
- 12 *nos debemus utique semper dicere*] i. e. dissimulanda est diffidentia nostra, ne audentius sibi fidant adversarii.
- 15 *antiqui grammatici . . . moderni et novi*] Scilicet recentiores, quos diu noverant, antiquos appellabant, modernos autem et novos eos antiquos quos recentiores demum (poetæ, humanistæ) in scholas introducere cœperant. Ridicula res est non illa appellatio, sed ex qua hæc enata est ignorantia.
- Alexander*] Doctrinalis cap. de tertia declinatione vv. 30. sqq.:  
 Quod nomen proprium, quod non, ita sit tibi notum:  
 Id proprium dices, quod non notat univoce res  
 Plures: nanque duo sensu non signat in uno;  
 Non licet univoce proprium tibi plura notare.
- 16 *Diomedes*] Art. gramm. I. p. 306. (ed. Keil. p. 320.) „propria (nomina) sunt quæ propriam et circumscriptam qualitatem specialiter significant; item quæ

Pag. 261.

Pag. 260. v. 29 ... Pag. 262. v. 12.

unica et sola sunt deorum, .. hominum, .. urbium, .. provinciarum, .. insularum, .. montium, .. fluminum ... Proprium nomen quattuor sunt species: prænomen, nomen, cognomen, agnomen ..."

16 *Priscianus*] Inst. V. 52. (ed. Keil. I. p. 174.) „Sunt quædam nomina semper singularia, vel natura, vel usu: ... in his tamen ipsis est, .. ut etiam plurali numero proferantur: .. evenit sæpe eodem proprio nomine duos vel plures nuncupari ..."

22 *pro posse meo*] Sic etiam Alexander c. 1. v. 9. „Hinc pro posse meo vocum regimen reserabo."

25 *Sundis*] Sic 4. solam litteram S. habet 5. Suollis scribendum esse (cf. p. 21<sup>24</sup>. 61<sup>11</sup>.) etiam id ostendit, quod Arnoldum de Tungari præceptorem suum singularissimum salutat. Ceterum Sundis nullius oppidi sive civitatis nomen est.

## EPISTOLA 48. IOHANNES KALP ORTVINO.

33 *Ioannes Kalp*] Quidam 'Conradus Kalb de nova ciuitate in Hassia' in alb. acad. Viteb. inscriptus est a. 1510. Förstemann p. 33. Et 'Frater iohannes Kolbe de Erfurdia or: sancti Augustini' ibid. p. 15. — Lepidus ingenii lusus esse videtur, quod hæc epistola, parochiale quasi idyllium, a Vitulo scripta fingatur.

34 *perdere*] Cf. p. 239<sup>20</sup>. 29.

*venire de beneficio*] amittere, non consequi beneficium, *um die Pfründe kommen*.

Pag. 262.

1 *esse contentus*] nihil amplius exposcere, non deinceps semper scire novalia.

3 *Elephas*] Kalpum de elephante quasi de re antea numquam visa loqui mirum non est: Ioannis Mylii Bornensis carmini panegyrico in Maximiliani II. in Viennam reditum anno 1552. edito adiectum est 'Dyodecastichon de Elephanto a Divo Maximiliano ex Hispanijs reuertete adducto Viennâ, 6. Martij' incipiens:

Quam grandi visa est nuper mihi bellua mole,  
Teutonicis nunquam viva reperta locis."

cf. *Denis Wiens Buchdr. gesch.* p. 500. — Catholic. „Elephantus: elephon [ἑλέφας, γεώλοφος] grece dicitur mons latine ... et elephas ... et dicitur a magnitudine corporis sui: quia formam montis preferat .... Elephas mire castitatis creditur: ita ut si perdat coniugem nulli copuletur: inter siluas commoratur solus: biennio autem portat fetus: nec amplius quam semel gignit: sed nec plures: sed tantum vnum; viuit autem trecentis annis ...". Vocab. lat. theut. inc. Registrū vocabularij (fol. 115<sup>b</sup>): „Elephas, Elephancus, *helffant*, est animal inter alia animalia quadrupedia maxime quantitatis habens rostrum decem cubitorum ex carne cartilaginosa quo pabulum attrahit Et illud rostrum dicitur pro muscida [*proboscis*] Et super se portare turrim ligneam cum quinquaginta armatis. et dicitur elephas vel elephans ab elephos grece id est mons latine quia magnus est ad instar montis ... Et dicitur barrus a barron grece id est grande vel forte latine quia grandem et fortem habet sui corporis dispositionem." Cf. impr. Plin. H. N. lib. viii. init.

7 *viderunt ei urinam*] cf. p. 50<sup>16</sup>.

8 *quinque centum*] quingentos. Scilicet quanto maioris pretii, tanto melior est medicina.

12 *geniculavit ei*] Sic in Mylii carm. l. c.:

„... Qui [elephas] te [Maximilianum], dictu mirabile, visum  
Succiduis pedibus ceu quoddam numen adorat.

Facile cuivis in memoriam venerit locus Curtii de reb. gest. Alexandri M. vi. 5, 18., ubi de equo regio, „Bucephalam vocabant, quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo aestimabat: nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, et regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque scire quem veheret.“

- 13 *bar, bar, bar*] *barrit elephantus* (Fest. v. *barrire*. Spartian. Get. 5.), ipse *barrus* appellatur, *barrinae* eius *aures*, *barritus* eius *vox* (Hor. epod. xii. 1. Fest. l. l. Appul. flor. 358, 2. Sidon. ep. iii. 13. Philox. gloss. h. v. Isid. xii. 2, 14. cf. xvi. 5, 9. et ad v. 3. adnot.). Vide art. *Baritus* in 'Diefenbach Origines Europææ. Ff. a. M. 1861. 8°. p. 249. n. 51. et Zangemeister de Horat. vocib. singularib. Berol. 1862. 8°. p. 9.

- 14 *rex Franciæ et rex Karolus fec. pacem*] Novioduni d. 13. Aug. a. 1516. Du Mont Recueil des traitez de paix. tom. II. Amst. 1700. p. 69...74.

- 16 *cautelosa*] 'Cautelosus, bewarsam, gewarnter, wise, vorsichtig, behende, behendig, vol fürsichtikeit, ein vorteilischer, der da alwegen vorteil sucht.' Diefenbach Glossar. h. v.

*nec durabit diu*] Ut h. l. Huttenus, ita Pontius Heuterus (ap. Struv. Corp. hist. Germ. ed. Buder. II. p. 979.) „... alterum [post Parisiense d. 24. Mart. a. 1514. initum] cum Carolo Novioduni fœdus faciens, non minus quam primum propter conditionum iniquitatem duraturum, quas Carolus . . admisit, ut sibi necessario in Hispaniam proficiscenti iter tutum rex Franciscus præstaret, neque absenti bellum inferret.“

- 17 *pastoria*] 1) *parochia*, *ecclesia*, seu *ipsarum bona et redditus*. 2) *domus pastoris* seu *curionis*. 3) vid. *Pastorium*'. Ducange h. v.

- 18 *et habeo*] Sic quidem exemplum 5. sed cum 4. scribendum erat 'et habeo'.

- 19 *annetas*] 'Aneta, anneta, anata, ant, antvogel, ente, hausente. anetes enten'. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

*in domo mea*] Scilicet *bubilia*, *vaccarum*, *boumque stabula*, iuxta *cubilia* diætasque ab ipsis hominibus inhabitatas, sub eodem tecto etiamnunc in multis *Coloniensis dioeceseos domibus villaticis* habentur.

- 24 *impinguare*] *mästen*. Gloss. Philox. *Impinguo*, *μαίωω*. 'Impingware, feist, fett machen, mesten'. Diefenb. Glossar.

- 25 *coqualia*] *Küchen-, Fleischvorrat*. ut *bibalia Getränke, Kellervorrat*. *Coqualia* non habent Vocabb. sed *Coquinaria*.

*semel ... taurum*] quotannis, singulis annis bovem cædam.

*mactare*] vult non sacrificandi causa, sed in domesticum usum cædere.

- 27 *suspendere in fumo pernas iam Cato præcepit de r. r. in fine.*

*retro*] post, ad posticam domus partem.

*seminare*] plantare, semine sparso educere.

- 29 *stuffa*] h. l. ut 268<sup>30</sup> et 295<sup>31</sup>. est *Stube*, conclave; non ut *stuba* p. 208<sup>36</sup> = æstuarium, *Oefchen*. Cf. adn. ad h. l.

- 30 *Parati vel Discipuli*] cf. Ind. biogr. p. 431. art. *Paratus* et p. 390. art. *Herolt*.

*ero habitatus*] Non ab 'habitare, vestire, induere, *habiller* al. *habituer*' (Ducange h. v.), sed ab *habitari* = *habilitari*, *habilem se facere, s'habituer à, abilitarsi*. *Habituali* proprie dicti sunt *beneficiati canonici ordine minores*, alias *clerici* 'qui ad alicuius ecclesiæ servitium se mancipaverunt absque

Pag. 262.

Pag. 262. v. 13 . . . Pag. 264. v. 11.

ullius beneficii titulo certis pecuniarum distributionibus iuxta locorum consuetudines contenti'. Ducange voc. Habituali.

31 *laborare in horto*] hortum colere.

32 *esse pro me*] mihi vivere.

*dicere orationes meas et legere missas*] non aliis molestis officiis fungi quam quæ cum beneficio coniuncta sunt.

33 *non curare ista mundana negocia*] sed obædire præceptis ecclesiæ, Ne clerici vel monachi sæcularibus negotiis se immisceant. X. m. 50. in VI<sup>o</sup>. m. 24.

Pag. 263. EPISTOLA 49. PHILIPPVS SARTORIS ORTVINO.

2 *Philippus Sartoris*] Cf. Ind. biogr. p. 405. sq. art. Langschneider. — Hæc epistula in non nullis cum Kuckuki, II. 10, convenit.

7 *epistolam ad papam*] datam Londini d. 28. Apr. anno 1515. cf. Consp. chronol. p. 137. ad h. l. et infra p. 279<sup>10</sup>.

9 *Novum Testam.*] Hæc Erasmicarum epistolarum commemoratio Huttenum auctorem huius epistolæ produnt. Erasmi dedicatoria ad Leonem PP. X. epistola primæ N. T. editioni præmissa data est Basileæ d. 1. Febr. a. 1516., inque eodem libro (adnot. ad I. ad Thessal.) illa fervens est Hutteni laudatio, quæ non parum Huttenici nominis gloriæ per omnem doctam orbem divulgandæ profuit, postea vero a Roterodamo in Huttenum exacerbato omissa est. Vid. Hutt. Opp. I. n<sup>o</sup>. xxxii. p. 103. sq. Cf. ad 75<sup>14</sup>.

10 *autenticare*] supra p. 19<sup>11</sup> autentizare.

11 *Magister sacri Palatii*] cf. Ind. biogr. p. 471. sq. art. Silvester.

13 *doctorem sanctum*] Thomam de Aquino.

20 *Cardinalis*] Bernardinus Caravajal. cf. Ind. biogr. p. 307. h. art.

21 *Io. Wick*] cf. ibid. p. 502. sq. art. Wick.

25 *non habet tibi dare pecuniam*] 'est depauperatus'. cf. ad 40<sup>14</sup>.

26 *ad inimicitiam facere*] Germanice *zum Feind* (non *zur Feindschaft*) machen. tibi . . . facere = cum toto ordine inimicitiam contrahere, totius ordinis odium in te suscitare.

27 *Groningen*] cf. supra ad 203<sup>8</sup>. sq.

29 *dabit ei centum ducatos*] cf. ad 196<sup>5</sup>. et 54<sup>11</sup>.

*quod falsificabit*] ut falsificaret. Cf. Groningi prologum suæ translationis Speculi ocularis quem in Consp. chronol. p. 135. m. Ian. a. 1515. indicavimus, ubi tamen hoc subornandi crimen non memoratur.

30 *spero quod faciet*] Turpissimum calumniandi peierandique animum vix evidentius nudare possis. 'magistri nostri sunt falsarii et infames' p. 54<sup>11</sup>.

Pag. 264. EPISTOLA 50. ADOLFVS CLINGESOR ORTVINO.

2 *Ad. Clingesor*] supra II. 25. Klingesor.

5 *nuper intellexistis de me*] nuper (II. 25.) tibi scripsi.

8 *quendam*] i. e. ipsum huius epistolæ auctorem, Huttenum, ut infra sponte apparebit, quamvis 'ille qui dixit ista', p. 266<sup>27</sup>. dicatur „natus ex Perlin“.

9 *Oij*] b et Oij<sup>a</sup>. ed. n. p. 171<sup>35</sup>. . . 172<sup>1</sup>.

10 *Ioh. Lichtenberger etc.*] Cf. Ind. biogr. p. 406. sq. h. art.

11 *Moguntia . . impressa*] Latine 1488. et 1492. fol., Germanice 1488. fol. Hain.

## Pag. 264.

n. 10088. 10082. 10086. Mihi ad manus est exemplum Latinum Coloniae a. 1528. in 8<sup>o</sup> editum.

12 *folio xvi.*] Verba a Pepericorno et ex hoc a Clingesoro tantum non omnia repetita sunt extrema capitis xiv., exempli Colon. cit. p. Eij<sup>a</sup>: „Illum attendite, o religiosi Trevirenses et vos philosophi Colonienses, ne lupi rapaces introeant in ovile vestrum, fratres enim estis, ne alii accipiant coronas vestras. Temporibus enim vestris exurgent nova inaudita in ecclesiis vestris, quæ almighty avertat.“ Ortvinus in apolog. epist. (p. 400<sup>28</sup>. ed. n.) de ‘commisso crimine falsi, nequam editis prognosticis’ lamentatur. cf. locum ad p. 271<sup>13</sup>, transcriptum.

21 *Sophonie i.*] 12.

32 *sordida ... theologia*] Cf. Hutteni præfat. ad Nem. §§ 33. 36. sqq. (Opp. I. p. 181. sqq.) „nihil scire nunc theologos, quod non discere quis vel sine præceptore posset.“ „quasi hoc tempore theologi non sint? Minime, sed quod tam nihili homines in apostolorum locum succedant ...“.

## Pag. 265.

1 *ipsi autem non sciunt*] Reuchlinus in Defens. ed. 1513. p. Aij<sup>b</sup>. ad Cæsarem ita: „Cogor autem in hac causa contra homines rudes, contentionis cupidiores quam veritatis, tenui filo dicendi, ... exiguo tantum sermone istis trivialibus sophistis apto, ut incondito et prope solœcisante rem omnem agere, ... ut me adversarii mei, alioqui animo vulpiones et bovinatores, lingua vero agrestes et barbari, latinitatis imperiti et humanorum studiorum pertæsi facilius intelligere possint.“

4 *movent inut. quæst.*] Ipse e. gr. Ortvinus (Orationes quodlibeticæ pericundæ. Colon. 1508. 4<sup>o</sup>. p. ult.): „Ad gymnasium denique bonarum artium traducti cathedram primis conscendere ceperuntque dubia movere et quæstiones alter alteri proponere. Quesivit unus, utrum philosophia septem filias [*sc. vii artes*] peperisset uno tempore? Hic vero, utrumne Iugurta uxor fuisset Hannibalis. Alius autem, cuius mater diceretur Eneas, et quot essent vitia in appositione. Reliqui deinde Iohannem de Garlandia, Petrum helie et antiqua grammatistarum glosemata in celum usque efferebant.“

10 *Græcos etc.*] „Græci recesserunt ab ecclesia“ p. 241<sup>22</sup>.

12 *in Bohemiam*] Hutt. l. c. § 44. „... nullus tamen reperitur qui religionis zelo in Turcas eat fidem Christi prædicaturus, aut illos saltem in medio nostrum Bohemos ut erudiat ...“

13 *ibi ... opus*] Hutt. l. c. „Profecto ubi nihil opus est, ferociunt ...“

18 *nuper ... Erasmus emend. etc.*] Hieronymi opera tomis IX. fol. prodierunt Basileæ ex off. Frobeniana a. 1516...1518. cf. Panzer Ann. typ. VI. p. 196. n. 160.

19 *emendavit Novum Testamentum*] quod prodiit m. Febr. a. 1516. cf. ad p. 263<sup>9</sup>. et Panzer Ann. typ. l. c. n. 169.

23 *de facto excommunicatus*] contemnis sanctos ordinisque nostri coryphæos.

27 *dummodo ... secum*] i. e. cum eo. Nam „qui cum excommunicato scienter communicaverit, excommunicationis poenam contrahit cum eodem ...“. Clem. III. cap. 15. X. de sent. excomm. V. 39.

33 *sunt et fuerunt*] Petrus Ravennas anno 1516. vivere desierat; ceterum de morte viri nihil constat. anno 1508. Colonienses eum expulerant. Cf. Ind. biogr. p. 447. sqq. impr. p. 450. art. Ravennas, Petrus.

## Pag. 266.

2 *senem Iohannem R.*] Reuchlinus d. 28. Dec. anni 1518. sexagenarius factus est.



Pag. 266.

Pag. 264. v. 12 . . . Pag. 267. v. 62.

12 *neque oculus vidit etc.*] cf. Paul. i. ad Cor. ii. 9. vid. etiam Psalm. ad 257<sup>31</sup>. cit.17 *extra ecclesiam Colonien.*] cf. Consp. chronol. p. 126. d. 9. Sept. a. 1513.25 *quasi scriptor Col.*] „si essent veri theologi aut probi viri, . . . non velarent et ocularent se cum isto trufatore.“ p. 196<sup>2</sup>.<sup>29</sup> cf. ad 195<sup>31</sup>. 74<sup>13</sup>.27 *natus ex Perlin*] Vix crediderim; fuerit natus ex Steckelberga, sed verum puto quod ‘ipse stetit Bononiæ’, quod additur „ubi fuit bene castigatus“, non ad discissam Viterbii buccam aliumve quendam gravem casum rettulerim, sed generaliter dictum fictumve putaverim, ut eo acerbius eius pravitatis, quod ‘adhuc loquitur contra theologos’ devoveretur.30 *moriatur in gehenna*] Biblice ‘mittetur, ibit in gehennam, in gehennæ ignem, reus erit gehennæ ignis’.31 *a qua deus conservet etc.*] Hoc in memoriam revocat illum in nomen sanctissimi per legatos nescio cuius conversi populi præstiti iuramenti clausulam ‘et erimus in comitatu tuo usque ad portas gehennæ’.

Pag. 267. EPISTOLA 51. IOHANNES HELFERICH ORTVINO.

2 *Iuppiter*] Io. de Ianua Catholic. „Iovis. Iupiter dicitur quasi iuvans pater, et componitur a iuvo vel iuvans et pater . . . et invenitur in nominativo Iupiter vel Iovius . . .“. cf. sqq. vv. 9. sq. Hodie Coloniensibus Iuppiter sive Iuppiter est Iosephus Petrus.7 *Celtis*] cf. Ind. biogr. p. 341. sqq. h. art.8 *Sibutus*] cf. ibid. p. 469. sqq. h. art.11 *ibi accepit unam antiquam vet.*] *da nahm er eine alte Vettel (zur Frau)*. Iam a. 1507. Lipsiæ prodierat Sibuti libellus, quo „astipulatur puellæ quæ hesternæ luce summam felicitatem in matrimonio dixit, gaudium vero in studentibus . . .“. cf. Ind. biogr. p. 471. not. 14. Ipse a. 1511. Wittenbergæ docere cœperat, ibique fere octogenariam eum uxorem sumpsisse hæc Iovialis epistola docet.*quæ vixit . . . plus*] Cf. Olear. de fide concubinar. (ed. Zarneck. p. 93.) „. . . super quam nullus requievit, nisi . . . in responsorio omnes gentes cum psalmo ‘Laudate eam omnes gentes, Monachi, clerici et studentes, in Donato septuaginta octo vel paulo plus . . .‘.13 *ambulari ex Prussia*] Ne quis ex his verbis Eobanum Hessum huius epistolæ auctorem esse supicetur, moneo, illum, cum hæc scriberetur, nondum in Prussia fuisse.16 *adhuc bona in forn.*] Paul. I. ad Cor. vii. 2. „propter fornicationem autem unus quisque suam uxorem habeat, et una quæque suum virum habeat“.*scit . . . eam*] Sic et aliorum professorum uxores non solum Wittenbergensium, et longe etiam post illa tempora faciebant. ius braxandæ vendendæque cerevisiæ in non nullis universitatibus usque ad hoc sæculum non minimam partem salarii professoribus concessi faciebat.19 *Corinna mea, Lesbica etc.*] Poetas interpretabatur Sibutus, itaque amatam puellam suam nonpuellam ex Ovidio Corinnam, ex Catullo Lesbiam, ex Propertio Cynthiam vocabat.26 *Bilibaldus nescio quis*] ut p. 278<sup>22</sup>. Hæc Ortviniana hebetissima impotentissimæque superbia, qua de ‘Bilibaldo nescio quo in Nurenberga’ (Peperic. Defens. p. 156<sup>20</sup>. ed. n.) questus est, semper delectabilis et fuit et erit. ea genuit etiam sequens carmen, quod ex libelli in Ind. scr. p. 113. n. xxxviii. indicati ultimo folio transcribo:

HIERONYMI EMBER .

SAPPHYCVM AD BILI

BALDVM PIRCAIMER, QVEM

Probi illi Magistri Nostri per contemptum

nescio quem

appellauerunt.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Pirckheimer clarus titulis auitis  
 Clarior fama studiisque parata  
 Non morituris.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Rauricis primum mihi uifus agris  
 Primipilaris nitido coruscans  
 Marcus ære.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Norica posthac mihi notus urbe  
 Consul & magni Ciceronis instar  
 Ore foroque.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Cæfaris dudum mihi uifus aula  
 Aureos inter procures senator  
 Urbis & orbis.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Cuius illustrem pharisea corda  
 Ferre splendorem nequeunt ut alium  
 Noctua folem.

Nescio quis noster Bilibaldus ille  
 Cum suo Reuchlin probe uterque scitus  
 Viuet æternum ualeant Magistri  
 Barbara turba.

27 *Wimphelingus* . . . *Augustinenses*] Cf. infra ad p. 288.

28 *Brant* . . . *prædicatores*] pro immaculata virginis conceptione, quam prædicatores contra Franciscanos acriter negabant, variis carminibus anno 1498. editis decertauerat, in quibus prædicatores 'maculistas, protervam pecudem, miseros asellos, rabidos canes' et quæ sunt similia appellat. Cf. Zarnckii edit. *Brants Narrenschiff*. Lpz. 1854. 8°. p. 174. sqq. et p. xxxiii. — Vide etiam nostr. Ind. biogr. artt. Bernense scelus, Brant, Wirt.

34. sqq. *revelatio* . . . *ordinis* [*Ordininis operar. errore*] usque ad Pag. 268.

8 . . . *de fine mundi*] Ad hunc locum explicandum nihil habeo, nisi quod Ind. biogr. p. 459. sq. art. 'Rilla' protuli.

## EPISTOLA 52. HENRICVS SCHLVNTZ ORTVINO.

12 *Schluntz*] 'Magistri nostri Schluntz in universitate Erdfurdensi' commentum, quod inde ab a. 1556. his epistolis O. V. adici solet, legitur p. 317. sq. (vol. VI.) — „Erphurdienses suam illam pinguem et crassam cerevisiam peculiari vocabulo Schluncz appellitant“. cf. Ind. biogr. p. 346. art. Cerevisia. — *Schlunzen* apud Treviros vulgo idem est ac *schlenzen* ap. *Schmeller Baier*. WB. III. p. 454.

15 *hic et* . . . *honestis*] cf. ad 16<sup>27</sup>.

17 *proficualem*] idem quod *proficuum*, *nutzbar*, *bequem*, ut sunt libri quos asinorum pontes appellamus. cf. Ind. biogr. p. 320. not. 5. art. Buridanus.

19 *Rationale divinator.*] Guilielmi Durandi cf. Ind. biogr. p. 359. art. Durandus.

23 *intentionaliter defensorium*] eo consilio, ut esset apologeticus, defensio veræ religionis.

24 *sequaces*] cf. Hutten. Opp. I. p. 179<sup>27</sup>.

*dando eis bonas scommas*] salse deridens, lepide ludibrio eos habens. *Scommma* p. 184<sup>7</sup> recte neutr. (σκάμμα), sed etiam p. 272<sup>29</sup> est 'dando ei bonam scommam'. Diefenb. Glossar. „*Scommma* [non addito genere nominis] *spätzle*, *schmitz*- vel *speywort*."

25 *met*] Ita solum 'met' cum verbo, non præcedente pronomine vel nomine,

Pag. 268.

Pag. 267. v. 26 ... Pag. 269. v. 33.

- pro 'ego' vel 'ipse' vel 'egomet', 'ipsemet' legitur etiam p. 55<sup>34</sup> 69<sup>30</sup> 74<sup>6</sup>  
Ortvinus etiam 'metipse' pro 'ipsemet' sive potius pro 'ipse' posuit p. 113<sup>16</sup>.  
27 *facitis mihi iniuriam*] *Ihr thut mir Unrecht, missverstehet mich*, non recte interpretaris animum meum.  
28 *quod parvi p. . . libros*] i. e. te mihi despectui esse, ac si haberes paucos libros. Itaque parvi penderet eum, si non haberet multos libros. Ortvinus ipse doctum ex librorum copia aestimat p. 269<sup>1. 299</sup>.  
30 *stuffa*] cf. ad 262<sup>29</sup> Synonyma sunt studiorum, studitorium, studorium.  
32 *asseribus*] *Holzdeckeln*. „Asser, bret. raao. schwarte. delen. laden vulgo *dil. bort*.“ „Asseres, asserum, lado. *eyn lade von bredern. rauin*. assares i. *lat-tas*“. Diefenb. Glossar. hh. vv.  
*bergamenibus*] *Pergamentdeckeln*; pergameno solo, non asseribus chartæve densatæ, quam nos *Pappdeckel* vocamus, superducto inclusi libri. „Pergamenum, pergumenum, pagamenum, pergamentum, pargamentum, *pergamen, pergament, pergumene, permut, permet, perkement, pirement, börmment, bement, bermend, bermut*“. Diefenb. Glossar. h. v.  
*per totum . . . supertracti*] *Ganzlederbände und Halblederbände*. Hodie *Ganz- und Halb-Fransbände*.  
34 *flabellum*] „*wadil, wadel, wedel, weddel, widdel . . . wayer. wegers. weygel. wegel. quest. quast. vliegen quast. foche. fucher, fächer. puster*“. Diefenb. Glossar. h. v.  
Pag. 269.  
1 *tenetis . . . honore*] *Ihr haltet sie sehr in Ehren, in großen Ehren*. bene curas eos.  
2 *honorat*] curat, magni facit, minime negligit.  
4 *dogma*] 'doctrina, documentum, docma, lere, leer, lær, lare, lernung, lernunge'. Diefenb. Glossar. h. v. Verterim h. l. *gute Lehre*.  
5 *Neumberga*] Dubitare possis utrum Naumberga an Noremburga voluerit scriptor. 'ex Nurenberga' etiam epistolæ I. 7. et 14. datæ sunt.

## EPISTOLA 53. IOHANNES SCHLVNTZICK ORTVINO.

- 7 *Schluntzick*] i. e. *Schluntzig*. cf. ad 268<sup>12</sup>.  
9 *criminatis*] accusas, vituperas, exprobras mihi silentium.  
12 *duas litteras*] Dolendum est quod utraque epistola Ortvino reddita non fuit, qui certe nobiscum, si eas accepisset, in 'suo Epistolari' (p. 186<sup>1</sup> 187<sup>1. 19</sup>) communicasset.  
*et non est adhuc medius annus*] necdum sex menses præterierunt, ex quo ad eum scripsi.  
13 *præsentaverunt sibi*] reddiderunt ei. Fortasse in interioribus tantum epistolis clausis cuinam reddendæ essent, inscripserat noster Hans Schluntzig.  
16 *ex Florentia versus Romam*] Hoc iter incidit in m. Febr. a. 1516. cf. ad 197<sup>23</sup>.  
19 *impetr. . . Franciæ*] cf. cit. adn. ad 197<sup>23</sup>. et quæ art. 'Grimanus' relata sunt.  
21 *ego . . . sum*] Exodi iii. 14.  
23 *sum utique*] Luc. vii. 26.  
24 *inceditis per pedes*] pauper (cf. ad 75<sup>21</sup> 19<sup>22</sup>), qui antea intrasti 'Romam cum duobus vel tribus equis, habens pecuniam in banco et dans propinas' p. 194<sup>15</sup>. cf. paullo infra vv. 29. sqq.  
26 *hi in curribus etc.*] Psalm. xix. 8.  
28 *rorate etc.*] Iesai. xlv. 8.  
30 *habere . . . pedes*] cf. ad v. 24.  
33 *Qui dare etc.*] Henischii *Teutsche Sprach*. Augsb. 1616. col. 1384. Alias 'Gra-

## Pag. 269.

tius est donum quod venit ante preces', '*Geben ist doppelt werth, wenn man nicht begehrt*'. *Wander Sprichw.* I. col. 1368. n. 39. *Ungern giebt der viel fragt.* ibid. n. 133. *Was man ungebeten giebt, ist doppelt lieb.* n. 145. *Wem's Ernst ist, daß er geben will, der giebt heraus und fragt nicht viel.* n. 154. *Wer einem geben will, der frag' nicht, ob er's haben will.* n. 165. *Wer geben will, der giebt heraus und fragt nicht viel.* n. 172. *Wer gern giebt, der fragt nicht viel.* n. 178. *Wer gern giebt, läßt sich nicht lange bitten.* n. 181. et similia.

## Pag. 270.

1 *velociter ire*] properare.

4 *Iohannes von der Wick*] cf. Ind. biogr. p. 502. sq. art. Wick.

5 *currit et recurrit*] officiose Reuchlini causam agendo per urbem discurrit, *läuft hin und her*.

*imposuit*] præsenterat, ut hodie loquimur, iudicibus. cf. Consp. chronol. d. 19. Ian. a. 1515. et d. 2. Iul. a. 1516. Reuchlini Acta iudicior. pagg. I iij. sqq., unde hæc enotanda esse videntur: „... comparuit in iudicio legitime coram nobis magister Ioannes van der Wyck procurator prædictus ... et primo exposuit nobis et allegavit, quod, licet ... episcopus Spirensis ... libellum Oculare speculum ... sua diffinitiva sententia rite causa cognita de consilio tam utriusque iuris doctorum quam theologiæ magistrorum approbatæ lectionis declaraverit, ac per Ia. de Hochstraten, ... domini Ioannis [Reuchlin] et libri sui insidiatorem ac adherentes eiusdem temerarie et iniuste diffamatum pari sententia pronunciaverit, ..., contra leges, canones, ius divinum et bonos mores librum ipsum huiusmodi indirectis et obliquis viis detractorie contra evangelicam doctrinam, quam profitentur, diffamare et ad sororinas et fratras theologiæ assertæ facultates adversus iudiciales sententias .. recurrere, et falsas et ementitas detractorias et diffamatorias sententias reportare .... ac fere crimina læsæ maiestatis libellique famosi et vis publicæ ac privætæ per præmissa impune committere“ et q. s.

13 *audiui etc.*] Quanta confidentia Reuchlini supprimendi Hochstratus post molestissimam Spirensensem sententiam (d. 29. Mart. a. 1513. dictam) Romam venerit, etiam hæ epistolæ passim testantur (cf. e. gr. ad proxime superiorem v. 24. adn.); neque minus quantæ difficultates Reuchlini causæ oppositæ fuerint, ex magna tum ipsius Reuchlini tum amicorum eius maxime per annos 1515. et 1516. scriptarum epistolarum copia cognosci potest. cf. Consp. chronol. p. 135. sqq. ad hos annos.

17 *omnes Curtisani tim. eum*] Sed nunc Fortuna verterat rotam. cf. p. 75<sup>4</sup>.<sup>sqq.</sup>

19 *Questenbergk*] cf. Ind. biogr. p. 446. hunc art. *ciam*] error typogr., corrige 'etiam'.

22 *Istis sic stantibus*] Quæ cum ita essent.

23 *si est dignus*] Si per universitatem, quæ doctorem fecit Wickium, (Coloniensem puto) liceret, aperte indignum eum appellaret scriptor. Sane hoc 'si est dignus' contrarium est modesto theologorum 'quamvis indignus'.

29 *collegit articc. hæreticales*] In colligendis hæreticalibus articulis et ad ignem damnandis hæreticis omnis Hochstrati ars et delectatio posita erat. cf. quam egregie minis insectatus est Erasmus „Si ego venio ad Almaniam, ... ego volo sibi super cutem“ p. 75<sup>15</sup>.<sup>sqq.</sup>

30 *nunc est aliud*] cf. ad sup. v. 17.

32 *fuit post disputatum*] d. 2. Iul. a. 1516. cf. Consp. chronol. p. 139. ad h. d. et ibi citt. Reuchlini Acta iudicior. fol. ult.

Pag. 270.

Pag. 269. v. 33 . . . Pag. 271. v. 30.

a *theologis votatum*] sententiam suam singuli iudices commissarii dicerent, suffragium ferrent. In Vocabb. 'votare' hoc sensu non legitur, sed = vertere, et = vovere, spondere.

Pag. 271.

4 *talia vituperia*] cf. p. 269<sup>o</sup>.

## EPISTOLA 54. WILHELMVS BRICOT ORTVINO.

- 6 *Bricot*] Thomas Bricot, theol. prof. Paris., Aristotelis, Petri Hispani Georgiique Bruxellensis libros de logica tum commentatus est, tum in brevius contraxit. cf. Fabric. bibl. med. et inf. æt. VI. p. 691. sq. Panzer Ann. typ. V. p. 115. X. p. 195. Hain Repertor. n. 3966...3977. Fortasse mutato prænominē hic scholasticus scriptor huius ep. scriptor fingitur. Possis autem pari iure de Wilhelmo Britone cogitare. cf. Ind. biogr. art. Brito et inscriptionem ep. II. 56.
- 9 *sed non iuvat*] *aber es hilft nicht*, tu tamen semper novas nova referentes literas a me postulas.

11 *Finck*] cf. p. 196<sup>2a</sup>. et Ind. biogr. p. 370. art. Finck.

12 *habuerunt me rogatum quod*] *haben mich gebeten*, daß — rogaverunt me, petierunt a me, ut ..

*epitaphium*] Quantum hæc epitaphia (cf. p. 22. 29. sq.), ab ipso compositorum (cf. p. 410. sqq.) παρῳδία, Ortvinum momorderint, ipse epist. apologet. p. 400<sup>26</sup> prodidit exclamans „Væ vobis falsariis, qui nostra epitaphia et laudabilem aliorum [*vult maxime* Ortvinianam] doctrinam pervertentes illorum loco rythmos ponitis impurissimos commissoque per vos crimine falsi nequam editis prognostica [cf. ad 264<sup>12</sup>], mihi illa insonti et immerito ad multorum principum, civitatum optimorumque virorum offensionem ac sacræ astronomiæ [!] irrisionem non incruente [!] ascribentes.“

14 *extinctus*] Procul dubio non scelerata manu, sed gastricismo. cf. cit. art. Finck.

16 *bibit Cursica vina*] cf. ad 193<sup>24</sup>.

17 *charitate vera*] non ficta. cf. ad 15<sup>19</sup>.

18 *rogo de vobis*] te rogo, peto ex te, ut me instruas, ut mihi explices.

19 *sentiant*] 'Sententiare, *orteln*, *verorteln*, *verordeln*, *urteln*, *orteyln*, *verurteylen*'. Diefenb. Glossar. h. v. Sententia Parrhisiensium doctorum contra Reuchlinum lata est d. 2. Aug. a. 1514., sed non ea, quæ potius 'libelli auctorem ad revocationem compellendum' esse pronuntiavit (cf. Peperic. def. p. 141<sup>20</sup>), sed Erphordiensis sententia d. 3. Sept. a. 1513. lata ea quæ hic allegantur 'citra tamen ... habemus', neque hæc quidem iisdem verbis continet: cf. Peperic. Def. p. 136<sup>39</sup>...137<sup>2</sup> et <sup>19</sup> et ibid. p. 138<sup>9</sup>...<sup>13</sup> similia verba sententiæ Moguntinensis d. 13. Oct. a. 1513. latæ.

22 *non scio quid est*] discrepare mihi videtur. Scilicet Bricotus, ut Hochstratus et universaliter inquisitores hæreticæ pravitatis nolunt inter errores qui sibi videntur, et crimina distingui.

24 *causa efficiens*] Culpæ est 'causantis, non causati'.

26 *Locaniensis etc.*] Hanc epistolam d. 23. Mai. a. 1515. scriptam exhibet Peperic. Def. p. 150...152. ed. n.; verba a Bricoto reprehensa sunt „Suscepimus ... non parum nobis spiritualis iocunditatis attulit“ p. 151<sup>17</sup>.<sup>249</sup>.

28 *papa etc.*] Putes ipsam prædicatorum conscientiam audire.

30 *compassionem habere*] *Mitleid haben*. cf. I. Cor. xii. 26. et ep. ad Hebr. iv. 15. „Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus no-

## Pag. 271.

stris..“. Diefenb. Glossar. „Compassio, compatio, *mitleydunge, medelidinge, entfarnnisse*“, *Erbarmen*.

33 *in veritate nunquam compertum e.*] Forensis formula, *ist niemals in Wahrheit erfunden worden*, i. e. minime probatum est.

34 *ille etc.*] Reuchlinus. Evangelice gemit: Matth. v. 44. (Luc. vi. 27.) „Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos ..“.

## Pag. 272.

1 *Philocapniones*] Reuchlini amici, Reuchlinistæ. Lepidum hoc: *philos* = *filius*.

2 *petit quod moriatur*] Multis locis Pepericornus se nihil nisi veritatem scribere, perfidiis ac calumniis vexari, contraque has sese defendere, nihil nisi ius suum se persequi, mori velle, siquod mendacium dixisset, et similia exclamavit. cf. e. gr. protestationes defensionis suæ adiectas, p. 175. sq. p. 165. 159. 88. etc.

3 *Psalmista*] cxv. 11.

5 *proch dolor*] frequentissima Ortvinii exclamatio.

6 *in defensione sua contra fam.*] p. 164<sup>14. sq.</sup> „cum Iudæus essem, vixi Iudæorum more ... semper tamen citra cuiuscunque infamiae nævum ..“.

8 *pie credendum e.*] quicquid verum quidem non est, sed causæ fidei adversum. cf. 192<sup>1</sup>. et Ortvinianorum libellorum permultos locos.

10 *manebit Christianus*] Quicquid dubitent adversarii (cf. ad 77<sup>2</sup>), ipse Pepericornus Def. p. 176<sup>14</sup> in fide catholica se moriturum esse adseverat.

12 *estis filius presbiteri*] cf. infra epist. 62.

## EPISTOLA 55. SYLVESTER GRICIVS ORTVINO.

18 Sub nomine ficto Sylvestri Gricii Ulricum Huttenum latere præter alia indicia tum nomina conmillitorum amicorumque atque adversariorum, tum sui ipsius commemoratio ostendunt. Fortasse lusus videbatur æqualibus, quod a Gricio Gracio scriberetur.

20 *sum iuratus*] Quod iuramentum, se utilitatem honoremque universitatis semper defensuros promoturosque esse, secundum omnium universitatum facultatumque statuta qui ad gradum academicum promovebantur, præstare debebant, hodieque similiter præstari solet.

21 *articulariter*] de singulis.

23 *dicatis*] renunties, referas.

*quod ... hoc*] ut prudenter personarum habita ratione consilia capere ac defensiones aggressionisque instituere possent.

24 *hospitio coronæ*] cf. ad 17<sup>25</sup>.

*faciunt ... nequitias*] *Schalkheiten, Schimpf anthun, böse Streiche machen*, acerbè irrident.

27 *Keilbach*] Francofurtensis. cf. Ind. biogr. p. 402. art. Keilbach.

29 *Meyer*] notus nobis parochus Francofurtensis prædicatorii ordinis (cf. Ind. biogr. p. 415. sq. art. Meyer), quem fallacias suas etiam contra Reuchlinum faciendi causa sæpe Moguntiae in curia archiepiscopali circumspexit constat.

*dedit ei bonam scommam*] cf. ad 268<sup>24</sup>.

30 *Hutten ... bestialis*] Laur. Behaim ad Pirkheim. ep. d. 27. April. a. 1517. (Hutt. Opp. I. p. 133.): „et ille Huttenus, qui forte auctor est illius libelli seu epistolarum, ipsemet, ut scribit, sibi ipsi obloquens quasi sit magnus truffator seu bestialis, ut forte evitaret suspicionem auctoris“.

Pag. 272.

Pag. 271. v. 33 . . . Pag. 274. v. 24.

32 *feri inimicus*] missurus eis esset litteras bellum indicentes (*Fehdebrief*), ut anno 1522. misit Petro Meyero. cf. Hutt. Opp. II. p. 114. sqq.

33 *amputare nasum et aures*] Erasmi ad Luther. ep. d. 8. Mai. 1521. (Hutt. Opp. II. p. 409. 32. sqq.) „De vita Hutteni, . . . de amputatis auriculis duobus prædicatoribus, . . . invasis tribus abbatibus in via publica . . . nullum in Spongia verbum fecerim . . .“.

Pag. 273.

1 *abivit . . . ad fiendum doctor*] Epistola exeunte a. 1515., quo tempore Huttenus iterum in Italiam profectus erat, scripta fingitur.

3 *de Bock*] Curia Moguntina, ut videtur, officiales. cf. Ind. biogr. p. 314. art. Bock. *in illo sacro actu*] prædicatoribus ignominiosissimo, d. 13. Oct. a. 1513. Moguntia celebrato. cf. Consp. chronol. p. 128.

8 *luserunt cum talis*] cf. ad 72<sup>o</sup>.

9 *Huttichius*] qui ‘ex antiquo odio percussit’, bonum Schlauraffum ‘cum scamno’ p. 203. v. 164. cf. Ind. biogr. p. 398. art. Huttichius.

10 *Weydman*] Basiliensis Moguntia docens, qui Schlauraffo pugnum dedit. p. 203. v. 165. cf. Ind. biogr. p. 502. art. Weydmann.

12 *Eucharis*] Gallinarius sive Germanice *Henner* sive *Haner*? cf. ibid. p. 366. art. Eucharis.

13 *Carbachius*] Moguntia docens et in officina Schæfferiana corrector, item Antischlauraffianus: p. 203. v. 162. cf. Ind. biogr. p. 338. art. Carbach.

19 *Adularius Schwan*] Ceterum non notus cf. ibid. p. 466. art. Schwan.

22 *concludere*] cf. ad 242<sup>4</sup>.

23 *Henr. Han*] Hunc alibi canentem non audiui. cf. Ind. biogr. p. 388. art. Han.

30 *Falckenberg*] cf. ibid. p. 369. hunc art. et supra I. ep. 44.

37 *Wigandus de Solmß*] cf. ibid. p. 473. art. Solms.

Pag. 274.

1 *Huttichium*] cf. proxime sup. vers. 9.

3 *Wernherus*] cf. Ind. biogr. p. 499. sq. h. art.

*Summa Thomæ*] cf. ibid. p. 483. sq. art. Thomas Aq.

4 *formalitates Scoti*] cf. ibid. p. 466. art. Scotus, Duns.

6 *singulis septimanis*] Stilo Obscurorum magis conveniret ‘omnibus septimanis semel’, *alle Woche einmal*.

8 *Bartholomæi*] Zehender. cf. Ind. biogr. p. 512. sq. h. art.

9 *opponunt s. etc.*] Formam iudicarii processus observant, ut moris est in negotiis curia Romanæ. „unus qui tenet opiniones Reuchlin“ est quasi advocatus diaboli, contra quem alii, i. e. reliqui socii sancti prædicatorii ordinis partes tenent zelosissimisque suis fratribus triumphum decernunt.

## EPISTOLA 56. GILBERTVS PORRETONIVS ORTVINO.

15 *Porretonius*] Nomen celebris episcopi Pictaviensis (a. 1141...1145.) hic adsumit Huttenus. cf. art. Porretonius. Hæc epistola quasi cum Dollenkopffii I. 28. certare videtur: ut hæc ‘in poetria’, ita Porretoniana ‘in iuristria’ excellit.

19 *opinionem*] Opinari, opinio etc. sæpe duabus p. scribebant medio ævo.

23 *termini*] i. e. artis vocabula, *Kunstausdrücke*. „Terminus est vox significans universale vel particulare . . .“ Petr. Hisp. ap. *Prantl. Gesch. d. Log.* III. p. 51. not. 199. cf. ibid. passim.

*significant*] i. e. significant.

24 *iuristici*] Ut nos dicimus *juristische*, *kanonistische* et similia. Vix minus bar-

Pag. 274.

barus est hodiernus Latinorum quidem vocabulorum, sed a Latina significatione abhorrentium usus 'termini iuridici'.

24 *et bene : sunt etenim*] cf. evang. sec. Ioann. XIII. 13. 'Porretonius prius est theologus', ante quam ad 'iuristica' se convertit.

*ex glosis et Accursio*] i. e. ex Accursiana glossa. cf. Ind. biogr. art. Accursius.

26 *Latus clavus*] Glossa in L. 4. ('Si Rufinus) Cod. de testam. milit. VI. 21. „Lati-clavius nomen est dignitatis. Vel ... tribunus inter confertissimos ... recuperabant.“

28 *Epistographum*] Sic non operarum aut Porretonii, sed vetustiore errore pro 'Opisthographum', *ὀπισθόγραφον*. Gl. ad Ulp. L. 4. (Chartæ appellatio) Dig. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. „In opisthographo i. e. in tabula ... fit, ... et dicitur .... opum“.

31 *Abaces ... Corinthia*] Gl. ad Iavol. L. 100 (98.) § 3. (L. Heres meus § Cui Corinthia vasa legata essent, et *βάσεις* quoque) Dig. de legatis III. XXXI. „Ἐνεῖς scilicet illę abaces, et sunt pretiosę : unde non debentur . si vero Corinthię, id est de vili materia, ut de palea vel herba palustri, quales venduntur Bononię ...“.

Pag. 275.

2 *Balnea*] ne per error. pro ut. Baluca sic ut hic v. 2. habet, explicatur in Gl. Accurs. ad L. 1. Cod. de metallariis XI. 6. Cf. infra additum Excurs. 1.

*Prothyrum*] Gl. ad Pompon. L. 245. (Statuę affixę) § 1. (Idem Labeo ait Prothyrum) Dig. de verbor. signif. L. 16. Cf. infra additum Excurs. 2.

5 *Obsonatores*] Glossa ad Marciani L. 65. (68.) pr. (Legatis servis. ... cubicularios autem vel obsonatores ...) Dig. de legat. III. XXXI. „Obsonatores s. q. c. d. in lecto : vel obsonatores qui resonant et cantant domino in mensa“. Istud 'in lecto' posuit glossator propter præcedens 'cubicularios' et 'obsonator' videbatur ei compositum ex 'ob' et 'sonator'.

6 *Hypocaustum*] Glossa ad Ulp. L. 16 (siquis mihi mand.) D. mandati XVII. 1. „Hypocausta ab hypo, quod est sub, et steron, quod est statio [cf. supra ad p. 261<sup>1</sup>. v. cimiterium], id est subterranea statio in estate bona“. Sed Gl. ad Ulp. L. 55(53). § 3. (L. Ligni § Lignis) Dig. de legat. III. XXXI. sic habet: „Hypocaustorum. ubi stant egroti, qui quandoque indigent igne, ut argu. mandati. L. siquis mihi [i. e. cit. L. 16.] Accursius“.

7 *Gallus gallinacius*] Glossa ad Modestini L. 9. pr. [L. Poena parricidii] Dig. ad L. Pompeiam de parric. XLVIII. 9. „Gallinaceo . id est cum gallo qui non habet testiculos, quia fortius pugnat cum serpente : vel gallo qui habet testiculos, et gallinaceo, qui non habet secundum alios. ut dicimus in vulgari Iste est gallus gallinaceus, id est femineus . vel dic gallinaceus qui diligit gallinas : qui fortior est : ut vir uxorius qui diligit uxorem“.

10 *Horatii*] carm. I. 2. 20. „uxorius amnis“

*Dieta*] Glossa ad cit. L. 55. § 3. D. de legat. III. : „Dietarum . in aulis, ubi stant domini ad ignem“.

11 *Chorus*] Glossa ad Celsi L. 79. (77). pr. (L. Si chorus) Dig. de legat. III. XXXI. „Si chorus . servorum cantantium cum instrumento quodam musico quod dicitur chorus . habet et alias significationes ut supra de edili. edi. I. eiusdem [L. Cum eiusdem, 34. pr. D. XXI. 1.] Accursius“.

12 *Centumviri*] Glossa ad Iustiniani L. 12. pr. (Cum hereditatis petit.) Cod. de petitione hereditatis III. 31. „Centumviralis, fuit enim inducta a senatoribus qui erant centum numero etc. Accursius“.



Pag. 275.

Pag. 274. v. 21 . . . Pag. 275. v. 17.

- 13 *Patritius*] Glossa ad § 4. Inst. quib. modis ius patr. pot. solv. I. 12. „Patriciatius. erat enim patricius quasi principis pater . . unde Salustius O patres conscripti . nam etc.“ ut habent versus 14. 15.
- 15 *Semper . . in iure*] Quotiens de re ad utrumque ius (civile et canonicum) pertinente dubitabis, scire quid volueris.
- 17 *qui sunt*] scilicet Reuchlin (quem tamen extra mundum, si possent, promoverent theologi) et aliquis iurista, quisquis sit.

EXCVRSVS 1. ad p. 275. v. 2.

*Balnea est vas lucens, vel quasi baiulans lucem vel lancem.*

Quod monstrum explicationis verbi *balneæ* sive *balneorum* ne Accursium quidem protulisse suspicabar vel antequam diligentius omnium glossæ locorum, quibus illud verbum aut definitur aut explicatur, inspectione persuaseram mihi glossatorem satis bene eiusdem significationem notam habuisse. Itaque non *balnea* (quamvis ita Porretonium scripsisse finxerit Huttenus, huius epistolæ auctor), sed similibus litteris scriptum vocabulum illa glossa explicari intellexi, quod aliud nullum quam *balluca* esse simul ac videram, toti quæstioni sua lux baiulata erat. Nam ad legis 1. Cod. Iust. de metallariis XI. 6. (quæ sumpta est ex Theod. Cod. eiusd. tit. X. 19. constitutione 3.) verba ‘. . octonos scrupulos in balluca (quæ Græce *χρῦσαμμος* appellatur, cogat exsolvere . . ’ glossa Accursiana hæc habet „ . . Item scrupulus est *xxiiii*. pars uncie . nam *iiii* scrupuli faciunt „drachmam et *viii* drachmæ unciam secundum physicos, et sic *viii* scrupuli, „id est tertia pars uncie, quæ solvitur in balluca, id est utilitate publica . „nam chrysamus græce, latine utilitas dicitur. Vel *balluca*, id est vase lucente, „ut *cassæ* [arcæ, capsæ] *Cardinalium*, quasi lucem baiulans, vel lancem . et dic „eius metalli, in quo versatur, non autem si in plumbo exerceat, dabit in „argento . . “ Adparet Accursium vocabulum *balluca* ex *baiul* et *luc* sive *lanc* compositum esse, et cum Græco *χρῦσαμμος* confundisse *χρῆσιμος* sive *χρησιμους*. in illo quidem peccato Accursius secutus est præceptoris (‘domini’) sui Azonis condiscipulum, Hugolinum Presbyteri († non ante a. 1233.), ut ostendam; in hoc nescio quem, fortasse aut Bulgarum aut Burgundionem : nam ipse Accursius Græce ne errare quidem sponte sua didicerat. Hugolinus in apparatu ad Tres libros (Codicis Iustin.) a Contio Azonis lecturæ in Codicem (id est in novem priores Iustiniani codicis libros) quasi ab Azone compositus esset adiecto (Azonis ad singulas leges *xii* libror. Codicis Iust. commentarius. Paris. 1577. fol.) pag. 755. ad cit. L. 1. Iust. Cod. hæc verba posuit „*Balluca id est lucem baiulans vel lancem secundum R.*“ qua littera R. Rogerius Bulgari discipulus significatur. De balluca optime, ut solet, Iacobus Gothofredus ad cit. L. 3. Theod. Cod. de metallariis disputavit, unde suppresso Gothofredi nomine Harduinus adnot. 41. ad Plin. H. N. XXXIII. 4, 21. (p. 618. tomi II. ed. Paris. 1741. fol.), laudato auctoris nomine suam huius vocabuli explicationem Ducangius sumpserunt. Et sunt Gothofredi verba hæc: *Balluca* seu *Ballucia*, vel *Balux*, est quæ Græce *χρῦσαμμος* appellatur, quod addidit Tribonianus legi 1. Cod. Iust. eod. tit. quæ hinc aliquin desumpta est. Recte. Est scilicet *Balluca auri*, non ut ioculariter Accursius [qui tamen non ioci causa istam glossam posuit], utilitas publica; a voce scil. *χρήσει*, *χρῆσαμμος*, vel ut idem, *vas lucens*, ut *cassæ* Cardinalium, quasi baiulans lucem vel lancem [vel ut novis erroribus Vocabularius iuris „*Balluta* est publica utilitas vel est vas luteum C. de metallibus. γ. secundum Accur.], vel ut Hugutio, et ex eo Albericus pro lance a ballando

Pag. 275.

quia dum huc et illuc inclinatur, ballat, quæ omnia suavia [sic et Marvilius et Ritterus, sed Gothofredus scripserit somnia] sunt; verum arena aurosa, seu minuta ramenta nondum excocta, quæ πολλήν μείωσιν ἔχει, ut Græci notarunt. Glossæ Philoxeni *Balluca*, ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσάδης: et alibi γῆδιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον: alibi χρυσάμμος *balluca*. Plinius lib. xxxiii. cap. 4. Hispanicam vocem fuisse ostendit. *Aurum*, inquit, *arrugia quesitum non coquitur, sed statim suum est: Inveniuntur ita massæ, nec non in puteis etiam denas excedentes libras: Palacras* [palagas Diefenb. qui has variantes lectt. adiecit: palacas, palacras, pallacras, placas, palas, palatas] *Hispani, alii Palacrinas* [palacurnas Diefenb. add. varr.: psalacurnas, palacranas, palaceornas, ascurvas]: *Idem* [id autem Diefenb.] *quod minutum est, BALLUCEM* [balucem Hard. Diefenb.] *vocat.* Eandem intellexit et Pollux lib. vii. c. 23. init. quam χρυσίδα ψάμμον vocat: χρυσίτην ἄμμον Strabo lib. iii. p. 216. edit. Almel. ubi de Hispania quoque [et præcipue hoc: ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσοῦ φασὶν εὐρίσκεσθαι ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, αἷς καλοῦσι πάλας, μικρὰς καθάρσεως δεομένης]: Denique Græcis χρυσοβώλιον. Hanc vocem quoque restituit nuper cl. Salmasius, in Solinum, p. 277. in Iustini loco lib. 44. c. 1. ubi de omnibus Hispaniæ: *Perique etiam divites auro, quod in balucibus (hactenus paludibus) vehunt.* Et Martialis lib. xii. epigr. 57. v. 8. *Illinc ballucis* [balucis Diefenb.] *maleator Hispanæ*, ubi quoque hactenus [ante Turnebum] *palludis* editum. Denique *balluca* vel *balluce* est aurum in ramentis, minutis, ἐν ψήγμασι: quomodo et βάλλεξ Hesychio ψῆφος, minutus calculus: Sane quoque alicubi ramenta *belucas* vocant. Quare error est eorum qui censent, ballucas esse auri massas. Ad hos Plinii, Strabonis, Glossographorum et Martialis locos adicit Diefenbachius (Origines Europææ. Ff. a. M. 1861. 8º. p. 240.) hæc: „*span. arrugia f. Goldstollen*, (obs.) *baluce*, *baluz* m. *Goldstänglein*, *Goldklümpchen* palac-a, -ana f. -an m. *Stange oder Klumpen gediegenen Goldes sind technische Lehnwörter. Die Bed. χρυσάμμος unterstützt Potts Vergl. mit sanskr. bālūkā, bālīkā f. arena (primitiver hindust. zigeun. bālū u. dgl. m.), weniger mit einem isolierten irischen beal m. sands, sandbanks of the coast. Formell entspräche kymr. balwg m. tufts of flax; aber bei hispan. Wörtern hat immer iberische Abstammung das Vorrecht. Plinius hat vielleicht aus einer andern Quelle palaga als ursprünglich mit balux identisches Wort. In arrugia dürfen wir den neubaskischen Anlaut arr statt r nicht suchen.*“

EXCVRSVS 2. ad p. 275 v. 2...5.

*Prothyrum a thyros . . . . . ut in domo Accursii Cyrella.*

Ad Pomponii verba *L. Statuæ* (245.) *Dig. de V. S. l. 16.* „Item Labeo ait Prothyrum quod in ædibus iterum [al. contec. interim] qui fieri solet, ædium est“ hæc est glossa: „*Prothyrum. alias prothyrum et alias interdum. et nescitur quid sit dicere. vel dic quod est illud quod procul trahitur ut aqua vel aliquid aliud, ut in domo nostra cyrella. Accursius.*“ sic habet ed. princeps Digesti novi, nisi quod in ea illud quia scriptum est; in voc. *cyrella* variant edd. quarum aliæ *cirella* exhibent. De prothyris Vitruv. VI. 10. „Item prothyra Græce dicuntur quæ sunt ante ianuas vestibula, nos autem appellamus prothyra quæ Græce dicuntur διάθυρα,“ ad quem locum Guil. Budæus annotat. in Pandectas (Paris. 1526. fol.) fol. lxi. „ego autem existimo διάθυρον esse obicem transversarium ductilem aut versatilem: id est repagulum e materia compactum, quod et vehicula et equos a vestibulo ædium arcet: qualia multa Lutetiæ videntur. In quo significato hoc in loco prothyrum accipiendum censeo. nam alioqui si pro-

Pag. 275.

Pag. 275. vv. 2 . . . 29.

thyron τὸν θυρῶνα, id est vestibulum, intelligamus : fieri nequit ut pars ædium non sit, cum prothyrum inter exemptilia numeretur sine ædium fractura“. *et r.* Pomponium recte puto explicat Salmasius ad Spartiani Pesc. Nig. c. 12., prophyrum, (prophurum, prophorum) legens et mæniana, peribula, hod. balcones, significare, et ‘iterum’ esse = ‘ἔκριον (pergula, tabulum)’ ostendens. Contra Salmasium verba facit Heineccius (de V. S. h. v.), qui nihil opus esse mutatione opinatur. Marquardtum autem (*Röm. Privatalterth.* Lips. 1864. I. p. 211.) dolendum est, neque ad Pomponii locum neque ad Salmasianum comm. respexisse, sed solummodo ad Vitruv. I. c. adnotasse: „*Die Bedeutung von θυρῶνα ist unbekannt und eine Thür nach dem Atrium ist weder in unserm Hause [dem pompeianischen des Pansa] noch sonst gewöhnlich erkennbar.*“

Ad verba ‘trahitur . . . in domo Accursii Cyrella’ explicanda hæc habeo: Glossa ad v. „sacerdoti et hierophylaco“ Scæv. L. 20. (Annuæ his) § 1. (Attia) Dig. de ann. legat. xxxiii. 1. „Hierophylaci nomen est capellæ vel loco ubi est capella : ut sacerdos Ricardinæ, delectabilis nostræ villæ. Accvæ.“ et Gl. ad Pauli L. 40. (Qui fundum) § 6. (Rota quoque, per quam aqua traheretur) Dig. de contr. empt. xviii. 1. „Rota ut in palatio domini Accursii, ubi rota est, per quam trahitur aqua.“

Sarti de claris archigymn. Bonon. professorib. Bonon. 1769. fol. p. 143, in vita Accursii: „... in civitate magnificas ædes habuit, loco urbis celeberrimo, ubi nunc est palatium publicum civitatis, in quo Legatus Apostolicus, et Magistratus urbani sedem habent, ad eam partem, ubi præcelsa turris cum horologio assurgit; et in agro Bononiensi splendidam villam, et ampla latifundia ad Ricardinam; qui locus, ut tunc Accursii secessu, ita post aliquod tempus, ob prælium atrox inter Venetos et Galeatii Sfortiæ copias ibi gestum, celebris fuit. Meminit Accursius ipse huiusce domus, quam, ut erat satis gloriosus, palatium vocat; in eaque fuisse dicit rotam hydraulicam : quod eo rudi sæculo pro miraculo haberi poterat (d. Gl. ad L. Qui fundum). Ac villæ etiam suæ Ricardinæ meminit (e. Gl. ad L. Annuæ). Nec dubium est, quin eo loci se abdere consueverit, cum vacaret a scholasticis muneribus, et fori etiam occupationibus; in quo verisimile est illum non raro versatum esse, ibique suis commentariis in Iuris Cæsarei libris scribendis, ac poliendis incubuisse. Has Accursii ædes ad Ricardinam descriptas habemus in tabulis anno 1318. scriptis, cum Anna Lambertina Francisci Accursii nurus tutelam suscepit Castellani sui nepotis. Eas in Appendice damus. .“.

## EPISTOLA 57. GALIENVS PADEBORNENSIS ORTVINO.

- 20 Galienus sæpe = Galienus, sed est quoque quidam ‘Galienus galco de west-frisia’ in albo acad. Viteberg. ap. Förstemann. p. 5.
- 23 loquela . . . ad me] *ein Gerede, das ich vernommen*, rumor qui ad aures meas venit.
- 24 faciens . . . superius] quo rumore audito perterrefactus sum, ut steterint mihi comæ.
- 25 est murmur etc.] Contra Murnerus, nisi papa theologos corrigeret, schisma futurum esse iuravit p. 189, 28. sqq.
- 27 prædicare . . . aliam fidem] Ad h. l. aliosque complures harum Epp. O. V. explicandos egregie facit Buschii epistola infra repetita. cf. Conspr. chronol. p. 134. d. 30. Sept. a. 1514.
- 29 in Bohemiam] cf. ad 265<sup>12</sup>. et seq. v. 2.

Pag. 275.

32 *cogitavi mecum*] Apertis verbis Galienus prædicatorum fidei zelum simultantum verum consilium eloquitur.

Pag. 276.

6 *in nomine etc.*] cf. 255<sup>29</sup>.

*Bremen*] Brema primum provinciæ Saxoniae prioratum in capitulo provinciali, in dextro choro, habebat. Echard Serr. ord. prædic. I. p. xiv.

Hermannus Buschius Pasiphilus  
Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Salutem et optatam victoriam, quam ominari et precari tibi non desistam, quoad eius te compotem effectum te cognovero! Quod spero etiam citius mea et omnium amicorum expectatione futurum. O si videres nunc ora et vultus Theologistarum, talis est furientis Invidiæ species, talis est Insaniæ delirantis viva effigies: inflatis buccis contrahunt supercilia, caperant frontem, lumina tragica quadam torvitute horrificant, pallent, rubent, stupent, gemunt, striduntque dentibus. Quid? quod tanta bile tantaque perturbatione concitantur, ut etiam impiis quandoque vocibus non abstineant. Nam modo Reverendissimum Cardinalem Grimanium ut indoctum cavillantur, modo ut semper suspectum infamant. Præterea audent aperte iactare perversissimi homines, nisi secundum se pronunciatum in Urbe fuerit, ab ecclesia et summo eius Pontifice se defecturos et schisma novum suscituros; alii ad futurum concilium provocaturos se minantur; alii dicunt quicquid contra se statuerit Papa, nullius momenti esse, neque pro papa habendum eum qui ab se suaque sententia dissentiat: tam cæca, tam præceps est arrogantia istorum, ut non pudeat etiam postulare obnoxium sibi Summum Pontificem esse, se palam omnibus ecclesiam esse dictitant, sine se in rebus fidei Papam nihil decernere nec posse nec debere conclamant. Nihil hercle secius aut honorificentius de summo Pontifice loquuntur quam de puero sub ferula adhuc vivente, cui nihil nisi ad pædagogi sui nutum integrum sit aut liberum loqui. Mera deliramenta profecto, meras insanias deblatterant apud magnates suos, quos factioni suæ faventes habent. Cæterum ad humiliores amicos mittuntur Bidelli qui vocantur, et seculi sui infamia Pepericornus: hi passim (si Diis placet) in triviis de sententia Parisiensium disputant, cui refragari non levius putant esse sacrilegium quam evangelium non recipere. Deinde quibus aurem his satis inebriaverunt, aliquod exemplar eius mox obtrudunt, etiam invitis et aspernantibus plerisque. Sic nuper festo die divi Matthæi cum processum tuum et excommunicationis contra Theologistas sententiam valvis cathedralis ecclesiæ hic affixam honestus quidam sacerdos legeret, et pugillares tenens inde quasdam clausulas excriberet, idem nebulo Pepericornus suo Ortveno comitatus venit clamitans 'Eho tu quid illa spectas? quin tu potius isthæc mihi legas!' ostendens ei fabulam Parisiensem, quam ille aversatus 'Pluris' inquit, 'litteras facio Apostolicas quam privatas'. Tum iste 'Tun' pluris audes facere Spirensis episcopi adhuc pueri sententiam, quam LXXX Theologiæ Doctorum Parisiensium, qui (ut opinor) leporem quomodo caperet melius sciret quam istuc, quomodo diffinitivam aliquam sententiam ferret?' Nec hic stetit furor dementis capitis, sed eo usque proventus est, ut etiam Summi Pontificis auctoritatem per scelus et contumeliam ludificaretur, quippe executoriales illas cum cœpisset gladio lacerare, quidam 'non vereris' inquit 'censuras apostolicas?' Ad eam vocem furens ibi ita statim cum maxima vociferatione subiecit audientibus plus trecentis hominibus

Pag. 276.

Pag. 275. v. 33 . . . Pag. 276. v. 12.

'Ego vero pili non facio omnes censuras Papæ'. O linguam sacrilegam ferro candenti præcidendam. Si hoc impune aufert Pepericornus, plus certe sceleribus suis ille, quam boni virtutibus suis debent. Pessimo sane exemplo ista impunita relinquuntur. Sed de hoc Cerbero satis. Audi aliud. Videntes citatum Priorem suum Iacobum Hochstraten Reverendum patrem Theodoricum Castrum ex professione fratrum Heremitarum divi Augustini Cyrenensem episcopum et Reverendissimi antistitis Coloniensis Suffraganeum aliquot Prædicatores continuo adierunt, rogantes, ut eis utile aliquid in hac re consilium præberet, quibus ille 'Nolite' inquit 'a me nunc petere consilium, a quo nulum petiistis, quando ordiri primum hanc telam cœpistis: ite ergo et pertexite reliqua, sed sine me. Nuper apud Bernam Helvetiorum urbem fœdissimam hæresim excitastis: fortasse libenter simile aliquid hic quoque (si fors fuit) strueretis'. Narravit istud mihi Fugius nunc Subprior Augustinensis, qui tanti te facit, ut emori etiam pro te possit. Sunt et alii certe adhuc ornatissimi quidam cives hic, nec illi pauci numero, qui causæ tuæ constantissime favent. Quorum omnium signifer et dux est Franciscus cognomento Struß, vir patricius et opulentus, expers quidem literarum, sed tamen acerrimus confutator tuorum adversariorum, adeo ut etiam congregientem eum ipsi Theologistæ timeant. Speculum tuum ad verbum tenet memoriter, et semper in sinu gestat, tamque in eo est exercitatus, ut nihil obicere inimici possint, ad quod non promptissime statim ille respondeat. Unus tantum est (quod sciam) ex optimatum factione tibi non admodum æquus, cui ut mussant quidam, morigera solet esse illa bellula. Item Theologistæ, ut etiam comperi, Iacobo Hochstraten proximis diebus mille quingentos aureos per Trapezitas Romam miserunt, non ad victum, qui Monachis tenuis esse debet, nec ad necessarias impensas litis: nam minore summula, ut reor, hæc administraretur. Sed quod vehementer suspicor, et illis male vortat, ad faciendas largitiones, pro obtinendis auro suffragiis quæ iure non sperat. Nec interim hoc tacuerim, quod visa novissima ista citatione complusculi Theologistæ adversæ factionis consternati vacillare primum, deinde etiam palam deficere cœperunt; reliqui vero qui sunt huius rei capita, magis pudore et necessitate quam voluntate resistunt. Quare bono animo esse impero: videbis brevi, mihi crede, fractam et contusam omnium tuorum inimicorum nequiciam. Duo exemplaria citationis, quæ supererant nobis, Monasterium Westfalix metropolim, et Traiectensem celebrem in finibus Hollandiæ urbem per amicum fidelissimum misi, publice affigenda, quod illic Parisiensium cœptam quoque cantilenam disseminatam ab istis Theologistis audiveram. Vale et me ama. Prid. Kal. Octob. [a. 1514.] Ex ædibus meis Coloniæ.

## EPISTOLA 58. IRVS PERLIRVS ORTVINO,

- 8 *Irus Perlirus*] Licentius fictum magistri Lipsiensis nomen. Irum, Homericum paupertatis exemplum, nemo ignorat; Perlirus fortasse = qui perlirat, *Durchleierer*: 'Perliricus, *delectabile e dulce* in Glossar. Lat. Ital. MS.' habet Ducange Adelungi.
- 10 *scripta vestra*] Defensionem Pepericornianam cum prioribus Coloniensium libellis (cf. Ind. scr. n. xxi. c. præcedentib.): nam hæc quoque epistola, ut ex iis quæ de Petro Mosellano Crocoque referuntur colligimus, autumno a. 1516. scripta est.
- 12 *novi et iuvenes etc.*] Idem quod hi novelli dicebant, iam antea Lutherus ad

Pag. 276.

Spalatinum scripserat. Subicimus epistolam quam recte Aurifaber (Epp. Luth. I. fol. 8. sq.) anno XIII. adscripsit; falsi sunt Lœscherus (*Reform. Act. I. 799.*) et de Wette (*Luth. Briefe I. n. III.*) anno 1510. eandem adscribentes, quo anno Reuchlinus de Oculari speculo edendo nondum cogitaverat: non ita longe post hanc epistolam, d. 5. Aug. a. 1514., eidem Spalatino Lutherum aliam memorabilem illam contra Ortvinum Coloniensesque theologos (cf. Consop. chronol. h. d.) scripsisse ratiocinor.

## LVTHERVS AD GEORGIVM SPALATINVM.

IHESVS.

Pax tibi, Venerande Domine Magister Georgi. Petiit a me Frater meus Iohannes Langius nomine tuo, quid sentiam ego de causa innocentis et doctissimi Iohannis Reuchlin, contra suos æmulos Colonienses, sitne in periculo fidei vel hæresis. Nosti autem, optime Magister, quod et ego hominem in magno habeam pretio et affectu, et iudicium meum forte suspectum est, quia (ut dicitur) liber et neutralis non sum: tamen quia exigis, dico quod sentio: Mihi prorsus nihil apparere in omni eius scripto Consilio quod periculosum sit. Admiror autem vehementer Colonienses, ad quid tandem tam perplexum, ac plane (ut ipsis videtur) Gordio nodo perplexiorem, in tam plano scirpo quærent, cum ipse tam solenni Protestatione creberrime utatur, atque non articulos fidei, sed consilii opinionem ponat. Quæ duæ res ita eum apud me absolunt a tanta superstitione, ut si omnium Hæresium colluviem in suo Consilio congregasset, integræ et puræ fidei eum crederem. Si enim Protestationes tales et opiniones a periculo non sunt liberæ, timendum nobis erit, ne forte tandem pro libito isti Inquisitores incipiant Camelos glutire et culices colare, et Orthodoxos, etiamsi omnia protestentur, pro hæreticis pronunciare. Iam vere de hoc quid dicam, quod Beelzebub eicere moliantur, et non in digito Dei? Hoc est quod sæpe plango et doleo. Quia nos Christiani incipimus foris sapere et domi desipere. Centuplum peiores sunt blasphemix per omnes plateas Ierusalem, et omnia spiritualibus idolis plena. Quæ cum summo sint studio tollenda, tanquam intestini hostes, nos tamen relictis omnibus illis quæ nos maxime urgent, ad exteræ et peregrinæ causas convertimur, suadente scilicet Diabolo, ut nostra deseramus, et aliena non emendemus. Potestne obsecro isto zelo aliquid stultius et imprudentius cogitari? Itane non habent infelices Colonienses in Ecclesia feras et turbulentissimas causas, ubi exerceant scientiam, zelum, charitatem suam, ut necesse sit eos tam remotis a nobis mentibus illas exquirere? Sed quid facio? plenum est cor meum harum cogitationum magis quam lingua dicere possit. Hoc tandem concludo, cum per omnes Prophetas prædictum sit, Iudæos Deum et Regem suum Christum [Psal. Iesa. 8.] maledicturos et blasphematuros, et qui hoc non legit vel intelligit, fateor eum nondum vidisse Theologiam. Ideoque præsumo Colonienses non posse Scripturam solvere: quia sic oportet fieri, et Scripturam impleri. Et si tentaverint Iudæos a blasphemiiis purgare, hoc facient, ut Scriptura et Deus mendax appareat. Sed confido Deum fore veracem etiam invitis et frustra sudantibus mille millibus Coloniensibus. Dei enim solius hoc opus erit, ab intra operantis, non hominum aforis tantummodo ludentium potius quam operantium. Si istæ ab eis tollantur, componentur peiores. Quia sic sunt in reprobum sensum, per iram Dei, traditi, ut sint secundum Ecclesiastem incorrigibiles: et omnis incorrigibilis correctione peior fit, et nunquam

Pag. 276.

Pag. 276. vv. 12 ... 33.

emendatur. Vale in Domino, et parce verbis, ora autem pro anima mea peccatrice apud Dominum. Datum ex Monasterio nostro hodie.

Frater tuus Martinus  
Luther.

18 *adhuc*] facile, præmature, *noch, noch gar*.

*peribit propter .. poet.*] cf. 38<sup>36</sup>. Mutianus in ep. ad Urbanum (Tentzel Suppl. I<sup>a</sup>. p. 85. sq. n. cix.) „Nosti negotiosum istum et gloriosum fratrem ordinis Benedicti, quem ais mordaciter dixisse *Poeten verderben die Universitäten*. Quod verumne an falsum sit postea videbimus .... In eum qui dixit Poetas corrumpere scholas omnes:

Culpa notanda, pios sine causa lædere vates,  
Atque dei donum commaculare nefas.

Balbe, refers studiis vatum monumenta nocere,  
Tanquam sint sanctis pernicioosa scholis:

Improbis et caecus iudex male iudicat, et tu  
Scilicet alba nigris anteferenda putas.

19 *Mosellanus*] usitatus una s. — Petrus Schade, vico Bruttig ad Mosellam oriundus, unde ‘Protegensis’ cognominatus est (nam Bruttig, ut Latine sonaret, Protegium sive Protegum vertebant), Colonia Lipsiam venerat a. 1514., ubi post Croci discessum a. 1517. primarius Græcarum litterarum professor factus est. cf. Ind. biogr. p. 422. art. Mosellanus.

20 *græcus*] Consulto hoc positum est pro Græcista, ut significaretur scriptorem utramque notionem (possis ‘et nationem’ adicere) non distinguere.

*Ricardus Crocus*] cf. Ind. biogr. p. 352. art. Crocus.

22 *ibi ubi piper cresc.*] cf. ad 38<sup>35</sup>.

23 *domicellos*] cf. ad 26<sup>17</sup>. et infra p. 277<sup>16</sup>.

26 *Supposita*] cf. ad 22<sup>15</sup>.

28 *collegium*] i. e. bursam. p. seq. v. 8. sq. collegia et lectoria iuxta ponuntur pro schola vel prælectione, ut hodieque dicunt ‘in collegium ire’, ‘non est collegium’ et q. s. s.

29 *commensales*] cf. ad 9<sup>31</sup>.

*proxima*] i. e. novissima.

31 *tractaverunt*] *verhandelten darüber, ob sie nicht*, consularunt, disputarunt de reiectione.

*reicere*] cf. ad 4<sup>5</sup>.

33 *sic dispensavimus cum ips.*] *so (deshalb) haben wir sie durchkommen lassen, haben wir ihnen den Mangel ihrer Befähigung nachgesehen, sie von den vor-schriftsmäßigen Leistungen entbunden*. cf. loc. ad 16<sup>26</sup> transcr. „Dispensare, erlauben, über die gemeinen recht, auflösen die gesetzten recht, entschuldigen von gemeinen rechten, [dispensatio est privilegium i. e. ius singulare, iuri communi oppositum], *orleup geben, ablassen, herlychteren, ghenadichen, dispensieren* ...“ Diefenb. Glossar. h. v. Secundum Statuta fac. art. Lips. de a. 1471...1490. IV. 4. (*Die Statutenb. d. Un. Leipz. v. Zarncke*. 1861. p. 387.) „examinatores per sortem electi, per decanum requisiti iurare tenentur ‘Ego N. iuro, quod nunc et in antea et quocienscunque in decanum aut examinatorem promovendorum, tam ad magisterium quam ad baccalarium, electus fuero, admittere velim simpliciter dignos et reicere indignos ...’ et illos reputat facultas dignos, quibus non solum litterarum sciencia, verum eciam vitæ meritum suffragatur ...“ Et „quilibet magistrorum de consilio

## Pag. 276.

facultatis, eciam non specialiter ad hoc requisitus tenetur sub suo iuramento ... revelare insufficiencias et latas negligentias promovendorum ... " Stat. de a. 1499...1522. (ap. Z. p. 444). Sed magister Irus cum suis coexaminatoribus secuti sunt illud neque hodie inusitatum 'Sumimus pecuniam, et mittimus asinum in patriam'.

- 34 *disp. . . in ætate*] Statuta de a. 1471. citt. IV. 10. „De dispensatione in tempore et ætate ... cum aliquo promovendo nisi ad quartale unius anni ...“ VI. 12. (p. 401. ed. Z.) „De moribus et ætate promovendorum, quod in examine morum legi debet. Item nullus admittatur ad temptamen pro gradu magisterii nisi attigerit annum xxi. et de legitimo matrimonio natus sit et alias moribus commendabilis existat, sic quod in nullo excessu notabili et notorio deprehensus fuerit, quod de quolibet seorsum, scil. de ætate et legitimitate, ante admissionem ad (examen vel) temptamen per decanum diligenter inquiratur ... Nec eciam talis in posterum admittatur, nisi adeo laudabiliter et virtuose se rexerit, quod ex transacta virtuosa eius vita de subsequenti eius conversatione laudabili præsumatur ...“ Statut. de a. 1499...1522. XIII. 20. (p. 467. ed. Z.) cf. Stat. de a. 1507. I. 18. (p. 495. ed. Z.) „De ætate et moribus promovendorum. Nullus admittatur ad examen pro gradu baccalariatus in artibus nisi attigerit annum xvii., nec pro gradu magisterii, nisi attigerit annum xxi., etc. ut VI. 12. Stat. de a. 1499...1522. c. V. 2. (Z. p. 444.) „Placet quod magistri de consilio facultatis deinceps quo ad stantiam, tempus et ætatem cum promovendis faciliter non dispensent, nisi de abilitate periciaque scolæ promovendi evidenter et per famam constaret. Tunc enim cum tali quo ad tempus et ætatem in modico, ut in quartali anni . . . potest dispensari, quia perfectum scienciæ hoc casu supplet minorem ætatem ...“.

## Pag. 277.

- 3 *disp. in morib.*] Stat. citt. (ed. Z. p. 495. sq.) „... Et talem excessum facultas artium reputat notabilem et notorium, de quo per rectorem et assessores eius incarceratus fuerit, vel si publicus meretricarius fuerit, scil. quod in domo habitationis mulierem suspectam publice tenuerit, vel ad commodum bursæ suæ talem introduxerit, vel alia domo seu domuncula vel comodo meretrici publicæ vel meretricibus publicis conversatus fuerit, vel in collationibus aut prandiis, ubi talem vel tales esse sciverit, fuerit vel locum suspectum, videl. prostibulum, visitaverit et de hoc convictus vel confessus vel per conventorem propter hunc et quemlibet alium excessum de bursa sua expulsus fuerit, vel in prostibulo vel extra publice se percusserit, vel ibi vulneratus ex culpa sua fuerit captus aut deprehensus, vel qui ad taxillos in tabernis publice luserit, vel hastiludium in foro publice exercuerit, vel qui verbis iniuriosis aliquem magistrum publice læserit, vel ipsum iniuriose percusserit, vel furtum aut alios excessus, quos comitatur infamia vel scandalum commiserit vel perpetraverit. Quorum nullus ... ad examen vel temptamen ... aliquo modo admittatur.“

- 9 *Tertio etc.*] Stat. citt. de a. 1499...1522. c. VI. (Z. p. 447. sq.) „De his quæ concernunt examina promovendorum in artibus, decanum et promotores“. art. 9. „Reputat facultas arcium illos gradu baccalariatus dignos, quibus non solum literarum sciencia, verum eciam vitæ meritum et honestas suffragatur; in scienciis, qui bene se habent in grammatica, in parvis loycalibus et in quatuor tractatibus Petri Hispani, in aliis competenter ... in grammatica



Pag. 277.

Pag. 276. v. 34 ... Pag. 277. v. 21.

... qui proposita aliqua dictione ea an nomen sit vel verbum aliave pars orationis iuxta doctrinam Donati et Remigii per diffinitionum assignacionem valent diiudicare et eam in accidentibus suis declinando, coniungendo, movendo, comparando, genus assignando et aliis, quaecumque sint illa, congruitates denique per regulas generales, regimina et construcciones expedire et regulas Allexandri ad singula praedicta adaptare. In parvis loycalibus ... qui in tractatibus supposicionum, ampliacionum, restrictionum, appellacionum exponibilium et consequenciarum generaliter se expedire possunt .... Sed in vetere arte ... qui quid nomen, quid verbum apud loycum propositio, quae qualia quanta et in qua materia sit, ac circa eam opposiciones, leges, conversiones et aequi pollencias sciunt; et hoc quo ad periermenias, sed quo ad librum Porphirii diffinitiones quinque universalium, et termino proposito an universale praedicabile genus, *species* [? Z.: ffs], differentia vel aliud universalium sit, et quo ad librum praedicamentorum, quod et quae sint antepredicamentorum vera praedicamenta et postpredicamenta, et in quo praedicamento sit terminus vel natura per terminum significata et alia .. generalia. In nova loyca competenter scire debent quid sillogismus, quid modus, quid figura est, et formare in omni figura et modis sillogismos, et quid induccio enthime et *exemplum* [Z.: exm], et in eis formare apta exempla. In physica sufficit generalissima cognicio.

art. 10. „Reputat facultas arcium dignos magisterio qui se bene habent in vetere arte, in nova logica, in philozophia naturali, in metaphisica et philosophia morali competenter; et non curat in ea parte mitiorem facere declaracionem, quia nullus in artibus alcioem gradum magisterio nancisci potest ...“.

10 *non satis complev.*] Statt. citt. V. 2. (Z. p. 443. sq.) „Decanus sub suo iuramento debet esse astrictus tempore dispensationis quærere vel quæri facere omnes promoveri volentes in libro complencium facultatis, et studiose inquirere de quolibet, an istas lectiones et exercicia, sicut in sua scedula consignavit, compleverit et iuxta statuta audiverit et satisfecerit, nullamque lectionem totalem aut exercicium totale neglexerit. Siquis autem ex auditoribus promovendis tollerabilem defectum habuerit et dispensabilem, dispensetur cum eodem ... sic quod baccalariandus xv, magistrandus xxx grossos solvat pro dispensacione. Si autem negligens quis omnino fuerit ..., sit impeditus.“

12 *timax*] Pulchrum est hoc baccalaureandi, qui Catonis ‘vendax et emax’ certe non legerat, sed tamen insciens sequax factus est, inventum (pro ‘timidus’), sed pulchrius et totum novum est magistri

13 *ignorax*] pro ‘ignorans’, inlitteratus, plane indoctus.

15 *univv. valde minorentur*] cf. 259, 4. sq. 23.

17 *rebellavit*] Suspicio hoc verbum quasi esset *widerbellen* (relatrare), h. l. usurpatum esse. „Rebellare, rebellisare, *widerstreiten*, *-fechten*, *-kriegen*, *-treiben*, *-streben*, *-spennig* o. *-wertig sein*, *-streuen*, *-strubbeln*.“ Diefenb. Glossar. h. v.

18 *hoc volo servare*] huius iniuriæ poenam sumam, poenam lues; ut hodieque volgus *das will ich dir aufheben bis* —. Quod hodie mihi intrivisti, in examine tibi exedendum erit.

19 *pati reiicionem*] i. e. reiectionem, reici. Cf. ‘reicitus’ 4<sup>5</sup>.

21 *non habent ... bacularios*] Secundum Iuliani imp. L. 5. Th. C. de medicis et professoribus xiii. 3. [= L. 7. Iust. Cod. de professorib. et medicis x. 52.]

Pag. 277.

a. 362. latam 'magistri studiorum doctoresque' sive professores in singulis civitatibus [præter Romam et CP.] decreto curialium optimorumque conspirante consensu creabantur. Neque Bononiæ (quam præcipue sub Italiæ nomine Huttenus h. l. vult) ante medium fere sæc. xii. doctoris magistrive nomen propria q. v. promotione, quæ primum cooptatione in actu constitutorum doctorum fiebat, acquirebatur. Sæculo xiii. ibi occurrunt doctores sive magistri legum [imperialium] et decretorum [i. e. iur. canonici] et medicinæ sive physicæ, grammaticæ, logicæ, philosophiæ, notariæ [artis notariatus] et aliarum artium, sed doctorum nomen magis magisque solis iuris magistris tribuebatur, ac doctoratus magisteriumque tanquam privilegia acquirebantur, neque omnes quicumque doctores magistrive facti erant, in ordinem sive facultatem recipiebantur. Nunc promovendus post superatam primam examinationem, quæ privata appellabatur, Licentiatus, post publicam, quæ sollemniter in ecclesia metropolitana habebatur, Doctor proclamabatur insignibusque doctoralibus ornabatur. Baccalaureatus nomen in Italicis studiis generalibus ante sæc. xvi. medium non occurrit. Cf. *Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. III. De baccalariis Parisiensis scholæ et ad huius exemplum conditarum Germanicarum universitatum* cf. Ind. biogr. p. 302. sq. art. Baccalaureus.

25 *etiam non*] ne quidem.

26 *magistri . . . deponerentur . . . et simpl. s. non*] i. e. Bononiæ ii, qui in Germania magistri facti sunt, rudiores habentur quam qui primum in studiosorum numerum recipiendi sunt. cf. 280<sup>7</sup>. De beanorum depositione cf. Ind. biogr. p. 305. sq. art. Beanus.

28 *in Ital. etc.*] Quod in Italia Germanicum magisterium et baccalaureatus vilipenditur, tamen bullatis magistris non prodest (p. 223<sup>31</sup>) neque in ipsa Italia. Etiam Wimpelingus (Isidon. German. c. 17.) vituperans Germanorum grammaticam docendi methodum „et hodie“ inquit „videmus Italos prudentia præditos aliter liberos suos instituere: inibitis enim brevissimo tempore grammaticæ rudimentis (quantum ad concinnitatem locutionis attinet) traducunt eos ad poetas, ad oratores, ad historicos, ubi latinitas, ubi elegantia, ubi significationis proprietas, ubi orationis splendor et copia, ubi exquisita compositio, ubi difficultium vocabulorum interpretatio, ubi persuasio plane discitur; sicque Italarum filii mox evadunt idonei ad audiendas leges, ad canones, ad sacras litteras, et in ea frequenter ætate iurisconsulti redduntur, in qua nostrates miselli adhuc de vocativo, de quinque figuris deque appositionis vitio decertant, inque obscuris genitivi viribus ineptisque Alexandri carminibus (si carmina dici merentur) ridiculose versantur, cumque apud bonos præceptores lauream sive doctoratum assequi potuissent, post duorum etiam aut trium lustrorum studia interrogati, quidnam didicerint, respondere aliud nihil possunt quam 'ambas Alexandri partes'.

30 *simul*] sic quidem ed. 5., sed 'contra', ut habet 4., genuinum est. Cf. 276<sup>11</sup>.

31...33 *Langschmeyer . . . Ochsenfart*] De his magistris cf. peculiare artt. in Ind. biogr. Langschneider (Sartoris), Wüstenfelt et doctor Ochsenfart rectores univ. Lips. fuerunt annis 1507. et 1510. Decani fuerunt a. 1508. Sartoris (eod. a. Ochsenfart Vicecancellarius) et a. 1509. Arnoldus Wüstefeldensis Lindavianus.

*mittunt vos salutare*] *lassen Euch grüßen*, salutes mittunt, te salutare iubent.

## Pag. 278. EPISTOLA 59. IOHANNES COCLEARILIGNEVS ORTVINO.

- 2 *Löffelholz* patriciæ Norimbergensis gentis nomen. ICti Norimbergensis Iohannis Löffelholz de Kolberg, nati a. 1448., mortui a. 1509., vitam enarrat *Will Nürnb. Gel. Lex. II. p. 499. sq.*, qua adnotatione huic ICto hanc epistolam adscribi, minime significare volo.
- 5 *Commisistis mihi*] Petisti a me, rogasti me, *Ihr habt mir aufgetragen. missa*] cf. ad 5<sup>25</sup>.
- 6 *kauffmannis*] ut *reuteri, landsknehti* et alia Germanica verba. *coniuratione*] cf. ad 181. adnot.
- 10 *dimittunt*] abstinere a persecutione, *loslassen*.
- 11 *libriv. de part. sup.*] procul dubio Frobenium Basiliensem librarium. cf. Ind. biogr. p. 373. sq. art. Froben. et ad 279<sup>9</sup>.
- 12 *nominavit mihi multos*] Fuerunt multi, qui hac epistola nominatos omnes inter ipsos Epistolarum O. V. auctores recenserent.
14. 15 *Murner . . . prædicatorum*] cf. p. 73, 6. sqq. et 248, 7. sqq. De Murnero pro Reuchlino certante cf. p. 189, 26. sqq. Murneri librum de scandalis prædicatorum h. l. memoratum apparet esse (a. 1509.) editum de quattuor hæresiarchis ord. prædicator., cuius non nullas partes, quæ ad Wig. Wirt spectant, in Ind. biogr. art. Wirt repetitæ sunt. Idem liber etiam Germanice (*Von den fier ketzeren etc.*) editus est, s. a. cf. *Gædeke Grdr. z. Gesch. d. d. Dicht. Hannover. 1859. I. p. 201. n. 10.*
- 16 *alium . . . Reuchlin*] Hunc librum Murnerum aut non composuisse aut certe non edidisse opinor. Ceterum eius 'Orationem ad capitulum provinciæ superioris Alemanie (1515.) 4<sup>o</sup>.' a Gædeke l. c. p. 202. n. 23. indicatam non vidi. *Herm. Buschium*] Epistolam Coloniae prid. kal. Oct. (a. 1514.) scriptam dedimus supra ad ep. II. 57.
- 19 *Comes de nova Aq.*] „composuit mirabilia de theologis quæ vult statim imprimere“. Ipse Nuenarius in ep. ad Reuchl. (Hutt. Opp. I. n. lx. p. 148. sq.), quæ æst. a. 1517. scripta esse videtur, 'contra Honstratum . . . illum bonæ famæ hostem paucula ineptivimus, graviora quæque ad exitum maturantes; pedetentim contra beluam incedendum est; quandoquidem externa præsidia nondum accesserunt, coniunctis copiis expugnari commodius poterit. Egrege animavit me Buschius, idemque Huttenus fecit . . . A Glareano quoque e Galliis nuper literas accepi, ubi parteis nostras tenent eruditi aliquot . . . Spero brevi te aliquid intellecturum quod afficiat. Incipiunt iam paulum dissidere ipsi, tota adhuc faba eudetur in capite Astarothi [Hochstrati] . . .'. cf. eiusd. ep. ad 20, 12. sqq. pro parte transcr. et ep. in Ind. serr. n. xxxii. repetitam, ut et Epp. trium ill. viror. m. Maio a. 1518. a Nuenario editas.
- 22 *Bilibaldus nescio quis*] cf. ad 267<sup>20</sup>.
- 23 *qui debet esse in*] quem Norimbergæ habitare conicio, *der zu N. sein (wohnen, leben) muß.*
- ipse fecit m. n.*] Iam d. 1. Dec. a. 1512. Reuchlino scripserat Pirczheimerus melius sibi videri, si Pepericorni ne mentionem quidem fecisset. postea vero Bilibaldum inter primores Reuchlinistas semper stetisse innumeris fere locis vidimus.
- 26 *trewen*] *Drohen, Drohungen.* cf. Pistorii Thes. paræmiar. I. cent. iii. n. lvi. (p. 318.) „*Wer von drohen stirbt, den soll man mit esels-nüssen zu grabeläuten.*“ Si moriere minis, asini tumulabere bombis.“ Alias formulas dat Wan-

Pag. 278.

der D. Spr. W. Lex. I. coll. 697. sq. „1. *De vun Dräuen starft, ward mit Furten belutt.*“ „17. *Wä vun Dräue stirr, wêd mit Föze begrave.*“ „18. *War sich furem Droin fercht, muss ma mit Eselsf. . . begraben.*“ „27. *Wer von dräwen (trawen) stirfft, den sal men mit förten verluyden (begraben).*“ Fris. „*Thiar fan thrüwin starft, skal mä förter beringd wees.*“ etc.

28 *Eob. Hesus*] Cf. eius ep. ad Reuchl. d. 6. Ian. a. 1515. dat., in Hutt. Opp. I. n. XXI\*. p. 453. sqq. et Ind. biogr. art. Hesus.

29 *Petreium Aperbach*] Cf. eius ep. ad Reuchl. Erfordiae (s. d. et a., ut videtur autumno a. 1514.) datam, quæ legitur in Ill. viror. ad R. epp. 1519. 4<sup>o</sup>. p. y 4<sup>a</sup>: „... tot tibi e nostratibus studere homines ... ut Mutianum ... taceam, qui apud s. Rom. Imp. principem divum Fridericum plurimum gratia valet et autoritate, cui ad Cæsarem eunti causam tuam impense commendavit, ut Spalatinum et Urbanum, .. ut Crotum Rubianum .... volo tam tibi esse addictus quam illis meæ vitæ testibus ..“. Cf. eiusd. ep. ad Reuchl. Romæ d. 25. Aug. a. 1515. scriptam l. c. p. y 4<sup>b</sup>.

31 *debet esse ... dictus*] Ricardus Crocus. cf. Ind. biogr. p. 352. h. art., ibique Croci ad Reuchl. epistolam.

32 *ante duos annos*] aperte non plenos: nam Crocus in matriculam univ. Colon. inscriptus est d. 20. Mart. a. 1515. Cf. art. Crocus.

33 *est etiam unus*] ‘in illa coniuratione’.

*Vadianus Viennæ*] cf. ad 237<sup>23</sup>. et epist. ad Reuchl. a. 1516. scriptam, quam repetivimus Hutt. Opp. I. p. 104. n. xxxiii.

34 *cardinalis*] Matthæi Langi, Salisburgensis archiepiscopi.

*Caspar Ursinus*] Velius. cf. Ind. biogr. p. 491. sq. art. Ursinus.

Pag. 279.

1 *promisit*] Ursini Velii nulla in Ill. viror. ad Reuchl. Epp. 1519. edd. epistola extat, neque ipsius nomen est inter ‘Capnionis defensores’ Hutt. Opp. I. n. xxxvii. p. 130. sq.

2 *Melanchton*] Eius ep. ad Reuchl., qua se non deserturum esse ‘signa nostra’ et cœpisse se ‘argumentum, quod sum pollicitus ludere *ἐλεγκτικῶν κατὰ τῶν ἀσφαθεῶν*’ scribit, ut legitur in Ill. virr. ad R. Epp. pag. Ciii<sup>b</sup>, s. d. et a. est, videtur autem m. Ian. a. 1518. scripta. Ceterum satis notum erat etiam a. 1516. quantum avunculum magnum veneraretur ac pro eo laboraret Melanchthon. cf. ad 201. vers. 91.

3 *Wimpheling*] p. 285<sup>26</sup> est tantum ‘medius Reuchlinista’, neque inter ‘Capnionis defensores’ l. c. enumeratur. Sed amicissime cum Reuchlino eum coniunctum fuisse vel una illius epistola d. 30. Nov. a. 1513. satis testatur. cf. Consp. chronol. p. 128. h. d.

*Beatus Rhenanus*] cf. Ind. biogr. p. 455. sq. art. Rhenanus.

4 *Huttenum ... Bononiæ*] cf. ad 181. et 198<sup>9</sup>.

7 *Erasmus est homo pro se*] Magis ad vivum nunquam imago hominis depicta est, quam hac una quasi linea totum Erasmus nobis repræsentat Huttenus, quamvis kaufmannus nil nisi Erasmum neutri parti addictum esse dicere videatur.

9 *in dictis*] Hoc quoque hunc kaufmannum Frobenium esse (cf. ad prox. sup. v. 11.) prodit, in cuius domo Erasmus habitabat.

10 *scribens ad pap.*] d. 28. Apr. a. 1515. Cf. Consp. chronol. p. 137. h. d., et p. 263<sup>7</sup>.

11 *Ritius*] cf. Ind. biogr. p. 456. sq. art. Ricinus, et p. 207<sup>15</sup>.

12 *Cuspinianus*] cf. ad 199. v. 35.

Pag. 279.

Pag. 278. v. 28 ... Pag. 280. v. 13.

*Beutinger*] Peutingerus item inter Reuchlinistas l. c. enumeratur, et inter eos est qui pro Reuchlino scripserunt. cf. Consp. chronol. dieb. 25. et 17. Iul. a. 1513. item d. 27. Ian. a. 1515. Vide Ind. biogr. p. 433. sq. art. Peutingeringer.

- 15 *Mutianus est pess.*] cf. ad 278<sup>29</sup> adnot. Mutianus inter Reuchlinistas inde ab a. 1503 ... post exortam 'causam fidei' indefessum stilum adhibuit, ut quotquot posset, ad partes antitheologisticas traheret. cf. Consp. chronol. et Ind. biogr. p. 426. sq. art. Mutianus. Vide etiam *Kampschulte Univ. Erf.* l. p. 153. sqq. A. 1514. m. Apr. Mutianus ad Agricolam scripsit: „Ego quoque, ut inquit ille, minimus apostolorum contraxi satis validam manum et posum in cohorte nostra ostentare duces et principes viros et de sacris abba[te]s et magnos Iovis epulones, ex ordine literario quasi quosdam cataphractos et antesignanos, quos agmine facto educemus, si necessitas postulaverit contra fraterculos casearios et phanaticos pædicatores, hem pædicatores dicere volui.“ Mutiani epp. MSS. Francof. fol. 185<sup>b</sup>. (Kampsch. l. c. p. 178. not. 3.). Crotus Reuchlino d. 26. Ian. (a. 1514? veri similis a. 1515.) scripsit: „At dicet aliquis 'Capnion solusne contra plures etc.'“ cf. Hutt. Opp. I. p. 29. vv. 26. sqq.

21 *Franckfordiæ*] ad Mœnum.

## EPISTOLA 60. WERNHERVS STOMPFF ORTVINO.

- 23 *Wernherus Stompff*] Collegii principis collegiatus: p. 280<sup>15</sup>. In indicibus utriusque collegii (ap. Zarnck. in *Abhh. der phil. hist. C. der sächs. Ges. d. W.* 1857. II. p. 763. sqq. 749. sqq.) nullum quod ad h. l. referri possit nomen invenio præter Thomæ Werneri Braunsberga-Borussi: is a. 1471. in collegium maius cooptatus e minori discessit (Z. p. 764. n. 31.), cuius socius fuit a. 1471...1499. (Z. p. 751. n. 54.), tum idem nomen inter collegii B. M. V. collegiatus legitur a. 1499. (Z. p. 776. n. 16.). Ceterum de hoc Wernero, sive a Stompffio diversus, sive eadem persona fuerit, nihil mihi compertum est.
- 29 *rubea camera*] in qua baccalaureandi examinabantur, postquam iuraverat unusquisque, „quod non volet moliri vindictam verbo vel opere aut quacunq[ue] sinistra machinatione, si non fuerit admissus, aut fuerit forte acerbis monitis castigatus. et quod non volet pandere secreta conclavis seu cameræ examinis, quæ demandantur non revelanda“. Statuta reform. (a. 1522.) facult. art. Ubior. cap. xvii. 'De iuramentis baccalaureandorum examen subeuntium.'
- 31 *causa fidei male stat R.*] Hoc quoque ad ætatem a. 1516. referendum, quo tempore fautores Reuchlini Romæ prævalebant. cf. superiorem epist. 53.
- 32 *iurista et poetæ volunt destr.*] destruent. Idem de poetis queritur Irus Lipsiensis. cf. p. 277<sup>31</sup>, et poetas vel iuristas esse male affectionatos in fide et habere quasi omnes malam dispositionem in moribus, etiam Vickelphio persuasum fuit. p. 36<sup>6sq.</sup>

Pag. 280.

4 *Magistri in artib. sunt sup. doct. in iure*] Argumentum omnium universitatum statutis contrarium.

6 sic] ergo.

7 *Vade in Italiam ... ibi*] cf. ad 277<sup>28</sup>.

9 *unus ex Italia*] in Italia, Bononiæ, promotus.

13 *disputare*] Sic edd. quidem omnes, etiam 4. 5., habent, sed legendum est 'desperare', ut dedi ed. 25.

Pag. 280.

14 *Valete tam diu etc.*] ut p. 237<sup>34</sup>.15 *in coll. principis*] cf. ad 279<sup>23</sup> adnot.

## EPISTOLA 61. PETRVS CHARITATIS ORTVINO.

Hæc epistola sequentis quasi prodromus est: primum Charitatis (*die gnadreiche Lieb*) Ortvinum spurium Gratiique, carnificis Halberstadiensis, ex sorore nepotem esse proponit, tum hic ipse avunculus quasi integerrimus Ortvinianæ procreationis testis in scenam prodit caro cognato sibi ipse de utriusque luculenta claritate gratulabundus. Aculeatiores quam binas has sibi ingratiores ambitiosus Ortvinus nullas litteras accepit. Spurie Ortvinianæ originis infamatio non nunc demum coepisse videtur: nam contra eandem sese defendere videtur iam eo loco quem ex eius Orationibus quodlibeticis in art. 'Gratius' exhibuimus. Ceterum renovandæ huius infamationis causam suspicor dedisse quod Wimpelingus in sua ad Iac. Spiegel expurgatione contra detractores (Viennæ Austr. Idib. Febr. a. 1514. 4<sup>o</sup>. de se ipso narravit: „Cum adhuc vacillarem [de Spirensi munere contionandi suscipiendo], Andreas [Brambachius] ut verus fantor ait 'Obsecro te, mi Iacobe, ut munus hoc pro tuo saltem honore amplectaris, quippe qui a competitoribus, ut tibi impedimento forent, infamatus es, te non ex legitimis parentibus, sed sacerdote natum esse'. Rumori huic causam dedisse reor, quod patruo persæpe (quod et nepoti meo ad me familiare est) scribens ob amplissimam largitionem suam patrem ipsum in epistolarum mearum superscriptionibus vocarem.“ (Rieggeri) Amoenitt. lit. Friburg. 1779. p. 421. sq.

- 21 *hic*] Hanc epistolam Quedlinburgi aut Wernigerodæ vel in Nicolai valle aliove Halberstadio vicino oppido *am Vorharz*, non Halberstadii, ut sequens ep. de se aperte dicit, scriptam fingi, ex eo colligo, quod p. 281<sup>16</sup> legitur „est in Halberstat“, non „est hic“. Ceterum epistolæ scriptor neque ipse 'hic ante Harzonem', sed in universitate quadam, Vitenbergæ forte aut Lipsiæ, Cursoris Professorisque munere functus fuerit.

*picem*] proprie *Pech*, sed interdum etiam = *Harz*, resina.

*Harzonem*] Nomen sibi ex Germanico fecit, rectius puto quam si nimis generali Hercynii montis, ut adhuc facere solent, nomine usus esset.

- 22 *zechas*] *Zechen*, potationes, compotationes (non *auxæ* sive fodinæ partes, ut apud metallarios).

- 23 *Civium zecha*] *Bürgerzeche*.

*hora duodec.*] meridiana, non media nocte. cf. p. 281<sup>1</sup>. Anglorum aliorumque causa, qui diem noctem facere solent, hoc adnotatum esto.

- 24 *nocturnalis et postzecha*] *Nacht- und Nachzeche*.

- 27 *consules, et mag. civium*] diversi inter se sunt, puto, illi *die Burgermeister*, hi *die Zunftmeister, die Bürgervorsteher*.

- 29 *iuvenis bursa*] *der junge Bursch, Junggesell*, adulescentes. (Inter nostros studiosos qui per tertium semestre studiorum causa in universitate moratur, *Jungbursch* appellatur.)

*non multum . . triticum*] Hodieque „*die sich nicht drum kümmern (nicht darnach fragen), was das Brot (Mehl, Getreide) kostet (gilt)*“, i. e. quibus domestica, rei familiaris cura nulla occumbit; de die, in diem viventes.

- 30 *bibunt ac si . . solveret*] toti sunt in bibendo, ut hodieque dicimus *als gölt'* (*kostete*) *es Leib u. Seele*. Simile illud *als gieng's auf Leben oder Tod*.

Pag. 280.

Pag. 280. v. 14 . . . Pag. 282. v. 1.

32 *Petrus etc.*] Quisnam hic Petrus fuerit, non facile quis dixerit. De Petro Bertram aut Petro Meyero cogitare vetat locus, ubi res agitur.

33 *infra*] = intra, ut sæpe.

Pag. 281.

2 *istam opinion. de Grachis*] cf. p. 59, 11. sqq.

3 *aliqua[li]ter*] „*etlicher maß, grosser maß, etwas, gleichlich, wat gelychlich*“. Dieffenb. Glossar. h. v.

*in arte h. bene tentus*] i. e. qui bene se tenuit in studio litterarum humaniorum, *der auch in den humanioribus ziemlich gut bewandert ist*.

4 *a gratia sup.*] ut p. 58, 15. sqq.

5 *fecit valde crisp. lat.*] *machte (redete daher) ein gar krauses Latein*. Fortasse cogitavit de „*noto*“, quo „*Sallustius epigrammate incessitur*“ ap. Quintilian. Inst. or. VIII. 3, 29.

„*Et verba antiqui multum furate Catonis,*

*Crispe, Iugurthinæ conditor historiæ.*“

9 *habuerunt . . . exam.*] i. e. epist. I. 38.

14 *interrog. q. e. v.*] „*Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudæos . . .*“ Ioann. xviii. 38.

16 *unus suspensor*] Sequentis epistolæ auctor.

19 *non debet . . . transire*] non inultam feret hanc iniuriam.

21 *accepit*] *hat*. alii ‘*accipit*’ ut ed. 24.

23 *avunculo materno*] Abundat quidem ‘*materno*’: avunculus est matris frater; patris frater est patruus. Sed ‘*avunculus* pro patruo promiscue usurpatum legitur apud scr. med. æt.’ Ducange. Sic quoque nostrum ‘*Ohm*’. Ipse avunculus sororis filium, *seinen Neffen, Schwestersonn*, ‘*avunculum maternum*’ appellat in seq. ep., ut in nonnullis Germaniæ partibus ipse ex fratribus sororibus nepotes ‘*Oehmchen*’ appellari audiui. Ceterum ‘*Oehmchen*’ vel latiori sensu usurpatur, ut ‘*Freundschaft*’ pro quolibet cognationis sive etiam vicinitatis aut gentis necessitudine coniuncto.

25 *patrem . . . nominare*] Modestin. L. 23. D. de statu hom. 1. 5. „*Volgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent quem habere non licet. qui et spurii appellantur πατὴρ τῆς σποράς*“. Gai. Inst. I. 64. „*. . . vel quasi sine patre filii*“. S. P. = sine patre. De Ortvinio spurio cf. etiam p. 25<sup>6. 99.</sup> et seq. epist. 62.

30 *statutum*] Tale etiam aliæ almæ universitates habebant. cf. ad 276<sup>34</sup>. In statutis s. fac. theol. Colon. (*Bianco d. a. Un. Köln*. I. part. 2. p. 38.) est: „*Item attendentes quod ad gradus in theologia Parisiis non admittuntur, nisi de legitimo thoro procreati et non turpiter corpore vitiati, idem intendimus in hoc studio observari.*“ Statuta reform. fac. artium Ubiorum eiusmodi præceptum non habent.

33 *si papa disp. secum*] cf. Innocentii iii. c. 13. x. qui filii sint legitimi iv. 17. cuius Summa est: „*In terris ecclesiæ papa potest libere illegitimos legitimare, in terris vero alienis non nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus. tunc tamen indirecte et per quandam consequentiam intelligitur legitimare etiam quo ad temporalia. hoc tamen ultimum non est sine scrupulo.*“ cf. ad 282<sup>3</sup> adnot.

Pag. 282.

1 *non esset sp. s.*] Ioann. iii. 5. „*. . . nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.*“ Innoc. III. c. 5. X. de baptismo III. 42.

Pag. 282.

- „... cum in baptismo duo semper, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur, . . dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque prædictorum, sed eorum alterum est omissum“.
- 3 *non possunt . . proficere*] Clerici nullam feminam, sive meretricem sive honestam, ‘in iure matrimonialiter habere’, i. e. secundum iuris præcepta uxorem ducere, ergo neque spurios suos per subsequens matrimonium legitimare possunt. Itaque secundum Nostrum nec filius presbyteri, cum pater eius fingi nequeat matris maritus, potest fingi ex legitimo matrimonio procreatus, ei ‘non potest proficere dispensatio’. Noluit respicere Noster ad ea quæ de defectu natalium decretales præcipiunt. cf. c. 2. in VI<sup>o</sup>. de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis i. 11. Vid. ‘Dispensacio super defectu natalium’ in *Baumgartenberger Formelbuch. Wien. 1866. 8<sup>o</sup>. p. 49. sq.*
- 5 *servas*] opinaris, tibi videtur. Indignabundus Charitatis collocutorem tibissat.
- 6 *respondendo dixit*] ‘Respondens dicit, ait’, ‘respondit et ait’, ‘respondi et dixi’ et similia in Vulgata vulgaria sunt.
- 8 *Mathæi*] immo Ioann. III. 5. cf. ad prox. sup. v. 1.
- 16 *leccatori*] cf. ad 71<sup>o</sup>.
- ad . . . adligare*] Hodie aliter utimur ‘*auf den Schnabel binden*’, pro eo quod est ‘curiosius exquirenti aperire, dicere aliquid’. contra quod h. l. verbis ‘ad r. s. adl.’ significatur, hodie est *aufs Maul geben*.
- 17 *Quod . . . promerere*] Usitata olim litterarum supplicum clausula, *und das will ich mein Leben lang um Euch wohl verdienen*.

## EPISTOLA 62. MAGISTER GRATIVS ORTVINO.

- 20 *Zisanæ*] „Zizania, sizania, cysania, *rade, kade, unkraut, böser same, hederich, knille, trespen, brandkorn*.“ Diefenb. Glossar. h. v. — Venant. Fort. carm. V. 2, 41. „de satione dei zizania vulsit amara.“
- 22 *quadruplicator*] *Viertheiler*. a quadruplicare = *vierfältig machen, vervierfachen, viertheilen*.
- 23 *virgator*] *Auspeitscher, der mit Ruthen od. Staupbesen aushaut*. Cf. Plaut. Asin. v. 565. (III. 2, 19.) „*valentis virgatores*“.
- 25 *et multa alia*] Cf. ‘et plus si vellet’ p. 3<sup>a</sup>.
- 27 *avunculo materno*] *seinen Neffen, Schwestersohn*. cf. ad 281<sup>23</sup>.
- 30 *invicem*] *einander, alter alterum*.

Pag. 283.

- 4 *monstraris digitis prætereuntium Coloniensis fidicen lyræ*. cf. Horat. carm. IV. 3. i. f. — ‘At pulchrum est digito monstrari et dicier Hic est’. Pers. sat. I. 28.
- 6 *famositatis*] ‘Famositas, *weitmerigkeit, merlichkeyt*’. Diefenb. Glossar. h. v. Grattius vult ‘gloriæ, claritatis, magni nominis’; sed ipse qui composuit hanc epistolam non nescivit carnifices fumosos (*chrlos*) esse.
- 10 *servant aliquid de vob. et me*] *etwas von Euch u. mir halten*, in admiratione hominum nos esse.
- 15 *candelabra*] sicut stellæ. cf. 239<sup>24</sup>.
- 18 *mediante forti palo*] Bernæ ad duos palos alligati combusti sunt quattuor prædicatores. *History Von den fier ketzren. 1521. p. N8.*
- |   |  |
|---|--|
| <i>Die hencker wartent jr geschicht</i> | <i>Auch wenig stro, das mancher sprach</i> |
| <i>Zwu seülen hettents vffgericht</i>   | <i>Es wer ein angelegte sach</i>           |
| <i>Je zwen sye bunden an ein seül</i>   | <i>Das man sye hörtgklichen tödt</i>       |
| <i>Vnd leyten holtz dorumb nit vil</i>  | <i>Vnd lang in füres brunste nöt.</i>      |



Pag. 283.

Pag. 282. v. 3 . . . Pag. 284. v. 4.

22 *extra iocum*] *ohne Spaß*, serio, re vera.*eritis . . fieri*] *Ihr werden werdet*. Certe hoc futurum tempus satis indicatum est 'spero futurum quod eritis fieri'.24 *in merdro man. iacere*] *im kot liegen bleiben*. Non solum rustice, sed etiam acerbe Ortvinus scientiam 'in merdro iacere' scribit avunculus, cuius contrarium ille sibi persuaserat.25 *circa fontem*] Eum fontem puto h. l. indicari qui est ante ecclesiam cathedralē (*Dombrunnen*), de quo multa mirabilia adhuc narrantur.26 *in nocte*], noctu, *nächten*, *nächtlicher Weile*.*viderunt c. lum. extra dom.*] *haben mit Lichtern zum Haus hinaus gesehen*, luminibus accensis prospexerunt.28 *bona facta etc.*] sine ironia *henkenswerthe Streiche*.29 *unus poeta in Col.*] Hermannus comes Nuenarius puto, quamvis nunc, ubi Ortvinum Porquinum dixerit, indicare non possim: 'Epicuri de grege porcos' theologistas Colonienses idem appellat in Hutt. Opp. VI. p. 328<sup>25</sup>. et Hochstratum ibid. v. 37. 'Porcium, id est porcarium'. Glareanus (Hutt. Opp. I. p. 127<sup>13</sup>. 128<sup>12</sup>) Ortvinum 'Portuinum Gracchum' et 'Portuinum Græcum' appellavit; alii 'Ortum vino' nominabant, et similibus tum popularibus nominum detorsionibus ludificabant hominem.31 *hara*] s. ara, 'Sau-trog, -stall, -nusch, swin-trog, -stal, verher-stal, -steig'. Diefenb. Glossar. h. v. 'Hara suis' appellatur sordidus et impurus homo ap. Plaut. Mostell. I. 1, 39.32 *gratanter*] *zum Dank*, merita rependens, non, ut all. locc., 'lubenter, gratulando', neque 'gratis'. 'Gratanter, gratenter, *genemmelich, tangnemlich*'. Diefenb. Glossar. h. v.*finaliter . . orarem*] *schließlich . . möchte ich Euch bitten*.33 *fama . . fiat nota*] Hoc quoque est quod recte dicas *henkermäßiges Latein*.36 *habetis*] accepisti, quasi hereditatis iure tenes.37 *spurii etc.*] Hoc proverbium (nam aperte proverbium est) nescio unde originem habeat; fortasse ex ipsa Abrahæ filiorum Ismaelis et Isaaci filiis. Edmundus spurius ap. Shaksp. Lear I. 2. secum: „*Why bastard? wherefore base? . . . Why brand they us With base? with baseness? bastardy? base, base? Who in the lusty stealth of nature take More composition and fierce quality, Than doth within a dull, stale, tired bed Go to the creating a whole tribe of fops, Got 'tween asleep and wake? . .*“ Ad quem locum Warburtonus ex Vaninii tract. De admirandis naturæ. Paris. 1616. adnotavit: „O utinam extra legitimum et conubialem thorum essem procreatus! ita enim progenitores mei in venerem incaluissent ardentius, ac cumulatim affatimque generosa semina contulissent, e quibus ego formæ blanditiam et elegantiam, robustas corporis vires mentemque innubilem consequutus fuisset. At quia coniugatorum sum soboles, his orbatus sum bonis.“ Sed cf. etiam „diabolus non ita libenter committit se legitimis ut sicut spurii, qui sunt singulariter apti diabolo“ p. 291<sup>13</sup>sq., et nostrum *Teufelskind* pro eo cui cæca fortuna favet.

Pag. 284.

1 *lardare*] i. e. lardari. cf. ad 69<sup>16</sup>.4 *Quinta luna*] i. e. infaustus dies. Hutt. Deplor. v. 96. sq. (Opp. III. p. 406.) „ . . tu pessima quintæ Progenies Lunæ . . “ cf. in not. ad h. l. citt. Verg. georg. I. 277. „ . . quintam fuge etc.“ Hesiod. opp. et d. 800. sqq. „*Πέμπτης δ' ἐξάλεασθαι, ἐπει χαλεπαὶ τε καὶ αἰναί*“ *Ἐν πέμπτῃ γὰρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπο-*

Pag. 284.

λεύειν Ὀρκον γεινόμενον τὸν Ἑρῆς τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις. — Sane infaustius persecutoribus Reuchlini nihil accidit, quam hoc 'Epistolare Obscurorum Virorum'.

- 5 *solve nodum*] i. e. explica poemate velatam rerum veritatem, quid a quo contra quem quidque scriptum sit, recte intellege, — et videbis amplius, et videbis quam vera sit hæc tota comœdia.
- 6 *Impr. Rom. Curia*] Ut volumen primum quod nunc dicitur, i. e. edd. 1...3., (cf. ad 181 adnot.) Venetiis impressum fictum est, ita hoc alterum (ed. 4.) vel meliore iure Romanæ Curia adscribitur, unde magna epistolarum pars in ipsarum fine missa simulatur.

### [EPISTOLARVM O. V. NOVARVM APPENDIX.]

Sequentes octo epistolæ, 63...70. (nam Calvastrii epistola iam inter Croticas edd. 1...3. — vide supra p. 1...4. et 8 — prodierat) primum prodierunt a. 1517. in eo exemplo, quod Ind. edit. p. 7. sq. n. 5. descripsi. Auctorem sive auctores malis harum epistolarum quæ maiore ex parte quantum et argumento et scribendi genere a superioribus omnibus diversæ sint, omnino neglectum est, cum adhuc inexploratum fuisset, eas novarum O. V. epistolarum mantissam esse, difficile est ciere. Alsatum, Wimpelingi discipulum, sed qui Colonia quoque studuerat, auctorem esse epistolar. 63...65. 68 et 69., quæ omnes ex Alsaticis oppidis scriptæ finguntur, veri simillimum mihi videtur; epp. 66. 67., Romæ scriptas, et Heydelbergæ scriptam ep. 70. propius ad Huttenicas accedere dixerim, Hutteno autem eas non adscripserim. Neque Erasmus, quisnam huius appendicis auctor sit, cognitum habuisse videtur, nisi forte consulto ipsius nomen suppressit, cum de Maleoli epistola (70[8].) his verbis utatur „ni quidam addita epistola lectorem admonuisset, rem non esse seriam“. cf. infra ad 299<sup>17</sup>.

#### STEPHANVS CALVASTRIVS ORTVINO.

Cf. supra ad 29. sq.

#### EPISTOLA 63. [1]. IOANNES DE SCHWINFORDIA ORTVINO.

- 12 *Cuinam Ioanni Suenofurtensi*, hæc 'in oppido Suerßheim' data ep. adscribatur nescio. Præceptorem appellat Ortvinum eumque Daventriae docentem facit, qui tamen inde ab a. 1507. Coloniae docebat, et a quo 'nuper' de victoria contra Reuchlinum litteras accepisse scriptor renuntiat — quæ omnia parum inter se convenire videntur. Nisi illud 'Suerßheim' repugnaret, suspicari possis, ex Butzbachio (quasi *Wutzbach*, *Saubach* = suum rivus) factum esse Schwinfordensem (suum vadum), ut Piemontanus i. e. Miltenbergensis Ioannes Butzbachius derideretur, qui Daventriensis olim discipulus in hac ipsa epistola inter acerrimos Antiwimpelingianos laudatur, sed cum ea componeretur, prior cœnobitarum ord. s. Benedicti ad Lacum fuit. cf. supra ad 40<sup>18</sup>.
- 16 *in Daventria*] Immo, Coloniae. cf. præc. not. et Ind. biogr. p. 381. art. Gratius.
- 19 *de victoria . . contra R.*] d. 10. Febr. a. 1514. obtenta? mandatum de super-sedendo d. 2. Iul. a. 1516. impetratum indicari putaverim. Pertinet huc epistola Bernardi Adelmanni ad Pirckheimerum data in die assumpt. virginis a. 1516. (ap. Heumann. Docc. litt. p. 146) hæc: „S. Scripsi tibi nuper de victoria Reuchlini, verum interim supervenere literæ, quibus scribitur viginti

Pag. 284.

Pag. 284. v. 5 . . . Pag. 285. v. 16.

sex ad ferendam in ea causa sententiam a Pont. Max. deputatos fuisse, ac cum tempus ferendi sententiam instaret, XVIII pro Reuchlin vota dedisse, reliquos vero contra eum sensisse, et antequam sententia propalaretur, supervenisse Silvestrum de Prierio, magistrum palatii ordinis prædicatorum (quem scribunt esse hominem malum, conscientiae nullius inquietique ingenii) atque mandatum de supersedendo a Pont. attulisse; Cardinalem vero Adrianum ac Surentinum rem ad Pontificem detulisse proque sententia ferenda sollicitasse. Surentinus vero, et homo, ut audio, doctus et summus Reuchlini fautor, interim obiit, malo, ut timeo, omine. Ita rem aiunt actam, quod te latere nolui. Scribo enim ea ut audio, nec aliud certi habui. Erasmus tuum tibi remitto. Vale. Velociter in die Assumptionis virginis. Ao. MDXVI.“

21 *deifice*] i. e. divinitus, divina gratia. cf. Diefenb. Glossar. vv. *deifice*, *deificus*. (Non a ‘deum facere’ sed ab eo quod a deo fit.)

22 *papa imposuit sibi sil.*] i. e. Reuchlino, sed pariter etiam Hochstraticis: Peperic. Def. p. 168<sup>6</sup>. „nam imperator . . et summus pontifex . . non nobis solum duobus, sed omnibus in genere silentium ad iusticiae executionem imposuere“ cf. Consp. chronol. æstat. a. 1516.

23 *ne deterius sibi*] ne det. tibi etc. Ioann. v. 14.

24 *mirabiliter*] i. e. lingua Germaniæ superioris, *oberdeutsch*, ‘Theutonicum superioristicum’ p. 107<sup>29</sup>.

Pag. 285.

1 *non potuerunt intelligere*] Cf. Pepericorni Defens. p. 107, 23. sqq. 142, 23. sqq.

3 *scriptura*] Matth. iii. 9. Luc. iii. 8.

5 *quam . . . prophetiæ*] cf. ad 212<sup>20</sup> sq.

6 *vos melius scitis*] Cf. ad 20<sup>27</sup>.

9 *fecerunt nov. facultatem*] poetarum. cf. p. 37<sup>34</sup>.

11 *non curant amplius etc.*] Iam sæc. xv. exeunte boni præceptores, ut Hegius, Agricola, Dringenbergius, alii, perversam litterarum elementa docendi methodum derelinquere ceperant, deinde illorum discipuli, Celtis et Wimphelingius, Cæsarius et Buschius, Suevi Bebelius et Henrichmannus, Vadianus et Gla-reanus, et alii multi, quorum nomina magnam partem etiam in Reuchlinistarum numerum relata passim nobis obviam facta sunt, meliori viæ sternendæ diligentem felicemque operam dederant, sed per plura sæcula inveterata consuetudo paucis decenniis non aboletur, neque novissimum est Lutheri simile illorum ‘non curantium amplius facultatem artisticam’ de docendi discendique modo iudicium, quod a. 1524. in libello *An die Bürgermeister und Rathsherren allerlei Städte in deutschen Landen* publicavit.

13 *seducunt etc.*] Sic e contrario Buschius seducit supposita cum sua poetria, p. 257<sup>17</sup>.

16 *Tarteretus*] Petrus Tartaretus, Parisiensis Scotista. cf. Ind. biogr. p. 483. art. Tartaretus.

*Versor*] Ioannes, item Paris. doctor, qui Coloniæ quoque docuit. cf. ibid. p. 495. art. Versor et p. 393. sq. art. Hispanus, Petr.

*Perversor*] Præversor nonnullæ edd., sive temere sive neglegenter: præcedens Versoris nomen scriptori in memoriam revocasse videtur locum Reuchlinianæ defensionis (Tub. 1513. p. Eijj<sup>6</sup>): Quid igitur tuba canat iste bonarum artium perversor, volui professor, Ortwinus Coloniensis versifex, metrifex, immo fex omnis sceleris et perfidiæ.

*Buridanus*] Ioannes, „qui invenit viam modernorum“. cf. Ind. biogr. p. 320. sq. art. Buridanus.

Pag. 285.

- 17 *Bruzellensis*] Georg., nominalista Paris. sæc. xv. cf. Ind. biogr. p. 320. h. art. et p. 393. sq. art. Hispanus, Petr.
- 18 *simpl. stud. aut corn.*] i. e. cui modo in beanii depositione cornua desecta sunt. cf. Ind. biogr. p. 305. sq. art. Beanus. Hodie diceretur *cin crasser Fuchs*.
- 21 *ante unum*] *vor Einem*; magister de se suiue similibus loquitur.  
*tangunt birretum*] cf. p. 5<sup>1</sup>.  
*sicut moris est*] i. e. quam reverentiam debent magistris.
- 22 *domum scis bene*] lupanar.  
*Consequentias Marsilii*] cf. Ind. biogr. pag. 412. art. Marsilius. Primus Heidelb. univ. rector fuit.
- 23 *Suppositiones*] De his etiam Petrus Hispanus inter terminorum proprietates fusius tractavit lib. vii. Summularum (cf. Prantl Gesch. d. Log. III. p. 51. sqq.), seorsum autem 'Suppositiones' publicatas esse nescio.
- Parva logicalia*] cf. cit. art. Hispanus, Petrus.
- 24 *formales*] cf. ad 258<sup>17</sup>. et p. 47<sup>4</sup>.  
*apparere*] *sich sehen (hören) lassen, auftreten*. disputare et licitum et iniunctum erat non nisi eis qui in formalibus iam compleverant.
- 25 *Wimphelingius*] Iam ad propositum et caput totius huius dictaminis venit auctor, i. e. ad similem Dominicanorum contra Reuchlinum gestæ causæ fidei Wimphelingo ab Augustinensibus motam controversiam, quod is, horribile dictu, sanctum Augustinum cucullatum monachum fuisse negasset. Rectius fortasse quam 'medius Reuchlinista' Wimphelingus 'medius Reuchlinus' dicendus erat. cf. Ind. biogr. p. 503. sq. art. Wimpheling.
- 27 *Langium*] cf. Ind. biogr. p. 403. sq. hunc art.
- 28 *libro . . de integr.*] De hoc Wimphelingiano libello, quem primum „Ioannes Knoblauch Cuius Argentineñ. | ex Archytypo impimebat Anno quingen[tesimo] q[uinto] supra millesimū. iij. non. Mar. |“ 4<sup>o</sup>. et iterum a. 1506. (cf. ad 286<sup>11</sup>) edidit vid. (Rieggeri) Amoenitt. lit. Friburg. 1779. 8<sup>o</sup>. p. 240...255. Huius libelli novissima capita (ed. 1505. p. 45<sup>a</sup>... 44<sup>a</sup>, ed. 1506. p. Eij<sup>b</sup>... Gij<sup>b</sup>) hæc sunt: „Augustinum neque fratrem neque monachum cuculla indutum unquam fuisse Ca. xxxi.“, „In quo enervantur iacula blatterantium monachum fuisse Augustinum. Ca. xxxij.“, „Capitulum xxxij. In quo ostenditur falsum et fictum esse hoc proverbium: Scientia latet in cucullis excludendo seculares.“ „Maximos et profundissimos theologos fuisse seculares nulla unquam cuculla indutos Ca. xxxij.“, ubi inter theologos seculares primum locum obtinent Moyses et Christus, novissimum Petrus tartareti, Alexander de ales. Alii ad hanc controversiam pertinentes Wimphelingi libelli sunt: Appologetica declaratio | wimphelingij in libellum suū de integritate: de eo. An sanctus Augustinus fuerit monachus. Cum epistolio Thome | Volphij iunioris. | s. l. et a. 4<sup>o</sup>. (Amoen. Friburg. p. 260... 263.); Epistola ad Iulium II. summum pontificem. etc. a. 1506. 4<sup>o</sup>. (Am. Frib. p. 281. sq.); Ad Iulium II. P. M. querulosa excusatio Iac. Wimphelingii, ad instantiam fratrum Augustinensium ad curiam Romanam citati: ut propria in persona ibidem compareat: propterea quod scripsit, divum Augustinum non fuisse monachum vel fratrem mendicantem. s. l. et a. 4<sup>o</sup>. (Am. Frib. p. 285...289). Item huc pertinet „De vita et miraculis Ioa. Gerson; defensio Wimphelingii pro diuo Ioa. Gerson et clero seculari, qui in libro (cui titulus supplementum coelifodinæ) graviter taxati sunt et reprehensi. s. l. et a. (Am. Fr. p. 278...281).“ et „Contra quendam qui se Franciscum Schatzer appellat, complicesque suos expurgatio Iac. Wimphelingi. s. l. a. 1506. 4<sup>o</sup>. (Am.

Pag. 285.

Pag. 285. vv. 17...28.

Frib. p. 281...283).“ In eo quoque hæc lis cum Reuchliniana ‘causa fidei’ similitudinem habet, quod uterque monachorum adversarius cum moreretur, aperte neque vicisset neque victus esset, quamvis Iulius PP. II. Wimpfelingum sua ipsius voce a litibus absolverit et calumniatoribus silentium indixerit (cf. Erasmi epp. Ind. biogr. art. Wimpfeling. p. 507. repetitas); „sed data opera (Rieggeri Am. Fr. p. 262. verba sunt) et omnium accuratissime argumentum isthoc pertractavit, atque Augustinum monachorum patrem fuisse, ac eremiticam vitam duxisse, ostendere adnissus est ordinis eremiti. s. Augustini decus . . Io. Laur. Berti in comm. de reb. gest. S. August. c. 23...42. Venet. 1756. 4<sup>o</sup>. — Trithemii orationem de XII excidiis, quam Fabric. bibl. med. ævi. Hamb. 1735. 8<sup>o</sup>. IV. 467. inter inedita opuscula recenset, Moguntiae a. 1496. 4<sup>o</sup>. prodiit: Hain. n. 15637. „Oratio (domini Ioannis tritemii abb. spanhem.) de duodecim excidiis observantiæ regularis, habita in caplo annali in monasterio Reinhartzbornensi in hircynia sylva v. kal. sept. a. d. m. cccc. xcvi.“ sed neque hæc oratio, neque de scriptorib. eccl. aliusve Trithemii libellus Wimpfelingum, ut multorum sanctorum doctorumque hominum monachatum negaret, inpulit, neque id ‘contra Tritemium’ fecisse (p. 286<sup>30</sup>) verum est. Ipse cap. 31. cit. „ostendam“ inquit „tibi Augustinum neque fratrem ex mendicantibus, neque cuiuscunque ordinis monachum, neque cucullatum, sed neque heremitam unquam fuisse. et id facturum sum ob hanc causam, quod sunt huius seculi prudentes, qui cum eis ad morum et vitæ suæ reprehensionem cuiuspiam theologi, qui alicuius ordinis fuit, auctoritas adducitur, mox irrident clamitantque cum cachinno: Quid nobis et [l. cum] illi fraticello sive monacho? ha monachus fuit, ha frater fuit. Hæc his auribus plus semel audiui.“ Non nisi in fine libelli de integr. (ed. 1505. 4<sup>o</sup>. p. 34) Trithemium memorat sic: „Nec me movet liber de ecclesiasticis scriptoribus, in cuius locis innumeris erratum esse, ad oculum demonstrare possem, si non illius auctori admodum mihi caro deferendum arbitrarer, qui vel mendosus titulus [i. e. librorum inscriptionibus], vel a variis fraticellis multos scriptores ex ordine suo fuisse, cum non fuerint, falso iactantibus facile persuasus falli potuit atque seduci.“ Et non solum post editum sed ante acceptum lib. de integr. Trithemius Wimpfelingo „ex Budori [Heidelb.] d. 31. Iul. a. 1506.“ scripsit amicissime (Trith. Opp. Ff. 1601. fol. part. II. p. 492. sq.), sed etiam post acceptum illum librum „ex monasterio meo iuxta Herbolopolim 27. m. Iul. a. 1507.“ (Opp. citt. p. 550. et Amoenitt. Frib. in Add. post p. 409.): „Tribulationibus quas pateris, ex corde fidelissimo compatio, et si quid me posse pro tua pace existimas, fac sciam, moxque paratum ad omnia invenies. Confide in domino Iesu et ambula in via veritatis. Unum hoc solum te moneo, promptulus ne sies in antea negotiis et rebus [te] occupare claustraliū: quia quod extra te et conditionem status tui, nihil ad te. Quid enim ad te Augustinus cucullatus fuerit an togatus? Scripsisti in libello illo tuo de integritate, Bedam non fuisse monachum et plerosque alios, quos ego inter monachos computaverim in libro de scr. eccless., quod nisi mihi deferres amico, te facile probaturum polliceris. Congrediamur inter nos si placet: quos ego monachos scripsi, et Bedam maxime, tu monachos non extitisse minime docebis. Videris mihi non satis transacti temporis perlustrasse historias, qui Bedam fuisse monachum ignoras. Sed ego tibi parcendum duxi, quem fratrum eremitarum s. Augustini vexationibus plus quam satis tribulatum intelligo ...“.

Pag. 285.

29 *aliū lib. contra etc.*] cf. Ind. biogr. p. 403. sq. art. Langius. Hic ipse se 'iussu ac instinctu', 'hortatu ac instantia' Trithemii 'quodam bipertito ad omnium claustralium defensionem respondisse [Wimpheling] opusculo' scripsit, et Butzbachius (a. 1509.) de Langio 'duos *edidit* libellos *etc.*' testatus est. Sed Schwinfordiensis noster scribit (p. 287<sup>10</sup>) „mitto vobis hunc librum, quem debetis facere impressare“. Equidem an, ubi loci et quo tempore in publicum prodierit Langianum opusculum, adhuc frustra quæsivi. quod id in capitulo sive synodo Reinhartzbornensi [Reinhardsbrunn in ducatu Gothano, ubi tum celebre Benedictinorum monasterium fuit] a. 1509. approbatum dicitur, non probat tum typis exscriptum fuisse: nam et alia ad hanc disputationem pertinentes libelli, quorum in hac epistola mentio fit, non nisi in scriptis exemplaribus circumferebantur.

33 *tanta lat. in monachis*] Iam ante libellum de integritate Wimphelingus ediderat Epistolam de inepta et superflua verborum resolutione in cancellis etc. s. l. et a. 4<sup>o</sup>. (Amoenitt. Frib. p. 224...228), et in prioribus quoque libellis, ut in *Elegantiarum medulla* (Am. Fr. p. 180. sq.) et præcipue in *Isidoneo Germanico* (Am. Fr. p. 185. sq.) contra barbaram clericorum linguam scripserat. Sed in eodem *Isidoneo* etiam multa Alexandri præcepta comprobant, alia reprobant.

34 *superexcellenscat*] Hoc sane est 'superexcessivum, *unübertreffentlich*'.  
*una nota altius*] *eine Note zu hoch*, vox iusto altior.

36 *rimatice*] *gereimt*. Scriptori plane idem est quod 'poetice'.

*omnis scientia est in cuculla*] Hunc plurimorum monachorum articulum fidei hæretice (p. 287<sup>37</sup>) negaverat Wimphelingus c. 33. cf. supra ad v. 28.

38 *regul. grammaticales*] cf. Ind. biogr. p. 367. art. Exercitium puerorum.

39 *Donatum*] cf. Ind. biogr. p. 358. hunc art.

*Petr. Hisp.*] cf. ibid. p. 393. sq. art. Hispanus.

*Phisicor. etc.*] Aristotelis.

40 *commerdaverunt*] Lusus pro 'commentaverunt' i. e. commentati sunt (non pro 'commendaverunt').

Pag. 286.

2 *cucullatis*] cf. supra ep. I. 2.

7 *superexcellenter .. scientiam*] „Dic obsecro mihi, benignissime frater, scientia unde in mendicantes transferatur? a loco, a cuculla, an a studio? Si locus in eis scientiam parit, cur non muli, equi et asini intra vestrorum monasteriorum septa quandoque depasti Latini rhetores et dialectici iam dudum evaserunt? Cuculla si ruditatem adimit et scientiam infundit, ex quo cucullæ fiunt, purpura et serico longe pretiosior esset. Si contendis et oblatras, studium florere vestris in coenobiis, profecto non in omnibus tu ipse fatebere...“  
Wimpheling. de vita et mirac. Ioa. Gerson. ap. (Riegg.) Amoen. Friburg. p. 279.

8 *iuvate*] c. dat. ut infra v. 16. Cf. ind. verbor. p. 217. art. Iuvare.

11 *qui sunt in Arg.*] In sequentibus neque omnes Argentoratensis litterariæ sodalitatis socii, neque omnes qui alteri Wimphelingiani libelli de integritate editioni adensationis testificandi causa epistolia carminave adiecerunt, enumerantur. Epistolia scripserunt Pallas [Spangel] Theologus (Ex Heidelberg.), Georgius Zingel theologus canonicus Eystetensis (Ex Ingolftadio.), Ioannes Romanus vtriusq. iuris doctor (Idibus nouembris Anno etc. quinto.), Henricus bebelius poeta (Tubinge.), Beatus Rhenanus Slettfatinus (Ex Parisijs octauo kalendas octobris.), Rudigerus (Ex Dumetis.); carmina adiecta sunt

Pag. 286.

Pag. 285. v. 29 . . . Pag. 286. v. 39.

„Endecasyllabū Phalēticū Ioānis Efticāpiani Lufacij Poetę laureati in simplicissimam libelli de integritate Iacobi Wimpelingij dotiffimi hominis cōmendationem, Ioannes gallinarij Endecasyllabicon ad lectorem“ et quę in prima quoque editione legitur „De cōcubinis acquirēdis hanc Keyferbergij sentētiā Ioānis Adelphi & Iacobi Ruthgeri Argentineñ. precibus Gallinarius in versus redegit“. post hos 4 versus Latinos sequitur „Rithmus octo-casyllabicus. | *Ein frau man bald gefesselt hat | Vuye ledig iverst ich gyb dyr rat | Beschlus dyn gelt auch brot vnd iwin | By dyre lang keyn frau mag fyn.*“ Finit sic: „Ioannes knoblouchus Cuius Ar-gentinēsis ex Archetypo denuo | imprimebat. Anno quingentesi-mosesto supra millesimū. xi. kalendas Nouembris.“ Ipsa repetitę editionis inscriptio hęc est: „*Jacobi Wimpelingi | De integritate Libellus cum epistolis | p̄stantissimorū virorū hunc libellum approbantium | & confirmantium. | Ringmanni Philefij Iambi-cum ad ephętos.*“ cuius carminis 12 versuum litterę primę sunt *AVMPERELIVOR*. Descripserunt hanc 2. editionem etiam Freytag Appar. litt. I. p. 167...170. (Rieger) Amœnn. Friburg. p. 254. sq.

- 12 *Sturmius*] Ad hunc Wimpelingus scripsit librum de integritate. cf. Ind. biogr. p. 480. art. Sturm. et p. 288<sup>16</sup>.

et] pro 'et est'.

*Ottom. Luscinus*] *Nachtigall*. cf. Ind. biogr. p. 408. sq. art. Luscinus et 288<sup>16</sup>.

- 13 *allegare etc.*] *Extra* (X.) i. e. extra Decretum, Gregorii PP. IX. decretales; Digestis (. ff., ut supra p. 185<sup>21</sup>. 217<sup>12</sup>.) i. e. in Digestis sive Pandectis Iustiniani, quę pręcipuam Corporis iuris civilis q. v. partem esse nemo nescit. Biblia etiam non obscuri viri, e. gr. ipsi summi pontifices et ipse Lutherus, pro sing. fem. usi sunt.

- 14 *Parrhisia*] matre omnium scientiarum. cf. ad 34<sup>15</sup>.

- 15 *Batodius* . . *Ruserus* . . *Sapidus*] cf. hos artt. Ind. biogr. multi alii] cf. ad v. 11. adnot.

- 17 *ille Paulus*] Langius. cf. Ind. biogr. p. 403. sq. h. art.

- 20 *litera* . . . *Tungerßh.*] Cf. ibid. p. 359. art. Dungersheim.

- 22 *Hieronymus*] ad Rusticum monachum (a. 411.) ep. cxxv. 11. (ed. Martian. l. p. 939.): „Nunquam de manu et oculis tuis recedat liber, discatur Psalterium ad verbum; oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens.“

- 28 *uno discipulo*] fortasse 'Ioanne Schutzio, fidelissimo meo contra bonos Augustinianos defensore'. Wimpeling in Expurg. contra detractores. cf. Ind. biogr. p. 506. art. Wimpeling.

- 30 *contra Tritem.*] Immo, cf. ad 285<sup>28</sup> adnott.

- 33 *distinguo de*] Hęc inter monachos distinctio quandam similitudinem cum Wimpelingiana ad superiorem v. 7. prolata habet. Ad hunc locum delectamento esse potest „Ioannis Physiophili Specimen Monachologię methodo Linnaeana tabulis tribus aeneis illustratum etc. Aug. Vind., sumtibus P. Aloysis Merz, concionatoris ecclesię cathedralis. 1783.“ 4<sup>o</sup>.

- 38 *quia*] i. e. quod sequitur, ad probandum id quod pręmissum est, monachos avaros luxuriososque esse, enarratur.

- 39 *unus magnus abbas*] Aperte de quodam abbate Schönaugiensi sermo est: sub eius enim inspectione fuit collegium Iacobiticum a. 1389. a Ruperto I. extra muros Heidelbergenses ad superiorem portam Nicri sub ipsa aula conditum, a. 1394. universitati incorporatum; a. 1516. a Schönaugiensibus fratribus ord.

Pag. 286.

Cisterc. desertum. cf. *Hautz Gesch. der Univ. Hdlbg.* 1864. I. p. 184. sqq. Anno 1495. Nicolaus I. fuit abbas Schönaugiensis, a. 1520. Iacobus abdicavit sese sec. *Widder Beschr. der Kurfürstl. Pfalz. Ff. u. Lpz.* 1786. I. p. 349. Totus hic locus referendus est ad Philippi comitis Palatini, Sinceri cognominati, universitatis litt. Heidelbergensis reformandæ conatus, de quibus Wimpelingus (cf. h. art. a verbis „Spiram vix reversus etc.) ad a. 1498. locutus est.

40 recte . . . *præparare]* einen recht guten (i. e. schlimmen) Brei einrühren, difficultates movere, in molestias sollicitudinesque ducere.

Pag. 287.

3 unus poeta] Non Rudolphus Agricola (*Hausmann*), qui a. 1483. Heidelbergam accersitus iam a. 1485. erat; nec Celtis, qui eo tempore Heidelbergæ non morabatur: sed aut Reuchlinus, qui annis 1496...1499. Heidelbergæ docebat, aut Wimpelingus, a. 1498. ad regentium et artium facultatem rursus receptus.

4 novum latine] i. e. ut p. 12<sup>11</sup>.

5 cito . . . accipere] sensit demum rem sibi periculosam esse, molestissimam fore, da merkte er bald, was der Spaß für ein Ende nehmen wolle.

7 tunc . . . simias] da käm' ich schön unter sie wie ein feister Esel unter die Affen. Asinorum stupiditas, tarditas atque indocilitas, simiarumque imitandi facultas, agilitas atque docilitas in proverbio sunt. Ceterum hanc ipsam proverbii formam alibi me legere vel audire non memini.

8 distinctio . . . concludere] Tripartitionem spernit, vult maiorem ac minorem, ex quibus conclusio fiat.

10 mitto . . . impressare] cf. ad proxime sup. v. 29. adnot. et sequentis paginæ v. 1.

12 erit in meta] i. e. Wimpelingus plane refutatus erit, qui in lib. de integritate inter theologos seculares post Moysen Christum, summam theologorum gloriam, et Iacobum ac Petrum, Ioannem, Iudam et Paulum principales enumeraverat.

14 secundum sub et supra] In allegando scholastici glossatoresque locos supra iam indicatos positosve per 'supra', inferiores per 'sub' sive 'infra' designabant. 'auctoritates allegare' debebat doctus scriptor aut disputator. cf. Ind. verbor. p. 161. art. Allegare.

17 rebellare] cf. ad 277<sup>17</sup>.

18 scelerat. caupones] Caupones non solum peccatorum arguit labiorum Ecclesiastic. xxvi. 28., sed edictum quoque prætoris curam egit 'reprimendæ improbitatis hoc genus hominum': Ulpian. L. 3. § 1. Dig. Nautæ caupones IV. 9. Et Horatio quoque caupo est perfidus; idemque caupones cum malignis confert. Noster vero simul ad Wigandum Cauponem i. e. Wirt adludere videtur.

19 Chr. fuisse etc.] huiusmodi disceptationes tum non stupendæ visæ sunt. Disputabant etiam, utrum Christus sub forma cucurbitæ aut mulieris aut asini in mundum venire et quomodo tali forma indutus prædicare miraculaque facere potuisset, et multa his non meliora. cf. *Hagen Deutschl. literar. Verhältn.* Erlang. 1841. I. p. 31. *Hautz Gesch. d. Univ. Hdlb.* I. p. 348.

portentosum . . . bestiam] In Physiophili Monachologia est hæc monachi definitio: „Animal anthropomorphum; cucullatum, noctu ciulans; sitiens“; descriptio autem hæc: „Corpus Monachi bipes, erectum, dorso incurvato, capite depresso, semper cucullatum et undequaque vestitum, si in speciebus quibusdam caput, pedes, anum, manusque nudas excipias. Ceterum: animal avaram, foetidum, immundum, siticulosum, iners, inediam potius tolerans quam



Pag. 287.

Pag. 286. v. 40 ... Pag. 287. v. 35.

laborem ... Vivunt e rapina et quæstu; Mundum sui tantum causa creatum esse prædicant ... hostem ex insidiis aggrediuntur ...“.

20 *super me protestavit*] ut p. 16<sup>o</sup>. „protestavi coram omnes“.

*ita perterritus etc.*] Naturalem repentini terroris effectum nimis naturaliter describit.

21 *prætenebant*] Immo, prætegebant, *zuhlitten*.

22 *erunt ... scientia*] plane confusi (refutati) erunt eius (Langi) doctissimis scriptis, non *mit ihrer Gelehrsamkeit*.

26 *non stetit in al. univ.*] Ipse tamen Langius Cracoviæ litterarum studiis se incubuisse scripsit. cf. Ind. biogr. art. Langius.

27 *bene valet*] *ist reichlich so viel werth, so gelehrt, als —*.

28 *Murner*] De huius sermone de Christo monacho alibi me legere non memini; sed ipse Murnerus personatus (in Murnaro Leviathan p. A4. sq.) de se ad Weddelum: „... reducis mihi in mentem multas tragœdias, quas ubique locorum ac gentium movi meis declamationibus ... Primum a Francofordia pulsus sum magno cum dedecore, cum Wigando Hessio prædicatorii ordinis, divæ virginis temerari, cuius exilii causam iccirco non refero, quod hanc iam multis annis tenes. Ea seditione excitata veni Argentoratum, ubi negotium feci viris probis et optimis, Sebastiano Brantto et Iacobo Wimpelingo, nec non et toti cohorti huic cohærenti, doctis inquam qui tum florebant Argentorati, quod vel invitatus cogor asserere. Utcunque tamen, subactus sum atque prostratus non sine magno meo malo. Extant de ea tragœdia plures epistolæ eruditorum et Germanicæ libertatis defensorum Iacobi Wimpelingi [cf. Amœnn. lit. Friburg. p. 207. sq.], quibus multis retro sæculis sciatur qualis fuerit Murnarus. Coactus sum ius meum concedere adversariis, quod tamen nullum fuerat ... Deiectus itaque perveni Friburgum, illic contumeliosa quædam protuli in Christum et sanctum dei parentem Mariam. De Christo aiebam hæc verba *Do man in nun her vom crütz gethon, do kundten sie den Schelmen nit begraben, dan die nacht fiel zuher, vnd ward die zeit zu kurtz ... Do giengen sie dar, vnd warffen den Schelmen über den zaun, vnd liessen in ligen, in dem do kam er hinnoeg, wist niemant nit wo hin*, et cætera his similia. Virginem autem vocavi *ein Metzen, oder ein Madunnen*, vocabulo quodam inusitato et non minus etiam turpi. Quo factum, ut eo loci hæreticus sim pronunciatus, qui Christum non crederem fuisse sepultum ... Profligatus itaque a Friburgo concessi Treverim ...“.

35. sq. Novus, e Berna quæsitus Franciscus ipse probat, quanta fides monachis habenda sit. Quattuor Bernenses hæresiarchæ prædicatorii ordinis ex sartore Ietzero quinque vulnera ei infligendo novum Franciscum fecerant a. 1508. cf. Ind. biogr. art. Bernense scelus. *History Von den fier ketzren* 1521. 4<sup>o</sup>. p. 611j:

*Die falsch Maria do zu handt Liefß do sye ir gesellen fundt,  
Sye sprach, ich habs wol practiciert Das alle sachen concordiert,  
Die Barfuß werdents nymmer lachen Ich wil in ein Franciscum machen,  
Es rympt sich alles vñ fügt sich schon Das wir die wunden vnderston  
Dem Conuersen vñ brüder geben . . . . .  
Wann man nun merckt das aber ich Dem nollhart hab die wunden gemacht  
So wirt man nym so grosse acht Vff sanct Franciscum haben mee  
Als dann beschehen ist vor ee So in vnserm heiligen orden  
Ein nollhart auch verwundt ist worden.*

Pag. 287.

tum fol. 5. narratur *Wie sye ein tranck durch zauberey gemacht dem brüder jn gaben, d3 er von allen seinen sinnen kam, vnd jm Fünff wunden etzten*; p. 6<sup>b</sup>: *Wie die fier ketzer den brüder überredten, das er worlich die fünff wunden Christi trüg, vnd gott vil wunderzeichen durch in würcken wolt.*

37 *hereticus*] Eius modi hæretici non solum ipse Iulius PP. II. (cf. art. Wimpheling) et qui p. 288. vv. 15...17. nominantur, fuerunt, sed et a Schwinfordiensi non nominati complures doctissimi viri, Wolfius, Zasius, alii. cf. ad 286<sup>11</sup> adnot. Thomæ Wolfii iun. ad Iac. Wimphelingum ep. data „*Argentinae cursum ex ædibus nostris Pridie Kalen. Augusti an. MDV.*“ (ex Wimphelingi libello ‘*Apologetica declaratio in libellum suum de integritate*’. (Rieggeri) Amoenitt. lit. Friburg. p. 260. sq.) sic habet:

„Mirari satis non possum, Wimphelingæ amicissime, quorundam monachorum audaciam, qui te veluti hæreticum criminari contendunt, quod in tuo de integritate libello quædam in medium adducis, quibus coniicere suspicarique licet, divum Augustinum nec cuculla indutum, nec professione fuisse monachum: quod est cur id genus hominum tantopere debacchetur, insaniat, sæviat, exandescat, minas inculcet, cœlum clamet et maria, quid obsecro hæc faciunt ad fidei nostræ religionisque Christianæ tutamen? nec ideo sanctiores ætate nostra sunt monachi, quod Augustinus monachus fuerit, nec rursus deteriores, si non fuerit. Si enim monachi propter Augustinum sunt honorabiles, nos quod seculares sacerdotes vocamur, merito honoratiores sumus propter Christum et Petrum. Ad Augustinum redeo, cuius libri ab eruditissimis non laudantur nec ideo expetuntur, quod fuerit vel non fuerit monachus, verum ob id unum probantur, quod eis multiingis doctrina inest, quod variarum rerum eruditione resplendent, quod summa eloquentia, summo dicendi nitore splendent: Platonem non commendat, quod Atheniensis fuerit, sed quod publicum sapientiæ munus illuxerit; sic et ipsum Augustinum aut alium quempiam ex cohorte sanctorum hominum ipsa cuculla aut vile pallium non commendat nec venerabilem reddit, sed boni mores, vita casta et integra, vita sine crimine, sine sorde, sine macula. Cur igitur in te virum optimum ob hæc levia dentes acciunt minaces illos et truculentos? Esto, vocent te in ius, tentent Romæ iniuriarum actionem, Pontifex maximus et Romani iudices causa cognita in risum solvantur, quando intelligent ita apud nos otiosos esse monachos, ut vel sola Augustini cuculla possit illos ad mille lites et mille certamina provocare. Valeant qui de te male sentiunt, valeant qui de cuculla Augustini magis quam de ipso Augustino sunt solliciti. Crede mihi, nemo te unquam impune læserit: habes tot amicos, tot egregios discipulos et eruditione et ætate et divitiis florentes, qui te nedum vivum et in humanis nunc innocentissime agentem, sed et vita defunctum scriptis suis luculentissimis, si opus fuerit, defendent tutabunturque. Tu felix esto, virulentorum morsus non te conturbant, sed fac quod facis, Deum dilige.“ — „Udalricus Zasius legum doctor Iac. Wimphelingo. S. Esto, Iacobe, quietus, pugnari contra te potest, expugnare te nemo potest. Homo emeritus es, qui pulverem literarium laudatissime desudasti, Germanos nostramque ætatem tuis institutionibus fecundasti: habes qui pro te certent, non tam innumerabiles doctos, quam illam ipsam veritatem, quæ te vel tacente prædicabit et tuum de integritate opus fuisse et esse optimum. Noli ad quemcunque ventum inquietari, nugivendi, qui nil didicerunt nisi convitia, tanti a te habeantur, quanti satellites isti a Socrate: tu verberones istos perinde ac muscas a te pellito. Vale ex Fri-

Pag. 287. <sup>1</sup>

Pag. 287. v. 37 ... Pag. 288. v. 24.

burgo." [a. 1506.] (Hanc epist. repetiit Rieggerus in Zasii Epp. Frib. 1774. 8<sup>o</sup>. II. p. 385.)

37 *alii qui condemnati sunt*] Et hoc mendacium est: in Parrhisia etc. solus Reuchlinus sive potius eius Speculum oculare condemnatus est. cf. Consp. chronol. ad annos 1513. et seq.

Pag. 288.

1 *ut velitis etc.*] i. e. quando facitis impressare librum Langianum. p. 287<sup>10</sup>.

9 *cucullatulis*] blande pro cucullatis.

10 *Eberh. de Campis*] a patrio oppido cognominatus prior monasterii s. Matthiae prope Treviros. cf. Ind. biogr. p. 335. art. Campis. — Quod Ziegelbauerus (Hist. rei lit. ord. s. Benedicti. Aug. Vind. et Herbip. 1754. fol. part. I. p. 413.) Trithemium directorem et Eberhardum de Campis, Ioannem Butzbachium, Iacobum Siberti sodales eius societatis litterariae, cuius princeps Dalburgius Wormatiensis episcopus fuit, i. e. Rhenanae, fuisse scripsit, id certe non ex Burckhardi, quem laudat, Comm. de L. L. fatis II. p. 403., nihil eiusmodi dicentis, probari potest, sed narratio fortasse ex hoc Schwinfordiensi carmine male intellecto originem cepit.

11 *Volzius Paulus*] Paulus Volzius, abbas Hugonis villae, sodalitatis litt. Sletstad. socius. cf. Ind. biogr. p. 497. art. Volzius.

*Schurerius*] Matthias, Argentinensis, qui est pinguis socius. p. 49<sup>14</sup>. 201. v. 107. cf. ibid. p. 465. art. Schurerius.

12 *Ioh. Piemont*] i. e. Miltenbergensis Ioa. Butzbach, prior monast. Lacensis, de quo Ind. biogr. pag. 437. sqq. longiorem artic. Piemont, non quasi ille inter aequales emineret, scripsimus, sed quia apud nos opera viri aliunde fere incogniti manu scripta servantur, e quibus in hac epistola ad libellum respicitur cui inscriptum est 'Clipeus in deliramenta Ja. Wÿphelingii ad F(ratrem) G(erardum) Baldewin) p J(oannem). p(iemontanum). editus'.

*Siberti Iacobus*] Iac. Siberti, item monachus Lacensis, dignitate, ingenio ac doctrina vel Piemontano inferior. cf. Ind. biogr. p. 467. art. Siberti.

*Rotger Sicamber*] Trithemii amicus. cf. ibid. p. 460. sq. art. Rotger.

15...17 *Bebelius ... Sapidus*] de quibus ibid. peculiaribus articulis dictum est.

17 *Guidaque Bathodius*] i. e. (Ioannes) Guida et (Lucas) Bathodius. cf. ibid. hos artt.

18 *dicere Gukuck*] Cuculus sua voce quis et ubi sit se prodit, et infantes sese occultantes videri cupidi vocitant *kuckkuck* sive *guckguck* (vide vide), *wo bin ich?*

19 *in sacco conclusi*] pedem ii proferre, progredi non possunt. Similiter de eo qui argumentis oppositis refutatus est, ut nihil contra proferre possit, dicimus *in die Enge getrieben sein, nicht mehr weiter können*. Et in proverbio est *in den Sack hinein und wieder heraus disputieren*.

23 *promoveo vos*] Exegisse se Gratio monumentum aere perennius praedicat modestus versificator.

24 *Suersheim*] Immo, *Schnersheim am Kochersberg*, Alsatiæ inferioris vicus parochialis, inter Argentoratam Tabernasque (*Elsaß-Zabern*) situs (cf. Schæpf-  
lini Alsat. illustr. II. p. 262. § cccclxxxvi.), qui ironice hic oppidum imperiale dici videtur. Rustici Kochersbergenses olim propter incultos mores in proverbio fuerunt. Et in Pauli Olearii quodlibeto de fide concubinarum a. 1500. habito, ubi Zarneke (p. 99.) *Kulman in Schriesheim* dedit, exemplum a. 1505. [s. l. (sed. Aug. Vind. ap. Froschouer) ex edit. principe] repetitum, et recentiora rectius habent *Schmerßheim*: nam non Badensis vicus, qualis est *Schries-*

Pag. 288.

*heim* prope Heidelbergam, sed Alsaticus ibi indicatur eo loco: „... gavisus de domini sui absentia vocavit rusticum quendam quadratum fortem potentem et armatum, licet non esset de partibus Suitensium. Mox fidelis illa famula viginti sex ova et dimidium (secundum dictum *Kälman in schnerßheim*) in patellam butiri plenam incussit...“. Extat etiam editio libelli *Beclagung Tütscher Nation „Gedruckt zu Schnersßheym an dem Kochersßberg in dem iar. 1526.“* 4<sup>o</sup>.

25 *corrisant*] cf. Ind. verb. p. 180. v. Corrisare.

*crepet*] ‘Crepere et crepere, dirumpi, *bersten, brechen, platzen, reißen, spleißen, entzwei brechen.*’ cf. Diefenb. Glossar. h. v.

26 *Anno a m. c. primo*] Aut hoc non intellego quid sibi velit, aut simile est dicti nostratium *Anno eins; Anno eins, da der groß Dreck* [chaos confusum. cf. Genes. i. 2.] *war*. Scriptam esse hanc epistolam cum sqq. puto a. 1516. exeunte vel a. 1517.

## EPISTOLA 64. [2]. VOLWINIVS DE MONTEFLASCON ORTVINO.

28 *Volwinus de Monteflascon*] *Vollwein* [Volcuinus sive Folquino] *vom Großflaschenberg*, nomen factum ut *Kelbertzhausen in Vollenbergensi diocesi* et similes quodlibetarii lus. cf. p. 209<sup>3a</sup>.

29 *rev. . . Gratiano*] ‘reverendo’ in inscriptione epistolæ et ‘Gratiano’ (ut et p. 291<sup>3</sup>. est pro Gratio) a communi harum epistolarum usu recedit.

33 *alias scitis etc.*] Hoc quoque ad Ortwinum cum Pepericornia consuetudinem retulerim, ut huc trahatur Proverbior. cap. vii. Verba ‘de nocte iacere’ Sapiens in proverbii non habet.

Pag. 289.

2 *plagare*] ‘*plagen, schlagen, peinigen, martern.*’ cf. Diefenbach Glossar. h. v. Plus est quam refutare, refellere.

3 *quomodo . . supponunt . . quod volunt . . immiscere*] i. e. qui fiat ut sibi præsumant immiscere.

*novo . . Hieronymi*] Cf. ad 265<sup>16</sup>.<sup>399</sup>.

5 *Paulus*] ep. ad Tit. i. 12. „Cretenses semper mendaces, malæ bestię, ventres pigri“. Cf. Ovid. Am. iii. 10, 19. „... nec fingunt omnia Cretes“. Græci *Κρητες ἀεὶ ψεύσται!* et *κρητίζειν = ψεύδεσθαι, ἀπατᾶν*; idem de aliis Asiæ minoris populis, Caribus maxime, Cilicibus, Cappadocibus, *καππαδοκίζειν, καρτίζειν, κιλικίζειν*. Suid. v. *κάππα*: *Τρία κάππα κάκιστα· Καππαδοκία, Κρήτη, καὶ Κιλικία.*

9 *quia . . hereticos*] Ornate loquitur, id quod eloqui nolle dicit, aperte exprimit; sed ipse quoque suam subtilitatem admiratur.

11 *faciem*] usitatius ‘oculos’.

12 *cuius toni*] Ex modorum musicorum fine eorum vocis genus cognoscitur, *der Schluß kennzeichnet die Tonart.*

13 *non p. . . scribam*] i. e. tibi scribere debeo, *kann ich nicht umhin (nicht unterlassen), Euch zu schreiben*, a me non impetro quin tibi scribam.

14 *prætenst*] arrogantes cf. ad 9<sup>16</sup>.

15 *symbolum*] i. e. symposium, *Pickenick*. Diefenb. Glossar. h. v. „... *eyn geloech* (*geloechth?* i. pecuniarum collectio in taberna), *een ghelaech* vel *die crede* [*Kreide*] . . , *zusamen tragung, collatz; kreid, tzechpfenning, kostgrosch*, . . *zupus* [*Zubüße*] . .“.

15 *unus etc.*] Omnes hic nominati sine dubio æqualibus huius epistolæ lectoribus non ignoti fuerunt, nobis ignoti sunt.

17 *medius curtisanus*] i. e. puto qui vitam consuetudinemque ad curtisanorum morem conformat, quamvis nulla curiali dignitate fruatur, quasi curtisanus.

19 *surrexit erga me*] contra me, mihi se opposuit, impugnavit partem meam.

20 *copulatista*] ‘*das colnisch copulat*’ 199. v. 23. et 290<sup>34</sup> Colonienses copulatistæ.

21 *emasculare*] eunuchum facere. p. 297<sup>37</sup> Murnerus dicitur ‘*enuchus castratus*’. Quod ‘*præsertim magistrum Ortvinum*’ emasculare vult iste unus, idem significat atque illud ‘*scitis . . iacere*’ proxime superioris versus 33.

22 *traxi . . saccum*] i. e. non ausus sum quicquam contra dicere sive Coloniensibus me favere profiteri, sed conticui (os tenui, *ich habe das Maul gehalten*. Volgo hodieque pro *halt’ dein Maul* interdum dicitur *stecke dein Maul (deinen Schnabel) ein*).

23 *perdidit*] i. e. non adsecutus est de quibus spem sibi fecerat, quæ ambierat. *cum hoc*] i. e. ideoque, ea de causa, non solum ‘*præterea*’, ut sæpe alias.

*male habet cum*] male vult curtisanis, eos iratos habet.

24 *mirabilia*] *sonderbare Dinge*, improbanda verba.

*super anima mea*] *Nos bei meiner Seel*.

25 *miravi*] cf. Ind. verbor. v. Mirare.

26 *illa civitate*] Colonia.

*impressita*] sec. hanc coniugationem: Imprimo, impressi, impressitum.

*questiones sup. Donat.*] Puto h. l. de exemplo sermonem esse quod descripsit Götze (*Die Denkw. der Bibl. zu Dresden*. I. 1744. 4<sup>o</sup>. pag. 7.), in cuius præf. Donati nomen explicatur quasi Donum natis. Inscriptio hæc est: Expositio secundum viam Doctoris sancti perutilis Baccalauriandis, etiam quibuscunque aliis scholaribus Donatum exacte scire volentibus. *In fine*: Expositio octo partium Orationis secundum viam Doctoris sancti, ex variis ipsius et aliorum Doctorum libris per Magistrum Magnum Magdeburgensem [*Hundt*] collecta finit feliciter. Impressum Colonie in Edibus Qventel Anno CCCCL.vij. 4<sup>o</sup>. foll. 33.

27 *regulæ grammaticales*] Cf. Ind. biogr. p. 367 art. Exercitium puerorum.

30 *facere hæreticos*] hæreseos damnare.

31 *stimulant super*] excitant contra, *aufstacheln gegen*.

*producunt etc.*] instituunt, instruunt, accusant criminis hæreseos.

32 *tot multa benef.*] Wimphel. de integr. c. 3. „ . . Novi quendam hodie viginti tribus aut quattuor, non dico amplius sacerdotiis dignitatibusque præditum: quid si dicerem ultra? nemo mihi persuadere potest id esse aut fore de mente summi pontificis, ut una sola bestia tantos habeat in una et eadem Germaniæ civitate proventus, quantis interdum duo vel tres itali episcopi admodum contenti forent . . “. Cf. etiam *Der Curtisan vnnd pfrundenfreßer* s. l. et a. 4<sup>o</sup>. et *Von dem pfründe marckt der Curtisanen vnd Tempelknechten* 1521. 4<sup>o</sup>. s. l.

33 *credentiam*] „ . . (2) Abacus, tabula seu mensa in qua vasa ad convivia reponuntur, . . Italis *credenza*, *credentiaria*, Gallis *credence*, Germanis *Credenz-Tisch* . . “. Cerimon. Rom. I. sect. 3. Ducange h. v.

34 *flasculis*] „Flasco, flascula, . . flasculum, *flasche*, *flesche*, *fleß*, *eyn flessen* . . “. Diefenb. Glossar. h. v.

*poculis pecheriis*] *Trinkbecher*. Ducange: „Pecherium, vas, calix, cyathus, *Becher* . . Vid. Bicarium et Picarium, *pichier*, *Becher* . . “. „Baccarium, vas

Pag. 289.

aquarum. Glossar. vet. Cod. reg. 7641. et „Bacca, baccharium, bacchonica, bacchonicha, bachia, bachoica . . = vas, urceus, *Becher, Becken*. Glossar. Isid. bacca, vas aquarium. Baccale in Ceremoniali Rom. I. sect. 2. .“.

35 *putanas*] Hoc uno har. epistolar. l. legitur hoc Italicum nomen, in aliis æqualibus libris frequentissimum. Diez WB. „Putto *it., sp., pg.* puto *bube, fem. it.* putta *mädchen, auch liederliche dirne, . . Eine ableitung ist puttana, altsp.* putāna, *metze; die stelle des unvorhandenen fr.* putaine *vertritt putain (auch pr.* putan, *nicht putana), aus dem accus. putam . .“.*

36 *schubis*] *Schauben.* cf. ad 10<sup>a</sup>.

37 *uxores militum*] *Ritterfrauen, non Edelfrauen, nec Soldatenfrauen.*

*canonias*] „Canonia, (1) canonicatus, præbenda canonici . . (2) collegium canonicorum . .“. Ducange h. v.

*simul et semel*] Perissologia, ac si diceremus *auf einmal und zugleich*.

38 *imbursat*] *er sückelt ein, steckt in seine Tasche.* „Imbursare, nummos in bur-sam sive oculos dimittere. Gall. *embourser* [Ital. *imborsare*]. .“. Ducange h. v. „Imbursator, *ynseckler*“. Brack Vocab. h. v.

*giltas*] Haltaus Glossar. „*Gilt, Gild, Gult, Guld*, reditus et præstatio, tam in pecunia quam aliis rebus debita . . Termini iuristarum metricè expositi: Et pactus fit *pacht*, census *zynß*, redditus *eyn gilt* . . *Gilt und Geld* sive *Gild und Schuld* interdum contradistincta . .“. Ducange: „*Gilda, fraternitas, sodalitium, contubernium, curia, collegium, Germ. Gilde, Sax. Gild v. Gildum, solutio, præstatio, quod qui eiusmodi sodalitia et confraternitates ineunt, pecuniam ad communes usus conferant et solvant . .“.*

39 *et potest etc.*] Canonici officio in diversis ecclesiis fungi nequit.

Pag. 290.

1 *inquiruntur*] Deponens pro activo, confunduntur ‘queri’ et ‘inquirere’. Volvinus vult contra istos luxuriosos pluraque beneficia contra ius canonicum captantes clericos talem inquirendi modum exerceri, qualem salse exposuit Crotus in libello de arte et modo inquirendi quosunque hæreticos (Hutt. Opp. VI. p. 489. sq.), qualemque contra se adhibitum esse queritur Laurentius Valla in Apologia pro se et contra calumniatores, ad Eugenium III. (ed. Basil. ap. Cratandr. 1518. 4<sup>o</sup>. pag. A2), ubi de Inquisitorum hæ. prav. virulentia „Satis est“, inquit „quod semel incautum novo scelere circumven-runt, quod summum in discrimen adduxerunt, populo in me incitato atque armato, quod extrema infamia conspergere conati sunt. In quo persancte eos perque pie fecisse confitear, nisi scelerate, nisi nefarie, nisi impie fecerunt. Nam per immortalem deum, quando unquam fando est cognitum, ut qui iudices fuerunt, iidem accusatores fuerunt; qui accusatores, iidem testes; qui testes, iidem inimici? qui me refellere obiecta volentem vetuerunt, qui orantem vel audire aspernati sunt, qui lamentantem terruerunt: si loqui perseverassem, me non modo, sensisse hæretice, sed esse pertinacem in hæresi continuo se pronuntiaturus, ac per ipsum populum qui aderat, lapidatu-ros, quum etiam ius in me inquirendi non haberent. Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem permittit patria? . .“.

3 *in Mentz*] anno 1479. in causa Ioannis de Wesalia. cf. Ind. biogr. p. 500. sq. art. Wesalia. Non adluditur h. l. ad turbam indicariam Moguntinam d. 13. Oct. a. 1513. cf. Consp. chronol. ad h. d. p. 127. sq.

8 *inspectum*] *Ansehen, Aussehen*, formam, faciem.

10 *taliter qualiter facit*] venereos ludos exercet.

12 *decretalibus*] De celebratione missarum, impr. c. 5. X. III. 41.

*tractatib. theologor.*] de missa celebranda, de ordine missæ, de valore missæ, de sacramento, sacrificio missæ, de eucharistia, et similibus innumeris.

18 *tranq. et sil. missa*] *Stille Messe*, in qua precationum carmina s. formulæ tacite, non clara voce recitantur canunturve.

20 *supradatis*] *übergebet ihr*, redditis, aliis datis. Profundit barbarismos scriptor.

22 *præconisceretur*] i. e. præconisaretur. „Præconare, -ari, -iare, præconizare, *vorsingen*, -sagen, -schreyen, -rufen, loben, prysen, i. e. laudare . . .“ Diefenb. Glossar. h. v.

*mortuerunt*] mortui sunt, quasi a mortuo, -ui, -uere, ut morixit, morexit, similesque inepti barbarismi.

*purganti igne*] purgatorio.

23 *immitteret . . deorsum*] *herabsendete*, iratus nos feriret morbis, pustulis, morbo Gallico.

24 *percuteret*] grandinibus immissis frigoribusve perderet, *verhagelte, zerschläge, durch Hagel und Frost vernichtete*.

*plada*] rectius blada. „Bladum, . . pl. blada (omne quod crescit in graminibus, segetes virentes), *kraut, korn, kern, saat, saatgrün, getreide, frucht, roßfutter*.“ cf. Diefenb. Glossar. h. v. Diez WB.: „Biado *it.*, *pr. cat. blat, altfr. bled, bleif, nfr. blé*; fem. *it. biada, mail. ven. piem. biava, altfr. blée* getreide, sowohl der halm wie das korn . . . Die gewöhnliche herleitung ist aus dem ags. blæd fem., *frucht, glück, segen* . . . Grimm denkt lieber an kymr. blawd mehl, dem aber, so wie es vorliegt, das roman. wort nicht gemäß ist . . . hier eine noch unversuchte deutung: Lat. ablata (neutr. plur.) gab mit dem roman. artikel l'abiada, la biada, als masc. behandelt il biado: es bedeutet das davon getragene, was auch unser getreide aussagt, den ertrag, das geerntete . . . Mlat. ablatum, abladus, abladium für messis kommt wirklich vor . . .“.

27 *Wessalia*] cf. ad proxime sup. v. 3. adnot.

33 *ubi dic. mirabilia*] Ubi prima contra Hochstratum sententia lata erat, d. 29. Mart. a. 1514., et ubi Wimphelingus per multos annos contionatoris officio functus erat. cf. Ind. biogr. art. Wimpheling.

34 *Colon. copulatistæ*] cf. ad 289<sup>20</sup>.

36 *patiens estis etc.*] Hoc de Ortvinio dictum egregium mendacium est. cf. cum hoc carmine Crappianum p. 250.

Pag. 291. EPISTOLA 65. [3]. BARTHOLVS KVTZ ORTVINO GRATIANO.

2. 3. *Gratium* [Gratianum, cf. p. 288<sup>20</sup>] nigromantiæ suspectum sæpius in his epp. legimus. cf. p. 52<sup>14</sup>. 99. 62. 252.

5 *Kutz*] Nomen h. l. esse = *Kukuk, Gutzgauch*, ut volgo nomina *Barthel* et *Kuckuck* coniunguntur: utrumque nomen ad malum dæmonem significandum usurpatur. Sed possis etiam = *Kauz*, quo ululæ nomine etiam mirum hominem designamus. Vix admittendum videtur *Kutz* pro *Kütz*, i. e. *Kunz*, quod (Conradi sive Cunonis) nomen etiam nunc in frequenti usu est.

7 *quidam . . infirmus*] Cf. supra ep. I. 41. Vilipatii de Antwerpia.

10 *diabol. . . banniare*] *bannen*, invincire. Ducange: „Banniare v. banneiare, in bannum mittere, proscribere“. Usitatius bannire, de quo fusius idem h. v. Eius modi bannitiones in fabulis popularibus passim memorantur. Describit

Pag. 291.

eas Hartliebi buch aller verbotenen kunst a. 1455. ap. Grimm. Mythol. ed. I. p. LXIV. sic: „In der kunst pyromancia [cf. ad 52<sup>14</sup>] sind auch gar vil ander ungelauben, und nemlich ainer der sol des gewiss sein, der ist der allersnödest und bösest, wann so man je vester gelaubt an sölich zaubrei so si temer ist sünd. das stück gat zu, das die knaben künftige und alle ding süllen sehen in ainem cristallen. das stück treiben die falschen verzweifelten und verzagten cristen, den dan lieber ist des tiüfels gespenst und trugnuss, dan die warheit gottes in maniger hand weis. Ettlich haben gar ain lautern schönen gepulierten cristallen oder parillen; den lassen sie waihen und halten in gar rain und lesen dazu weirrauch, mirren und desgleichen, und wann sie die kunst treiben wöllen, so warten sie uf gar ainen schön tag oder haben ain rain gemach und darin vil geweichter kerzen. Die maister gand den gen bad und nemen dan das rain chind mit in und beclaiden sich dann in raines weiss gewand, und sitzen nider und sprechen in zauber bät, und brennen dann ir zauberopfer und lassen dann den knaben in den stain sehen und raunen im in seine oren verporgen wort die süllen vast hailig sein, warlich die wort sind tewflisch. [darnach list er unerkannte wort, und haisst im das rain kind die wort nachsprechen. was die wort bedeuten, kan noch kain maister ufgelegen, dann das der mensch mit sölichen verporgen worten sich selb got benimbt und sich dem bösen tewfel gibt. p. LX.] Darnach fragen sie den knaben, ob er icht sech ainen engel? wan der knab spricht ja, so fragen sie in was varb er anhab? spricht der knab 'rott', so sprechen die maister ie, 'der engel ist zornig', vnd bäten aber mer und opfernt dem bösen tewfel aber mer. darinn hat der bös tewfel ain wolgefallen. spricht der knab dan 'der engel ist schwarz', so spricht der maister 'der engel ist vast zornig, wir müssen noch mer bätten und mer liecht prennen, damit wir senften den zorn des engels'. und bätten dan mer und opfernt mit ravch machen und andern dingen ..... wan dan den tiüfel bedunkt, das er dienst genüg hab, so lasst er erscheinen den engel in weiss, so ist dan der maister fro, so fragt er dan das chind 'was hat der engel in der hand?' er fragt ihn also lang bis er spricht 'ich sich ain zedel in des engels hand'. so fragt er dan so lang bis er sich puchstaben. die selben puchstaben sambent dan der maister und macht daruss wort, so lang bis er hat darnach er gefragt hat“.

11 *quod sint spurii*] cf. p. 283<sup>37</sup>. Quod de spuriiis illegitimisque Kutzius dicit, eis diabolium facilius se committere, eosque litteris invisibilibus scripta legere posse, aliunde non didici, similia vero de eis qui diebus festis nati sunt (*Sonntagskindern*) volgo narrari notum est.

12 *sicut vos*] cf. p. 281. 25...28. et epist. 62.

16 *Ubi enim etc.*] „Wo der teufel nicht hin will, schickt er ein altes weib hin“. „Was der teufel selber nicht thut, das thut er durch einen verführischen pfaffen“. „Non audet Stygius Pluto tentare quod audet Effrenis monachus plenaque fraudis anus“. (Hoc distichon legitur in libello 'Concordia curatorum etc.' s. l. et a. [1503.] 4<sup>o</sup>. biiij.)

Hoc solum monachus nimirum a dæmone distat,

Quod quidquid vafer hic suggerit, ille facit.

At si iuncta dolis anus adiuvet et colat astu,

Audebunt Erebi depopulare domum.

Pistorii Thes. paroemiar. centur. II. n. xxiv.

20 *quicq. con. etc.*] Was ein münch gedenckt, das darff er thun. Hoc proverbium



Pag. 291.

Pag. 291. v. 11 ... Pag. 293. v. 23.

inscriptionem facit æqualis libelli qui s. l. et a. [1520? 1521?] in 4<sup>o</sup>. prodiit.  
cf. Hutt. Opp. I. p. 446. n. ccxvi.

22 *Paul. Langius*] Cf. totam fere epist. 63. [1].23 *scompisat*] cf. ad 241<sup>14</sup>.24 *Paulo*] cf. Ind. biogr. art. Langius.33 *sine atramento*] i. e. magico atramento.

Pag. 292.

Prior paginæ pars, quæ nobis vacua relicta esse videtur, punctum nigromanticum continet, quod qui videre potest, facillime quoque interpretari poterit.

3 *Ruprechtsow*] prope Argentoratium.

## EPISTOLA 66. [4]. ABRAAM ISAAC ORTVINO.

6 Hic Abraam Isaac, Westfalus (p. 293<sup>10</sup>) de stirpe eius Aminadab fuerit qui ipse, Aaronis socer, de tribu Iudæ fuit: Pepericornus fuit de tribu Nephtholim.

10 *super vestr. petitionem*] *auf Eure Bitte, Euer Gesuch*, petenti tibi.15 *ab origine m. pandam*] Ut chronicorum scriptores facere soliti sunt.17 *passionem*] *Leidwesen*, malum, molestiam.

19 *altos .. Algoia*] *die Algäuer Berge und baierischen Alpen*. Hoc in memoriam revocat Lampi iter, p. 208. descriptum.

20 *servus corporalis*] *Leibdiener*.

*cardinalis*] Raphaelis Riarii puto, de quo vide Ind. biogr. p. 336. art. Campoflor.  
Pag. 293.

1 *Kelbertzh. in Vollenberg. d.*] Eius modi nomina ioci causa ficta in quodlibeticis ludis vulgaria sunt.

2 *bullam*] breve annulo piscatorio signatum describi videtur.*de omnib. card.*] omnium cardinalium nominibus subscriptam.

5 *percutiant m. diaboli ad hoc*] Hodieque vulgaris maledicendi formula: *da schla-gen 1000 Teufel drein!*

8 *portare*] *tragen, eintragen, einbringen*, fructum reddere.

9 *maneo personaliter*] non habitabo, mansionarius sive residentiarius in loco beneficii non ero. cf. p. 289. i. f.

10 *ego ... habere*] malim, prætulerim. Modestum hoc cauponantis clericuli desiderium non male malos mores beneficia Romæ captantium sacerdotulorum depingit.

13 *sed ... uni*] *aber solches Reservat thäte einem gut*; reservatum beneficium vult noster, i. e. exclusis aliis legitimis collatoribus, a curia Rom. sibi conlatum, ut inde fructus tantum caperet, officio ipso non fungeretur.

15 *bella in Italia*] Anno 1516. gesta puto. cf. ad 209<sup>2</sup>.16 *perd. ... totaliter*] Similiter hodieque *ich habe mein bißchen Armut verloren*.

17 *pont. in Helpr.*] De multis pontibus eandem fabulam narrari satis notum est. Reginam Golcondæ nemo ignorat.

18 *in valle ad Wimp.*] *Wimpfen im Thal*. Celebre monasterium Dominicanorum in proximo oppido olim imperiali, ad sinistram Nicri ripam sito, superiore Wimpina, *Wimpfen am Berge*, fuit. Prior Wimpinensis in capitulo provinciali sedebat in sinistro choro. Echard I. p. ix.

19 *Greyferio*] cf. Ind. biogr. p. 383. h. art.20 *sex sociis ... septem ova*] Nota pueris solvenda quæstio arithmetica.22 *Trent uno*] Hodieque et extra Italiam usitatus ludus aleatorius.23 *habere ... inferius*] cf. p. 292<sup>20</sup>. et 223<sup>12</sup>. seqq.

Pag. 293.

25 *super scholam*] Nos *neben die Schule, an der Schule vorbei*, *scholam neglegentes. super ... socii*] i. e. maxime dissoluti scholares.

26 *Spiculi*] cf. Ind. biogr. p. 475. h. art.

27 *de modo supponendi . . Alexandri*] In quodlibeto Erphurdii a. 1515. disputato 'de generib. ebriosor.' concl. 2. coroll. 2. (ed. *Zarncke* p. 143.) ipse bonus Alexander depravatur, ut videatur de modo supponendi docere: ille de genetivo III<sup>a</sup> declin. præcipit: *onis* habes ex o, sed *inis* do perficit et *go* Femineo genere; *nemo* sociatur *homoque*, *Ordo* vel *margo*, *cardo* cum *turbine*, *virgo*, Sic et *apollo*...“ inde quodlibetarius: „Alexander vero, dei patientia rex provincie Barbarorum, sic dicit in suis constitutionibus 'Est communis homo pariter cum virgine latro'; ubi dicit glosa notabilis [cf. ad 7<sup>34</sup>]: „Sciendum quod hic author ponit hic unum pulchrum notabile de communitate personarum. Et hæc est sententia recte teutonizata: *Latro der psaffenknecht* cum virgine *mit der köchin* est communis homo *ist ein recht paar zusammen* pariter *an allen orten*, et scilicet intellege implicite 'in stabulo, in cellario, in coquina, in camera', quando scilicet lectum faciunt“.

31 *quia est opus nat.*] Secundum illud, quod de brutis animalibus verum est, naturalia non esse turpia.

32 *nisi propter*] vel solum propter. Cf. ad 20<sup>27</sup>.

35 *retro scriptus*] a dextera ad sinistram puto, ut Hebraici libri, characteribus necromanticis.

36 *apud vinum*] in taberna vinaria, ut nos *beim Weine*.

37 *fui curtisanus*] cf. p. 292<sup>20</sup>.

39 *nimis pauper*] cf. ad 40<sup>14</sup>.

40 *remotius veniunt*] magis proficiunt, felicius succedit eis, *sie kommen weiter*.

Pag. 294.

1 *una unica persona*] quilibet, quicumque is est.

4 *cum potestate lardasse*] violenter stuprare.

• *fugavit*] persecutus est fugientem.

6 *'datulo ... ad'*] cf. p. 208<sup>33</sup> *mit dem z... drunter drauf*.

8 *per corpus tuum*] *beileibe!*

9 *dedicatione*] *Kirmeß, Geschenk zur Kirchweihe*. cf. Diefenb. Glossar. h. v.

14 *festum Iovis*] *Iuel-* sive *Iul-fest*, i. e. festum nativitatis domini? ut pro salacis illius monachi *Kirmeßstück* confratres eius haberent *ein Christkindchen*, i. e. donum festo nativ. Chr. datum, quod in Germania boreali *Iulklapp* appellatur. 'Iovis' h. l. pro 'dei' positum esse videtur, ut in illo multum decantato Ortvini versu 'flet Iovis alma parens'. cf. ad 59<sup>30</sup>.

*non habeo sibi pro malo*] excuso eos, veniam eis dandam esse mihi videtur.

16 *peplum*] *Schleier, Haupttuch*. velum, flammeum, ricam. cf. Diefenb. Glossar. h. v. *πέπλος* sive *πέπλον*, *peplus*, *peplum* laxam vestem muliebrem militaremque significare notum est.

*una feminalis imago*] *ein Weibsbild*. Hoc non omittere debebat Straußius (*Hutten*

I. p. 252. not. 2.), ubi nonnullas elegantias sermonis obscuror. viror. adnotavit.

17 *eis tenere*] *ihnen (still-, Stich-) halten*, pati rem veneream.

18 *colligere etc.*] cf. p. 248<sup>9</sup>...<sup>11</sup>.

19 *vagamtem hincinde*] Hoc quoque apte convenit ad Glareanum. cf. Ind. biogr. h. art.

22 *veneficaverunt*] cf. ad 216<sup>25</sup>. lue venerea eas infecerunt.

*in necessitate*] cupiditate incensus.

23 *purgare renes*] cf. ad 14<sup>8</sup>.

Pag. 294.

Pag. 293. v. 25 . . . Pag. 295. v. 22.

25 *sitis ante quod*] cavete vobis, ne, ut iam habetis inquisitorem hæc. prav. in Hochstrati persona, ita insuper vobis præficiatur

*inquisitor. luxuriæ salacitatis*] luxuriæ peccatum inter mortalia est (cf. ad 26<sup>15</sup>); pro 'peccati luxuriæ' dicit 'luxuriæ salacitatis' ut adsonet ad 'hæreticæ pravitatis'.

29 *bene transiret hinc*] sine offensione esset.

30 *faciatis melius ad hoc*] *thut Euer bestes dazu*, fac ne damnum nobis inde emergat.

*traci*] *bin ich gezogen*, me contuli.

32 *refectorio Capitoli*] cenaculo, ubi reficiuntur famelici curiales: nam noster est 'servus corporalis unius cardinalis' p. 292<sup>20</sup>.

## EPISTOLA 67. [5]. NOLLERIVS STECH ORTVINO.

34 Nollerius fortasse = Nolarius, a nola, i. e. tintinnabulo, quod, ut Hugutio et Ioa. de Ianua habent, „dicitur a Nola civitate Campaniæ, quia ibi primum inventum et factum fuit tale instrumentum, et ampliato nomine invenitur 'nola' pro qualibet parva campana vel pro campanella refectorii“. Sed potuit etiam 'Nollerius' ex 'Arnoldus' fieri: in album acad. Viteb. (Förstem. p. 37.) a. 1511. inscriptus est „Arnoldus Steych de Soltwedel“. Quid si pueriliter nugantes ipsum nomen Salzwedel (sal et flabra) Calabriam (pro 'Salabram') vertissent? Unde loci hæc ep. scripta fingatur, non definierim.

36 *orationes opto*] Similiter salutantes audiui: *gehorsamer Diener, wünsch' ich*. Nec minus elegans est 'excellencia theolocialis'.

37 *quasi peregrinus*] Non promissi voti solvendi causa peregrinationem Sinaiticam susceperat.

Pag. 295.

1 *quando*] ex quo, postquam.

5 *non sic etc.*] Psalm. i. 4.

7 *Hochstrat cons. etc.*] Referre videtur hæc ep. ad ætatem anni 1516. cf. Conspect. chronol.

10 *monasteria . . . pecun.*] Ut postulaverat etiam Cornelius Storati. p. 194.

11 *ut iudicant*] Ut cum indicativo, non insolitum obscuris.

12 *abbreviant kürzen, verkürzen, verkleinern die Rationen*, minorem mensuram tribuunt.

13 *Salom. . . primo Prov. xii.*] Immo Ecclesiastici xl. 20. „Vinum et musica lætificant cor, et super utraque dilectio sapientiæ“.

15 *ululando*] cf. ad 259<sup>35</sup>.

*hoc . . . charum*] Rarum et carum in omnibus linguis, etiam ubi nomina parem exitum non habent, propter rem ipsam sibi respondent. Similiter Cic. de amic. 21, 79. 'omnia præclara rara'. Nollerius de tribus cor lætificantibus rebus primum dicit *vinum* sibi abbreviari, tum *musicam* se semper exercere, ideoque parvi æstimandam esse, *mulieres* denique omnino sibi dēnegari.


16 *est . . loquendum*] non sine ægritudine loqui possum.

20 *Si medium etc.*] Utinam dimidia pars iucunditatum vitæ, quibus aliorum ordinum sodales gaudent, ut confratres nostri Sanctispirituales, nobis quoque concederetur!

22 *professionati*] professionare s. . . *ari Profeß thun*, professionem monasticam facere. In vocabulariis non est.

*quid sit pro ordine*] puto, quid conveniat ordini, quam bene habeant hi religiosi.

Pag. 295.

- 23 *duplices ... cruces*] immo duplicem albam linteam crucem, huius fere formæ  *non s. alte rasi*] sed solum in vertice parvam tonsuram habent, non ut solummodo tenuis capillorum corona supersit.
- 25 *supergressionem*] *Uebertretung, Verstoß gegen die Ordensregel.* Neque hoc nomen in vocabulariis legitur.
- 26 *claudic. Ioann. etc.*] Similia narrare Boccacium et multos facetiarum scriptores notum est.
- 31 *propriam ... stufia*] concubinam in suo conclavi. *disponit sibi un. virum*] comparat ei maritum; conducit aliquem, qui eam in matrimonium ducat.
- 35 *in multis hom. occulte crescit*] Secundum illud 'Crescite et multiplicamini'.
- 36 *Quandocunq. etc.*] cf. ad 238<sup>27</sup>. „*So der abt die würfel legt, spielen die münche*“. Geiler und Luther. — „*Und wenn der abt die würfel leydt, So sint die münch zûm spiel bereit*“. Brant Narrensch. c. 49. v. 9. 10.
- 38 *miserabilem*] i. e. flagitiosam, impiam, pravis cupiditatibus deditam.

Pag. 296.

- 1 *sequere*] active, ut p. 298<sup>23</sup> loquere, p. 290<sup>22</sup> mortuerunt, passim 'furare', 'lucrare' et similia menda consulto commissa.
- 2 *tract. de suppos.*] Fortasse hæ obscænitates ex Marsilii quæstionibus super libris Aristotelis de generatione explicandæ sunt. Manifeste luditur ambiguo sensu nominis suppositio, quæ logicam notionem (cf. ad 285<sup>23</sup>), sed et impudicam rem significat. cf. Ind. verb. p. 270. v. supponere.
- 3 *Marsilium*] ab Inghen, primus Heidelbergensis universitatis rector a. 1386. Cf. Ind. biogr. p. 412. art. Marsilius.
- 5 *abinde lucrare*] *abgewinnen*, vincere, *den Prozess gegen R. gewinnen*, optinere ut R. condemnetur.
- 8 *expurgare vetus ferm.*] I. Cor. v. 7. „Expurgate vetus fermentum...“.
- 10 *erit ... acquirere*] acquireret, habebit infaustum nobis exitum.
- 11 *causa Bern.*] cf. Ind. biogr. art. Bernense scelus. *satis intellexistis me*] Ipse scis fraudibus dolisque etiam contra R. pugnari.
- 12 *Amphoraticius*] cf. Ind. biogr. p. 300. h. art.
- 16 *sententiam Pilati*] cf. Matth. xxvii. 24. Marc. xv. 15. Luc. xxiii. 24. Ioann. xix. 16. *traxit ... extra*] extraxit, deprompsit, protulit e—.
- 17 *in medio in d. partes*] *in der Mitte entzwei. sceptrum*] iudicis. cf. Baruc. vi. 13. *miserabilit. ad vidend.*] *jämmerlich anzusehen*, miserandum adspectu.
- 18 *Petrus*] Matth. xxvi. 75. Luc. xxii. 62.
- 19 *mag. nostro*] Hochstrato, qui non longe post sententiam Romanam d. 2. Iul. a. 1516. latam tanquam lupus hians Romam reliquit. cf. ad 75<sup>24</sup>. Non sine periculo Coloniam reversum esse Hochstratum Pirckheimerus Hutteno d. 26. Iun. a. 1517. rettulit: „Hogostratus enim quibusdam aliis cum sero applicuisset, summo abiit mane, a quodam ut insidias caveret præmonitus: verum ne sic quidem Reuchlinistarum evasisset manus, nisi Marchionis salvo conductu a persequentibus tutus fuisset. sed deus ... sibi vindictam reservavit, quam suo tempore gravius fulminaret“. Hutt. Opp. I. p. 136. sq.

#### EPISTOLA 68. [6]. IOHANNES TEXTORIS SCHWINKONCIO.

- 22 *Textoris*] Iohannes Mörnach Alsatus? cf. Ind. biogr. p. 483. art. Textoris. Hæc epistola magnam cum Schwinfordiensi 63. [1]. similitudinem habet.

Pag. 296.

Pag. 295. v. 23 ... Pag. 297. v. 10.

23 *Schwinkoncio*] Erfordianum anno 1494. per magistrum Ioh. Schram ex Dachaw recitatum '*Monopolium der Schwocinezunft*' (*Zarnck*. p. 107.): „Dicitur et secta nostra 'rariorum'. Non enim uno dumtaxat contentus est gubernator noster regis imperio, sed et omnia, quæ in problemate commemoravimus, regna circuit et plura alia. Est enim gubernator natione Bavarus, nomine *Swynkuncius*, in Thuringia hospitatus, quod pro vero significato valet i. baptizatus; solent enim in Thuringia porci nominari *Kunczichen*, *kunczichen*, quod diminutivum est a *Kuncius*, et derivatum a *swyn* et *kuncius*. Qui *Swynkuncius* cum totum mundum perambulasset, ut est mens firma Aristotilis in de iuventute et senectute libro 30: „Circuit et totum fricat *Swynkuncius* orbem, Qualis sit vicii regio quæque docet“; *Sweviam* i. *Swynviam* petere statuit, quod nomen *Swynvia*, a *swynfuesß* ortum habens, facit, ut ipsis quatuor pedes porci attribuiam“.

29 *Steph. Fliscum*] Soncinensem grammaticum sæc. 15. medii. cf. Ind. biogr. p. 370. art. *Fliscus*.

*Gracistam*] Everardi Bethuniensis a. 1124. conditum. cf. ibid. p. 360. art. *Eberhardus Bethuniensis*.

30 *Synthis*] Iohannem Sinthen, Erasmi præceptorem Daventriensem. cf. ibid. p. 472. art. *Sinthen*.

*Facetum*] Reineri Alemanni, † a. 1230. cf. ibid. p. 368. art. *Facetus*.

*Floretum*] cf. ibid. p. 372. h. art.

32 *Florista*] diversus a Ludolfo de Luco, qui *Flores grammaticæ* a. 1317. scripseris videtur. cf. ibid. p. 371. art. *Florista*.

et plura alia] cf. p. 3<sup>a</sup>.

33 pro tanto quod non] tantum, ne.

34 possum ... *Erasmus*] ut medicinæ quasi doctor Antonius N. supra ep. I. 42. [1]. Pag. 297.

1 *speculum Reuchlin*] cf. Ind. serr. n. viii.

*Gabalum*] cf. 298<sup>10</sup>. De arte cabalistica libri tres, Leoni PP. X. dicati, primum m. Mart. a. 1517. editi. Cf. Ind. serr. p. 95. n. xxiii.

3 dicit quod sunt etc.] Similia quidem, sed urbanioribus verbis, etiam Erasmus dixit, præcipue in *Moria*. cf. p. 75<sup>14</sup>.

7 fecit mult. libros] quorum nullum Textoris legisse fingitur, nam fere omnia falsa de iis profert.

*Navem stult.*] Branti Erasmo adscribit Textoris, cum *Moria* eandem confundens.

8 comm. sup. *Hieronim.*] cf. ad 265<sup>18</sup>. et seq. v. 15.

10 volumus ... *Reuchlin*] cf. p. 75<sup>15...17</sup>.

centum ... acc.] plurimum gratia valeret apud, *wär' er auch hundertmal in Gnaden beim P.* etc. Ipse Erasmus hac gratia gloriari amabat: ita e. gr. iam exeunte a. 1514. ad Ammonium scripsit: „Vin' videre? Ubi Bruxellam reversus cancellarium Mæcenatem meum salutasset, ille ad consiliarios adstantes versus 'Iste' inquit 'nondum novit quantus sit. Rursum ad me 'Princeps' inquit 'conatur te episcopum facere, et iam contulerat episcopem haud aspernandam, ea est in Sicilia; verum post cognitum est illa e reservatarum, ut vocant, catalogo non esse: proinde scripsit pro te summo pontifici, ut patiatu te potiri'. His auditis non potui tenere risum; et tamen placet animus principis erga me ...". (*Erasmi Epp.* 1706. fol. n. clx.) Et suum N. T. Erasmus dedicavisse Leoni PP. X. et ab hoc benignissime acceptum esse, satis notum est.

Pag. 297.

- 12 *suppressimus*] Verum esset 'combussimus'. Dolendum est Textorem non vidisse Indicem libr. prohibitor. a Paulo PP. IV., Erasmi quondam fautore, a. 1557. et 1559. emissio, in quo „in universum prohibetur ... Des. Erasmus Roterdamus, cum universis commentariis, annotationibus, scholiis, dialogis, epistolis, censuris, versionibus, libris et scriptis suis, etiamsi nihil penitus contra religionem et de religione contineant“. Et Bullingerus refert; „Exurit Romæ Paulus IV. et quidem Erasmi Rot. omnes. Nunc et Cyprianus, Hieronymus, Augustinus comburuntur, eo quod scholiis Erasmi sunt (ut os fœculentum ait) coinquinati“. cf. (Heß) Erasmi v. Rot. Zür. 1790. 8°. I. p. 248. sq.
- 13 *postdicere*] *nachsagen*, referre, aliis intimare.
- 15 *Cantabria*] Vult Cantuaria sive Cantabrigia. Ipse Erasmus d. 16. Mai. a. 1517. ad Ioa. Botzemum scripsit „in hoc odiosissimo rerum tumultu, quem præter Dominicanos ac theologos excitat Eduardus Leus, quo uno nihil unquam adhuc terra produxit nec arrogantius, nec virulentius, nec stultius...“. Cf. Hutteni ad Leum epist. in Hutt. Opp. I. n. clxvi. p. 346. sqq.
- commentum super Hieron.*] Non argumenta et scholia quæ singulis Hieronymianorum librorum partibus adiecit Erasmus, sed huius annotationes in N. T. carpsit Leus.
- 19 *iacet anguis in herba*] Vergil. ecl. iii. 93. „latet a. i. h.“ In Alexandro hoc proverbium non invenio.
- 21 *dicit etc.*] Nolo tempore meo et lectorum patientia abuti singula quæ h. l. Erasmo exprobrantur percensendo. Commisit crimina hic enumerata tum in dedicatoria epistola et vita Hieronymi operibus præmissa, tum in scholiis adiectis.
- 26 *scripserunt in un. vol.*] quod an editum non sit nescio. Ex invectivorum contra Erasmus scriptorum libellorum haud parvo numero an aliquis huc pertineat, nunc non inquiri.
- 27 *fecerunt .. Maguntia*] cf. ad 290<sup>2</sup>.
- 29 *expectare usq. post mortem*] ut in causa fidei sibi metuit Reuchlinus, et ut contra Erasmus re vera prospere successit magistris nostris, et 'est iam practica apud eos'.
31. sqq. *fratres minores etc.*] Hæ novitates aperte initia earum renovationum continent, quas exposuit A. Jung *Gesch. der Reform. der Kirche in Straßb.* 1830. I. p. 262. sqq., unde hæc excerpimus: „In dem Barfüßer Kloster in Straßburg ... hatte schon Murner als Guardian mehr Schulden hinterlassen als Einkünfte; noch toller trieb es der Provincial des Ordens Dr. Geo. Hofmann. Dazu kamen die Streitigkeiten unter den Mönchen selbst und ihre Uneinigkeit mit ihren Vorstehern. Diese brachten die Angelegenheiten endlich auch vor die weltliche Obrigkeit ... 1523 erschienen 2 Mönche im Namen der ganzen Klostersgemeinde vor dem Rath und übergaben eine Bittschrift etc. — den 12. März (1524.) überreichte auch Th. Murner mit 3 anderen Konventualen eine Bittschrift .. „sie haben ihrer Kutten halb seit einiger Zeit vielfache Schmach erlitten, und wünschten, da sie nicht durch ihre Ordensregel zu dieser Kleidung verpflichtet seien, dieselbe .. abzulegen, damit sie deswegen nicht .. belangt werden könnten ... der größte Theil ihrer Einkünfte sei in Abgang gerathen ... dagegen liege der Provincial, dessen Buhlschaften in dem weiblichen Clarakloster des Ordens allgemein bekannt wären, das ganze Jahr in ihrem Kloster .. seit 14 Jahren. (Folgt Darstellung des verschwenderischen üppigen ungeistlichen Lebens desselben.) — Der Rath griff hierauf auch thätig

Pag. 297.

Pag. 297. v. 12 . . . Pag. 298. v. 11.

ein: in den 3 Klöstern wurde inventirt, weil die Mönche wie die Nonnen ihre Kleidung abgelegt und factisch den Konvent aufgelöst hatten. In dem weiblichen Kloster S. Clara auf dem Wörth verriethen die Nonnen insgeheim, daß man ihnen von Rom aus 300 Gulden gefordert habe, für die Dispens weltliche Kleider zu tragen und die Predigten in andern Kirchen besuchen zu dürfen. Des Raths Gesandten rechtfertigten diese Schritte bei dem Legaten [Campeggio] zu Nürnberg [1524.] mit der offenen Erklärung, 'es sei ein ver-lumptes Wesen in dem Frauenkloster; die Mönche liefen ungehindert darin aus und ein. Darum habe man die Nonnen pensionirt'. Selbst der Provin-cial Georg Hofmann wurde Bürger . . .".

39 habuit 22 beneficia p.] Cf. ad 289<sup>32</sup>.

Pag. 298.

2 unus supercurrit] In addendis vol. VI. (p. 536.) adnotavi pro 'unus' legendum esse 'lepus': putavi 'supercurrere' significare 'fugientem capere', ut sit *bis der Hase den Hund einholt*. Sed nunc interpreter 'cursu superare'; *überläuft, im Laufen überthut*; ut retinendum sit 'unus', quasi diceretur *bis einer einen Hund überläuft, im Laufen überthut, bis der Jäger vor dem Hund herjagt*. Neutrum dictum alibi me legere memini, similia vero in usu sunt, e. gr. *der Hase beißt den Hund, die Maus hat die Katze gefressen; daß dich der Has' beiß'*; *das Karnickel hat angefangen; der Schulmeister kriegt Schläge*.

## EPISTOLA 69. [7]. MARCOLPHVS SCVL TETI IOANNI BIMPERLENBVM PVN.

4 Sculteti] Ioannes Scultetus ex Prussia a. 1487. et Iodocus Brechtel de Rohrbach [prope Heidelbergam] a. 1489. et 1508. Heidelbergæ rectores fuerunt. Schwab Syllab. rector. Hdibg. p. 76. sq. 85. Sed neutri horum magnificorum mihi ce-terum incognitorum virorum hanc epistolam adscriperim, cum præsertim Sculteti nomen, ut hodie *Schulz*, *Schultze*, pervulgatum sit. Neque Schlet-stadii scriptæ epistolæ auctorem fingi dicemus doctorem Marcum Sculteti von Glogaw, qui inter collegiatos in *dem furstenn Collegio* Lipsiensi residen-tiam neglegentes (ad a. 1472?) memoratur in archio a Zarnckio edito in *Abhh. der sächs. Gesellsch. der Wissensch. Leipz.* 1857. p. 704. cf. ibid. p. 764. n. 30. ac multo minus de aliis Schultetis Lipsiensibus rectoribus ibid. p. 584. n. 30. et p. 586. n. 61. memoratis cogitandum esse videtur.

5 Bimperlenbumpun] Ad campanæ sonum fictum nomen.

10 Gabellistica vel Gabala] cf. ad 297<sup>1</sup>.*est in gratia papæ*] cf. Ind. chronol. d. 4. Sept. a. 1516. Mart. et Sept. a. 1517.

11 quid est Gabala] Reuchlinus artem cabalisticam symbolicam philosophiam esse definit (de arte cab. 1530. fol. p. 11<sup>a</sup>). „Est enim Cabala divinæ revelationis ad salutiferam Dei et formarum separatarum contemplationem traditæ sym-bolica receptio, quam qui cœlesti sortiuntur adflatu, recto nomine Cabalici dicuntur, eorum vero discipulos cognomento Cabalæos appellabimus, et qui alioquin eos imitari conantur, Cabalistæ nominandi sunt“ (ibid. p. viii<sup>a</sup>). Et p. lvii<sup>a</sup>: „... animadvertimus Pythagoræ philosophiam fere omnem esse a Cabalæis ortam, qui pari modo symbolicum tradendi morem ad Græcos trans-tulit...“. Raym. Lullus ap. *Prantl Gesch. der Logik* III. p. 155.: „dicitur hæc doctrina Kabbala, quod idem est secundum Hebræos ut receptio veritatis cuius libet rei divinitus revelatæ animæ rationali . . . Kabbala nihil aliud est arabice importans latine præter 'abundans sapientia'“.

*Catholicon*] Io. de Ianua. cf. Ind. biogr. p. 399. h. art.

Pag. 298.

12 *Gemma gemmar.*] cf. ibid. p. 378. h. art.*Briton*] Vocabulariorum compilerum sæc. XIII. cf. ibid. p. 318. art. Brito.

14 *fecerunt etc.*] Miseri contra cabalisticos Hochstratici libri annis demum 1518. et sq. prodierunt. cf. Ind. scrr. n. XXIX. XXXIII. XXXV. Huc vero pertinet quod Thomas Morus Erasmo d. 31. Oct. a. 1516. scripsit (Erasmi epp. L. B. 1706. fol. col. 1574. sq.): „... Sed alii sunt, Erasme charissime, qui coniurarunt apud nos haud simili animo tua scripta perlegere, quorum tam horrendum consilium me sollicitat. Itaque ne properes edere ... uti minimum usquam locum relinquas calumniæ, quippe cuius occasiones omnes acutissimi quidam viri decreverunt et pervestigare diligenter et libenter avideque arripere. ‘Qui sunt’ inquis ‘hi?’ Nominare profecto vereor, ne tibi concidat animus terrore tam potentium hostium. Sed dicam tamen, quo fias videlicet cautior: summus ille quem nostri theologus Franciscanus, cuius tu honorificam fecisti mentionem in editione Hieronymi, inita coniuratione cum lectissimis viris eiusdem ordinis et farinae constituit contra tua (si qua invenire possit) errata scribere. Atque id quo possit facilius fieri atque efficacius, coniuraverunt partitis inter se tuis operibus, cum singula perlegerint curiose, nihil inde prorsus intelligere. En vides quantum discriminis impendet tibi. Contra curandum est pro magnitudine periculi tuas ut compares copias. Profecto, Erasme, in nocturno quodam senatu sic statuerant bene madidi. Verum postridie, ut audio, ubi villum edormierant, obliti propositi sui oblitteratoque decreto, quippe quod vino inscripserant, destiterunt cæpto, atque a legendo ad mendicandum rursus rettulerunt, quam rem ipso usu longe sibi comprobassent utilius.“ Epistolæ O. V. et q. s. in Hutt. Opp. I. p. 128, 28. sqq.

17 *quod ... pec.*] ut nihil pecuniæ mihi supersit, totum sacculum plane evacuaverim.18 *posuit*] proposuit, adfirmavit.*doctor. s. et modernos*] Thomam Aquinatem et Thomistas.20 *generare et facere*] *zeugen und machen, schaffen*. Scilicet dei filius ante sæcula fuit, mundum creavit, fecit deus.21 *sophismata*] Nomen aut indeclinabile aut femininum visum est Sculteto.22 *quod non intelligunt*] cf. p. 75<sup>17</sup>.23 *omnibus mag. n. est rabi*] cf. ad 4<sup>14</sup>. sq.

24 *dicta Pith.*] Totus fere liber II. de arte cab. tractat. de Pythagora, qui Reuchlino quoque fuit Cabalista; Pythagoræorum et Cabalistarum similem esse doctrinam exponit. cf. ad sup. v. 11. adnot. Quæ feruntur Pythagoræ Samii superstites libelli, aurea carmina, sphaera et tabula, epistola, Pythagoræ, quem scripta nulla reliquisse veteres passim monuerunt, non esse, hodie vix opus est monere.

25 *fuit nigromantic.*] ‘Pythagoricam necromantiam’ iam Augustinus memorat ap. Gratianum can. 16. Ca. XXVI. qu. 7.

*nigromantia*] cf. ad 52<sup>14</sup>.

26 *patet ... asini*] Ut alia nonnulla in his epistolis, ita quoque delusorius hic canones legeve allegandi modus Quodlibeta imitatur. Gratiani locum de necromanticis vide supra ad 52<sup>14</sup>.

27 *doctor s. et Arest. in nono Ph.*] Scilicet et s. Thomæ et Aristotelis scripta huc omnino non pertinent; huius Physicorum sunt tantum octo libri.

28 *in hoc libro etc.*] In Reuchlini de arte cab. libris, præcipue tertio ‘multum hebræum’, sed non ‘multum græcum’ est.



Pag. 298.

Pag. 298. v. 12 . . . Pag. 299. v. 26.

29 *non curant*] cf. ad 204<sup>4</sup>.30 *disposuerunt I. Pfefferk.*] cf. ad 212<sup>5</sup>.31 *ebrius*] Frigidus lusus pro 'ebreus', Hebræus.*latet*] i. e. lateat, inmixtum sit. *Gift unter Honig mischen.* Cf. Wander Sprichw. Lex. I. col. 1688. n. 9. 22. *Die Biene saugt den Honig aus der Blume, das Gift läßt sie darin.*32 *in nund. Francf.*] ubi Speculum oculare et Pepericorniana primum emissa sunt.33 *loquere*] cf. ad 296<sup>1</sup>.34 *missus etc.*] Ortvinus prædicatores pro exploratore ita usos esse, alibi me legere non memini.37 *doctor Iesus*] Ioannes Burkart, de quo quæ in sqq. narrantur, omnia fere singula vera esse Ind. biogr. p. 400. sq. art. 'Iesus, doctor' docet.

Pag. 299.

2 *carministæ*] Carminista = poeta, carminum compositor, versifex, in Vocabull. non legitur. Sed 'carminisator' = *zouberer*, carminisare = *zoubern* habet Vocab. inc. theut. ante latin.*mittunt cadere*] cf. p. 76<sup>7</sup>.4 *venirent ex gratia*] Significantius hoc quam 'ne indignationem . . moverent': prædicatorum potentia principum auctoritati similis est.6 *detractor . . profugus*] Singula probantur cit. art. Iesus.*cinædus*] Scortatorem fuisse Burcartum vel ex eo quod triticum furtivum per meretriculam suam divendidit (cf. art. Iesus, Dr.), satis probatur, sed eundem muliebria quoque passum esse confirmari videtur eo quod in Murnaro Leviathan (cf. Hutt. Opp. II. p. 98. n. cclxxiii.) p. Bii Murnerus Weddello exprobrat: „utinam meliores tantummodo epulas sectaveris, et non etiam fabas et holuscula, cœnas Diogenicas, modo domi non conviveris cum uxore Burcardo“.10 *cuius . . sacerdos*] Seduxisse quandam abbatissam Burcardum præter hunc v. testimonium nullum habeo.11 *omnia etc.*] cf. p. 291, 16...18.13 *non facit hoc aliud . . quia*] hæc una causa est . . quod —, nihil aliud in causa est, quam mala eorum consuetudo —.*Alexander*] de declinatione pronominum, ubi quæ relativa, quæ demonstrativa sint, de 'ille' unice et relativum et demonstrativum esse hoc versu docet:

Ille refert monstrat: non facit hoc aliud.

## EPISTOLA 70. [8]. MAGISTER MALEOLVS IN PARADISO ORTVINO.

17 Hanc epistolam 'a quodam additam' primum detegisse monachis scribit Erasmus, ut viderent epistolas O. V. non in Reuchlini contumeliam et monachorum favorem serio proditas esse. Lege lepidam Erasmi ad Martinum Lipsium d. 5. Sept. a. 1528. datam epistolam, quam exhibuimus Hutt. Opp. II. n. ccclxxxvii. p. 441. sq.

18 *Maleolus in paradiso*] Felix Hemmerlin sive Hæmmerlein, Turicensis, natus a. 1389., mortuus post a. 1456. cf. Ind. biogr. p. 409. sq. art. Malleolus. — De falsa huius epistolæ inscriptione, quam recentiores editiones inde ab a. 1599. habent, in adnotatione infra textum posita dictum est.20 *peregrinos*] i. e. ἀλλογλώσσους, *fremdsprachige*, quos non intellegit.23 *unquam . . nunquam*] *jemals in meinem Leben niemals*, ut hodieque *in meinem ganzen Leben nicht irgend einmal, niemals nicht*.26 *bicipites asini*] Puto esse *doppelte Eselsköpfe* (ut Ballio ap. Plant. Pseud. v. 135.

## Pag. 299.

- dicat „neque homines magis asinos umquam vidi“.), non *Esel mit Doppelköpfen*, de quibus ‘unquam in vita mea nunquam’ me legere memini. Sed fortasse hoc elogio scriptor utitur, quia monachus et caput et caputium habet.
- 27 *natürlich narren*] ‘*Zehn Phantasten geben erst einen Narren*’. Pistorii The-saur. parœmiar. Aug. Vind. 1724. 8<sup>o</sup>. centur. VII. n. LXXIX. p. 675. sq. Cf. Olear. de fide concubinar. ed. Zarnck. pag. 99.: „Septima . . doctrina: *Trenn dem pfaffen syn futer vß dem rock, es sy beltz oder arleß, vnd mach dir ein vnderrock daruß; vß synem kappenzipfel mach ein brust, vnd überred den tolln fantasten, er hab in off der kirchwyhen vergessen* . .“.
- 29 *incidit . . . miratio*] *kommt mir eine absonderliche Verwunderung ein*, maxime mirari subit.
- 32 *Iudas . . . scalpsit*] Vix contumeliosius impudicusque Iudæus designari potest.
- patrem . . . proles*] Hoc non eo sensu dictum est, quem Icti volunt, sed vulgari, *Wie der Vater, so der Sohn; Der Apfel fällt nicht weit vom Stamm*, et q. s. s.
- 34 *schlim schlem*] cf. ad 190<sup>3</sup>.

## Pag. 300.

- 1 *quamquam quoniamq.*] p. 15<sup>24</sup>. ‘quoniam quoniamquidem’.
- 2 *sing. . . scribo*] *schreib’ ich an Euch insonders zu eigenen Händen*, i. e. epistolæ inscribo ‘ad m. pr.’, ne alius aperiat, ut hodieque *zu eigenen Händen adressieren*. Ridiculum est quod sequitur ‘possitis etiam aliis dicere’.
- 4 *Psalm.*] i. 1.
- 5 *quid retro vos est*] i. e. quales [quam mali] sitis, *was an Euch ist, was hinter Euch steckt*.
- scrupulatio*] scrupulus, dubitatio, metus, *Bedenken, Besorgniss*.
- 6 *quod i. furavit . . . de epistola*] ne typographus (sive potius operæ) interverterit exemplum epistolæ. Furare cf. Ind. verbor. h. v. et ad 296<sup>1</sup>.
- 7 *iuvat vobis*] adiuvet te, ut hodie sæpius *dann sei dir Gott gnädig*.
- 10 *iterum ero invenire*] *werde ich wiederfinden, reperiam*.
- 14 *Claudic. Lips.*] Polich. de Mellerstadt apud Wittenbergenses Vulcani sive Claudii Lipsii nomen habebat. cf. Ind. biogr. p. 408. Lipsius claud. Quisnam hic Heidelbergensis claudicans Lipsius fuerit, nondum exploratum habeo.
- qui . . . currere*] Spurcius quam clarius est hoc *der einen sich mit der Nas in den A . . . laufen läßt*. Puto velle ‘qui fallere scit captiosos innocentium viro-rum vexatores’.
- 16 *disponere un. brill.*] comparare perspicillum, quale naso prædicatorii ordinis inposuit Speculum oculare. cf. Ind. scrr. p. 76. n. VIII.
- ipsi dicunt*] *man sagt, sie sagen*, fertur, dicitur.
- gratis acc. uni*] commodo eum dare, i. e. nec sentientibus eum inponere bril-lum, scilicet ut suas ipsi nequitias stupiditatesque cognoscere discant.
- 17 *Berne*] Revera hoc opus non magis ‘est impressum Bernæ’ quam ‘Romæ stampato’ (cf. Ind. edd. n. 5.), sed subscriptio posita est, ut denique Bernense scelus commemoraretur, ubi quattuor lucernæ prædicatorii ordinis e rogo totam Hel-vetiam inluxerunt a. 1509., post quod tempus edito Speculo oculari Hochstratus contra Capnionem in scenam prodiit. cf. Consp. chronol. ad a. 1511. — Recentior, a. 1556. primum adposita subscriptio volumen alterum Romæ impressum et ab ipso papa in Vaticano palatio, cuius ala adhuc nomen *Belvedere* gerit, confir-mato privilegio munitum esse mentitur, ut voluminis primi tria priora exem-pla sese Veneta mentita fuerant. cf. ad 61<sup>26</sup>.

# ADDENDA ET EMENDANDA AD HVTT. OPP. VOLL. I...VII.

## AD VOLVMEN I.

Ad Indic. bibliogr. Hutten. p. 29\*. adde post num. 5. descriptionem exempli Parisiensis, quam dabimus infra in Addendis ad hoc vol. VII.

Pag. (3) ante primum versum pone:

[COLONIÆ.]

I\*.

28. OCT. A. 1505.

*In matriculam universitatis Coloniensis sub rectoratu Adami Volkmar de Boppardia inscripti sunt:*

October 28. Adelricus hotten ad artes iuravit et solvit.

November 17. Iohannes Iegher de aernstad ad artes iuravit et solvit.

*Hæc ita C. Krafft in Zeitschrift für Preuß. Geschichte . . . von P. Hassel. Berlin. 1868. p. 482. Aperte Adelricus pro Vdalricus scriptum est; Hotten autem ita ut pronuntiabant nomen Hutten. Iohannes Iäger idem Hutteni amicus est, qui decennio post Croti Rubiani nomen accepit. — Inscriptionem rectoris manu factam esse puto.*

Ad pagg. 10...13. De Rostochiensibus viris qui miseris Hutteni rebus consuluerunt, conferendus erat Otto Krabbe, *Die Universität Rostock*. II. 8°. Rost. 1854.

Pag. 25. i. f. adde epistolam Petrei Aperbacchi ad Hermannum Trebelium dat. 3. Iul. a. 1512. quæ repetita est vol. III. p. 545. sq.

Ad pag. 28. med.

? (STECKELNBERGÆ??)

XIII\*.

16. FEBR. 1513.

[VLRICVS HVTTENVS DIETERICHO HVTTENO.]

Dittrich liber vetter Ich Seck' dir hie ein Schrift die hat mir friderich |  
mein bruder gestert zugesetzt, vnd dar bey geschriben wie du v'nemen | würst,  
nû Sthet mein Sach Izo der mas das Ich vff den dag | nicht komen kan, Ich  
wil aber mit mein bruder redt das er | vff den dag reiden sol, oder aber eitteln  
mein vettern mit | vnser volmacht, die weil nû die Zeit So kurz das der dag |  
sroben zu v'kunden nicht ist, doch wo es Sein mocht, So | wer es gutt, da  
richt dich Selber Im besten nach, wo du | nû den dag Selbst persönlich auch  
nicht besuchen, mochgstu | Her' ludewig mit zusehung des briües, oder aber fri-  
derich | mein bruder dein meinugh Schreib, ob du bey gemeiner | Ritterschaft bleip  
wolst, oder was dein gemüdt, dan Ich wil nicht<sup>2</sup> | von Ir nit<sup>3</sup> Seß es geh  
dar nach was got wil, das alles hab | Ich dir In gudem nicht wollen verhalten,  
ff gutlich bitten | mir zu mein dag gein Bluchter vff Sonttag Reminiscere<sup>4</sup> | den  
abent ein zukomen ye nicht auß zubleiben, In Solchem | finstu mich dir mit frunt-  
zoft wider gewelget, So wußtu | mein bruder auch da finden, woln wir vns

1) [seck] schicke.

2) nicht] mich corrigere debebat.

3) Ir nit Seßn MS.

4) Sonnt. Rem.] 21. Februar.

allerlei mit einander | vnderreden, vnd Sech vor allen dingen Her<sup>r</sup> ludewig den |  
 briue zu datz eilns dinstag nach Inuogauit anno 2<sup>er</sup> xiiij | Ich Ich hab mit meiner  
 frantzast ein geleidt zu fluchter vff | dem dag wolt Ich dir auch nicht verhalt-

Ulrich vom Hutten  
 32 Steckelberg

[Inscriptio:] Dem erbern vnd besten  
 ditterich vom Hutten mein  
 ss liben vettern

XIII\*. Ex archio Hutteniano Wirceburgensi (Nº. 3. fas. 34. Lit. JJ.) epistolam ipsius Hutteni manu scriptam transcripsi. Ad marginem inscriptionis supra exhibitæ recentior manus adscripsit: Ulrich vom Hutten zum Stadelbergk schreibt | Brief halb S ludwig zu schicken vnd bey | ihm vsm tag zu schluch' zu erscheinen | Anno 13 vnd ob ehr bey d' ritt'schaft | pleiben wolle Ist aber Dieterich vom | Hutten von d' Ritterschaft nitt gewichen sond' fest | plieb-

? (STECKELBERGÆ??)

? MAI. A. 151?

[VLRICVS HVTTENVS DIETERICHO HVTTENNO.]

Mein ss dinst zuuor ss liber vetter du wurst auß eingelegter | coppeien  
 vornemen was froben Her<sup>r</sup> ludewig vnd mir | geschriben, vnd mocht leiden wo  
 zu du nicht fug dastu | dich des Selben enthildest als Ich mich auch vorse du |  
 thun werdest wolt Ich dir Im besten nicht v'halt- dan dir | zu din wer Ich  
 wellig datz metwochen nach urbanus anno' | xv<sup>o</sup>do

Ulrich vom Hutten  
 2<sup>er</sup>

[Inscriptio:] Dem Erbern vnd  
 besten ditterich vom  
 Hutten mein ss  
 liben vettern

1) anno] amo MS.

Hanc quoque schedulam Hutteni manu scriptam ex eodem Wirceburg. archio (Nº. 6 Lit. J.) edidimus. Fortasse cum superiore epistola ad eandem causam

pertinet: anni autem numerum qui sic scriptus est



fateor me non satis bene intellegere; si annus 1513. significaretur, non conueniret metwochen nach urbanus, nam Urbani dies a. 1513. in ipsum Mercurii diem (25. Mai.) incidit. Anno 1515. Urbani dies (25. Mai.) Veneris dies fuit.

?

XIII\*\*.

31. DEC. A. 1513.

[HVTTENVS PRINCIPI . . . . .]

Hochgeborner fürst vnd her<sup>r</sup> e ss gß Sey mein gantz | wellig dinst alzeit  
 mit welligem fleis zuuor | anbereidt gnediger her<sup>r</sup>, e. gß Schreiben Sampt | ein-  
 gelegter copen hab Ich vornomen, vnd wo e gß | mein zu Solchem begern mit  
 zurriden, vnd | mir dor umb vorwehung meines Soldes thun | wil Ich gern mit

vir pferden mit e. gß oder | den enuern reiden, doch also das mir ein Jar vff  
 vir pferdt ander halp hundert gulden werden | gedraw auch mit helfff<sup>1</sup> des almech-  
 tigen dy vor | dem gemein wo es zum brauch quem zuuor | diñ 2c vnd wo e. gß  
 etwas dar vmb gemeint | wil Ich mich vff eß gß Schreiben bey e. gß finden<sup>2</sup> | vnd  
 nach notdorft der Sach beslißung entpfang | des bit Ich e. fß. gß gnedig antwort  
 geben vnder | meim Insiegel datß Sampstag nach dem heiligen | crist dag Im  
 xiiij Jar.

Ulrich vom Hutten  
 2ß

- 1) Utrum helfff an holff scriptum sit hæreo. 2) finden MS.

XIII\*\*. Exemplum ipsa Hutteni manu scriptum in chartophylacio principis Alberti Anglorum reginæ coniugis adservatum post optimi principis obitum gratiosissimus frater Ernestus dux rogatu humanissimi viri Ioachimi Marquardti mihi edendum permisit. Unde loci hæc epistola data sit, cum non indicetur, neque inscriptio extet, coniectura tantum adsequor, eam Erfordiæ Alberto Brandenburgensi, d. 31. Aug. a. 1513. in locum defuncti ducis Ernesti Saxonici Magdeburgensis archiepiscopi administratorisque Halberstadiensis electo scriptam esse.

Pag. 28. vers. 17. scribe: 26. IAN. (pro: 25. IAN.) et ad [1514?] adde: sive veri similis a. 1515. et cf. Ind. chronolog. ad hos dies.

Pag. 33. ante num. XXI. inseratur:

ERFFORDT.

XX\*.

22. AVG. A. 1514.

[HVTTENVVS ALBERTO MOGVNTINO.]

Hochgeborner fürst e. fß gß<sup>1</sup> Sey mein vndertheniger ganz welliger diñst | alzeit  
 züuor gnediger her<sup>2</sup>, Ich hab e. fß gß schreiben endres den heftern<sup>3</sup> | belangen,  
 alles Inhalts vornomen, fug dor ann e. fß gß vnderthenig | wessen<sup>4</sup>, das Ich lei-  
 den mocht das er solcher seiner beschwerlichen | gesendnis enthoben, die weil sich  
 aber der handel seiner | person halber, die peinlich clag zu Im, so diß gewirkt,  
 vnd | von eim erbern Radt zu erfört öffentlich, meiner erwirdigen | vnd gnedigen  
 hern des thum cappittels vnd Stiftes menys | gericht zu erfört ober antwort,  
 vnd vorgestelt, vnd also | vmb sein bekenden Recht zusprechen, vnd erghen lassen |  
 begerdt, weiß Ich e. fß. gß begern vnd gesennen nach, kein | Sonder, verdrostunge  
 vor In zu bitten zuthun, noch wenger | mich In Solchem sal bey Imant des  
 Ich wol geneigt zu | erkunden, Ich wil wol gloüb das e. fß gß auch ander  
 villeicht | mein, Ich hab hie zu erfört vil folg 2ß<sup>5</sup> das wil Ich bey | der ersindung  
 30 pleiben<sup>6</sup> las, mocht Ich aber e. fß gß vnder- | thenigen diñst vnd wellen erzey-  
 gen. wer Ich wellig, hab | Ich e. fß gß In antwort nicht wellen verhalten, datß  
 erfördt | diñslag vnser liben frauwen würtzwei dag<sup>6</sup> aüno 2ß xiiij<sup>o</sup> |

Ulrich vom Hutten  
 zuß Stechelberg

- 1) euer fürstliche gnaden. 2) De hoc Andrea incarcerato vide Erphurdianum Antiquitatum Variloquum vol. I. p. 32. cit., passim. — Vocabulum *heftern* pro parte evanidum factum est in MS. 3) wessen] wissen, zu wissen. 4) 2ß] etc. 5) plei vix legi potest in MS. 6) würtzwei dag] Mariæ assumptionis.

XX\*. Cum XIII\*\*. ex eodem principis Alberti chartophylacio mihi transmissa est hæc epistola sine dubio Alberto Brandenburgensi nuper archiepiscopo Moguntino facto [cf. vol. III. p. 353.] scripta, cuius inscriptio non extat.

Pag. 34. ante n. XXII. insere XXI\*. Hessi ad Capnionem epist. d. 6. Ian. 1515. repetitam vol. I. p. 453...455.

Pag. 39. v. 4. ad MARQUARDO DE HATSTEIN adnota: cf. vol. II. p. 161. vv. 35. sqq. et ad vv. 11...21. vide varr. lectt. vol. III. p. xxi. exscriptas.

Pag. 40. ante num. XXVI. insere XXV\*. Roberti Wingfield ad Henricum viii. ep. datam 20. Mai. 1515. repetitam vol. V. p. 506. XXV\*. Croti ad Mutianum epistolam d. 11. Iun. (a. 1515.) scriptam, quam edidimus vol. III. p. 543. sq.

Ad pagg. 40...54. cf. varr. lectt. ex Hutteni autographo transcriptas vol. III. pag. xxii. xxiii.

Pag. 43. ad § 32. adnotanda vide vol. III. p. 544. sqq.

Pag. 45. ad § 56. adde notam: Postquam quæ habere debeat universitas plena exposuit Mosellanus (PETRI MOSELLANI PROTEGEN-<sup>[sis]</sup> PÆDOLOGIA, iam iterum, vna | cum scholiis in loco appofitis edita, | adiectis insuper DIALOGIS | duobus etc. *In fine* Lipsiæ, ex officina Melchioris Lottheri. | Anno dñico M. D. XX. 4º. pagg. E4. sq.) ita pergit: „Quamquam autem Gymnasium eiusmodi, minoris negotii est describere, quam usquam invenire, ad præscriptam tamen imaginem accedunt hic in vicino sitæ, LIPSIA & WITTENBERGA. Nec ERPHVRDIA cuiquam est aspernanda, Vt nec BASILAEA. Super omnes vero trium linguarum professione floret LOVANIVM, schola vel hoc nomine omnium fœlicissima quod magnum illum et sapientiæ et eloquentiæ principem habet ERASMV. Et summum illud ecclesiasticæ dignitatis ornamentum ALBERTVS cardinalis, magnum quiddam Moguntiae suæ molitur. Quod si processerit, erit quo se Germania exteris hominibus venditet.“

Pagg. 97...99. n°. 12. recentius neque satis fide dignum scriptum esse monet etiam v. cl. Stælinus: in eo (pag. 98. v. 20.) præter alios errores etiam falsum nomen *Holtzgärtingen* pro iusto *Kongen* occurrit. cf. infra ad p. 248. 249.

Pag. 139. v. 2 (26.) scribe: Domminici (pro Dominici) et in notis post Domminici 1. 2. adde: recte, metri causa *num*.

Pag. 153. ad v. 13. adde adnot. Reyst] i. e. Reysch s. Reisch, de quo vid. Ind. biograph. art. Reisch. vol. VII. p. 452.

Pag. 154. ante num. LXVII. insere: LXVI\*. Alberti arch. Mog. ad Franciscum I. Francor. regem litt. d. d. 20. Sept. a. 1517. editas vol. V. p. 507. sq.

Pag. 175. ante num. LXXXIII. insere: LXXXIII\*. Hutteni ad Ioach. de Moltzhan ep. cum novem aliis edit. vol. II. p. 477...483., quibus Moltzani ad Franciscum I. regem infra ad II. p. 480. transcripta epistola inserenda est.

Pag. 184. ante num. LXXXV. ponenda est epistola quam sub num. CXXIII. infra p. 268. posui: nam ea die 15. Mai. a. 1518. [non 1519.] scripta esse videtur. cf. Ind. sscr. vol. VII. n°. xxxxi.

Pag. 187. i. f. insere: LXXXV\*. Spiegeli ad Erasmus Rot. ep. d. 31. Aug. a. 1518., quam dedimus vol. IV. p. 687. sq.

Pag. 213. ad not. 16. adde: Anno 1508. in album acad. Heidelb. nomen inscriptum est 'Iohannes de Wirsperg, Can. eccles. Ratispon.' Cf. Ioa. Schwab Syllab. Rector. Hdlbg. 1786. 4º. p. 86.

Pag. 220. ante n. LXXXXXII. inseratur: LXXXXI\*. epistola Reuchlini ad Achillem de Crassis d. d. 1. Nov. 1518. repetitam infra vol. I. p. 456...458.

Pag. 240. ante num. CVI. adde:

WITTEMBERG.

CV\*.

M. DEC. [ ? A. 1518. ]

EXIMIO VIRO D. GEORGIO SPALATINO, PATRONO AC DOMINO SVO.

Salve.<sup>1</sup> ad te, mi Georgi, Misi ad te Hebraica grammatica<sup>2</sup>, item Huttenicum, ut opinor, carmen<sup>3</sup>, utrumque dignum te munus, alterum quod Princ. opt.<sup>4</sup> sit consecratum, alterum quod Capnionem, commune Germaniæ decus, et Principis illustriss.<sup>5</sup> studiosissimum, dignis celebret laudib. et sceleratis sophistis, quod debetur, pendat. Quæ ut grata sint volo, cum<sup>6</sup> Thomæ<sup>7</sup> nomine tum meo. Alioqui vobis omnia debeo, ut non hoc officium, si quod erat, ego plurimi, faciam, sed quod a vobis, quæ est vestra humanitas, plurimi fieri credam. Ecce hic quoque mitto Martini ἀπολογητικόν<sup>8</sup>, nec est, ut tam male metuas, ne Rhomani sevant<sup>9</sup>; hoc videlicet illud genus hominum solet, nisi Tyrannos agunt, non videntur sibi imperare, quanquam<sup>10</sup> dii Boni quid debebat in christiano populo esse aliud imperare quam τὸ οἰκονομεῖν. Sed omnia prodit ambicio, et avaricia. Purgat se Martinus aperte satis, ut illi novum crimen confingere non queant. Nam et hæc in priorib. alicubi inciderunt; illæsa tamen<sup>11</sup> a Romanis. Deus Opt. Max. servet plebem suam. Vale et me commendatum habe. Wittemberg.

Philippus tuus.

1) Salus ad te, mi Georgi. Misi BRETSCHNEIDER. 2) gramm.] Ioannis Böschenstein. BR. 3) carmen] Triumphus Doc. Reuchlini . . . Fürstem. 4) Principi optimo BR. 5) Illustrissimi BR. 6) sint, volo cum BR. 7) Thomæ] Anselmi. BR. 8) ἀπολογ.] Appellatio F. Martini Lutheri ad Concilium (scr. Wittenb. die Solis, xxviii, m. Nov. 1518.) s. l. et a. plag. una in 4<sup>o</sup>. Fürstem. 9) sævant BR. 10) quanquam, Dii boni, BR. 11) tamen] tñ MS. tum falso BR.

CV\*. „Ex autographo in Cod. Bas. F. n. 101. ep. 3.“ in Corp. Reformatior. ed. Bretschneider. vol. I. Hal. Sax. 1834. 4<sup>o</sup>. n<sup>o</sup>. 29. coll. 56...58.



CV\*\*.

Reuchlini ad Questenbergum epist. d. d. 12. Febr. a. 1519. quæ repetita est vol. I. p. 458. sq.

Sequens Reuchlini ad librum Athanasii de variis Quæstionibus præfatio (cf. supra p. 103. huius vol. VII., Indicis scriptorum n. xxxiiii.) ante mensem Martium a. 1519., quo mense ille liber prodiit, scripta esse videtur. Ipsa epistola dedicatoria loci temporisque indicationem non habet.

CV\*\*\*.

A ii 3 REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO ALBERTHO. | DIVI MAXIMILIANI ad Mariam de Anima Presbytero Cardinali. Moguntinæ Sedis ac Mademburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Primati, & Ecclesiæ Halberstattenlis Episcopo. Sacri Romani IMPERII per Germaniam Archi-

cancellario. | Principi electori, Marchioni Brandēburgensi. | Stetinenſi. Pomeraniæ. Sclauorum ac Caſſu|biæ Duci. Burggraui Nornbergenſi, & Rugiæ Principi, Domino ſuo Clementiſſimo. |  IOANNES  | CAPNION | Teutonica lingua, Reuchlin, Phorceſiſ | Legum Imperialium Doctor. Præſentem librum S. Athanaſii | DE VARIIS QVAESTI|ONIBVS | è græco in latinum nuper à ſe traductum | offert, cum hac quæ ſequitur | præfatione. ||

NIHIL AMABILIVS | fuiſſet, Reuerendiſſime ac Illuſtriſis. Summi Pontificatus & | Imperii Romani Elector. Si | non me, communi patriæ Dulciq; noſtro publice indiata prohibuiſſet hoſtiliſ rabies, q̄ coram cernere, hiſq; meis oculis | intueri, planè memorabilem illum tam ſolennem ac omnibus nobis ſœlicem auſpicatumq; diem<sup>1</sup>, in quo ſacraſſimus Imperator, ampliſſima dignitate Cardinales, excellentiſſimi duces atq; Principes, Regumq; maximorum Oratores & Nuncii, ac omnis nobilitatis omnium ordinum incredibilis multitudo ſimul hominum ex omni ferè orbis terrarum ſpacio nuper Vindelicorum Auguſtam confluentium, in ipſis totius Imperii Romani comitiis adſpexerunt, & applauſibiliter uiderunt te religionis noſtrę clariffimum ſyduſ, ſplendiſſima purpura, ueste trabeata, & phœniceo galero tum primum à Leone Decimo Pont. Max. feſtiue donari & inter eccleſiæ uniuerſalis inclytos ſenatores lectum Cardinalem recipi, nunquam ne ambientem antea quidem nec petentem. Mira forſ. Magnificum ſpectaculum. Iucunda gratulatio, repentinum gaudium, qđ  
 Aiii ne animus concipe-re, nec pectus cogitare, nec lingua ulla ſatis exprimere queat. Aut ſi aliquantiſper oporteat, profecto non infimi ſubſellii hominem, ſed Ciceronem aliquem aut Hortenſium requirat. Fateor hoc de me ſponte mea, q̄ anguſtia præcordiorum meorum, & frigidus ſanguis, & tarditas ingenii, & imperitia dicendi, tantam maiestatem proferre non poſſint, quoniam ipſe ſim hactenus ſemper plus philoſophicę ſimplicitati q̄ latinæ rhetorum diſciplinæ aut eloquentiæ deditus. At exercitatus mihi probabitur, & omni laude cumuſatus iſ orator, qui ut res eſt & ut decet, copioſe magnificęq; prudentiam & æquitatem clementiſſimi Patris noſtri Papæ Sanctiſſimi ad illa uirtutū tuarum merita quæ ſunt ampliſſima recto iudicio referre comparareq; ſufficiat. Reſpexit enim æquiſſimo iure ſua Sanctitas, nequaquam ad priſcas imagines illas eminentis nobilitatis domeſtica celebritate cultas antiquiſſimi generis tui, quo tu ualde multos Germaniæ principes excellis. Ea ſanè res, in cæteris quanquam ualet plurimum, tamen in contemplāda diuinitate, atq; gubernanda dei eccleſia, ſæpe inuenta fuit inutilis. Nec etiam tantam annonam, tot fructus, tot diuitias & tam ingētes theſauros in te ita admiratus eſt || Pontifex, ut externa bona, illa caduca & noci-tura quādoq; plus q̄ profutura tanto culmine ac honoris faſtigio arbitrarēt fore digna. Sed nec item illud tanti fecit, q̄ & Archiepiſcopatū Moguntinum, & Mademburgenſem Primatum, & præſulatū Halberſtattenſem unā ſimul tenes, quæ func-tiōes ſacrarum dignitatum ſingulę, pluri-

1) diem] 1. Aug. a. 1518. Cf. Hutt. Opp. V. p. 298. vv. 10. ſqq. Legerat puto Reuchlinus, cum hanc dedicationem ſcriberet, Iacobi Manlii Friburgenſis libellum tum recentem *De inclyto* ... | actu eccleſiaſtico ſalutē. Auguſti Auguſte. Celebrato anno domini. | 1518. | 4<sup>o</sup>. de quo vide Hutt. Opp. V. p. 200. adnot.



morum singulis magno præconio celebratorum hominum si cōtigissent, omnium se fortunam putarent exuperasse. Quin potius his uniuersis te maiorem existimans pientissimus Pater, apud se maxime omnium æquam tuis superillustribus & heroicis uirtutibus mercedem applicare constituit. Et quæ meretur incredibilis ingenii tui magnitudo, frequentissima optimarum artium exercitatio, doctissima totius sacræ theologiæ iurisq; cognitio, elegans dicendi consuetudo, præcipua religio, & omnium quæ moribus laudatissimis insunt, pfectior moderatio cū summa humanitate disciplinæq; studio & solida prudentia, tibi inquā tibi, oīa ea tuq; egregiæ semper erga Sedem Apostolicam uenerationi iam deferre ac reddere uoluit, & quo uel maius habuit prorsus nihil certe amplissimis tuis meritis Cardinalatum ingenue largiri. Hæc sunt sanctimo-  
 (A4) nia præmia, castissimæ uitæ, puritatis, innocentia, ad quam ab incunabulis & à teneris unguiculis optima eruditione formatus es, & institutus. Hæc incorrupti animi tui munera, uerecundæ benignitatis, modestiæ singularis, & urbanæ comitatis. Hæc bonitatis tuæ trophæa, qui omnibus prodesse soles, de omnibus bene mereri, alios iuuare humanissima liberalitate, alios fauore tuo subleuare, alios beneuolentia consolari, alios molestia quauis afflictos autoritate liberare, clemētia fouere, tolerare animi tui fortitudine, atq; nullis honesti amatoribus ingenio consiliisq; deesse. Hanc optimo iure nō est passus LEO Sanctiss. diuinam uitæ tuę conditionem indonatam relinqui, nimirum cū non dubitaret haud modo in rem ecclesiæ catholicæ & christianæ fidei commoditatem laudes tuas & istos honores uergere. Verum etiam propriæ suæ laudi quæ per se celebratissima est, & quamplurimum abundat, etiam accessionem tamen quandam fieri, si cognoscerent oēs publico aspectu in uirum bene meritum collatam esse summam dignitatem. Sed quoniā tanta & tam egregia mentis humilitate præter comunem aliorum morem præditus uulgo perhiberis, fortasse nunc frustra tibi, quanquā obiter uirtutes tuas enumerare cœpi, qui omnium tuorum ipsi tibi & dictorum & factorum planè conscius atq; optimus es testis, nec desyderas, laudabilia de te ad te dici, quod forsitā adulationem olere putabis. Quare si quos inclytæ celsitudini tuę Panegyricos, quacunq; ex causa duxeris aliquando admit-tendos, ego qui me tali ac tantæ oratorum prouinciæ sentio q̃ sim & ingenio & uiribus impar, ne bos clitellas, eā uicē illis relinquo, qui pleniores & uberiores in dicendo me superant, quibus facile ancillat latini sermonis incorrupta integritas, ut quod re auctum est, oratione ornent. Eiuscemodi virorum quorum scripta meis præfero magna tibi copia præsto & ad manum est, quando ad te ceteris Germaniæ principibus literarum amantiorem omnes qui doctrina, consilio, eloquentia polleant, aditu perfacili obtento conueniūt. At mihi unus instar omnium est ille nobilis equestri ordine HVLDERICHVS Huttenus aulę tuæ familiaris, in iure Ciuili & Pontificio non nullus, non nemo, non nihil, orator disertissimus, & poëta Delphicam lauream cōsecutus. Adest etiam corpori tuo alter Aesculapius, eloquentiæq; studiosus Mæcenas, Henricus  
 B Stromer Aurbacchius Medicinę doctor. || Sunt & alii ex tuis non mediocrium artium, sed propè maximarum, quin uel summa quoq; dignitate cum omnis generis scientia & simul eloquentia illustres & clarissimi, qualis ille Reuerēdus magnificentia infula decoratus Dn. Laurentius Truch-

ses, tuę Metropolis Decanus, cuius tota cognatio & doctissima extat, & excellētibus Ecclesiarum Magistratibus dotata. Illis accedunt præterea cæteri haud impares, quos si nominare pergerem, catalogus in uolumē cresceret, eorum qui te permittente decora nominis & generis tui, quæq; sunt de te memoratu digna (sunt autem omnia) suauius erudite integre, ample, ornate, copiose cū admirabili orationis dignitate, scribendiq; atq; dicendi locupletissima facultate ualeant amplexari. Meum est autem, qui lōge remoto gressu illos sequor, tibi aliena dicare, dum propriis non sufficio, ac dum paria rebus tuis officia de meo impendere nequeo, ali-cūde mutuari & commodatis uti, ne forte cum alii tuam hāc nouam functionem ut olim Pandoram subito creatam Dii omnes pulchris muneribus ornarint, ego solus cultu & ueneratione abstīnens ausim ad te nō modo dominum mihi obseruandum, & magnificandum, verumetiam Patrem pietissimum & ele|mentissimum, uacuis manibus applicare. Sed quid tam diuo & tanto numini offeram? cum mihi nondum Salomonis & Hiram<sup>1</sup> clāsses ex Aphrica uenerint, afferentes aurum & argentum, & dentes elephantorū, & simias, & pauos. Equidem hucusq; similiter p̄f̄cis Græcorum uiuo, ἀνάγυρος καὶ ἄχρυσος<sup>2</sup>. neq; promittere possum quę Achilli Agamemnon, licet accipere nolenti, quondam

Viginti<sup>3</sup> fuluos operoso ex ære lebetes  
Et tripodas septem pondere & arte pares  
Addita sunt illis auri bis quinq; talenta  
Bis septem adfueti uincere semper equi.  
Quodq; supernacuū est, forma p̄stāte puellæ  
Lesbides euerfa corpora capta domo.  
Cūq; tot his (sed nō opus est tibi cōiuge) cōiūx  
Ex Agamemnoniis una puella tribus.

Et cætera quæ Ilias Homeri enumerat. Magna sunt hæc, & magnis tu fateor rebus dignissimus es. Nos contra mediocris facultatis hoies magnum animum paruis muneribus libenter ostendimus. Sunt<sup>4</sup> nobis mitia poma Castancę molles & pressi copia lactis. et quanquam<sup>5</sup> pingui tamen macer taurus in aruo. Quid faciam igitur? Vtrunq; complectar. & quod Būte deceat magnum, & quod mearum opum sit paruū. || Virtute quidem ingens, corpore uero exiguū. margariti gemmęq; instar. Sanē q; uiderer mihi scire tanquam uno omnium ex ore qui te norūt, singularem erga bonas literas, potissimūq; theologicas, cultum & amorem tuum, satis idoneam mihi potestatem putauī concessam gratificādi tibi per altissimarum rerum solidam doctrinam, antiquissimorum autorum libris comprehensam, & si uel admodum forent breuiusculi. Cum sapientibus enim uiris recte iudicas, melius esse de rebus nobilioribus quantumlibet parum cognoscere, quā de uilibus abiectioris momenti plurimum. Cuius sententiæ Auenrust<sup>6</sup> laudator est, & Aristoteles<sup>7</sup> in libro Cæli secundo, rem ingenua laude dignam asseruit, si quis tanta siti, tamq; ardenti erga philoso-

1) Salom. & Hiram] Cf. II. Paralip. ix. 10. 21. 2) ἀνάγυ. κ. ἄ.] sine argento et sine auro. 3) Viginti etc.] Cf. Iliad. xix. 243. sqq. 4) Sunt nobis etc.] Vergil. ecl. i. 80. sqq. 5) quam pingui macer est mihi taurus in aruo. Verg. ecl. iii. 100. 6) Averroes ad Arist. l. c. 7) Arist. de cælo II. 12.

phiam desyderio afficiatur, q̃ μικρὰς εὐπορίας ἀγαπᾷ, περὶ ὧν τὰς μεγίστας ἔχομεν ἀπορίας<sup>1</sup>. Nuper itaque collustranti mihi quæ recondita tenerem in cella mea libraria, offerebāt se de subito Beatissimi ATHANASII græca opera, quorum è numero unum inter tot preciosa iocalia librum De diuersis ad Antiochum principem Quæstionibus inscriptum seposui, quàmmaxime tibi & gracilitate quem breui perlegeres, et subtilitate quem libenter agnosceres nō modo || acceptum, ut haud titubanter spero, sed etiam gratissimum. Scio veneraberis & inter delicias habebis tantillū uolumen, propterea q̃ & strictim & non perplexim profundissima ducit in altum, & obscura in lucem, & spectatorem quēlibet in eius amorem sanctitudo quoq; autoris inuitat & allectat. Mox cogitabam operæ me precium publice priuatimq; facturum, si latinis etiam hominibus, me interprete, fieret sub tuo nomine cognitus, & simul tantuli ponderis lucratiūculum humeris meis iudicauī haud imparem, qui propter grandæuam ætatem non sum ausus adoriri grandiora. Proinde, uerti opusculum hoc tibi dedicandum è græco in sermonem latinum, fortasse nō ubiq; latine, uenia dignus, qui malui authoris sapientiam ostendere, q̃ rhetorum dicendi fucum, ut qualecūq; sit, Athanasii uolumen sit, non meum. Roborauit institutum hoc meum lepide, rerum similitudo. Quid enim magis par fuerit. primo quidem q̃ Archiepiscopo Moguntino donari Archiepiscopum Alexandrinum. Deinde uero & eum Archiepiscopum, qui olim tam diuturnam persecutionem à calumniosis proditoribus, ac mēdacibus Theologistis pro ueritate non absimiliter cum  
 Biii præsentī donatore passus est, si liceat || parua cōparare magnis, & tēpora temporibus. Athanasius nāq; omne studium, omnem operam, omnem laborem ad id solum cōuerterat, ut ecclesiā recta fide auget. Ego pariter ille Renschlin, idem, qui & Capnion, quæcūq; de Hebraicis uoluminibus aut libris dixi, scripsi, consului, ad incrementum Ecclesiæ catholicæ feci, ne odiosa crudelitate fugarentur, ii qui foris sunt, quin potius communicatione linguarum & benignitate, clemētia, humanitate ad nostrā fidem infideles allicerentur, iuxta Patrum constitutiones. Sic & Pascasio<sup>2</sup> rescriptum extat, & Toletanum concilium<sup>3</sup> decreuit. Præceperunt nanq; sancti Patres ecclesiæ catholicæ ac Proaui nostri, ut in iure Canonico statutum legitur, ita cum Iudæis agendum esse, ut potius ratiōe & māuetudine prouocati, sequi nos uelint, nō fugere, ut eos ex eorum codicibus ostēdentes quæ dicimus ad sinum matris ecclesiæ, deo possimus auxiliante cōuertere. Non ex nostris codicibus, ait Ius, q̃ quidem Biblia est. (Nam oīa nostra facim<sup>4</sup>, Lex inquit, quibus auctoritatem impertimur) nostra igitur est Biblia, nō eorū. At ex eorum codicibus clementer ipsis ostēdere iubemur errores suos, non furere, non insanire, non codices eorum publico incēdio comburere, quos legere, quos & interpretari, transferrēq; nobis iniunxit, autore Clementis<sup>4</sup> quinto, sancta mater ecclesiā. Hæc & alia Concilii Viennensis monita imitatus ego, consului pro cōmodo fidei discrete admodum & limitate, ne libri

1) μικρ. κ. τ. λ.] paruas in iis rebus facultates amat, de quibus maximas habemus dubitationes. 2) Pascasio] cap. 3. Dist. xlv. (Gregorius Pascasio episc. Neapolit.) 3) Tolet. conc.] cap. 5. ibid. 4) cf. Clementin. 1. de magistris V. 1. (Clemens V. in cōcil. Vienn.)

Iudæorum concremarentur. Profecto nescius in illo tempore, q̃ Theologistarum cohors & ministri ad spem futuri sibi lucri aliter consulissent. Post autem q̃ prudentissimus Imperator Maxæmilianus, mei consilii audiens, hebraicorum librorum combustioni superfedisset, ecce rediit mox posthabitis illorum consiliis, Sæcti Athanasii historia in mei persequēdi exemplum retorta, cum excreuisset ac intumuisset Theologistarum aduersus me flagrās inuidia, quam ad rem ut possent etiam ignobilis uulgi concinnare suffragia, ceperunt incredibilia fingere mendacia, quæ post adiuuante deo comperta sunt fuisse prorsus ementita. Nam causa tota in iudicium deducta, & Apostolica sententiâ contra illos, ac pro me lata, negotium om̃e patefactum est, & impositores notati sunt infamia. cuius ob nauseam ut lōgiori me tempore uexarent, Summum Pontificem appellarunt, ubi multis & annis & impēs in re gesta Romæ cum iam uotis (B) me doctissimorum uirorū || absoluendum fore audiuisent, mandatum de superfedendo Reuerendissimis iudicibus rep̃sentarunt, & iusticiæ rotam stiterunt, q̃ annos supra duos in Heremodicio perstitit, sed contumelia non quieuit. Interea enim Theologistæ Peperimanitæ post prodicionem, post iniuriarum factionem, post scripturarum falsationem, post calumniosam accusationē, post Apostolicam absolutionis meæ sententiam, post papalem inhibitionem, & fulminatam excommunicationem, qua usq; hodie detinentur irregulares, in atrocibus iniuriis perseuerantes, famosos contra me libellos diuulgarunt, mendaciis plenissimos, & uariis picturis nomen meū pro rostris ac ubilibet locorum suffixerunt, quibus me bilinguem delineabant, cum sim quinq; linguarū peritus, Germanicę, Gallicę, Latine, Græcæ ac Hebraicæ, nec non & Chaldaice scripta mediocriter calcem. Supra igitur quinquilinguem me depingi oportuit, non bilinguem tantum. At hæc uia illorum, scandalum ipsis, ut inquit Psaltes<sup>1</sup>. Iam uero cum experiūtur se in criminibus aduersum me nihil posse, tum relictæ ut ip̃i asseruerunt fidei causa, per aduocatos utinam uirtute prestantes, ad apiculos iuris confugiunt. Si forte, quanquam nō sua industria, qui || ad iniurias solum & non ad iura nati sunt, tamē aduocatorum solertia ullam inuenire queant captiunculam, quo iudiciarii processus formula uel aliquantulo momento uacillet. Expectandum igitur nobis est quid futurum sit, Christ<sup>9</sup>ne uincat an Chrysus. Sed quid in hac om̃i re mea conspicitur à Sancti ATHANASII persecutione alienum? Quid distat nisi sola beatitudo, quam ille habet triumphans, ego desydero militans, & qui sentio intra me parem animum, spero illius intercessione par præmium. Tempora fateor illi fuerunt longiora, ceterum similis alioqui utriusq; oppressio, similis impugnatio, simile decepti ac concitati uulgi odium. Absit inuidia comparationi, nō enim cum sancto, peccatorem, neq; cum episcopo, laicū me confero. Sed consimile negotium afferro. Passionum hic ratio habetur, non passorum, hostiū similitudo, paritas uotorum, æqualis Theologistarum calumnia. Vt igitur obliuiscar meorū, ego sanē ad Beatum ATHANASIVM reuerto, plenum uirtute, immo ipsam uirtutem. Is ubi cum Theologistis sentire nec potuit nec uoluit, odiebat enim mecum anilia in disciplinis theologicis sophismata, quæ ita cilli, ut hi nostri, amplexabant, unde ducti sunt in hæresum || profunda

1) Psalm. XLVIII. 14.

barathra, tum obruitur multitudine Arianorum, quos nulla legum reuerētia, nullo iuris praesidio uitare, sed sola fuga poterat. Interea sibi concessis induciis iussu Imperatoris Constantii, Archilao praesidente, omnem obtreptatorum accusationem & uiuis & praesentibus testibus extinxit . . . . . || . . . . . In senectute bona exoluit uitā & apponit patrib<sup>9</sup> suis. patriarchis & prophetis & apostolis & martyrib<sup>9</sup>, q p ueritate certarūt. Et cū angelis sanctis animisq<sup>3</sup> beatis uiuit in celo, sine fine laudās Homoufiō patrē & filiū & spiritū sanctū, q est de<sup>9</sup> Trisypostat<sup>9</sup>, ut in sequētis sui opīs patebit initio, iūctis adnotatiōibus nostris, quas & grato accipias aīo Reuerēdis. ac Illustriſſime Princeps principum, & me perq<sup>3</sup> commēdatiſſimum habeas oro.

Pagg. 242...272. Cf. varr. lectt. ex Hutteni autogr. exscriptas vol. III. p. xlviii.

Pag. 252. ante num. CXI. pone:

EX TIGURO.

CX\*.

10. MART. A. 1519.

[ZVINGLIUS BEATO RHENANO.]

. . . . . Dedit idem Sanderus<sup>1</sup> hisce diebus orationem<sup>2</sup> nobis hominis cuiusdam ἀωνύμου, docti tamen adprobe et festivi, verum descriptoris ignorantia improbe scriptam, quam aliundeque missam et per quendam illatinum omnino, non modo ignarum scriptam, cum Myconio restituere nitimur cuidam integritati. Quod ubi factum fuerit, ad te mittetur; placebit supra modum, adeo est referta scommatis: κατὰ<sup>3</sup> τοῦ ἱερέως καὶ τῶν καρδινάλιων ἀργυροφιλάτων. ὁ δὲ καρδινάλιος σηδονναίων εἶπε πρὸς ἐμὲ ἄγχι σχῶν κεφαλὴν<sup>4</sup>, 'cura ut prematur per Frobenium'. Hoc igitur ubi aliquantisper repurgabitur, tibi mittetur: inde tu facies omnia abitratu. Quidam dixit Sandero esse Hutteni . . . .

1) Sanderus] Michael, I. V. D. decanus Vratislaviensis. 2) orationem] Si Hutteni fuit, Zvinglius de exhortatoria ad principes (vol. V. p. 101. sqq.) scribere censendus erit, cuius inscriptionem Hutteni auctoris nomen aperte exhibentem descriptor omiserit. 3) i. e. 'in sacerdotem (papam) et in cardinales argenti amantissimos. cardinalis autem Sedunensis [Matthaeus Schinner] dixit mihi prope admoto capite.' In apographo mihi transmissio Græca sic scripta sunt: κατὰ τοῦ ἱερέως καὶ τῶν καρδινάλιων ἀργυροφιλάτων. ὁ δὲ καρδινάλιος σηδοννηὼν εἶπε ἐμὲ ἀνχισχῶν κεφαλὴν. 4) ἄγχι σχ. κ.] Homer. Od. I. 157.

CX\*. Ex inedita epistola biblioth. Sletstadiensis, data 'VII. Idus Mart. a. 1519. ex Tiguro' humanissime mecum communicavit rev. vir Ioh. Guil. Baum theol. D. et prof. Argentoratensis.

Pagg. 248. 249. 255. ad indicationes, quibus diebus Huttenicæ litteræ CVIII. CX. CXV. scriptæ feruntur, hæc ex v. cel. Stælini Stutgartensis ad me data epistola adnotanda sunt: „Sollte Hutten — welcher doch so eifrig den Feldzug gegen Hzg. Ulrich von Wirttemberg mitmachte, am 28. Febr. 1519. in Rotenburg an der Tauber, doch ohne Zweifel im Hinzug nach Ulm, war, von wo der schwäbische Bund in Wirttemberg einfiel — zwischenhinein das Heer verlassen und in Mainz geweilt haben? Am 5. April war er wohl sicherlich beim Heer, und zwar

in Königen am Neckar (s. unten), ganz gewiß am 14. d. M. bei demselben in Stuttgart (s. epist. num. CXVI.). Die Hauptquelle über obigen Feldzug von Ende März bis 25. Mai ist 'Des hochlobl. schwed. punds Hörzug etc. [vol. III. p. 567...576.]. Allda steht [III. p. 569. § 14.] „Am Erichlag 5 April .... gezogen“. Hieraus lernen wir zur Berichtigung der Note in I. p. 264. (refodimus) in vico Holzgerlingen), daß Königen, welches dem Schwiegervater des gemordeten Hans von Hutten gehörte, es war, wo letzterer beigesetzt wurde, nicht Holzgerlingen, welches späte Historiker einschmuggelten. Die Ausgrabung Hannsen v. H. mochte gegen Mitte Aprils (umbilicus ieiun. ist der 16. Apr.) stattgehabt haben, natürlich nicht gleich am 5. April, am Tage der Einnahme Königens selbst: im 'Hörzug' ist deutlich, daß es später geschah; so ist nun auch I. p. 264. v. 19. das 'umbilicum ieiuniorum' sicher = ad finem ieiunior. zu deuten und umbilicus bei Hutten überhaupt als finis zu nehmen. Am 31. März [I. p. 264. adn. ad v. 19.] oder 3. April, wie vol. V. p. 514. steht, war das schwäb. Bundesheer und mit ihm Utr. v. Hutten noch gar nicht bis Königen vorgedrungen. In Kürze: vol. V. p. 514. ad p. 264. sollte 16. April statt 3. April stehen (Meine frühere Emendation gieng noch von der Deutung umbilicus als 'Mitte' aus). Obiger 'Hörzug' ist die Quelle, welche Stumphart (vol. V. p. 91. adn. ad v. 12.) fast ganz wörtlich abgeschrieben hat; als guter Wirtenberger ließ er nur einiges aus, wie die Huttensche Leichlage, oder fügte er einige Sachen ein: als Quelle ist er somit eigentlich nicht zu citieren."

Pag. 255. n. CXV. Hæc epistola amanuensis quidem manu scripta, sed ipsa ad Glauburgerum missa, nunc in bibl. reg. Berol. adservata in *Catalogue de lettres autographes de Mr. I. de Radowitz. 1<sup>e</sup> partie.* Lpz. 1864. 8<sup>o</sup>. pag. 9. num. 75. indicata est. Exactissime mihi eam descripsit amicus Theod. Mommsenus. Discrepat ab exemplo nostro in his: v. 7. de (ante GLAUBERGER) v. 8. meas libros et uestes ad v. 9. p̄ximas Nundinas Francofordiū venturas, v. 10. .Est v. 12. .Si v. 13. dyalogum, Premitur v. 14. .Febris Dyalogus v. 15. ,mittam v. 16. .Tantū abest ut v. 17. .mira .Iube v. 19. Neq; v. 20. cū Socero conffe v. 21. Moguntię raptim. v. 22. her doctor Ich .. Wagensäfers haus v. 23. pferdt sein v. 24. oder xxiiii guldg einen Infra XX epistolæ versus ad dexteram scriptum est 'per Amanuensem.' Inscriptio- nis v. 2. habet ;: L. Doctori longe doctiss. Amico

Ad p. 255<sup>25</sup>. De familia Glaubergiana iam videndus est G. E. Steitz *Reformato- rische Persönlichkeiten ... in ... Ff. a. M. von 1519 bis 1522.* (*Archiv f. Ff. Gesch. und Kunst.* vol. IV. p. 57...174.) Ff. a. M. 1868. 8<sup>o</sup>. p. 1...118. Arnoldi Glau- bergeri [zum trierischen Hof] (nat. 1486. † 1534.), Arnoldi [zu Schwanau] († 1495.) filii, uxor fuit Catharina de Holzhausen, Amandi sive 'senis Hammonis' filia, quam duxerat d. 9. Iul. a. 1515. Arnoldi iunioris frater fuit Iohannes Glau- berger [zu Laneck] nat. a. 1480. † 1525.

Pag. 262. ante CXVIII. pone:

[TIGVRI.]

CXVIII\*.

24. APR. A. 1519.

[ZVINGLIVS BEATO RIIENANO.]

..... Phalarismus nondum pervenit ad nos, Febriculæ autem tantum unum exemplar. Si potestis aliquo modo, plura exemplaria mittatis . . .

CXVIII\*. Ex MS. bibl. Sletstad, a viro cel. Baumio mihi transmissæ epistolæ pars.

Pag. 263. v. 3. inf. adnot. adde: Vico nomen est *Kongen*, non *Holzgerlingen*. Cf. superior. adnot. ad p. 97...99; et v. 5. inferioris adnotationis scribe: 26. Iul. (pro 25. Iul.) et Pag. 264. v. 6. inf. adn. scribe: 3. Apr. (pro 31. Mart.)

Pag. 264. adn. ad v. 19. cf. supra ad pagg. 248. 249. 255. adnotata.

Pag. 267. v. 1. scribe: IN FINE (?) MAI. 1519. Ad v. 27. adnota: „Der Beginn des *Eßlinger Bundestags war auf den 18. Mai 1519. festgesetzt* (Le Glay *Négociations diplom. entre la France et l'Autr.* Paris. 1845. 4°. p. 448. *Klüpfel, Urkk. z. Gesch. des schwäb. Bundes. Th. II. Stuttg.* 1853. 8°. p. 169.) und ist ohne Zweifel an diesem Tage eröffnet worden.“ STÆLIN.

Pag. 268. v. 1. scribe: 15. MAI. 1518. (pro 1519.) Cf. ad p. superiorem 184. adnotatum.

Pag. 269. ante CXXIII. pone: CXXIII\*. Gerbellii ad Capnionem ep. d. m. Mai. 1519., quæ repetita est vol. I. p. 459. sq.

Pag. 286...288. Hæc quoque epistola Hutteni manu scripta inter Radowitzianas (cf. ad p. 255. cit. *Catalogue* n. 73.) mihi nunc ex accurato Mommseni exemplo ad manus est, ex quo hæc enoto: p. 286. v. 16. *negocium* v. 21. .Ipse v. 22. .Ipse v. 23. .A longe v. 26. .Quas p. 287. v. 6. Quæso non v. 8. .Ipse v. 9. .Nec v. 13. aliqui (*deest particula chartæ in qua d fuerat.*) v. 16. *eiuscemodi* v. 17. *Vrbes* v. 18. .*centhauris* v. 20. *proprium versum non facit.* v. 21. *puto, quid velim.* Tantū v. 22. *a voc. hæc aversa pagina incipit.* v. 26. *penagatur.* v. 27. *ab multis cupide.* Qui v. 28. *giganteo* v. 29. .Qui v. 31. .Qui v. 37. VII Calñ Augusti v. 38. .Nunc p. 288. v. 1. *febrē voc. iucunditate et litteræ ecro versus 4. in annexo folio, quod nunc non extat, scripta fuerunt.* v. 2. *oblectifem* *Infra inscriptionem est:*

Doctor A l(?)d Glauberger

In d(?) stad

Puellam quam frustra sibi uxorem petebat Huttenus, Steitzius l. c. p. 18. sq. docet fuisse Cunegundem de Glauburg, natam m. Iul. (?) a. 1501. parentibus doctore Iohanne Glauburg (*zu Lichtenstein*) mortuo a. 1510. et eius uxore Margaretha Horng, quæ a. 1517. cum scabino Wicker Frosch secundas nuptias contraxit, testibus præsentibus Arnoldo et Iohanne Glauburgiis et Amando de Holzhausen. A. 1511. Margaretha Glauburgi vidua liberis suis Cunigundi, Iohanni, Margarethæ, Annæ, Hieronymo, tutores petiit Hamannum de Holzhausen, Arnoldi Glauburgi socerum, et Arnoldi fratrem Iohannem. Cunigundis Glauburgia d. 18. Sept. a. 1520. nupsit Adolpho Knoblauch advocato civitatis Francofurtensis, et mortua est d. 30. Ian. a. 1533.

Post epistolam CXXXI. lege infra paginæ 322. ante n. CLII. inserendam, quæ adhuc inedita fuit.

Pagg. 288...299. cf. ex Hutt. autogr. vol. III. p. xxvii. exscriptas varr. lectt.

Pag. 301. n. CXXXIII. non 2. AVG. 1519. sed 2. AVG. 1520. scripta, itaque ad pag. 366. ante n. CLXXXII. conlocanda est. Corrige p. 301. v. 24. M. D. XX. (pro M. D. XIX.)

Pag. 307. v. 11. *corrige* D. 31. OCT. (pro POST D. 16. OCT.) et in ipsa ep. adde post v. imperium (v. 22.) certo sermone, v. 24. *post cernat.* adde: At stultitia est simul decernere et dubitare de victoria. pag. 308. v. 21. sq. *corr.* silvestris tuus Silvester v. 27. ioco (pro loco) *Note* 19. 20. adde: Vtj = Quintini = 31. Oct. cf. *Hehwig Zeitrechn.* p. 111.

Pag. 309. v. 18. *corr.* proditiōnis v. 21. captorum Pag. 310. v. 4. *superba*, v. 9. hic (pro sic) v. 12. iidemque v. 16. *pone* formam scilicet (pro sed)

- v. 19. esse non (*pro* esse, non) Pag. 311. v. 26. debellando, nunc Pag. 312. v. 9. Wienna, bene tamen
- Pag. 316. ad v. 37. adde: „Epistolam ... a cel. Heumanno emendatiorem et luculentis notis illustratam Vitæ M. Lutheri a Phil. Melanchthone expositæ adiunctam esse constat.“ Burckh. Nova ad comm. de vita I. B. Analecta. Hal. 1751. 8°. p. 49. — Germanice hanc ep. dedit *Henn. Schultz Lebensbeschr.* M. Petri Mossellani. Leipz. 1724. 8°. p. 44...52. cum hac adnot.: *Ich habe diesen Brieff aus den Unschuldigen Nachr. von 1702. p. 72. welcher weit vollständiger als den der Hr. Seckendorff l. c. [I. p. 77. 88.] aus des Schilteri Tr. de lib. Eccl. Germ. p. 840. angeführet, gezogen.*
- Pag. 322. ante num. CLII. inserte hanc adhuc ineditam epistolam:

STEYNHEYM.

CLI\*.

[? FEBR. ? A. 1520. ?] <sup>1</sup>

[VL. HVTTENVVS ARNOLDO DE GLAVBERG.]

Quod nunquam metuissem, ne suspicatus quidem essem, Franco-furdium nuper veniens Philippum<sup>2</sup> in negotio illo totum inversum repperi. Is nescio cui communicata re quod consilium admisit, ut a meo desyderio videatur esse plus quam credis alienus. Nec me fallit quid mihi noceat apud vos: scilicet<sup>3</sup> isti vulgo Equitum mores, quos in me ego nunquam accepi, ut qui aliter multo institutus sim, ista<sup>4</sup> nostrorum hominum nostrique ordinis asperitas, quam si capere etiam potuisset natura mea, tamen studia exemissent. Quam non Asperitudinem enim mitigarent humanitatis studia? At nego etiam in meum ingenium cadere ista, vel te teste, quem non in Italia tantum anno ab hinc sexto<sup>5</sup>, aut nunc primum, meorum dictorum pariter et factorum habeo spectatorem et iudicem, sed ante annos etiam quatuordecim sic<sup>6</sup> prope constitutus fui, ut me si quisquam alius nosse debeas: nimirum<sup>7</sup> qui puero prius, deinde adolescenti consueveris, postremo nunc iuvenem in oculis habeas, ut te ætatis proclivitas fallere non possit. Proinde magna cum iniuria iactantur hæc: ‘Nosti<sup>8</sup> Equitum mores: insidiantur<sup>9</sup> opibus nostris, neque enim adfinitatem alio nomine petunt; ista abducta<sup>10</sup> poscet tot milia; si<sup>11</sup> non dabuntur, bellum indicet, omnes suas adversum nos propinquitates protrahet, atque hæc quidem extorquebit, illam vero non uxoris<sup>12</sup>, sed famulæ tantum<sup>13</sup> et vilis<sup>14</sup> ministræ loco habebit. || Nubat<sup>15</sup> pari, ut ne cum suo et suorum dispendio ferre dominium cogatur se indignum.’ Hæc, Arnolde, si me ut debes nosti, in meos mores cadere suspicaris? Aut quisquam Huttenum qui novit, suspicabitur? At sunt qui opinionem eam magna cum invidia<sup>16</sup> mea præ se ferant.

1) De die cf. Cochlæi ep. CLI. et huius ipsius epistolæ vv. 10. sqq. et 32.

2) Philippum] de Fürstenberg. 3) ,apud vos. Sci- . . licet H. 4) ,Ista H.

5) sexto] ‘nostri’ additum ipse scriptor linea traducta delevit. 6) ,sic H.

Arnoldus Gl. Papiæ d. 15. Mai. a. 1515. utr. iur. Dr. factus est. *Steitz Ref. Pers-sonl.* p. 4. 7) ,nimirū H. 8) .Nosti H. 9) .non Insidiantur H. sed ‘non’

ipse delevit. 10) .Ista abducta, H. 11) ,si H. 12) uxoris loco, H. sed

‘loco’ delevit. 13) iamtū] sic H. sed voluit ‘tantum’. 14) v[il]is MS.

restitui ‘vilis’. Momms. coniec. ‘vobis’. 15) Nubat] ‘Ducat’ primum scripserat sed linea transduxit H. 16) Inuidia H.



quos nollem aliud putare, quandoquidem placere omnibus in difficilimis est, nisi iam illud incepissem, quod mihi nulla existimationis meæ labes aut macula, sed alienissima<sup>1</sup> quædam et meis indigna moribus suspicio invertit. Tibi in postremis mando si ex fratre prediceris<sup>2</sup> spem esse adhuc ullam potiundi optati reliquam, (nam ille ex uxore discet id facile) negotium ut ante<sup>3</sup> promoveas; sin vero, silentio quantum potes profundo obliteres. Ego ad patrem ægrotantem<sup>4</sup> abeo. Tu cum tuis omnibus optime vale, et has statim ac legeris discerpe. Iterumque vale. Steynheym.

Ul. Huttenus.

[Inscriptio:] Arnoldo de Glauberg patricio franco-  
furdiano Iurec. Amico mirabiliter  
Candido et Integro Sal.

1) alieniss *H.* 2) predidiceris *sic H.* 3) ut prius ante *H.* sed 'prius' delevit. 4) patrem ægrot.] d. 31. Mart. a. 1522. Huttenus Fürstenbergio scripsit „Huttenus pater diem obiit proxime“. cf. vol. II. p. 115. n. cclxxx. § 3.

CLI\*. Epistola ipsius Hutteni manu scripta quam olim I. de Radowitz possidebat, quæque nunc in reg. bibl. Berol. adservatur, rogatu meo transcripsit Theod. Mommsen. Cf. *Verzeichniss der von dem verstorbenen Preuss. General-Lieutenant J. v. Radowitz hinterlassenen Autographen-Sammlung. Erster Theil. Leipz. 1864. 8º.* p. 9. nº. 74.

Pag. 337. v. 33. *adde tetro post habitu* Pag. 338. v. 2. *lege cognitum* v. 7. *credere (pro reddere)* v. 10. *quandamque* v. 20. *servo (pro spiritu) et adde in not.* cf. Paul. ep. ad Rom. xiv. 4. v. 22. *at (pro et)* v. 23. *cogendum.* Ubi est illa doctrinalis damnatio? *perdi-* v. 34. *σπείρατα* Pag. 339. v. 4. *incutitur* v. 5. *vero (pro non)* v. 19. *ecclesiæ virtualis mundo* v. 20. *in re (pro mire)* v. 23. *Vidi errores Lutheri, qui sane tam rudes, tam palpabiles* v. 25. *profitebitur, aut* v. 26. *longe tractum* v. 27. *venerabitur, qui* v. 29. *moribus sophisticis, hoc* v. 30. *nisi is ab* v. 42. *certa (pro recta)* Pag. 340. v. 30. *cogaris* v. 32. *dormit (pro docuit?)* v. 35. *suam erga te benivolenciam* Pag. 341. v. 1. *fortunam:*

Pag. 343. sq. num. CLXIII. Hæc ep., tota repetita vol. III. p. 547. sq., D. 1. IVN.

A. 1520, scripta, itaque ad inferiorem pag. 354. ante num. CLXX. ponenda est. Pag. 346. ante CLXVI. conlocandæ sunt epistolæ:

ANGLOPOLI.

CLXV\*.

11. MAI. 1520.

IOANNES REVCHLIN DOMINO IACOBO QVESTENBERG.

quam dedimus vol. I. p. 461 sq. et

SELESTADII.

CLXV\*\*.

15. MAI. A. 1520.

IACOBVS SPIEGELIVS SECRETARIVS REGIVS AD

MAXIMILIANVM A BERGIS DOMINVM IN SEVENBERG

CÆS. ET CATHOL. MAJEST. IN GERMANIA ORATOREM ET A COMMISSIS.

Erat avunculus meus . . . hoc opusculum Vulcano daturus, nisi . . . obstitsem . . . magna faciat [Carolus princeps noster] pro vero dei O. M. cultu restituendo, ac huius patriæ nationis dignitate asserenda. Prosecuturum autem eum hoc consilii, mihi cum multis spes certa manet, quia ist-

huc hodie felicitatis perventum est, quo nuda veritatis imago de optimis quibusque libere prædicatur, quæ multis retro sæculis magno humani generis malo involucris oblecta fuit. Reducunt eam apud Germanos Capnion, Roterodamus, M. Catharus, Pirckheimerus, Capito, Oecolampadius, Phrygio, Ritiis, Otho Brunfelsius, Huttenus, qui se hac comite sibi, si usquam, in Romana triade placere haud obscure fatetur. Nimirum liber homo libero argumento patriam libertatem vindicandam iure expostulat. Apud Gallos Iacobus Faber . . et Budæus . . improbos temporum suorum mores sparsim taxant . . . . . Selestadii die 15. Maii. M.D.XX.

CLXV\*\*. Ex Wimphelingi „Divo Maximiliano iubente pragmaticæ sanctionis medulla excerpta. Selest. in ædib. Lazari Schureri m. Mai. a. 1520.“ 4º. ap. Riegger. Amœnitt. Friburg. 1779. 8º. p. 479. sqq.

Pag. 354. ante n. CLXX. insere ep. Stromeri, quæ p. 343. sq. n. CLXIII. non iustum locum habet, et ad n. CLXX. adnota:

Hanc epistolam ante me ediderat Sotzmännus in ephemeridibus a Rob. Naumanno editis, quibus ‘Serapeum’ inscriptum est (VIII. *Jahrgang. Leipzig* 1847. 8º. pag. 12. sq.); exemplum quo usus est, non Hutteni, sed amanuensis manu scriptum esse ille quidem opinatus est, sed neque ipse quicquam Hutteni manu scriptum viderat, quam Ghillanii errore (cf. vol. II. p. 65. v. 16...21.) deceptus inelegantem rudemque fuisse putavit, neque omnia exempli bona et bene exercitata manu (*‘einer guten regelmässigen Schreiberhand’*) scripti verba recte legisse videtur, ut ex his utriusque editionis discrepantiis adparebit:

edit. nostr.	edit. Sotzm.
p. 354. v. 15. FVRSTENPERGK	Fürstenpergh
„ „ „ 17. nunquam	numquam
„ „ „ 18. te curæ involvo	te curæ innobis
„ 355. „ 1. Iohannis de Hatsteyn	Iohis de Harsteyn
„ „ „ 4. Fürstenbergk, Patricio	
Francofurdiensi	Fürstenpergh Patricio Francofurdiano
„ „ „ 5. viro innocenti sal.	Viro Innocenti.

*Der Brief* (addit Sotzmännus) ist in kleiner Briefform zusammengelegt und mit dem Huttenschen Pettschaft von nachstehender Gestalt und Grösse versehen:



Pag. 356. i. f. adde Hutteni ad Petrum Mosellanum epistolam Moguntiae d. 4. Iun. a. 1520. scriptam, quam vol. III. p. 689. sq. ex MS. edidi.

Pag. 360. ante n. CLXXVI. inseratur

LOVANIÆ.

CLXXV\*.

21. IVN. 1520.

CLARISSIMO VIRO GEORGIO HALOINI COMINIIVQE DOMINO  
ERASMVVS ROTEROD. S. D.

Mihi vero vehementer iucundum fuit, quod animo nondum excidit amicus Erasmus . . . . . Adest isthic Ulrichus Huttenus linguae Romanæ delictum, iuvenis nobilis, eruditus, et huma-

nus, cum eo melius hanc quæstionem [*de puritate lingue Latinæ*] tractabis. Ipse adero post biduum: si vires sinent. Nam a morbo vix adhuc satis firmus sum. Ea res in causa fuit, ut hanc epistolam dictaverim non scripserim. Bene vale vir clarissime. Louanij.<sup>1</sup> XI. Cal. Iul. An. M.D.XX.

1) Lovanio 21. Iunii Anno 1520. CLERIC.

CLXXV\*. EPISTOLAE | D. ERASMI ROTERODAMI ad diuerfos .... | BASILEAE  
APVD IO. | FROBENIVM AN. | M.D.XXI. Pridie | Cal. Septembris. | fol. p. 495. sq. et in  
aliis Erasmicar. epistolar. exemplis, novissime Lugd. Bat. 1706. col. 556.

Pag. 365. v. 24. *scribe* qui (*pro* quæ)

Pag. 369. ante CLXXXVI. *insere*:

[ARGENTORATI?]

CLXXXV\*.

29. AVG. 1520.

[OTHO BRVNVELS BEATO RHEANO.]

..... Si nihil aliud, hoc certe tibi argumento esse poterit quod sponte me dedi discrimini, neque meum nomen prostituerim<sup>1</sup> quemadmodum Huttenus, etenim alium pereclitentur mea studia, maluissem in omnem vitam ἀμωσος esse quam connivere ad scelera operantium iniquitatem et qui ex domo Dei faciunt speluncam latronum .....

1) prostit.] Hoc nisi ad persecutiones Romanistarum referendum est, non intellego.

CLXXXV\*. Ex Mss. bibl. Sletstad. Baumius v. cl. transcripsit.

Pagg. 400...402. comparato Hutteni exemplo manu scripto sic emendanda esse sequentia humanissime mihi scripsit doctiss. Baumius: p. 400. v. 5. *lege* demandaverit v. 8. obnoxius illi es v. 10. et crudelem conciliaturus v. 14. bonos mores adfecti p. 401. v. 2. aliquando dolorem dissimulando. v. 4. ab humano consortio, v. 6. fui sedulus. Quis v. 7. ad vincula etiam Romam v. 9. uno ictu proiecturus simul omnia p. 402. v. 16. cordi Decimo Leoni,

Pag. 422. i. f. adde:

[SLETSTADII?]

CLXXXXVIII\*.

8. NOV. 1520.

[BEATVS RHEANVS BONIFACIO AMORBACHIO.]

..... Ulricus Huttenus bullam pontificis qua Lutherium diris devovet pulchre traduxit<sup>1</sup> hoc est scholiis salsis et mordacibus exposuit irritaque. In frontispicio libelli insignibus<sup>2</sup> pontificiis hunc circumposuit versiculum: Astitit bulla a dextris eius in vestitu deaurato circumamicta varietatibus. Nihil unquam legisti mordacius. Nam ut scias pontifex Huttenum execratus est et principibus quibusdam scripsit ut illum aut interficerent aut apprehensum Romam adducerent. Hinc invectivarum acerbitas ista .....

1) tradux.] cf. vol. V. p. 301. sqq. vol. I. numm. CLXXII. sqq. 2) insignib.]  
vide vol. V. p. 301.

CLXXXXVIII\*. Ex Mss. antistitii Basiliensis transcripsit Baumius.

Pag. 423. n. CC. Exemplar huius epistolæ quod superiore sæculo in Castello ad Blesam adservatum fuit (cf. Car. Frid. Moseri *Patriot. Arch.* in adnot. mea ad p. 423.), nuper in Palatino oppido *Dürkheim* pretio 60 florenorum emerunt Parisienses *Maas & Strauss frères*, teste notario Hornbacensi Karschio, ex cuius litteris d. 28. Iul. 1868. datis hæc repetere iuvat: „*Der Brief ist auf 1 Bogen Papier von der Größe des gewöhnl. Schreibpapiers geschrieben und nimmt 3 1/2 Seiten ein. Er ist indessen weder von Huttens Hand geschrieben, noch von demselben unterschrieben. Er scheint nach einem Dictate Huttens von einem Secretär geschrieben zu sein, enthält nur 4 oder 5 Correcturen von Huttens Hand; sodann ist das Datum, hinter demselben eine Nachschrift von 2 Zeilen und die Adresse von Huttens eigener Hand ...*“

Pag. 424. v. 29. *corrigere* animum.

Pagg. 427...429. Ad n. CCII. CCIII. ex archetypo in Arch. seminar. Protest. adservato has emendationes enotavit v. cl. Baumius. p. 427. v. 5. ignes v. 8. non ratam fore v. 14. Franc<sup>9</sup> arbitratur apud Carotum esse v. 15. etiam qui (*non* qui et ipsi) v. 18. generis atque ordinis v. 21. rem fuisse. v. 30. Tiloninum (*non* Tilonium) [Ad hoc nomen Tilonii posita adnotatio delenda est. Tiloninus hic est ille Euricii Cordi adversarius poeta, Thilemannus Conradi Gottingensis, quem sub variis etiam nominibus (Thilonis, Tilmanni, Theonis, Philymni, Philoeni, Tielli, Telamonis sive Telamoni) ille exagitavit. cf. C. Krause Euricius Cordus. *Marb.* 1863. p. 32. sqq. Eundem Tiloninum sæpius in litteris Melanchthonianis memorari (e. gr. Corp. Reformator. I. n. 104. i. f. n. 107. init. n. 128. med.) adnotavit Baumius.] Pag. 428. v. 12. tantum fidei v. 19. sq. Tiloninum apud primum v. 24. Tiloninus v. 25. si qua vis v. 29. nunc e (*pro* meis e) Pag. 429. v. 3. cum Vormaciae inveniat, curare huc mihi, ne qua sit v. 4. quæ aiebas v. 7. reliquum si quid posse v. 9. mitte Spiram sciet ubi v. 12. literis ad me indicem *In fine adnot. p. 429. adde: Cf. infra ad vol. II. p. (3.) num. ccxvii\*.* d. 7. Ian. 1521.

Pag. 432. i. f. adde:

MOGVNTIÆ.

CCVI\*.

4. DEC. 1520.

[CAPITO AD LVTHERVUM.]

„Epistola extat impressa, sed perquam vitiose, in Bibl. Bremens. class. IV. p. 29. sqq. Ibi inter alia:

Classicum dedisti tuba toties et Huttenus nobiscum cecinit Bellicum, mox armis pereclitaturus.“

(*Ex epistola v. cl. Baumii ad editorem scr.*)

Pag. 433. *corrigere* v. 1. ERFORDLÆ v. 27. existimant.

Pag. 455. ad v. 26. adnotata iam corrigenda sunt ex iis quæ in Ind. biogr. p. 392. art. Hessus de huius ætate disputavimus. Natalis Hessi annus non fuit 1487, sed 1488.

## AD VOLV MEN II.

Pag. (3.) ante CCXVIII. adde:

BASILEÆ.

CCXVII\*.

7. IAN. 1521.

[BEATVS RIENANVS BONIFACIO AMORBACHIO.]

„Epistolæ Bonif. Amorbachii [cf. vol. I. p. 429. adnot.] *Röhrichius* particulam solummodo publici turis fecit: quæ desunt in vol. I. l. c. hic addam. Versu penult. post voc.

icēderentur *sequuntur hæc*: nemine spectante præter pauculas mulierculas olera atque hoc genus nugas vendentes.

*Hæc præterea insunt de tuo Hutteno nominatim*:

Franciscus a Sickingen et Ulricus Huttenus, imo nobiles universi huius causæ patrociniū susceperunt. (Ex epistola v. cl. Baum.)

Pag. 4. v. 2. inf. adn. corr.: cf. supra p. 436. v. 29. et p. 438. n. CCX.

Pag. 10. ante CCXXVIII. inserantur sequentes tres epistolæ:

EX EBERNEVRGO.

CCXXVII\*.

22. FEBR. (1521.)

VL. AB HVTTEN

IO. CAPNIONI S. D.

Legi epistolam tuam ad Bauaros, quibus accusationi Leonis X respondes. Dii immortales quid ego video? te eo motus et imbecillitatis descendere ut non abstineas maledictis etiam adversus eos, qui te servatum semper voluerunt, aliquando etiam magno cum periculo, existimationem tuam defenderunt. Franciscus quidem sic est, me interpretante illi, commotus, ut non possit magis. Nam quid tum obtenturum te apud eos, a quibus aequi bonique nunquam impetrare<sup>1</sup> aliquid potuisti, speras, si sit in tua hoc potestate, ut Lutheri caussam interficias? Novem iam annos continuo non didicisti, quid eblandiri ab iis liceat? Quod si Lutheri improbatio possit etiam eripere istinc te, tamen honestum non arbitrarer, eas te partes oppugnare, in quibus stare vides eos, quibuscum, nisi ingratisissimus esse velis, sentire in re honesta semper debes. Satis superque fuerat pro defensione tua scribere, nihil fuisse tibi cum Luthero unquam, hoc et Erasmus. scripsit, addis causam te eius improbasse semper, ægerrime tulisse quod tuum nomen in illius scriptis inueniatur, conatum etiam abstrahere nos qui illi adhæreant. Hac tam fœda adulatione speras exorare eos, quos si vir esse velis non debeas salutare etiam amice, tot tam infandis modis pessime de te meritos. Sed exora. Et si per ætatem licet, hoc etiam fac, quod tantopere posse velles, ut Romam abiens Domini Leonis pedes osculeris, adde etiam, quod detrectas minime, ut in nos scribas. Tamen videbimus ut, vel inuito te, et cum impiis Curtisanis reclamante, excutiamus turpe iugum et a fœda servitute (quam tu libenter servuisse semper te, quasi hoc te dignum fuerit, iactas) nos vindicemus. Tibi displicet Lutheri negotium, et illud improbas, vellesque extinctum. Non venit in mentem tibi, fortis viri tui propugnatoris Francisci, non mei, qui non in postremis, pro te steti, etiam tunc cum maxime et periculosissime arderet hoc incendium. Non aliorum qui te manu et ore, cum quia tui misererentur<sup>2</sup>, tum etiam quod viderunt communem literarum causam cum tua ista coniunctam, tutati semper strenue sunt. Has tu partes impugnare velis, si possis etiam, nulla bona conscientia, sed ut admisso hoc facinore, illud impetres, quod si offerretur<sup>3</sup> etiam an accipere velles, dubitare debeas, et quod etiamsi perpetuo aduleris (modo certe novi istos) tamen non obtine-

1) interpretare MS.

2) misereretur MS.

3) offerretur MS. (?)

- § 9. bis. Sic Francisci ope diffisus es! Sic bonorum omnium pro te cura desperasti! Neque si tu anima et sanguine deficias, nobis esset quantum satis fuerit ad te seruandum arbitratu es. Pudet me quod multa scripserim, multa fecerim, cum tu causam hanc, in qua tam  
 § 10. fortiter exerciti sumus, sic turpi fine concludas. Hæc nolui ignorare te. Tu vide quid te deceat, an benefactoribus gratum esse, quam per turpitudinem demereri eos tibi, qui te perditum semper voluerunt, præstet<sup>1</sup>. Me quidem, non tantum si oppugnabis unquam Lutheri causam, sed et si te sic pontifici Ro. submittas, habebis valde abs te dissentientem. Vale ex Ebernburgo viii calend Martii

1) præstat. MS.

CCXXVII\*. Hanc quoque adhuc ineditam epistolam egregiam egregiæ comitati v. cel. Baumii debeo, qui eam transcripsit ex Archii Bernensis MS. volumine formæ quadratæ, inscripto Epist. variæ XVII. 4<sup>o</sup>. f. 22 adiecitque hæc: „Manu Bucerii, qui tum temporis Ebernburgi degebat. In summa folii parte annus '1521' cœva, Spalatini forte, manu adscriptus. In tergo epistolæ eadem, ut videtur, manus adscripsit: Vl. Hutteni Ep̃la ad Io. Capnionem M.DXXI.“ Non possum a me impetrare quin quæ idem doctus vir mihi de Bernensi volumine privatum scripsit, publici iuris faciam. Sûnt autem hæc: „Der ganze Band enthält nur Abschriften entweder von Spalatins oder anderer in die erste Hälfte des 16. Jahrhunderts gehöriger Hand. Ich vermuthe, daß diejenigen Abschriften, welche Spalatin nicht selbst gemacht, doch auf sein Geheiß gemacht worden sind; denn ich finde in diesen letzteren Correcturen von seiner Hand. Der Brief xii Calend. Maias [cf. infra n. CCXXXVIII.] ist eine Copie von Spalatins Hand, der zweite aber [i. e. hæc n. CCXXVII\*.] unverkennbar von Butzers Hand, und zwar aus der Zeit, als dieser auch auf der Ebernburg verweilte und noch nicht so häßlich und nachlässig schrieb, wie er später zu thun pflegte . . .“

MOGUNTIAE.

CCXXVII\*\*.

16. MART. 1521.

[WOLFG. FABRICIUS CAPITO]  
 Martino Lutherio Theologo  
 Christianissimo suo præceptoris  
 et amico incomparabili

S. Nescis mi Luthere quantum profeceris rebus humanis. modo a pontificibus et mendicis queas subsistere. Equidem ut Chusi<sup>1</sup> pro David hactenus dissipavi<sup>2</sup> consilium Achitofel. Deinceps vere vereor qui possim latere. Virulentissimus quidam Anglus<sup>3</sup> in Erasmus scripsit, Lovanienses et Colonienses Midæ aliquot ex tuis conclusiones condemnarunt. In arenam igitur producitur, quamlibet invitatus, tu ne retrocedas, quanta quanta fuerint pericula expectanda. Vale Melanchtonem et Carolostadium reliquosque bonos viros nomine meo saluta. XVI Kalend. Aprilis Moguntiae. Scribito si quid me scire vis, Hutteno præstaret te per literas commendares<sup>4</sup>.

Tuus V. F. Ca.

1) Chusi] cf. II. Reg. xvii. 7. „Et dixit Chusai ad Absalom 'Non est bonum consilium quod dedit Achitophel . . .“ 2) dissipavi] MS. dissipanti. Correxerit Baum. 3) Anglus] Eduardus Lens. 4) commendares] MS. commendatos. Correxerit Baum.

CCXXVII\*. Ex eod. Bernensi vol. „Epp. Variæ XVII. 4.“ f. 6\*. mecum humanissime communicavit idem v. cl. Baumius.

EBERNBURGI.

CCXXVII\*\*\*.

21. MART. 1521.

[BVCERVS] SPALATINO.

..... Huttenus te rogat ut a bibliopola illic petas quantum excusit<sup>1</sup> Apologiæ<sup>2</sup> suæ Germanicæ sibi ut mittas, teque resalutat. Plane enim fessus est laboribus, scripturus proximo. — — — Allatum est Hutteno Commentariorum quidquid Basileæ excusum est in psalmos Lutheri. *o* divitiæ o delitiæ.

1) excusit] *sic* MS. 2) Apologiæ] i. e. *Endtschuldigung* etc. vol. II. n. CCLXXXIII. p. 130. sqq. quam itaque falso anno 1522. adscribendam esse conieci. cf. supra p. 44. ad p. 81\*.

CCXXVII\*\*\*. „Mss. Bibl. Basil. publ. (Bucerus) Spalatino 21. Martii 1521. absque subscriptione sed manu certissima Buceri. Data est Ebernburgi ad Spalatinum Vornatiæ agentem.“ BAUM.

Ad pagg. 13...59. cf. variant. scripturam ex Hutt. autographo enotatam vol. III. p. xxviii...xxx.

Pag. 24. v. 34. *corrigere* viveretis.

Pag. 34. i. f. Huc ponenda erat *Endtschuldigung Ulrichs von Hutten*, quam infra pagg. 130...149. num. CCLXXXII. exhibuimus. (Cf. inferiorem adnot. ad pag. 130.)

Pag. 46. ante CCXXXV. inserte:

EBERNBURGI.

CCXXXIII\*.

28. MART. 1521.

BVCERVS CAPITONI.

..... Responde certum per hos Schryckeri nostri ministros et per Christum te obsecro responde te venturum. Id a te expetit Franciscus, id filii, id mirum in modum Huttenus qui nunc in Spanhem vacat rebus divinis .... Melchiorem meum cum venerit, fac duci ad Thiloninum quem pro eo oravi .....

CCXXXIII\*. Ex Mss. Bibl. Basil. publ. Baumius transcripsit.

Pag. 46. i. f. adde:

EBERNBURGI.

CCXXXV\*.

6. APRIL. 1521.

BVCERVS RHENANO.

..... Huttenus scribet proximo, iam non vacavit, salutat autem te ....

CCXXXV\*. Ex Mss. Bibl. Sletstad. idem Baum.

Post hanc epistolæ particulam inserte quam vol. III. p. 549. sq. num. CCXXXV\*. insignitam partem libelli *Der gut frum Lutherisch Pfaffen narr* exhibuimus.

Pag. 55. ante CCXXXXXII. inserantur hæc:

(EBERNBURGI.)

CCXXXXXI\*.

(MED. M. APRIL, A. 1521.)

[BVCERVS . . . . .]

. . . . . Traductas illas epistolas quum meæ sunt et nondum revisæ ab Hutteno, qui excusioni eas parat, in manu mea non est mittere. Verto nunc illam ad sacerdotes<sup>1</sup>. Aegrotavit Huttenus die quo congregiendum erat cum Confessore<sup>2</sup> pro Luthero, quia ille nihil quærit quam ut Lutherus posset defendi . . . . . Cave autem de adventu ad nos Lutheri quidquam adhuc invulges, levitatis enim non modo Huttenum, qui de eo ad te scripsit, sed et Franciscum, ut de me taceam, infamares . . .

1) illam ad sacerdot.] Invektivam n. CCXXXI. vol. II. p. 21. sqq. exhibitam.

2) Confessore] Cæsar, Glapionem recte adnot. Baum.

CCXXXXXI\*. „Inter Mss. Bibl. Basil. publ. schedula absque inscriptione, subscriptione, die et consule, sed certissima Bucer manu conscripta et ad med. April. a. 1521. referenda inter alia hæc habet.“ BAUM.

CCXXXXXI\*\*.

(MITTE APR. 1521.?)

[SPALATIN AN DEN CHURF. FRIEDRICH VON SACHSEN.]

*Heut hat mir ein Drucker von Straßburg des Utrichen von Hutten handschrift gestern gescheen zu Ebernburg getzeigt dises lauts. Grüßß von meyner wegen den Spalatinum und sag im, ich welle im schreiben mit dem furderlichsten alles, das er will, und das mir ein Botschafft an und zu doctor Martinus Luther angeboten, jha aufgelegt ist, und das ich gute Hoffnung habe.*

*Darauf, gnedigster her, ich in hoffnung bin heut etwas mer zu erlangen, das E. C. G. auch unverhalten soll bleiben. Berurter Drucker bericht mich auch das Hutten soll halten wie ein mauer . . .*

CCXXXXXI\*\*. Ex autogr. archii Wimariensis, s. l. et a. edid. O. Waltz, *Der Wormser Reichstag im J. 1521.* etc. in: *Forschungen zur deutschen Gesch.* vol. VIII. Göttingen 1868. pag. 37. not. 1.

Pag. 58. n. CCXXXXXIII. Huius inclutæ epistolæ apographum Spalatini manu factum extat in Archii Bernensis MS. volumine „Epp. variæ XVII. 4<sup>o</sup>. 76 f. 20<sup>a</sup>.“ quod a doctissimo professore Argentoratensi Baumio mecum communicatum totum repetere quam variantem tantum scripturam indicare commodius visum est. Habet autem sic:

MARTINO LVTHERO THEOLOGO EVANGELISTÆ INVICTISSIMO AMICO  
SANCTO VLR. HVTTENVVS EQ.

Salutem in Christo Seruatore. Quis consurget mihi aduersum malignantes? et quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Seruator Christe, cœlestis pater et sacrum *πνεῦμα*; quæ quam atrocia audio! Furia non est furia præ istorum furore. Opus esse video gladiis et arcubus, sagittis et bombardis, vt obsistatur cacodæmonum vesaniæ. At tu, optime pater, animo confortare, nec te con-



uellendum præbe. Clament isti, vociferentur, et rabiant, tu beluis medium digitum ostende. Magis ac magis video fauere optimum quemque tibi. Non carebis defensoribus, neque deerunt vnquam vindices tibi. Quæ scribis secreto acta tecum, non est vt consilium demus nos. Neque enim dubitamus, quin optimum quod erit electurus sis et in eo perstiturus fortissime. Multi adierunt me, pro suo in te studio sollicitè monentes hæc. Vtinam non deficiat. Vtinam constanter respondeat. Vtinam nullo terrore sinat deponi se. Pertinaciter adfirmaui Lutherum fore te. Neque me fefellit opinio. Sic enim intelligo respondisse, vt nihil desyderare debeamus. Sed in finem usque perseuera. Hoc faxit Christus, vt magno suo cum dolore inueniant improbi. Cogit me amicorum prudentia verentes [sic] nimium aliquid ausurum, adhuc quiescere. Alioqui ad ipsos muros concitassem aliquam turbam pileatis istis. Sed post paulo emittendus sum. Vbi euasero, videbis me nec deesse in hoc genere spiritui quem excitauit in me Deus. Vror anxie videndi te cupiditate. Huc inflammat Charitas. Fac nos certiores rerum omnium tuarum et status ac optime vale. Franciscum habemus ardentem in partibus. Reliqua ad Spalatinum. Iterum vale. Vtinam prius videas Franciscum quam abeas. Hoc ille vehementer cupit. Intelligo breui missuros te illos. Ita mihi Cesarianus quidam scribit. Seruet te Christus. Ex Ebernburgo XII Cal. Maias. Raptim irreuise.

Pag. 65. v. 22. *corrigere* Ulrici cognatus Wirceburgensis.

Pag. 66. ante CCXXXXVIII. insere:

BASILEÆ.

CCXXXXVIII\*.

8. MAI. 1521.

VALENTINVS<sup>1</sup> CAPITONI.

..... Præterea ab Hutteno magnifice sum exceptus, sed parum iam intelligo erga eum preces nostras profecisse, subdifficilem se præstabat in Quintiliano<sup>2</sup> credendo<sup>3</sup> asserens necessarium fore ut ipse aliquot capita conferret, eo tamen pervenit tandem, si vellet eum edi, brevi me eius copiam esse habiturum. Ita discessi, civiliter denegata (opinor) eius libri copia. Mittat an non plane dubius hæreo ....

- 1) Valentinus] Curio, Basileensis typographus. 2) Quintiliano] cf. vol. II. p. 446. v. 16. 3) credendo] i. e. commodando.

CCXXXXVIII\*. „Ex MSS. meæ biblioth.“ BAUM.

Pag. 67. ante CCL. insere:

EX VANGIONIBUS.

CCXXXXVIII\*.

22. MAI. 1521.

BVCERVS BEATO RHENANO.

..... Huttenus Ebernburgo, quod arx illa Cæsari obnoxia sit, discedet. Nam hodie stipendium Cæsari abnuntiavit, contra curtisanos fortasse designaturus aliquid ....

CCXXXXVIII\*. Ex MSS. bibl. Sletstad. Baumius exscripsit.

Pag. 79. i. f. adde hanc Melanchthonis epistolam:

[WITTEMBERG.]

CCLVII\*.

[ANTE D. 18. IVL. A. 1521.]

SVO CARISS. D. GEORGIO SPALATINO PATRONO SVO.

S. Incertus rumor est de scripto Huttenico, nec eius vel chartam vidi unquam. Tantum hic incerto auctore vulgatum est, et fortasse inter pocula natum, scripsisse nescio quæ Huttenum, adversus ducem<sup>1</sup> Georgium. Haud dubie scripsissent<sup>2</sup> ea de re amici, ni vanus rumor esset. Epistolam<sup>3</sup> ad Misnensem Episcopum mitto, ea non Academia, sed privatim Carolostadii, Islebii et meo nomine edita est, ne quid periculi timeas . . . . . Vale.

Philippus tuus.

1) Ducem BR. 2) perscripsissent BR. 3) Epist.] Ad Io. a. Schleinitz d. d. 18. m. Iulii a. 1521. BR.

CCLVII\*. „Ex autographo in Cod. Basil. F. 101. epist. 57.“ in Corp. Reformator. ed. Bretschneider. vol. I. Hal. Sax. 1834. 4<sup>o</sup>. n<sup>o</sup>. 122. col. 442.

Pag. 81 ... 83. num. CCLX. Collationem cum archetypo has prodidisse varias lectiones adnotavit v. cl. Baumius: Pag. 81. v. 14. variis erroribus, cum ego lateam. vv. 21. sq. pœnitere magnique emptum velle qui te Phorcæ, cum postridie quam tu eo accesseras, illo mittente secutus essem, invenissem, certo enim v. 23. te commonerem nihil dum de pristina erga te voluntate immutatam sibi, v. 25. conditionem istie acceptam Pag. 82. v. 4. Nicolaus illi a sacello, qui v. 6. Franciscus hoc audito aliud v. 8. ut hoc ageremus, vix usquam posses v. 10. et tibi perfacili sumptu vivere licet, tum domus v. 11. impetrare atque huc accedere vv. 13. 14. Christo) erupero hinc. Latendi causa est valetudo v. 15. aut Tiloninum disces v. 16. sed cras puto v. 17. cottidie uritur Lutherus v. 18. audio. Cæsarem cogit v. 27. Lovanienses aut Colonienses v. 28. animi iudicium pecunia vv. 31. 32. concedidi sycophantæ illi prodidisse cum galerito suo. O perfidiam haud in loco. hanc v. 36. illi amicorum ubique receptaculis (ita persequuntur illi) foveo. Pag. 83 v. 1. quam se pecuniariis v. 2. legere epistolam potes.

Pag. 83. ante num. CCLXII. insere:

[ARGENTORATI?]

CCLXI\*.

(M. OCT.) A. 1531.

OTHO BRVNFELS SAPIDO.

. . . . . Ab Hutteno literas accepi hesterno die, in his sic scribit ut iubeam bene sperare amicos, esse enim in foribus nescio quid, atque instructa præsidia quibus convellatur hæc tyrannis quæ nunc passim regnat. Hanc consolationem tibi communico ut et ipse bene speres, cum ad summum excreverit malitia, necesse est ut desinat tandem. Ait quoque arsisse Lovanii Erasmi Paraphrases cum magno spectaculo ect. ect.

CCLXI\*. Ex Mss. bibl. Sletstad. excerpit v. cl. Baumius.

Pagg. 83... 89. ad numm. CCLXII... CCLXVII. cf. A. Jung, *Gesch. d. Reform. der Kirche in Straßburg*. 1830, 8<sup>o</sup>. I. pagg. 225... 228.

Pag. 91. i. f. adde:

(TIGVRI.)

CCLXX\*.

25. DEC. 1521.

## ZVINGLIVS RHENANO.

. . . . . Dono misit mihi superioribus diebus Ioh. Frobenius Hut-  
teni querimoniam<sup>1</sup>, hominem apostolicam (homo enim bulla<sup>2</sup> est). ect.  
quæ ad alia spectant eiusdem officinæ.

- 1) querimon.] *Clag und vormanung?* vol. III. p. 473. sqq.      2) bulla] cum  
Hutteni glossis? vol. V. p. 301. sqq.

CCLXX\*. Ex MSS. bibl. Sletstad. excerpit BAUM.

Pag. 113. ad n. CCLXXVIII. adnota:

'Hoc epistolium ad annum 1521. pertinere coniicio: 1) latitat enim Bucerus  
apud Maternum Hattenum Spiræ, ut ex epistola Buceri d. 30. Ian. a. 1521.  
ad Capitonem data patet atque altera d. 7. Febr. eiusdem anni ad eundem.  
2) postulat Huttenus ut certis argumentis rescire possit, Aleandrum fuisse  
Iudæum, Aleandrum dico, in quem mense Martio eiusdem anni 1521. Inve-  
ctivam in lucem emisit. Omnia, si quid video, bene quadrant.' BAUM.

Pag. 116. sqq. Hæc ex litteris Ludovici Geigeri Francofurtensis ad me datis eno-  
tanda sunt:

Pag. 113. adde: feria Tertia post Iudica [9. April.] (1522.) *Als Ulrich vom hutten  
zu Steckelberg schribt vber hern peter meyern doctor pfarrer, Ime die schrift  
behanden dar vf zu antworten. (Frankfurter Burgermeisterbuch von 1521. fol. 137\*)*

Corrige:

- |       |           |                |                  |                  |
|-------|-----------|----------------|------------------|------------------|
| v. 3. |           | nochdem        |                  | vnd meynen guten |
| - 4.  | Pündern   | Widerwertikeit |                  |                  |
| - 5.  |           | vnß            | Gemüt            |                  |
| - 7.  | bereit    | jetzo          |                  | wolgelertten     |
| - 8.  |           |                | Ewangelischen    |                  |
| - 9.  |           |                |                  | . So sollt du    |
| - 10. | daß       | hinfur         | Vermögen         |                  |
| - 11. | Hülff     | brenge         | Gestalt          |                  |
| - 12. |           | dis            | Verwarnung       | hostu            |
| - 13. | (du dele) | dich noch      | Wartenburck      |                  |
| - 14. | Anno      |                |                  |                  |
| - 16. |           |                | man hie in diser |                  |
| - 17. | Zeyt      |                |                  |                  |
| - 18. | leyden    | dann           |                  |                  |
- [Die Inscriptio steht vor dem Briefe in Acta francofurtensia p. 9. 10.]
- |       |  |                     |
|-------|--|---------------------|
| - 22. |  | zu Sant Bartholomes |
| - 23. |  | zu Franckfurt       |

Pag. 117. v. 2. pone: *Den Erbarn, Fürsichtigen vnd Wei- sen Burgermeister vnd Rat  
der | Statt Franckfurt, meynen besondern guten Freunden.*

- |       |           |                    |
|-------|-----------|--------------------|
| v. 3. | Meyn      | fruntlichen        |
| - 4.  | Gunstigen | Frunde kindtlichen |

## Pag. 117.

- v. 5. *diß Zeit her* *massen zu Erfar-*  
 - 6. *nuß* *meniglich Buchern*  
 - 7. *erscheint* *Meinung*  
 - 8. *vil*  
 - 9. *Staten* *von gemeyner geübt*  
 - 10. *den* *Teutscher Nation vnter eyn ander*  
 - 11. *Fruntschafft* *mir do vß*  
 - 12. *nothafftigen* *an*  
 - 13. *denen Guten* *von nöten*  
 - 14. *vmb Red vnd*  
 - 15. *entschultige,* *. Ich*  
 - 18. *ungeuertich* *(Ich geschweyg*  
 - 19. *Hochgelarten*  
 - 20. *Iohannsen* *Tyrannischer*  
 - 21. *müßig*  
 - 22. *vbervß grimlich*  
 - 23. *vns gehabt* *Leuten*  
 - 24. *gehört* *Inselbs mir vnter*  
 - 25. *Mentschen* *vnnornunfftigen*  
 - 26. *wär*  
 - 27. *Im* *daßelbig*  
 - 28. *weyter* *allem*  
 - 29. *auch bey seinen* *Franckfurt Chur Tag*  
 - 30. *diesen* *vielleicht*  
 - 31. *geübt* *meyner*

## Pag. 118. v. 1.

- v. 2. *Ruf* *wiederumb* *gestalt*  
 - 3. *wolgelarten Prister Hern Oten Brunfels*  
 - 4. *vß Pflichten* *heilig*  
 - 5. *Evangelium* *Gotis* *lügenhafftige*  
 - 6. *Prister*  
 - 7. *Besagung*  
 - 8. *(gen dele)* *gestalt* *denn*  
 - 9. *schreyben*  
 - 10. *grausams Gefengnüß* *villeicht* *gefurt*  
 - 11. *Stück*  
 - 12. *an*  
 - 14. *schärpfer* *Handelung*  
 - 15. *habe*  
 - 16. *vberflüssiger gedult*  
 - 17. *Gegenwehr*  
 - 18. *Günder*  
 - 19. *genants* *vmb* *an* *Mißhande-*  
 - 20. *Stadt* *vfrurige*  
 - 21. *Prediget*  
 - 22. *villeycht Vordörpnüß* *Stat* *hätten*

Pag. 118. v. 23. *End*

- v. 24. *fridlich* Tumult vnd *Vffrur*  
 - 25. *gentzlich* *eyn Ingelaßen* *Schaf* *eyn heymsch*  
 - 26. *synem* *an*  
 - 27. *absonderen* *könn*  
 - 28. *Iden* *mer* *disen* *Teufels* *teyl*  
 - 29. *Lib* *etwas hir in*  
 - 30. *rauwig stunde*  
 - 31. *villeycht Imant* *Petri* *blib*  
 - 32. *Nachtheyl* *verhute*  
 - 33. *fruntlicher* *wöllen* *Lib*

[Aus Frankfurter Archiv. Der Band ist auf dem Rücken bezeichnet: Copia | Tom. I  
 et II<sup>di</sup> Acto:rum francofurtensium | das Religion und Kirchen:weisen betrß | de  
 aö 1466 usq; ad 1541 | Vol. I | in fol. p. 3...8.]

Pag. 119. v. 2. (non legitur in MS.)

- v. 3. *Weisheytt* *bereidt*  
 - 4. *Weysen* *nochdem* *vberlesen vnd Ant-*  
 - 5. *Hern* *zu* *zu* *Im*  
 - 6.  
 - 7. *Im zustun* *gewillt* *daß*  
 - 8. *anzeygt*  
 - 9. *wissen* *Hg*  
 - 10. *Gutz* *Im* *zeyg an* *sulchs*  
 - 11. *daß*  
 - 12. *unrecht* *mehrer* *gleubt*  
 - 13. *will. Domit* *noch* *Anno*

[Die Inscriptio steht vor dem Brief. Acta francofurtensia p. 10. 11.]

- 19. *gantzem*  
 - 21. *gunstigen Heren.*

[Ante num. CCLXXXIII. pone: feria quinta post Iudica Doctor peters schrift  
 her vlrlich vom kullen zu schriben vnd dem antwort mit zu schicken. Frankfurter  
 Burgermeisterbuch 1521. fol. 139<sup>b</sup>.]

Pag. 120.

- v. 2. *Antwort*  
 - 3. *Stecklenberg.*  
 - 4. *Vnsern fruntlichen*  
 - 6. *schickt ires Inhalts* *furhalt* *dauon*  
 - 7. *lassen* *lut ingeslossener* *begegnet. Thwil nun*  
 - 9. *Flyß* *Vns* *Vnsern* *Vnguts* *dann*  
 - 10. *Ime* *hettet, muget* *Oberkeit*  
 - 11. *zweifelt* *Antwort* *euch im besten nit*  
 - 12. *Fugen* *bewysen, syn* *Datß Sonntags*

Pag. 120.

v. 13. *Heil. Palm*

Anno

[Acta francofurtensia p. 11. 12.]

- 18. *Antworts weyß*  
 - 20. *weder zu setzen, entsetzen* *Ir In*  
 - 21. *Meinen* *schutzet* *einige Ver-*  
 - 22. *trostung*  
 - 23. *mir lasset, ermessen konnt, getrosten*  
 - 25. *Jemant* *unter*  
 - 26. *mir hierinn*  
 - 27. *deß diescm*  
 - 28. *erzeigen, Wartenburgk*  
 - 29. *Anno etc. xxii*

(Inscriptio, vor dem Briefe, hat: *Erbarn . . . vnd | Rat . . . meynen |  
 besondern guten Frunden.*)

[Acta francofurtensia p. 12. 13.]

Pag. 121. init. pone:

feria tertia post Iubilate.

*Als Vlrich vom hutten zum Steckelberg schribt vff des Rats antwort Ime von  
 peter meyers doctor vnd pfarrers wegen antwort, vnd wither schribt thut, den  
 pfarrer nit zu schutzen oder zuschirmen dweil er ander oberkeit hab, vnd wo  
 er einige vertrostung het, Ime di vffsaget etc. dem pfarg die schrifft furhaltg vnd  
 vlrich vö hutlig fruntlich schribend In der stat nichts vnguts gegen Ime furnemt.*

[Frankfurter Burgermeisterbuch 1522. fol. 4<sup>a</sup>.]

Corrige:

- v. 2. *Des Pferrers 2<sup>te</sup> Antwort vf*  
 - 3. *Liben*  
 - 4. *angesehen*  
 - 5. *so ist aber* *der Sach* *geburt*  
 - 6. *Weyßheiten* *Warheit*  
 - 7. *sallt billich vur meyn*  
 - 8. *abschreiben*  
 - 9. *geneigt.*  
 - 11. *Steinnem*  
 - 12. *daß Wort*  
 - 13. *Antwort seiner*  
 - 14. *mehrer Sicherheit sall Thum Dechant lassen*  
 - 15. *Zeit*  
 - 16. *aus*  
 - 17. *Thum Dechant* *Gezeuchnüß* *Hern*  
 - 18. *seyen* *Hern* *geclaget*  
 - 19. *unrecht* *vorsehen*  
 - 20. *Gewalt vorteidigen*  
 - 21. *seiner* *Hern*  
 - 22. *Verhorung* *Erbaren*  
 - 23. *mein Hern den Deutzenhauß Schultesen*  
 - 24. *ader* *Verhoffe* *(omiss. lebe)*

Pag. 121. v. 25.

v. 26. *Jmand vortriben* *Gullichkeit*  
 - 27. *Billicheidt* *. Domit willigen*  
 - 28. *alzeit geneiget.*  
 - 29. *XXII*  
 - 30. *Heilgen | Schrift.*

(Die Inscriptio, vor dem Briefe, hat: *weisen Burger: | — Stadt | — Heren.*)  
 [Acta francofurtensia. p. 14...16.]

Pag. 122. init. pone:

*feria quinta post Iubilare.*

*Als doctor peter pfarher alhie antwort auff herr vtrich vom hutten schrifft, die  
 geen lassen.*

[Frankfurter Burgermeisterbuch 1522. fol. 6<sup>b</sup>.]

v. 2. (dele *Vtrichen von Hutten*) *Pfarrers* *mal*  
*Utrichen von Hutten zum Stecklenberg.*  
 - 3. *fruntlichen* *guter* *Widderschafft*  
 - 4. *lassen,* *vorstanden*  
 - 5. *eingelossener*  
 - 6. Copien *Maiß ver-*  
 - 7. *wirckt,*  
 - 8. *ermessen,*

[Acta francofurtensia p. 16. 17. Nihil de hac epistola legitur in  
*Burgermeisterbuch.*]

Pag. 123. i. f. inserte: CCLXXXX\*. Erasmi ad Iodoc. Mechlin. ep. dat. Basileæ  
 prid. Id. Iul. a. 1522. quæ exhibitæ est vol. II. p. 484...486.

Pag. 130. v. 10. n. CCLXXXXII. pone pro [1522.?] sic: [M. MART. A. 1521.] et adnota:  
 Cf. Bucerii ad Spalatin. epist. d. 21. Mart. 1521. scriptam, cuius partem supra,  
 num. CCXXVII\*\*\*. exhibuimus. Itaque huic Apologiæ suus in vol. II. p. 34.  
 i. f. inter numeros CCLXXXI. et CCLXXXII. locus dandus erat.

Pag. 132. v. penult. corrige: Cl. vv. 583. sqq. v. ult.: <sup>31</sup> Ibid. vv. 1508. sq.

Pag. 156. i. f. post num. CCCIII. adde:

BASILEÆ.

CCCIII\*.

18. JAN. 1523.

VADIANO SVO GLAREANVS S. D.

Quod rarius scribo in causa est, suauissime Ioachime, nulla rerum no-  
 uitas aut fortassis nimia rerum facies et mutatio, quod uero nunc scribo,  
 id potius ob amicitiam quam ullam aliam ob causam fieri existimes uelim.  
 Est tamen quod te scire uelim. Huttenum adesse, sed nullo comitatu,  
 ac ab Erasmo prohibitum ne se accedat, quod cur factum sit, haud  
 equidem certo scio, conicere fortassis licebit. Aegre fert Erasmus  
 bona studia his tumultibus implicari. Atque ipse quidem, quod fu-  
 giam uideo, quod sequar, non item, perinde atque Cicero de Cæsa-  
 ris Pompeiique partibus dicebat. Ab Erasmo modestia, consilia, hu-  
 manaque prudentia stat. Ab aliis magnus animus, sed ne in neruum  
 eat uereor. Non quod causæ non fidam, sed quod in omnibus iis,  
 qui hodie tam asseueranter innouare res omnes uolunt, nescio quid  
 arrogantiae conspiciam. Atque ut ferrum inter magnetem et adaman-  
 tem nutat, ita animus meus, nunc magno spiritu Lutheri effertur, nunc  
 consilia modestiamque uelut Deum miratur. Christus optimus maximus

a benignitate sua omnia dirigat, etiam atque etiam optamus. Non parum hi tumultus mihi incommodant. tamen triginta nunc iuvenes, egregiam literarum spem, nactus, molendinum meum molo. Myconius Eremum concessit, honesta ut audio conditione, eum aduocare in animo habebam, sed abreptus est. laboro ut modestum aliquem, moratum, candidum nanciscar. In primis uero qui docendi modum habeat, et quem iuuentus mea non grauatim audiat. Tu si quem talem indicare queas, rogo facias. Zinglius quendam ex Brugis, quod oppidum ut scis ad Arolam flumen est, commonstrauit. Alii tamen morosum hominem aiunt, quod equidem nescio. fuit is aliquando auditor meus, atque cum eo nulla mihi familiaritas intercessit. Si alium inuenire nequeo, certe eum accipiam. Qui has parteis sumpturus est, doctum esse oportet. Nam iuvenes habeo aliquot egregie eruditos. Ac ego quidem stipendium pro duabus horis, singulis non festis diebus, XXIII coronatorum constituo. Multum otii superesset illi, ut officinae alicuius praelum facile regat. Sed nunc de Daniele Cassio. satis studet iuuenis, sed nullos habet libros. Liuium nunc lego. si potes succurre illi. Matrimonium meum satis etiamnum dulce benignitate Christi, a ciuibus amor, accrescit nonnihil rebus meis. haec apud te iuueniliter iacto, sed in hunc usum, ut laetitiae aliquid adferant literae nostrae. Scio enim me in primis tibi charum, gaudeo ergo fortuna mea. Exorandus est Christus ut nos ita conseruet. Vale iucundissime Vadiane. Basileae ex aedibus nostris Anno Christi M.D.XXIII. XV. Calen. Febru.

Salua sit uxor tua, fratres consanguineique In primis tuus iste affinis qui hic tecum erat D. Ioannes Vogl. Dominicus et si qui alii amici. Abiit hoc die Huttenus, longa esset causa Sed Vale.

[Inscriptio:] D. Ioachimo Vadiano Viro  
doctissimo humanissimoque  
Medicinae doctori, amico  
nostro tanquam fratri

CCCHIII\*. Autographum in collectione epistolarum bibliothecae publicae Bremensis (plut. I. 8.) inventum transcripsit III. Kal. April. a. 1865. Mauricius HAUPT.

Pag. 372. ante CCCXXXXIII. insere vol. III. p. 550...560. repetitum Nicolai Asclepii Barbatii Panegyricum.

Pag. 412. v. 29. *corrige* Scottus (*pro* Scotus).

Pag. 466. i. f. adde epistolam Rottingeri quam vol. III. p. 561. sq. exhibuimus.

Pag. 480. Litteras Ioachimi de Moltzan, quibus respondet rex Franciscus d. 27. Mart. a. 1519. (nº. 5. Lisch n. 198.) publicavit *M. le Glay, Négociations diplom. entre la France et l'Autr.* Tom. II. Paris 1845. 4º. pagg. 329...333.

#### IOACHIM DE MOLTZAN AU ROI FRANÇOIS I<sup>er</sup>.

Il rend compte de ses démarches dans l'intérêt de l'élection du roi, et donne son avis sur ce qui reste à faire. Conditions imposées par les électeurs de Mayence et de Brandebourg. (*Original autographe* — d'une lecture difficile, d'un style barbare et quelquefois inintelligible — Biblioth. du Roi, coll. Dupuy, vol. 264.) (Les mots en italique sont en chiffres dans l'original.)

12. mars. [1519. sed ap. Le Glay 1518. anni initio a paschate, d. 4. Apr. computato.]

Invictissime, potentissime ac cristianissime rex ac domine clementissime. Post humilimam atque humilimam commendacionem. Quamvis alii oratores simul et



ego hesterno vesperi regem armorum M. V. expeditivimus, deliberavimus tamen alium ad Metis civitatem mittendum, qui omnium articulorum ac ceterarum litterarum copias D. admiraldo [*Guillaume Gouffier, seigneur de Bonnavet, tué à la bataille de Pavie*] et de Urval [*Jean d'Albret, sire d'Orval*] ac ceteris ibidem existentibus deferret, ut prefatorum oratorum litteris incluse reperiantur ac eorumdem litteris singula que hic tractata (sunt) M. V. largissime intelligat. Deum obtestor ac oratores prefati mihi testimonio esse possunt ut omnem operam adhibuerim ac totis viribus, consanguineorum meorum auxilio, laboraverim; attamen non potui aliter obtinere quod in eisdem copiis continetur. Si M. V. singula volet acceptare ac radificare, tunc *Maguntia* et *Brandeburgum* fortissime manebunt pro M. V. ac procurabunt diligentissime apud alios.

D. marchio *Brandeburgensis*, quarto die huius mensis, habuit litteras a *Maguntia* et *Comite palatino* ut eis placeret consilium *marchionis Brandeburgensis*, ut scilicet revocarentur littere sigillate *regi catholico* date ab quinque *electoribus*, de quibus antea largissime scripsi, et ubi restituere nollet, ut ab eisdem quinque, scilicet *rege Hungarie, Maguntino, Coloniensi, Comite palatino, Brandeburgensi* unanimiter anihilerentur, quia erat facta promissio ut, ante mensem aut in principio eiusdem mensis maii fieret *electio per renunciacionem*: et hoc nunc fieri non potest propter *mortem imperatoris*. Ideo etiam, absque *Hungaria*, ceteri quatuor possunt in (id?) irritum reddere, precipue cum sint unanimes, et scripsit *Maguntinus* et laborabit eum *palatino* ut fiat ut *Brandeburgensis* laboret cum *Coloniensi*; quod ipse *Brandeburgensis* diligentissime facit.

Ad ista omnia D. *Brandeburgensis* respondebat diligenter, persuadendo ut in isto proposito perseverarent, etc.; nec procuratorium ipsis placeret *regis catholici* missum. Deinde, octavo die huius mensis, D. *Brandeburgensis* habuit alias litteras a *Maguntino*, quas eius camerarius in quinque diebus hucusque detulit; que continebant qualiter quidam camerarius et consiliarius [*Paul Armerstorff*] *regis catholici* apud ipsum applicuisset, qui venisset a *rege catholico*, in posta, cum commissione et procuratorio novo et optimo, ut omnia que imperator conclusisset cum *catholico* vellet radificare, eciam addere et ampliare, qui fecisset magnas adhortaciones ne permetteret eos pervenire ad *imperium* qui longo tempore sitiissent de sanguine germanico, ac nil aliud cogitarent quam de ruina Germanorum ac imperii, et quod idem fuisset eciam apud *Palatinum* et *Coloniensem*, ubi similes fecisset adhortationes. Idem *Maguntinus* monuit *Brandeburgensem* ut cogitaret de negotio isto mature, quod si alii *electores* essent contra et ipsi pro M. V., quid periculi et incommodi ex hoc ipsis oriretur. Similiter prefatus consiliarius *regis catholici* scripsit *Brandeburgensi* ipsum adhortando datam fidem servaret, pollicendo quod honoris et utilitatis assequeretur; et contra, si per aliquos seductores qui de propria potius quam imperii utilitate cogitarent, secum hic existentes seduceretur, quid sibi periculi, honoris damnique sequeretur, sese excusando quare personaliter huc non venisset; sed marchio Casimirus huc venit cum omni commissione et plenaria auctoritate, etc.

D. *Brandeburgensis* respondebat primo *Maguntino* qualiter omnes articulos, manu eiusdem *Maguntini* subscriptos, iam misisset in potestate mea, et quod ego singulos scripsissem ad M. V., et quod ubi deinde alii oratores M. V. venissent, ut ipse et ego ostendissemus eosdem articulos eiusdem manu subscriptos eisdem oratoribus, et quod ipse *Brandeburgensis*, pro se ac pro *Maguntino*, iam finaliter nobiscum conclusisset, ideo cogitaret nil aliud quin M. V. fidem servaret, et ut deberet cogitare ut iam antea ambois fidem dedissent M. V., priusquam nulli alteri, et forcius ubi hoc nunc esset renovatum, nullo modo amplius esse per eos rumpendum, sed inviolabiliter servandum absque omni dolo et fraude,

precipue cum M. V. tam magnam liberalitatem erga eos ostenderet; ideo ut totis viribus laboraret cum *Palatino*, ut se declinaret a *rege catholico* ad M. V.; hoc idem sese velle facere una cum *Coloniensi*, ut omnes quatuor concordanter promissionem *regi catholico* factam irritam facerent ac pro M. V. permanerent, multis aliis dulcibus persuasionibus ipsum adhortando ut firmus cum ipso permaneret ac litteras pro M. V., quarum copiam mitteret, sigillaret, etiam sibi significando ut ipse *Brandenburgensis* numquam amplius nec ab ipso aut quocumque moveri vellet in aliam opinionem quam nunc sit.

Predicto vero consiliario respondebat multum breviter sese exspectare velle suum consanguineum marchionem Casimirum, seque id facturum quod pro suo honore, imperii ac christianitatis utilitate optimum esse iudicaret, nec se egre ferre ut personaliter non venisset, etc.

Omnes eas litteras, et que misse fuerunt, et quas rescripsit *Brandenburgensis*, vidi et legi; lectisque claudere vidi et nuntio dare, ut recessit. Ego promitto M. V. fidem, id quod antea nunquam facere volui, ut idem *Brandenburgensis* manebit optimus pro maiestate vestra, si saltem singula cito radificata mittantur; nam ego cognovi ut difficulter voluerit deserere amicitiam *regis catholici*; sed nunc adeo secum conclusit, ut credo, eum amplius mutari non posse, et hoc ante oculos video. Nisi astucia *imperatoris* fuisset, etiam antea firmus mansisset; sed sicuti cum quo sentit totis viribus diligentissime servire intendit, ita etiam optime pecuniis tractari optat. Nisi hoc viciu avaricie haberet, estimarem paucissimos principes sibi pares, ausum obligare vitam, si de novo radificabitur, ut melius M. V. serviret quam nemo ex electoribus. Et video, si negotium illud principale ad bonum effectum pro M. V. produceretur, ut, post auxilium divinum, ipse hoc idem potissimum perficiet; nam fere omnes electores habent respectum de persona sua, et maior pars semper cum ipso sentit. M. V. haud dubie ex solita prudentia cogitabit de honore et utilitate suis.

Idem *Brandenburgensis* fidelissime consulit ut M. V. diligenter tractare faciat cum *Palatino* ut eundem habeat pro se; tunc non dubitat quin res sorcietur in effectum optimum, et ipse procurabit apud *Palatinum* et *Coloniensem* diligentissime ut M. V. tanto facilius possit eos habere; etiam sperat cito a *Coloniensi* responsum habiturum bonum.

Sibi *Brandenburgensi*, etiam mihi, optimum videtur M. V. in principio iunii habeat validissimum exercitum paratum precipue multis Alemannis imperialibus, et equites et pedites; nam si equites non habebit, nobilitas Germanie estimabunt se a M. V. et Gallis sperni, aut spreto haberi; et ut habeat principes comites nobiles quod habere possit; nam ubi capita cum M. V. erunt, membra ad eius placitum manebunt, nec possibile est ut civitates imperiales M. V. erunt obediens, nisi per medium et auxilium nobilium aut nobilitatis Germanice.

Heri habui litteras varias; multi erunt principes pro M. V. parati personaliter venire; sed opus est ut sciant citissime ubi etiam paratum habere debeant stipendium. M. V. placebit ut oratores hic existentes habeamus commissionem ipsis de hoc concordandi.

Restat nunc M. V. quod me humillime commendem, quam Deus felicissime custodiat; xii marcii.

Cristianissime maiestatis humilimus servitor  
JOACHIM DE MOLTZAN.

(*Au dos est écrit*: „Invictissimo, potentissimo ac cristianissimo principi, et domino domino Francisco, Francorum regi, etc.“ *Et plus bas*: „Ad manus vald. cancellarii Francie, aut domini de Urvoal et amiraldi et presidentis Guillard, in Metis; cito, cito, cito.“)

## AD VOLVMEN III.

- Pag. 8. ante elegiacam exhortationem insere quæ vol. III. pagg. 563...566. leguntur.
- Pag. 78. *adnot. ad v. 213. adde:* De Gallinario cf. nostrum Ind. biograph. v. Eucharis (vol. VII. p. 366. sq.).
- Pag. 103. *in adnot. ad v. 337. dele* Fortunio casu nusquam legi videtur. *et pone ibi:* Plaut. Cas. v. 3. 11 (9).
- Pag. 161. *ad v. 3. ex litteris v. doctiss. Stælini ad me datis adnotandum est:* Dies 30. Dec. 1508. = 30. Dec. 1507. nostræ annorum computationis: nam novi anni initium erat d. 25. Dec. De Veneto legato Victorio Memmingæ m. decembri a. 1507. apud imp. Maximilianum commorante vid. *Vettori Viaggio in Alemagna. Parigi. 1837. p. 159, 167. Maximilianum d. 17. Dec. a. 1507. Memmingæ mortuum fuisse testatur Georgisch Reg. chron. dipl. 3, 67. Exeunte m. Dec. 1508. Mechliniæ Antverpiæque degebat imperator. Quæ sequuntur pontificiæ litteræ, certe die Vermanunge* (Latine apud Rainald. Annal. eccles. a. 1509. §§ 6...9.) a. 1509. demum scriptæ sunt.
- Pag. 349. *ad v. 3. adde:* Buschianam huius commentarii versionem Latinam repetivimus Indicis scriptorum num. XVIII. infra vol. VII. p. 85. sqq.
- Ad pagg. 401...412. cf. varr. lectt. ex Hutteni autogr. enotatas vol. III. p. XXI. XXII.
- Pag. 438. *notam 750 corrige sic:* <sup>755</sup> Non nunc] Iam die 13. Oct. 1513. Hochstratus cum suis tanquam hiantes lupi e Moguntia discedere coacti fuerant. cf. Epp. O. V. I. 27.
- Pagg. 568...575. Topographiam Suevicam spectantes adnotationes v. cel. Stæliano debeo has: Pag. 568. v. 4. *Naw ist bestimmt Langenau. (Neu-Ulm ist ganz neuen Ursprungs.)* v. 10. *Urbach ist h. z. T. Uhibach ganz nahe bei Ober-Türkheim. — schreibe 'Hedelfingen' statt 'Heidelfingen'.* v. 16. *Das Stammschloß der Rechberge ist nicht Weissenstein, sondern Rechberg.* v. 30. *Dietägen, Dietdegen ist ein bei mehreren schwäbischen Familien üblicher Taufname, außer bei den von Westerstetten auch z. B. bei den von Castell.* Pag. 570. v. 21. *Stadia ist bestimmt Stadion.* v. 36. *lies 'Stunz' statt 'Strenz'. Uebrigens liegt Rosenfeld auf einem Berg, unter dem der Stunzbach vorbeifließt.* Pag. 571. v. 38. *Nyppenberg wird Nippenburg geschrieben und gesprochen.* cf. pag. 573. v. 30. Pag. 574. v. 13. *Die Orte heißen h. z. T. Groß Sachsenheim, Klein Sachsenheim, Metterzimmern.* Pag. 575. v. 15. *Purlewang ist die alte Schreibung für Burleswagen bei Crailsheim.*

## AD VOLVMEN IIII.

- Ad pag. 307. v. 15. sq. adnotandum: Sueton. Tiber. c. 32. i. f. „Præsidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit 'Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere'.“
- Pag. 390. *notæ ad vv. 29. 30. adde:* sed in primis ingeniosum Henrici Stephani librum *Apologie pour Hérodote* cap. XXXVIII. §§ 7. sqq.
- Reliqua ad hoc vol. addenda inve eo emendanda cf. vol. IIII. p. 686. vol. V. p. 514. 515.

## AD VOLVMEN V.

- Ad pagg. 2...95. cf. varr. lectt. ex Hutteni autogr. vol. III. p. XXI. XXIII...XXVII. enotatas.

Pag. 11. v. 8. et pag. 64. v. 4. (cf. etiam vol. I. p. 98. vv. 16. sqq.). De duce Brunsvicensi hæc adnotat STÆLINVS v. cl.: „Der Herzog von Braunschweig muß keineswegs der regierende Herzog zu Braunschweig-Wolfenbüttel Heinrich der jüngere, Herzog Ulrichs Schwager, gewesen sein. [cf. Reimchronik etc. p. 18. v. 6.] Der Wolfenbüttler Bibliothekar Langer (in der Neuen allg. deutschen Bibliothek 74, 477.) rät auf einen seiner, zwischen 1490...1495. gebornen Brüder, Erich † 1525. oder Georg † 1566., welche auf Reisen bei dem verschwägerten Hofe eingesprochen haben konnten. Es läßt sich auch an deren Oheim Herzog Erich von Braunschweig-Calenberg † 1540. denken, welcher am Hofe Herzog Ulrichs wenigstens i. J. 1516., damals im Auftrag K. Maximilians erschien. [Steinhof 4, 292. 296.] ... Bei der Hochzeit U. v. W. war von Braunschweig hertzog Philips und bei dem gesellenstechen in der Reimchronik üb. Hz. Ulr. v. W. hatte Hertzog Philips von Braunschwyg, hochgeborn, zweintzig zwen gwin und zwelf verluste. Stuttg. 1863. 8<sup>o</sup>. p. 31. und 58. sq.“

Pag. 40. not. ad v. 27: „Die Schlößer Dietrich Späts, Neidlingen, Marchthal, Zwiefallen, wurden am 3. April 1517. niedergebrannt. Vgl. dessen Schreiben vom 30. Mai 1517. bei Meusel Histor. Unterss. 1<sup>b</sup>, 106...110. und Heyd 1, 492., Konr. Pelli-cans Leben von ihm selbst beschr., im Zürcher Taschenb. auf 1858. S. 171. (Heyd 1, 477. irrt mit dem J. 1516.)“ STÆLIN.

Pag. 87. not. ad § 16. „‘Tibing’, wie bei Aretin steht, ist falsch: es muß eine Reichsstadt hier stehen. Ob Heyd (Hzog Ulr. 1, 529.) das passende ‘Gmünd’ bloß aus Conjectur gesetzt, weiß ich nicht. — Das Vaterunser ist in seiner Travestierung ohne Zweifel von einem Gegner den Wirtembergern angedichtet zum Spott.“ STÆLIN. Hoc quoque confirmat Reimchronik üb. Hzog Ulr. v. Württemb. herausgegeben v. von Seckendorff. Stuttg. 1863. 8<sup>o</sup>. p. 72. sqq. unde hunc locum ad Huttenicas etiam contra Ulr. Wirtenp. orationes et ad Phalarismum pertinentem exhibuimus:

... Vnd wider in [Hzg. Vlrich] gemacht ein oncristlichs gedicht	Denn das zuthon ist nitt mein sitt.
Inn rymen, wie sie kindt ond gemecht,	Gots lob vnd ehr jetzt lassen stonn,
Vnnd in damit veracht vnd geschmecht.	Will wider vf mein glauben gon,
Das hab ich vmbß besten willen hieher gesetzt,	Ich glaub vnd hoff, es khum darzu,
Will niemandß, wer der sy, damit haben geletzt	Wirtemperg wellt, es hette ruo.
Sonder es die dichter lassen verantwurten eben,	Ain andern glauben muß man lern
Auch die so darzu geholffen vnd unhaben geben:	Das pletlin wirt sich vmbher khern,
Heren, ir heren alle sanndt	Du wenst, du syest wys vnnd klug,
Was kumbt vs Wirtemperger landt!	Vnd habest aller sachen fuog.
Ain pater noster hand sie erdacht,	Du hast den fromen Hutten gehenckt,
Darinn wirt got der her veracht;	Ich glaub, es werd dir nit geschenckt;
Sie hand das pater noster gemacht,	Du hast dein eerlich wyb verjagt,
Darinn das remisch reich veracht,	Hat mir ain biderman gesagt.
Vnnd auch den schwobischen pund darby,	Des Hutten wyb ain ursach ist,
Als ob er der wellt ein zwinger sy.	Der frum Hutt darumb gestorben ist.
Er thut sich auch darin beriemen,	Das er nit sehen mocht die schand,
Woll ander reichsstet mer ynnemen	Er wollt ehe ziehen aus dem landd.
Darumb kan ich sich nit empern,	Da gabest du im des dickels lon,
Ich muß sie auch mein glauben lern,	Ich glaub, es werd nit lang hingon,
Will got darinn verschmehenn nitt,	Mann werd dir geben auch den lon.
	Du hast ertödt manchen mann,
	Ich glaub, dein straf sey vf der baan.
	Ich hab ein seltzam sack gehört,

*Ain mann, so sein weyb hatt ermördt,  
 Ain magt, ain knecht, vf ainen tag  
 Ermördt, ist war, was ich euch sag.  
 Die frow auch mit ain kindlin gieng,  
 Der herr den mörder wol empfienn.  
 Da er sagt, was er hett thon,  
 Ain willbrett schannckt er im zu lon.  
 Am hof ist er ain werder man,  
 Dann er zum bösen helfen kan:  
 Das ist nun jetzt kein wunder gros,  
 Denn gleichs vnd gleichs liebt sein genos.  
 Ich hoff zu gott, es werd nitt lang,  
 Man werd bald hören ain ander gang,  
 Das alleluia werdt verkerth.  
 Das er zu Reyttlingen hatt gelert,  
 Da er es hatt genommen ein,  
 Das kraut will erst versaltzen sein.*

*Der besen sachen seind souil,  
 Die ich jetzt nitt all nennen will,  
 Die hertzog Vtrich hatt gethon;  
 Ich hoff, gott werd im geben den lon |||  
 Ich glaub in gott von himelreich,  
 Stand bey dem hailligen romischen reich!  
 Das dicht die wirttemperg hatt gemacht,  
 Ganng vber in mit gantzer macht  
 Vom romischen reich, vom swebischen pund,  
 Das demm ett werd der wieltend hund ||||  
 Darnach war monntag [28. März], das ist war,  
 Im fünfzehnhundert neunzehenden jar:  
 Zwelff absagbrief vom swebischen pund  
 Die wurden hertzog Vtrich khundt,  
 Darinn er fund, das glaub du mir,  
 Das im die straf war vor der thir ....*

Sum de Ulrico duce iusto favorabilius iudicium his versibus pronuntiat poeta (l. c. p. 77. sq.):

*In wissend selbs auf dieser erd,  
 Wie ir denn fürsten eremverd  
 Kürztlich gar vertriben hon,  
 Mitt leyb vnnnd gut vs seinem land,  
 Das ist doch nit vil meer geherdt,  
 Das man ain fürsten gar zerstert,  
 Der in grossen eeren ist gesessen,  
 Im wirt auch schmelich zu gemessen  
 Lesterlich ding zu diser frist,  
 Des doch gantz vnd gar erlogen ist,  
 Thun ich inn der warheit sprechen,  
 Gott wirt es an dem letsten rechnen,  
 Die sich dichts nemen an,  
 Vnnnd so ain erentreichen man  
 Inn irer red so gar vernichten,  
 Wiewol sie inn allen iren dichten  
 Sich mas vnnnd zal nit fleyssen,  
 Mich wundert, das sies papir bescheyssen.  
 Ainer kombt daher mit seinem dicht,  
 Reymbt sich vornnen vnd hinden nicht,  
 Vnnnd sagt, wie der fürst hochgeporn  
 Sein weyb geritten hab mitt sporn,  
 Sie auch tirranisch umgezogen.  
 Ist alles erstuncken vnnnd gelogen.  
 Sie hatt gelebt in irem stannd  
 Als costlich als in kainem land  
 Ain fürstin hatt da mögen sein,  
 Da ist ir nichts geredelt ein,  
 Sie auch geert zu allen tagen.*

*Ir muessend doch wol ettwas sagen,  
 Damit ir da ewer sach  
 Beschonung machen vnd ain tach.  
 Ain anderer singt, wie das er hab  
 Vil frommer leut vom leyb thon ab,  
 Die auch gemarttert vnd zerrissen,  
 Des weder mir noch dir ist wissen,  
 Ob inen recht oder vnrecht geschehen,  
 Las die versprechen vnd versehen,  
 Die vrellt darinn haben geseidt!  
 Ich sprich, fürwar es ist mir leid,  
 Auff welchem tail die schulde stand,  
 Noch sicht man wol, das in dem land  
 Ir etwann vil seind vberpliben,  
 Geholffen, das da werd vertribenn  
 Ir edler fürst, ir aigner herr.  
 Ich will euch jetzt nit sagen meer,  
 Der frommen will ich schelten kain,  
 Ir wist villeicht wol, wen ich main.  
 Noch ain poet, der dunckt sich frey  
 Vffs armen Cuntzen melody  
 Hatt denselben ain lied gemacht,  
 Darinn verspottet vnnnd veracht  
 Den edlen fürsten hochgeporn,  
 Tuott pillich allen fürsten zorn.  
 Wa man mitt singen also tobt,  
 Ain fromen schilt, ain besen lobt,  
 Soliches soll man hinder sich rucken  
 Vnnnd nit lassen schreiben oder trucken ....*

Pag. 96. i. f. Hic inserendus est libellus *Des .. schwebischen punds Hörzug*, quem dedimus vol. III. p. 567...576.

Ad pagg. 99...133. cf. variantem scripturam ex Hutteni autographo vol. III. pagg. xx. xxi. enotatam. Ibi exciderunt: p. 134. v. 1. .Date *H.* (pro date) v. 6. desertus *H.* (pro adversus) vv. 9. et 10. .Ne *H.* (pro ,ne) v. 28. ac *H.* (pro et).

Pag. 258. i. f. not. 2. adnotat SEIDEMANNVS: „*Scheint Landgraf Hermann I. von Thüringen. s. Böttiger Gesch. d. Kurf. u. Kgr. Sachsen. I. S. 164. f.*“

Pag. 416. v. 18. ad verba ‘ego potius quod sit [guaiacum] gaudeo’ adnotanda erant verba ex Eobani Hessi ad Ioach. Camerarium epistola (a. 1535.?) quæ post Camerarii Narrat. de Eob. Hesso (Norimb. 1553. 8°. p. Mij) legitur, hæc: „Memini quosdam dicere Huttenum diutius posse vivere, si ligno illi non credidisset nimium.“

## AD VOLVMEN VII.

S. 42. zwischen die Zeilen 13. und 14. einzuschalten:

S. 29\*. nach n°. 5.

5\*.

VLRICHI DE HVTTEN | EQVITIS GERMANI. | AVLA. DIALOGVS. | AD LECTOREM. | Res est noua Lector, res est iucunda, lufus perur|banus, et facetus, difpeream nifi legiffe | voles. VALE. | [*Holzschnitt 9 1/2 centim. hoch, 7 1/3 centim. breit: 2 zottige wilde Männer mit Keulen in der rechten Hand an einem Baume, von dem ein Schild mit R C herabhängt, darunter: .REGNAVLT. CHAVDIERE.*] Veneunt Parrhisii in vico fancti Iacobi sub | infigni hominis Silueftris | ◀ Textor emaculauit.

6 Bogen oder 24 Bl. 4°, signiert a bis 5. Letzte Seite leer. Schluß der vorletzten Seite: ◀ Excufum Typis Antonij Auffurdi. | xij, Cal. Sextiles, Anno dñi. M.D.XIX, Auf der Titelfrückseite und dem folgenden Blatte dieses bisher verschollenen Druckes steht das hier unten\*) wiederholte Widmungsschreiben; Bl. 3.

\*) Præstantissimo viro Ludouico Gebennenfi | Tarentafiano Secretario Io. Rauifius Textor | falutem. | Gratulādū est huic nostro fæculo, vir humaniffime, q̄ iā bonę literę pri° & iniu'ria temporū, et fedente pro tribunali bar|barie fopitę, conferti reuifcant. Idq; a | deo, vt veteres illę Gothorū reliquię iā | propemodum exulare cœperint, herbamq; latino cando|ri porrigere. Quod fi eo (quo bonis anibus cœptum est) | pergatur pede, in fperu venio, cęteros omnes vandaliz|co morbo laborantes, talaria propediem induturos, ha|ftamq; relicturos cum clypeo. Et iam oculus dexter mi|hi falit, dum future victorię longe poft natos homines | pulcherrimę venit in mentem, quā dubio procul fumus | confeçuturi, fi tot iam affertores eloquentię Camillos (q̄bus negocium hoc præmoliri fuit cure) vel fuffragiis ad|inuerimus, aut omnes fcopulum hunc pari iugo traxerim|us. Quid enim furgentib° tot eruditis, & Athenas primo nitori redonantib°, poft hac poterunt agreftes illi Ba|tani, qui cucurbitas lippunt, quorumq; null° maior, quā fcepe diffolute, aut putridi cepis vñ? Ecce tibi (quod bene vertat) iam nullibi regnorum, nuffq; gentium non cō|fpiratur ad profigandam barbariem. Perq; enfes, perq; | ignem ad id negocii irrumpunt omnes. Nā vt iter Gal|los iamdiu bonas literas ad liberatē, & pileum vocat | (quem in deorum indigitamēta refero) doctiffimus,

u. 4. *Huttens Widmung des Dialogs an Stromer.* (Hutt. Opp. I. p. 217...220); die folgenden 35 Seiten enthalten den Dialog (Hutt. Opp. IV. p. 45...74), also schließend: ... τισοι | πολλων κειθαρισεν. | FINIS. | Syncriter, citra pompam. Quod

& ¶ meum numen Budeus, apud anglos Linacrus, ita & apud Germanos disertissimus ille (quē omnes digito mōstrant, & vt pueri Iunonis auem, suspiciantur) Erasmus, | infinitas solus barbarorum centurias ī fugam vertit. Ita | vt multi prę metu hīscere non audeant, qui prius tragice | loquebantur. Hūc demum non lōgo īteruallo neq; mul- | tis subsequitur parasangis hic noster eques Vlrich<sup>1</sup>, qui | (vt ad institutū veniam) purgatis stomachis, emūctisq; | naribus tantos iam impreffit aculeos, vt non sit, qui de illo grande aliquid, & aureos pene montes sibi non pergat | polliceri, ipsamq; Germaniam (quę ātea armorum studio magis q̃ literarum capiebatur) propediem tanti viri | monumentis maxime illustratum iri. In cuius laudem | si quis me pręter modum putet lasciuire, olfaciat, quas | loquitur rosas, gustet q̃ta delibutus est mellis medulla, tum in cęteris primiciis, tum ī hac maxime aula, in qua | aulicorum miseras graphice adeo et scite narrat, vt eas | ipsas quum raptim meo more legerem, (Cymicibus cō- | morderi, scabie ifici, spurce olere, lepra deformari, Nea- | politano morbo medullitus corrodi, in pediculosis cul- | citris inter pulicum examina iacere, conspurcatis pati- | nis immundum et illotū capere cibum, cęteraq; omnia | quę aulicis ascribit,) mihi ipse perpeti viderer. Non me pręterit æneam Syliū, et Pogium hoc iam scribendi argumentum multis ante diebus pręripuisse, et hāc pręsci- | disse glaciem. Sed q̃to (deus bone) q̃q; dissimili īteruallo. Quot hic pręcurrit stadiis? Tot certe, quod illi dieb<sup>2</sup> | Nam si proxime stylum obserues, nihil in illis inuenias, | quod huius ratione, viciosa nuce velis emere. Eorum si- | quidem oratio vbiq; elixum olet, vt de cicerone fabula- | tur Afini<sup>3</sup>. Nihil est nisi arena sine calce, cuiusmodi Se- | necę orationem arguebat Caligula. In hoc vero nihil dis- | situm, nihil absq; neruis reperias. Nihil quod lectoris sto- | machum non irritet, nihil quod ad gustum non faciat. | Quod opus quū publicę omnium vtilitati cōducere p- | modū<sup>1</sup> mihi videretur, neq; tamen esset inuentu frequēs, | euentilandum putauī, ne quid iacturę pateretur Resp. | literaria, si supprimeretur, & relegaretur ab<sup>2</sup> blattas. Sed | iam video te percontari, cur tuo potius nomine quā ali- | eno in lucem prodire fecerim, quocū rara adhuc familia- | ritas mihi intercessit. Audi, & disces. Vsu venit, vt qua- | rum quisq; rerum peritissimus est, earum cupidissimus | sit auditor. Fieri nequit, quin aulicę miserię tibi, homini plane politico & ciuili, tanq̃ tuū nomē sint notę, qui tot | exterarum gentium ritus, tot regionum cerimonias, tot | terrarū vanitates, ipse viator videris, vt de te dici queat | illud quod de ænea<sup>3</sup> fertur. Qui mores hominū multorū | vidit et vrbes. Propterea putauī opusculi huius lectionē | aīo tuo eo fore iucundio- | rem, quo maior est tibi rerū om- | nium cognitio. Sed vt nihil nouum audias, multum ta- | men voluptatis afferet rerum prius, vel cognitarum vel | expertarum memoratio. Insuper poterit hoc ipsum in- | genuo discipulo tuo IOANNI PHILIPPO, Archi- | pręfuli Tarētasiano stimulum ad virtu- | tem icutere, aut | ad vitādas aulicorum vanitates terrorem. | Vale vir mo- | destissime.

1) p- sic pro cō-    2) ab sic pro ad    3) ænea inductum et ad marg. ad-  
scriptum est Vlyffe in exemplo meo.

bene vertat. | *Die Rückseite des vorletzten und die Vorderseite des letzten Blattes füllt das hier unten \*) wiederholte Carmen.*

\*) ¶ Ad literatissimum virū Hugonem viturellū [sic] Textoris Carmen de miseria Aulicorum. |

Scire cupis, quantas habet Viturelle tenebras,  
 Cui placet innumeris Aula referta malis?  
 Stultior est, q̃ qui Scythicas raptatur ad aras,  
 Exuat vt toruās pectoris Eumenides.  
 Nec tantum portat, quantum formica cerebri.  
 Illum Dēdalii carceris aula tenet.  
 Victitat et Iolio, dignus, qui gutture totum  
 Nascentem Anticyrē sorbeat helleborum.  
 Nā quot habet fraudes, quot habet vita aulica mor-  
 Tot quot aues aer, quot mare voluit aquas. (bos?)  
 Te ne mouent tunicę molles, pulchręq; catenę?  
 Aut qui frena ferox aurca mordet equus?  
 Non moueāt. Neq; tu byffum mirare, nec ostrum,  
 Atria nec pictis plena satellitibus.  
 Ita quidem ludunt animos, et agrestia corda,  
 Fucatę et speciem prosperitatis habent.  
 Sed veluti coluber pulchra quandoq; sub herba  
 Dormit, et in viridi vipera maura solo,  
 Sub Byffo pariter molli, sub torque, sub auro,  
 Sub lino et gemmis vlcera multa latent.  
 Vis dicam? Patitur mala plurima curuus arator,  
 Quum gelido nudus sub Ioue dormit humi.  
 Nauta agitur ventis, scopulisq; Capharea plenum,  
 Atq; tuas metuit torua Charybdis aquas.  
 Tractātes Chalybem lassat pœna improba fabros,  
 Quum deus ignipotens preparat arma Ioui. ||  
 Si tamen electis incumberet optio votis,  
 Iudice me extremum fumeret aula locum.  
 Mallem ruricolos ad aratra vocare iuuenecos,  
 Turbari aut ventis o Palinure tuis,  
 Voluere, et in Sicula durum fornace metallum,  
 Et seruire tuis trinacris ætna fabris,  
 Quam corui in morem scelerata viuere in aula,  
 Hic vbi virtuti nullus habetur honos.  
 Ergo quid hic agitur? Veneri genioq; vacatur.  
 Percacat hic lectos, hic vomit in pateram.  
 Inmundis alter scabiem fricat vnguibus, alter  
 Somno stertentis pedit in os focii.  
 Implicat hic furtim saniosis vlcera pannis,  
 Hic immunda refert, hic inhonesta facit.  
 Hic calidis hircum fœtentem pascit in alis,  
 Ille suas veneres, concubitusq; refert.  
 Sed quid ago? his verbis nubescit pallidus aer,  
 Et iam nox tenebris furgit amicta caput.



S. 62. n°. IIII. 1. setze so:

**Dem durchleuchtigsten hochgebornen furstē vnd herrē |** **Judwign Pfaltz-**  
**grauen bey Rhein Herzogē in Obren | vnd Mbern Payrn Des heyligē Römischē Reichs**  
**Erztruchsen. vnd Eursursten Meinz gnedigsten liebsten | herrn 2c. |** Hier inne wirt  
gelesen wie Her | Victor von Carben. Welicher eyn Kabi der Jüdē gewest | ist. zu  
Christlichem glawbn komen |

Weiter vindet man dar In . eyn Costliche disputatz | eynes geleerten Christen . vnd  
eyns geleerten Jüdē . dar inne | alle Irthumb der Juden durch yr eygen schrift aufge-  
lost werden.

*In meinem Exemplar steht von neuerer Hand auf dem Titel Nürnberg bei Hieronymus Hölzel. 1508.*

Vt credo, insolita moti formidine, lectum  
Aurorę repetunt iam Phaethontis equi.  
Vela Igitur renoces Textor, funemq; reducas,  
Territa ne his verbis sit sine luce dies.  
Lector in exiguo cernet contenta libello  
Cętera. Nō opus est pluribus. Hugo vale.





